

99685

P R A X I S

BENEFICIORVM

D. PETRI REBUFFI

MONTISPESSEVIANI, IURIVM

DOCT. AC COMITIS, IURISQUE

Pontificij ordinarij Professoris Parisi.

& ibidem in supremo Senatu

Causarum Patron.

Venit de L.

Cui apposuimus Bullam Cœna Domini, Bullam iten Ieiuniorum, ac Supplicationum,
S. D. N. P. Pauli III. Additiones præterea ad Regulas Cancellaria, Cura
Audomari Rebuffi Montispessulanii Iurium Doct. auctoris nepotis, diligentissime
excultas, necnon Practicam Cancellariae Apostolica D. Hieronymi Pauli Barchin,
cum elucidationibus P. Rebuffi.


CONCORDATORVM TRACTATVM,
INTER S. D. N. PAPAM LEONEM X. AC SEDEM
Apostolicam, & Franciscum Christianum Francorum Regem,
ac regnum editum, cum glossis eiusdem Petri Rebuffi,
recens in maiorem Lectoris commoditatem,
calci horum adiedimus.

Edio ultima, multò quam antea actior & emendatior.


Cum Indice, tam Praxis beneficiaria, ac Practica Canell. quam Concordatorum, locupletissimo.

Quid autem predicta continent, sequentia titulorum Elencho patebit.

ET VIRTUTE,



ET VIRTUTE,




LUGDUNI,

APVD HÆREDES GVLIELMI ROVILLII,

M. D XCIX.

Cum Privilegiis Cas. Maiest. & Henr. III. Gallie & Nauarra Regis Christianis.





AD REVERENDISSIMVM
D. HIERONYMVM VERALLVM,
TITVLIS MARTINI IN MONTIBVS
Presbyterum Cardinalem, & in Gallia
Sedis Apostolicæ Legatum,
Petrus Rebusius.

VM in omnibus disciplinis, tum in utroque iure semper commo-
dissimum esse putavi, si artis praeceptionibus, qua theorema tamen dici
solent, usum quis adiungere studeat. Et si y qui in iure versan-
tur, a quaslibet oculis ociosis & inutilibus, que nunquam aut rariissi-
me in actionem hominum vel sive rerum venient, traducant exerci-
tationem suam ad eas, quæ quotidiana sunt & forentur. Ab his
enim cum disceditur, vagatur studiosi animus, caretque fructu ope-
ra, & diuturni laboris. Vnde factum arbitror, ut tanta & tam immensa sint interpre-
tum volumina, dum oculos minium scriptores permulti operam dederunt questionibus
effingendis, magis quam usitatis exercendis: que ut quotidiana sunt, & frequentes ita
quotidianas & varias pariunt dubitationes. Itaque cum in docendo atque tractando
iure atatem penè omnem consumpssem, illudque illustrare quibus per se modis decrevis-
sem, visa est mihi Beneficiaria materia tractatu dignissima, omnium utilissima, tum
etiam difficilima, quæ anfractus infinitos propemodum habeat, quæ suo quoque comple-
xu totum ius Canonicum contineat. Quapropter illud ipsum quod in omnibus partibus
iuris semper sequendum iudicaueram, in hoc quoque multò magis mihi faciendum duxi:
idcirco nomen & titulum huic libro inscripsi, ut Praxis Beneficiaria appellaretur: nun-
quam autem dubitavi cui dedicare: tua enim humanitas, dignitas, & amplitudo sem-
per in animo erat: tua ergo me nullo tibi obsequio desinatum beneficia me tantoper ob-
noxium effecerant, ut existimarem alij nulli quam tibi me illum debere alijque nulli
quam tibi si non tribuerem, me ingratum videri posse: nihil enim tale alijs debo, sed
tibi maxima: nam cum in Galliam sedis Apostolica legatus venisses, exceptus es, cum
ubique honorificentissime, tum in hac regia Parisiorum urbe à frequenti & amplissimo
Senatu, florentissima Academia: denique ab omnibus ordinibus civilium & milita-
rum magistratum, qui obuiam sunt prefecti, ut te in urbem deducerent. ita (ne ego alia
quam vera narrem) omnium animos recreabat singularis tua humanitas, prudentia, &
eloquentia, quæ excipiebantur à te, ut tu videndi desiderio summo omnes tenerentur.
At quoque, cum te salutatum venisssem, priuatim & familiariter: ita tibi coniun-
ctum voluisti ut ego in summo beneficio id reponerem. quinetiam me nihil tale à te
sperantem honore protonotariatus Apostolica sedis ornasti, contulistique duo sacerdotia.
Et tametsi huius munificentia fructu careo, quod longè an:quam in me conferres ea sa-

cerdotia. litibus inter eorum controvsersum inter plurimis. Et impeditum erat. Isi atamen ipsa tua liberalitas me tibi adeo obligat, ut perinde me obnoxium indicem, ac si eadem ea consecutus. Nam in me sine ullo erga tuam dignitatem merito sponte contradisti, quod ex nostrorum Gallorum Presulum nemine mihi contigit. Quo sit, ut qui interea magis colo, obsecro, suspicio, Et diligo animo singulari, tanto vehementius in quo siam ex nostris conciter, quorum docto[r] eruditio[r]q[ue] satis diligens, non publice quidem, nec Reipubl. causa laborare viderer, sed prittium eorum ip[s]orum tantum gratia: quo nomine mihi adhuc tenentur obnoxii: nec enim cum omnium cumulatissime possint, gratiam retulerunt ullam. At mihi id cum alijs multis literatis Et probis viris commune est, qui multum diuque in iuris divini Et iuramenti literis versati sunt, horumq[ue] apud te, qui a latere Pontificis maximi sedes, iustior esset querela: atque de eis, hinc iustitudo libroq[ue] meo magis quam de me verba facere conueneret. Nam Et de sacerdotijs differentem oportet quibus debeantur dicere. Equis non doleat eos, qui consenserunt in studijs iuris divini, Et humani, nullu[m] utilissimi, honestissimi, sanctissimi q[ue] laboris premium consequi, nullumq[ue] locum, quo fructum ferre possunt. Et quidem illud certum est placitis omnibus Et constitutionibus divinis, Pontificijs, Et conciliaribus, munera Ecclesiastica doctis Et probis decreta, eorumq[ue] causa tantum esse parata. Et iure Gallicorum proprio, quod Concordatorum dicitur, nulli alijs debentur, quam ei, qui in gradu aliquo sit doctrina Et testimonio celebris alicuius Academia probatus: non negaverim certe esse in orbe Christiano antistites, qui eruditione, Et integritate vita praestent, sed non satis multi esse dicuntur, ut numeru[m] superent imperitorum sed repellunt, ut contraria ipsa se mutuo non ferunt, optimos Et doctissimos quosque atque sedem eorum occupant, que nullo iure eis debetur: quin Et Euangelica lex ratioq[ue] omnis abhorret. Quis enim doctor populi idoneus fuerit, ruditus ne stolidus, imperitus, qui docendus ipse, est an peritus? Quis optimo vita exemplo ducet ad vitam honestatem, Et religionem? Inne qui malo exemplo fuerit, dignusq[ue] supplicio? quem grex ut lupus rapacem fugit, quem omnes oderunt, qui inutilis omnino pastor, qui neque poscit, si velit, propter ignominiam, neque velit, si possit, propter improbitatem gregem tueri, aut innare? Quare minime mirandu[m], si multos hac nostris artas peperit Et pariat inde, qui oppugnem Et delant, in plerisque locis hierarchiam, hereses excitant: eruditorumque nemo aut certe pauci sunt, qui defendenda illam suscipiant, sed oppugnant potius (quamquam hoc flagitiosum) cōmoti grauius dum se negligi vident. Et si velint, dum omni subsidio carent, non habent ocium, sed renunciant ad vitam necessaria paranda. Neque apud Julgus auctoritate valent, ut cōmoneant: sunt enim in loco humili positi. Iam vero ad istas heres calamitates tollendas, arma non sufficient potentioribus, ut in quibusdam prouincijs audimus, persuasis, quibus ratione, argumentis, doctrina, Et probitatis exemplo opus est: heret enim animo malum. Eset mehercle hac iuris divini humaniq[ue] peritorum causa mihi exponenda potius quam mea in hoc libri exordio, in quo toto de sacerdotijs agitur, cum dentur quibus non conuenit. Sed non possum non semper meminisse singularis illius tua in me beneficentia, ut mihi de ea quoque dicendum fuisse existimauerim. Interea etiam atque etiam rogo Et obsecro, ut hoc munusculu[m] quantulicunque ea humanitate, qua soles, suscipias ut sit testimoniu[m] perpetuu[m] Et publicum mei non immemoris aut ingrati animi. Atque dum nihil aliud habeo, aut possum. Deū optimu[m] maximum deprecor, ut tua dignitatis magnitudinem conservet, Et angeat, ac perpetuam incolumentem tribuat. Si quem fructum ex hoc nostro labore studioji capiant, tibi acceptum re- ferri

ferri velim. Id enim omne tuum feci: si quid aliter habeat, mihi tribui statuo. Sed antequam finem faciam, exponam breuiter rationem huius nostri operis. Iampridem multa que ad beneficiariam materiam pertinent contuleram in commentaria mea Concordatorum Gallie. Multa postea studio, usu, & exercitatione sum consecutus, qua mihi non negligenda visa sunt, vel cipientibus deneganda, vi hoc genus materii, qua pricipua effectus iuris Canonici, à me sicuti cœperam magis illustraretur: & si qua ad absolutam & perfectam tractationem deesse illis commentariis nostris viderentur: hoc uno libro uberrimè collecta omnia habent studiosi. Quia præterea à habebam profutura ad interpretationem regularum Cancellaria, ab aliis pratermissa, aut aliter quam à nobis intellecta, suo quoque loco disponens hic congesi: aque dilucide & commodissime omnia ista Beneficiaria explicari posse existimauit, si in tres partes diuiderem: quarum prima de acquirendis beneficiis, secunda de conseruandis, postrema de amittendis. Non solum auctoritate amplitudini offerre volui, verum etiam declarare illam ipsam instituti mei rationem. Nullus enim est, qui prudentia, eruditione, iudiciove maiori posset hac indicare, & probare cum prater dignitatis splendorem sis bonarum literarum iuris diuini & humani peritia, & vita integritate præstantissimus, ut merito purpunti, & sacri Senatus habearis decus & ornamentum.

Vale.



INDEX OMNIVM TITVLORVM,

QVOS BENEFICIARIA PRAXIS

PETRI RESVFFI IVR. VTR. DOCT.

complectitur,

TITULI PRIMÆ PARTIS.

S acerdotium pro beneficio nō recte accipitur.	pag. i	falsis summè vñilis declaratio. 93
Quid sit, & quot modis capiatur beneficium.	2	De noua prouidene & simplici. 94
Quare instituta sint beneficia.	3	Forma & declaratio nouæ prouisionis. 97
Quotuplex sit beneficium.	4	Opponi quæ contra bullam possint. 112
Seculare beneficium quotuplex.	4	De reformatione & correctione Bullæ. 114
Regularia beneficia multiplicita.	5	Regula Cancellariae de verisimili notitia cū suis ioholiis. 115
De clericis, & à quibus, & quomodo creentur.	5	De deuolutionibus. 118
Forma literarum tonsuræ, & in his requisita.	7	De rescripto si neutrī, si alteri, & si nulli. 125
De literis dimissoriis.	9	Regula cancellariae de non tollēdo ius quæsumum cum sua declaratione. 127
Formula literarum dimissoriarum.	10	De commenda. 132
Quot modis beneficia acquirantur.	13	De vñionibus beneficiorum. 136
Canonica institutio quæ dicatur.	14	Regula cancellariae de vñionibus explicatur. 140
De electione.	15	De vicariis perpetuis. 143
De præsentatione & institutione.	15	De vñionis reuocatione. 145
De collatione.	16	De erectione ecclesie in cathedralem, secularē, vel in alium statum. 147
Requisita ad collationem bonā, & volentibus habere beneficia.	17	De erectione in curatam & parochialem. 148
Pœnae contra collatores indignis conferentes.	20	De erectione in collegiatam. 149
Forma collationis & prouisionis ordinariorum.	22	De translationibus Episcoporum, & aliorum, & quando fieri possint. 149
Requisita in literis collationum.	22	De translatione monachorum. 150
Collationes plures an fieri possint.	24	Regula seu constitutio perpetua S. D. N. D. Iulij Papæ III. 152
De vicariis Episcoporum, & aliorum collatorum.	25	
Forma vicariatus Archiepiscoporum, & aliorum collatorum.	28	
De missione in possessionem.	44	
De Papæ prouisionibus.	47	
Differētiae inter priuilegium, rescriptum & mandatum.	47	
De mandatis Apostolicis.	51	
De clausulis mandatorum.	ibid.	
Divisio rescriptorum.	53	
Differentiae inter rescripta gratiæ & iustitiæ.	54	
De referuationibus tam generalibus quam specialibus.	57	
De expectatiis.	60	
De rescripto informa communi, & in forma pauperum.	60	
De rescripto informa pauperum pro graduatis.	61	
De rescripto Dignum arbitramur.	62	
De nominationibus.	62	
De rescriptis ad beneficia vacantia.	6	
De parua datæ.	64	
De signatura gratiæ.	64	
Forma signaturæ simplicis prouisionis, cum clausularum elucidatione.	66	
Bullæ nouæ ac simplicis prouisionis cū suis clau-		
		Re

Tituli Secundæ Partis.

D E rescripto etiam, & perinde valere.	155
De subrogationibus.	159
Regula cancellariae subrogandis colligantibus.	163
De reprobata beneficij viuentis impetracione.	167
Regula cancellariae impetrando beneficiū etiam per annum pacificè possessum, alias de annali possitore.	171
De gratia, Rationi congruit.	178
De dispensationibus.	179
De dispensatione ad plura beneficia.	181
Constitutio perpetua S. D. N. D. Iulij Papæ III. contra retinentes beneficia ecclæ.	186
Formula dispensationis ad duo, & super ætatem, cum sua declaratione.	189
Bullæ dispensationis super defecū ætatis, &c.	190
De dispensatione ratione ætatis.	ibid.
De dispensatione super defecū natalium.	203
De dispensatione cum regularibus facta.	209
De dispensatione cum corpore vitiatis.	214
De dispensatione de non promouendo.	215
Formula dispensationis Papæ, de non promouendo.	215

Index omnium titulorum.

Regula cancellariæ de clericis ad sacros ordines male promotis.	217	Regula Cancellariæ de infirmis beneficia resignatibus.	253
De non promotis intra annum quando priuati censeantur, & quando possint excusari.	221	De permutatione.	263
Dispensatio de non residendo.	228	Regula cancellariæ de publicandis resignationibus.	267
 <i>Titulus Tertia Partis.</i>			
D e modis amittendi beneficia.	233	Regula cancellariæ 46. Innoc. octauij, de dispensationibus in gradibus prohibitis.	280
De resignationibus.	236	De rescriptis mistis.	286
De tacita renuntiatione.	237	Regula cancellariæ 20. quod quis intelligat idiomam.	286
De resignatione expressa, pura, & conditionali. ibid.	238	De oblatis, & quando regio nomine in monasteriis recipiendi sint.	288
De Regressibus.	238	De rescripto rehabilitationis mixto.	289
De pura resignatione.	ibid.	De rescripto nobilitatis mixto.	290
De procuratoris ad resignandum constitutione.	239	De rescripto legitimationis mixto.	291
De Resignatione conditionali, quam in favorem vocat.	242	De breui Apostolico, & aliis.	294
De Revocatione procuratoris quomodo, & quando fieri possit.	244	Forma breuis Apostolici.	298
De causis resignationem irritantibus, & primò de dolo.	245	Bulla Cœnæ Domini.	299
De vi in resignationibus adhibita.	246	Bulla Ieiuniorum & supplicationum pro pace.	326
De resignatione metu extorta.	246	Additiones in regulas Cancellariæ.	331
De Simonia in resignatione.	247	Praetica Cancellariæ Apostolicæ cum stylo & formis in Rothana curia visitatis.	403
Ratione personæ & rei vitiatur resignatio.	251	Provinciale omnium ecclesiarum Cathedralium vniuersi orbis, cum cuiusque regionis monetæ nomenclatura ac valore.	483
		Concordatorum tractatus.	493

Tituli autem Concordatorum, in Elenchum redacti, ipsum tractatum precedunt.



Summa Priuilegij Imperatorij.

MAXIMILIANI. Romanorum Imperatoris semper Augusti publico edicto. cautum est, Galielmo Rouillio cui & typographo Lugdunensi, & sanctum, ne quis cuinsecunque status, gradus, ordinis & conditionis, siue sic calcographus, vel bibliopolis, siue alius quilibet, quacunque sacri Romani Imperij & ditionis eius fines patent, hanc D. Petri Rebuffi Montispessulani *Praxim Beneficium, Bullam item caenam Domini, Bullam Ieiuniorum & Supplicationum S. D. N. P. Pauli III. Additionis præterea ad Regulas Cancellaria cum interpretationibus D. Petri Rebuffi, Practicam etiam D. Hieronymi Pauli Marchini, necnon Concordatorum tractatum, cum glossis eiusdem P. Rebuffi, nisi ipsius Gulielmi Rouilli, aut heredum eius permisum, intra decennium eadem, aut alia minori forma excludat, aut excudenda cureret, vendat p[ro]p[ri]e, aut cuicunque diuendenda mandet, aut desique excusa ab aliis intra eiusdem Maximiliani & Imperij fines vendenda importet, seu quoniam modo distrahat manifeste vel occulte, vel quoniam alio prætextu: alioqui sibi multatam decem marcarum auri puri irrogatam sciat, quarum dimidia siccio Imperiali fraudis vindici, residua verò pars ipsi Gulielmo Rouillio, aut eius heredibus, aut ab illis mandatum habentibus, cedet, præter librotum amisionem, quos per se idem Rouilius, vel per suos, vbiunque locorum natus fuerit, adiumento magistratus loci, vel citra, propria auctoritate sibi vindicare, inque suam potestatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipsi edicto manu subscripta, & sigillum apponi iussit Cæsarea Maiestas, ut latius patet in ipso diplomate, dato Pragæ decima quarta die mensis Iunij, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto,*

Subsign,

M A X I M I L I A N V S.

Ad mandatum sacre Cæs. Maiest. proprium.

A. Efemberger.

Extrait du Priuilege du Roy Henry IIII. Tref-chrestien Roy de France & de Nauarre.

Par grace & priuilege du Roy, il est permis à Druonne Rouille, fille & heritiere de feu Guillaume Rouille, qu'ad vivant libraire de Lyon, d'imprimer ou faire imprimer, une fois, ou plusieurs, Commentaria in Constitutiones Regias; Praxis Beneficiorum, & Concordata, Repetitiones variae, Tractatus varij, & Stylus curiarum regni Francie, cum stylo Parisiensi curiaæ ad veritatem collatus: tous lesquels livres ont été composés par feu M. Pierre Rebuffi, & depuis additionnez, tant des memoires dudit feu Rebuffi, que par M. Aymard Rebuffi son neveu, & lesquels livres ladite Rouille ha recouvert avec grands fraiz, mises & despences: & pour ce est fait de differences de par ledit Seigneur à tous autres Libraires & Imprimeurs de ce Royaume, de quelque estat, qualité & condition qu'ils soient, & autres personnes quelconques de n'imprimer, ou faire imprimer, les susdicts livres, par eux, ou par personnes interposées, avec suppositions de noms & marques: en vendre, & changer ou debiter d'autre impression que de ladite Rouille, tant aux foires établies en France, qu'ailleurs, sans son sens & consentement, insques au temps & terme de dix ans entiers & consecutifs: à compter du iour & date que ledits livres ainsi reueuz, & augmentez seront parachevez d'imprimer, à peine de confiscation de tout ce qui s'en trouueroit d'imprimé, vendu, & distribué, contre le au priuilege du present Priuilege, & de mil francs d'amende, applicable moytié à sa Majesté, & l'autre moytié aux pauvres de l'Aumône generale de ce[te] ville de Lyon, & entour les despens, dommages, & intérêts de ladite Rouille. Veut en outre ledit Seigneur qu'en faisant mettre au commencement ou à la fin de chacun desdits livres un brief extrait du présent Priuilege, il soit tenu pour deulement notifié, sans qu'aucun en puisse pretendre cause d'ignorance, nonobstant oppositions ou appellations quelconques. Car tel est le plaisir de sa Majesté, comme plus à plain le contiennement lesdites lettres de Priuilege: Donnée à Lyon, le second iour de Septembre mil cinq cents quatre vingts & quinze, & de son regne le septiesme. Signées.

Par le Roy en son Conseil.

P O V S S E P I N.

Et scellées du grand sceau de France à simple queüe de cire jaune.



PRAXIS BENEFICIARIAE

PRIMA PARS, BENEFICIA

ACQVIRENDI MODOS

CONTINENS.

PRO OE M I U M.

DICHR E Vlpian^o Iure
reconsultus totum ius
consistere ait: Aut in ac-
quirendo, aut in conser-
tuando, aut in amittendo.
Aut enim hoc agitur,
quemadmodum quid cu-
iuque fiat, aut quemad-
modum quis rem suam,
vel ius conseruet, aut quomodo alienet, vel amittat. Ita cùm instituisssem hāc materiam beneficiaria-
riam, quām diligētissimè possem pertractare, ope-
ræ pretium me facturum putauī, si imitatus Iure-
consultum eam totam in tres partes, trésque libros
diuiderem: quorum Primus sit de acquirendis be-
neficiis: Secundus de conseruandis: Tertius de
amittendis. Ita enim me satisfacturum votis stu-
diosorum, & omnium qui nosse ista beneficiaria-
iura cupiunt: nihil enim aliud volunt, quām scire
rationes, modōsve quibus acquirantur, cōseruen-
tur vel amittantur beneficia: hāc omnia nos co-
nabimur pro virili edocere & tradere, quā ex
quotidianis consultationibus longissimo vſu fori,
in quo diu versati ſumus, iurisq; & interpretum
libris didicimus.

Antequām tamen ingrediar materiam, pauca
præfabor de hac voce beneficiis: ſunt enim quibus
magis sacerdotium, quod *ἱεροτύμη* Græci vocant,
quām beneficium dicere placeat. Atque benefi-
cium putarem ista ſignificatione, quam hāc vſur-
pamus Latinum verbum non esse. Nos primū
contestabimur non decreuisse verba vſitata, re-
ceptaq; apud iuris Canonici peritos, tanquam ar-
tis vocabula immutare: ne potius conturbemus,
confundamusq; artem, & ius ipsum quām docean-
mus, & præcipue in his verbis beneficij & sacer-
dotij: nam nusquam vel rarissimè in iure Canonico
reperias beneficium pro sacerdotio, vel con-
tra accipit sed ſemper distincta eſſe. Sacerdotium
enim ſunimus pro presbyteratu, vel officio ipſo,
ſeu dignitate sacerdotis, presbyteri, ad quem
pertinet sacrificium corporis & ſanguinis Domini,
in altari Dei confidere, orationes dicere, & be-
nedicere dona Dei. c. perfectis, 25. dist. Beneficij
vero conſtituit aut in prouentibus, emolumentoq;
quodam, vt præbēda: Aut in ſola quadam præmi-

nentia præstantiaq; ſine iurisdictione, vt quis pri-
ma ſedes, locumq; ſeu protocathedrias habeat:
vt personatus, vel cum iurisdictione, vt dignitas *sacerdotij*
vel in ſimpli quadam administratione ſine illis,
& officium dicitur. Quām differant igitur iure
Canonico sacerdotium & beneficium, conſtat.
Neque enim omnis qui habet sacerdotium, be-
neficium habet. Et perinde eſt, ac ſi doctoratum,
vel alium gradum Iurisperitorum quis idem eſſe
dicat cum magistratu, & officio aliquo publico.
Nam non omnis qui gradum illū habet magistra-
tum habet. Et institutione, origine, forma, tempo-
ribus & ſubſtantia rerum, in quibus illa ſita ſunt,
& circa quas verſantur, diſferunt inter ſe. Et alia
via quārūtūr beneficia, alia ſacerdotia. Quādam
tamen ſunt beneficia dicata ſacerdotibus: c. con-
ſtitutus, de concess. præb. c. ei cui, de non ſacerdo-
tali, de præb. lib. 6. vbi præbenda addicta ſacerdo-
tibus, ſacerdotalis dicitur, quām præbendā ſi quis
velit appellare ſacerdotium, non impedio: tamen
non consentaneum eſt iuri, alia beneficia nō ad-
dicta ſacerdotibus, ſacerdotium appellare, cūm ſi
ne ſacerdotio eſſe poſſint, vt ſimplicia & non cu-
rata beneficia, quibus ordo aliquis non eſt anie-
xus, & cū ſimplici tonsura teneri poſſunt. c. vlt. de
præb. & not. in c. licet cano, de elect. ſi quis igitur
dum ius Canonicum docere vult, hāc cōfundat,
conturbat omnia. Vix etiam apud Iureconsultos,
vel Oratores vſurpari existimo ſacerdotium pro
beneficio, vt in iure canonico accipimus. Nam
tum beneficia illa non erant, res noua eſt, nota
tantum Christianis. Quare rebus nouis noua vo-
cabula inueſtiganda fuerunt, velut præbenda, ca-
nonicatus, præpositura, personatus, præſtimonia,
aliaq; nomina: quārūtūr res nouæ, ita Romanis illis
erant incognita. Apud autem iureconfūl legimus
tantum pro dignitate & munere ſacerdotis: vt in
l. non diſtinguemus ſ. ſacerdotio, ff. de recep. arb.
l. vna, ad leg. Iuliam, de ambil. pen. & l. in honori-
bus, de vacat. muner. l. ſi quis, de pollicit. l. ſpontē,
de munerib. & hono. Et Imperator ait, in authen-
tica quomodo oporteat Epif. opus in prin. colla, i.
maxima quidem in omnibus dona eſſe à ſuperna
collata clementia; videlicet ſacerdotium & Im-
perium.

Itaq; ſicut instituta, ritus, leges Christianorum.

A

Quid sit & quot modis, &c.

multum diuersas & incognitas veterib⁹, & Ethnici libenter (vt debemus) amplectimur: ita inuenita ab illis nominis cur reticimus? Et vt Christianorum lingua vtimur quatenus receptum est, & rerum ordo, & substantia non laeditur, ita vt Christianorū dictionibus amemus. Ergo à nostris debemus, & non efficta nomina capere, quæ nouas quoque res significant, vt p̄erbenda, personatus, lectors, cantores, & alia permulta ab ipsis inuentasunt, quæ propriam & peculiarem habent significationem. Romani etiam finixerunt sibi initio nomina, principes quoque nostri, & autores iuris sua, quæ si sequamur, non ægrè ferendū est: non laudo tamen illos, qui nulla rerum necessitate, vel mutatione coacti, cùm Romanum nomen in promptu sit, barbarū querunt pro suo arbitrio: sed tum faciendum existimo, cùm res nouæ anti quis comparataz, aut ipsarum ordo, aut substantia mutata, nomen vel mutandum, vel alio transferendum, vel effingendum postulant, quod in finulis quoque artibus fieri docet Cicero in libro de Finibus bonorum & malorum.

Quid sit, & quot modis dicatur beneficium.

T Mprimis, quia de beneficiis acquirendis agimus, videamus quid sit beneficium, & quomodo accipiatur, quidve eius nomine contineatur, & quotuplex sit: demum quot modis acquiratur, & alia suo quæque ordine tractabimus.

Itaque beneficium est gratia concessa præterius: & sic differt à rescripto & priuilegio secūdum iurium interpretes, & definitur in ca. i. quib. mod. feud. amitt. & per Io. de Selua, in tract. de benef. in i. part. q. i. Aliam quoque dedi ego definitionem, in prin. arb. feud. in quibus diutius immorandum non censeo, licet prædicta parum à me probetur, quia forensia non respiciunt.

*Largè & fr̄uite bene
ficiūm fū-
mitur,*

Sed aduertendum est ex communi interpetrum sententia beneficium accipi largè & strictè: largè comprehendit rescriptum, mādatum, & omnē id per quod alicui benefit: & sic omne rescriptum Bar. & alij in l. ff. de const. prin. & in l. cum. de beneficio. ff. ad legem Falci. vnde beneficium literarum dicit tex. in c. ad audientiam. 2. de rescr. & commodatum dicitur beneficium, in l. in com modato. §. sicut ff. commod. c. i. illo. tit. in Decret. Appellationis beneficium. in c. fi. de appell. & in c. penult. & beneficium, testandi, in l. penult. C. de testament. milit. & dispensationis beneficium, in cap. innotuit. verb. habito, de elect. facit. l. seruus ealege. ff. mandat. l. si pignore, de fūr. l. vnum ex familia. §. i. de leg. 2. [& manumissionis beneficī. in l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. l. 2. §. Pre tor. qui sati d. cog. priuilegium vocat beneficium. Iurisconf. in l. ff. ad municipales, & principis beneficio fieri posse, docet. l. fi. ff. de adopt. & beneficium legis in l. liberta. C. de oper. liberto. beneficī extatis in l. Julianus. ff. de in integr. restit. l. etiā. §. i. & l. præses. ff. de min. beneficium restitutionis. l. cum mādato. Ibidem quod alibi vocat auxilium. restitutionis, in l. quod si minor. in pr. & l. auxiliū. Ibidem religionis beneficī. Modestī, in l. aut re-

ligionis. ff. de procu. & inuito beneficium non datur, id est, non benefit inuito. l. inuito. ff. de regul. iur. & i. in omnibus causis id obseruatur vt vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficien te ea, beneficium quoque deficit, ibid.

4 Strictèverò beneficium dicitur principis liberalitas, seu gratuita concessio: & vulgo vocamus benefactum principis, *Le bien fait du Prince*, & pōt dici liberalitas seu gratia. c. quamvis. de prēb. in 6.

5 Et notandum est, q̄ si princeps donet castrum, vel aliam rem, licet non dicat perpetuū, tamē illa donatio perpetua erit. decet em̄ principis beneficium esse mansurum: reg. decet, de reg. iur. lib. 6.

6 Et sic beneficiū quām plenissimē debet interpretari. l. beneficium. ff. de constit. princ. vt si con cesserit castrū, videatur mobilia & supellecilia ea. *principis perpetuum* stro adhārētia concessiſſē. l. 2. C. de bon. vac. l. ii. §. plenissimē interpretandū.

7 Quod fecus est in donatione, vel venditione domus priuatorum, in qua non veniunt suppellecilia, nisi affixa, quæ quasi pars axium sunt. l. Julianus. in fi. cum l. seq. ff. de act. empt. liberalitas enim Principis frāno non subiacet, nec debet vlo patēto coīrceri. Bald. in l. pen. Cod. de donat. inter vi rum & vxor. & per quām absurdum est, & temerarium, per astutam interpretationem principiū beneficia velle ad strictam interpretationem reducere. l. fi. C. de pr̄positi. agentib. in reb. lib. 12. vbi vocatur etiam priuilegium, vt enī Imperialis fortuna omnes supreminet alias: ita oportet & principales liberalitates culmen habere præcipuum. l. cum multa. C. de bon. quæ lib. & hoc quatenus principis præiudicium cōcernit: secus quo ad tertium. c. olim. de verb. sign. vbi Pan. & Iaf. in l. beneficium. ff. de constit. prin. & interpretatio beneficij ad principem pertinet. l. Neratius. ff. de regul. iuris. l. ex facto. de vulga.

8 Vnde si Imperator vel Rex mihi benefaciat, *Ecclesiastico* dando Baroniam, vel ducatum, vel quid aliud, dicatur feudum seu beneficium temporale: si verò *civis*, quid Papa, vel Episcopus ecclesiam concellerit, dicitur *fū. & cōtem poritudo*. vel ecclesiasticum beneficium. ca. Feli cis. §. 2. de poenis. lib. 6. ideo pars illa redditum, que ministro ecclesiæ datur, vocatur beneficium, & in materia ciuili regulariter appellatione beneficij venit principis liberalitas seu indulgentia, si materia non refragetur: in iure verò Canonico hæc obuentionum ecclesia portio quæ pro seruitio datur, vocatur beneficium ecclesiasticum: quia à benefactis hominum tempore nascentis ecclesiæ processit, & quia benefit illi, cui collatum est: ideo interdum dicitur donatio. in c. eam te. de rescr. & c. relatum. de prēb. & in dubio capella fundata ad seruendum Deo, licet non appareat de approbatione Episcopi, præsumitur beneficium ecclesiasticum: vt abunde scribit Bellamera in cap. super hoc. q. 16. num. 20. de renunc. & sic collatio Episco pi in dubio valebit, per cap. omnes. 16. q. 7. l. Franc. Curt. conf. proponitur.]

9 Et sic in materia Canonica appellatione beneficij, venit spirituale & ecclesiasticū: vt docet Cardinal. in clemen. 2. num. 8. de iudiciis. quod tribus modis capit, largè pro omni prouentu, seu com modo,

Quare instituta sunt beneficia.

3

modo, quod ab ecclesia percipitur, interdum pro
præbenda. ca. ex parte. de concess. præb. quandoque
pro titulo beneficij, teste Card. in clem. causam.
vers. quod si forsitan, in s. not. de elec. & quo
modo cognoscatur beneficium ecclesiasticum do
cat Bellamera in c. in nostra, quest. 3. de rescriptis.
num. 10. ego fusiū tradidi in tract. de pacific. poss.
in 10. limita. nu. 287.

In genere & specie di 10 Ego vero dicere, quod ad ius pontificium
attinet, beneficium duobus modis capi, in genere
etiam bene- videlicet, & in specie. Primo modo beneficij ap
plicatio generalis est, adeo ut comprehendat quæ
cunque beneficia tam maiora, quam minora. tex.
in c. pen. de verbo. signif. & c. olim, ibid. glo. in cle.
auditor. de rescr. & gl. in c. vno. de rerum permut.
in 6. & continet in hac appellatione tam regula
ria, quam secularia: Fel. in c. postulasti. de rescr.

*Vicarius co
stitutus ad
conferendū
beneficia,* 11 Ex quo infertur, quod vicarius constitutus ad
conferendum beneficia, conferre poterit & di
gnitates, officia, capellas, & alia ecclesiastica mu
conferre di
naria, seu beneficia. Docto. in c. fi. de offi. vicar, & in
gnatas po
feriū in materia vicariorum dicetur. [Et regula
ria, & secularia.]

12 Item beneficia causa permutationis vacantia
non debentur mandatariis, nec expectantibus
Apostolicis. c. vi. 9. de rer. permut. §. volumus, de
colla. in conc. siue permuteatur dignitates, & quæ
cunque alia beneficia. gl. in d. c. vno. quam probat
doct. ibi, & Imol. in clemen. vna. nu. 16. de sequestr.
poss.

13 Etiam nullus potest obtinere beneficium sine
canonica institutione: dicto cap. i. de regulis juris.
lib. 6. hoc intelligitur de quocunque beneficio: vt
ibi gl. & Doct. probant.

14 Item si indulgetur Episcopo, vt fructus bene
ficiorum vacantium in sua diœcesi recipiat, gene
raliter intelligitur, d. ca. tua, de verborum signifi
cationibus.

15 Limitatur nisi materia sit odiosa, vt in dispen
sato ad duo beneficia, non est ad dignitates di
spensatus. c. i. & 2. de filiis presby. lib. 6. vt inferius
dicetur in materia dispensa. in 2. parte.

*Generalis
beneficij ap
pellatio quā
do refrin
gatur.* 16 Idem quando materia non pateretur, sed re
pugnaret, tunc etiam restringitur, vt docet Felin.
in dict. c. postulasti. col. 7. verl. circa. gl. 2. de rescri
ptis.

17 Vel quando contrarium esset in iure expres
sum, vnde si cui mandetur prouideri de beneficio,
no poterit isti prouideri de præbenda in ecclesia
Cathedrali, pp honorem ipsius ecclesiae: & quia a
iure prohibetur, in c. quamuis. i. de præb. li. 6. & di
cā interius in forma signature: alias regulariter be
neficij appellatio, p materia generaliter accipiet.
18 Et Vascones suo more mutantes B, in V, vocat
hoc beneficium: quia est beneficium, id est, bene
no afficiuntur hi, qui fructibus horum beneficiorum
abutuntur, & non seruiunt: vt nunc sunt plu
rimi, ab institutione beneficiorum maxime de
uiantes: quamobrem sunt fundata beneficia non
considerantes: in specie vero accipitur beneficium
pro materia, vt docet plenè Felin. in d. c. postula
ti, de rescript.

Quare instituta sunt beneficia.

Primo nempe fundata sunt beneficia
in honorem Dei, & sanctorum, vt per
petuo illis in his deferuiretur, & sti
pedia ministrorum haec essent. c. pa
storalis, de his quæ sunt à præla. c. fi. de rescr. lib. 6.

Ideo qui non seruit, beneficium perdit. c. vno. de
vassal. milite qui arma bellica depositus. Et fructus
tenetur restituere, qui non dicit officium. Felin.
in c. postulasti. col. 9. de rescr. quia cessante, caussa
cessat effectus. l. quod dictum. ff. de past. cap. cum
cassante, de app. & sic pro seruitio speciali institu
tum est beneficium. nu. 18. scripsi in q. i. tract. de dec.

2 Secundò ut prouentus ecclesiarum in usus ce
deret necessarios. d. c. Pastoralis, non ergo in abu
sus, vnde ait Hier. Tibi ô sacerdos, de altari viue
re, non luxuriari permittitur. 44. dist. in summa.

3 Item in usus necessarios, ergo non in usus volu
tariorum, videlicet ut beneficiarius de suis consan
guineis diuitibus. c. non licet Papæ. 12. quest. 2. &
donare histrionibus, vitium est immane, non vir
nis ecclesie possit.

4 In iustum enim videtur, & ineptum, ut quæ fi
deles viri seu foeminae pro redēmptione animæ
suæ Deo, & sanctis eius consecraverint, vt iterum
in secularē seruitutem redigantur, & ut ele
emosyna vnius alterius fiat peccatum. c. iniustum.
12. q. 2. & c. iniustum. de rerum permut.

5 Tertiò ut presbyter, qui istos prouentus eccl
esiæ habet, teneatur orare pro populo, cui est pra
fectus & à quibus bona habet, nempe Moyses &
Aaron Domino pro populo indefinenter orabat, riu
debit. 1. Reg. c. 12.

6 Quartò debet etiā populum verbo prædicatio
nis instruere, inter cetera enim quæ ad populi
Christiani spectat, pabulum verbi Dei per maxi
mè dicitur esse necessariū. c. inter cetera. de offi. ord.

7 Quintò ut illa beneficia habentes custodian
sibi commissam plebem, vt ante tribunal æterni
iudicis ex omnibus sibi commissis rationem red
dant, & no iudicium, sed gloriam pro suis actibus
recipiant. c. ecclesiæ, in prin. 12. q. 2. Exod. 23. ego
mittam Angelum meum, qui custodiat te in via.

8 Sexto ut hospitales sint, & pauperes alant, c. de
monachis. vbi gl. de præb. & in summa. 42. dist. ac
in c. i. & per tot. quoniam quicquid habet clerici,
pauper est, & domus illorū omnibus debet esse
cōmunes: susceptioni peregrinorum, & hospitium
inuigilare debent. c. fi. 16. q. 1. hodie quidam Episcopi
canes, & meretrices, aues, & adulatores alii, ac suis
cōsanguineis redditus emunt, & pauperes spoliat,
& sic fures & sacrilegi sunt, quia viuum rei inuito
domino cōrectant, vt plenè alibi de his scribam.]

9 Item ecclesia sapienter pro beneficio sumitur in
c. 2. de concess. præb. c. cum non ignores, quod vna
ecclesia vnius debeat esse sacerdotis, cum multis
iuribus ibid. scriptis de præb. licet ecclesia varie
accipiatur, vt per gl. in c. cum cleric. de verb. sign.

10 Item non dicitur beneficium ecclesiasticum
ante episcopationem. c. nemo. & ca. nullus. de
consec. dist. i. Fel. in c. ex parte. 2. col. 1. de rescr. sed
dicitur quædam pia donatio, vel relictum pium si

Cisangui
neis an be
neficiarius
dare ex ba
nitus. c. donare. 86. dist.

Orare pro
populo &
illi predica
re beneficia
ru debet.

Rationem
plebis red
dare cura
tue & pau
peres alere
tenuerit.

Ecclesia p
beneficio
accipitur.

Seculare beneficium quotuplex.

4

forte pro missis celebrandis, vel pro anniversario,
vel si alias piè in perpetuum relictum fuerit, & de
his decidimus, sicut de aliis piis, de quibus multa
scribit Roma. in auth. similiter. C. ad leg. Falcid. &
an sint beneficia iure diuino, scripti in verb. Paro-
chias, in tit. de constit. in conc. videat ergo bene-
ficiarij, & current fundationi beneficiorum inferui-
re, alioqui sibi acquirunt inferni habitationē per-
petuam.

Quotuplex sit beneficium.

I *L*otusplex sū vñspñm.
Totuplex dicem⁹ beneficiū Resp.
quod attinet ad hanc materiā, du-
plex, videlicet seculare, & regula-
re, c. cùm singula, de præb. lib. 6.

*Seculare
beneficium
quid.*

*Beneficium
præsumitur
seculare.*

Beneficium 3 Et regulariter omne beneficium, præsumitur
presumitur seculare ex prima uia institutione, nisi probetur
seculare. regulare, quia postquam diuus Petrus fuit secu-
laris, præsumitur quod ita beneficia fundata sint,
sequendo illum primum patronum. Do.de Rota.
decisio.32. Fuit dubitatum, [in no. sub tit. de præb.
decis. 2.] Et Philip. Prob. in addit. ad Ioan. Monac.
in c. super eo, nu. 17. de præb. lib. 6. post Nicol. Mi-
lum in verb. beneficium. q. 23.

4 Ideo secularis non tenetur probare esse secu-
lare, sed is, qui illud regulare dicit: quia habet
præsumptionem pro se is, qui est secularis, ut per
Doct. in c. cùm de beneficio, de præb. lib. 6.

5 Quod probatur, si per 40. annos possessum fuerit abfque dispensatione à regulari, vel si ex fundatione appareat regularibus affectum, nempe quatuor interuenientibus, quæ scripsi in gl. regularia, in §. volumus de colla. in conc.

6 Nisi quoque fuerint capellæ fundatae in monasterio:quia illæ præsumuntur regulares, nisi per seculares teneri sint solitæ d.c. cùm de beneficio.

7 Et quando quis illas capellianas imperat, debet in bulla adiicere clausulam, non obstan. monasterij statutis, quamvis ea statuta non ligent seculares, quatenus concernunt regulam, sed religiosos tantum. Tamen quatenus disponunt, quod capella si sic seruire illis capellaniis debeant, seculares illis ligantur, vnde his derogandum est. Et hoc est tutius, quicquid in contrarium dicatur.

[Item parochiales ecclesiarum presumuntur seculares, quia regulares sunt cum eis inhabiles. ca. monachi. de statu monacho. Nam monachi plangentis, & non docentis habent officium, c. monachus. &c. placuit. 16. q. i. Vide inferius. tit. seq.]

Seculare beneficium quotuplex.

Seculare I
beneficium
multiplex.

SEcularia Beneficia multiplicia sunt, quædam enim sunt cum administratione, alia sine administratione, &c sic simplicia vocantur. cap. præfenti, vbi glossa de officiis ordinis lib. 6.

2 Cum administratione vocantur ministeria. ea.
cūm in eundis. §. inferiora ministeria, de elect. &
e. z. de concess. præb. quæ vocantur duplia, per

Spec. in titul. de lap. & disp. §. dicendum, ver. i. & ver. duplex.

ver. duplex.
3 Administrationem habentia hæc sunt. Primo Papatus dicitur beneficium, in c.i. de maled. ibi in depositionem officij & beneficij nostri, & sic cōprehendetur sub c.i. de reg. iur. lib. 6. ut cum canonica institutione obtineri debeat, alioqui à lignis, pīscopatus, minibus sanctæ Dei ecclesias separatus abiiciatur, & episcopatus Antichristus, & inuasor, & destrūctor totius Patrum. Christianitatis. c.i. col. 3. dist. 33.

4. Item Patriarchalis dignitas, & Archiepiscopalis, & Episcopalis, in c. cleris, 21. dist. De episcopatu habes textum in c. veritatis. de dolo, & in ca. felicis. §. quod si quis, de pœnis. lib. 6. vbi episcopatus vocatur beneficium pro subiecta materia, licet non veniat regulariter appellatione beneficij, quia est culmen. c. penult. de præb. & ca. 2. illo. tit. lib. 6. vbi gl. & alibi scripsi.

5 Abbatia secularis etiam in c. ex transmissa , vbi *Abbatia*
etiam gl.de qua est videre in *ecclesia collegiata secularis.*
sanceti Sebastiani Narbonæ, quæ vocatur abbatia
sanceti Pauli, vbi est dignitas secularis, & in *eccle-*
sia Claromonten. in Auernia (vt fertur) licet ferè
sit regularis, vt inferius dicetur.

Item dignitas, personatus, & officium, beneficia autem sunt secularia, & cum administratione, in c. cum accessissent, de constitutionibus. capit. i. de consuet. lib. 6.

7 Dignitas verò dicitur quadam præminentia, cum iurisdictione, quæ cognoscitur ex præminentia, iurisdictione, & institutione, quando ad hoc est instituta, ut sit dignitas. Pan. & alij, in c. de multa, de præb. & ex consuetudine, quando consuetudo facit, ut dignitas reputetur. Doctores in d.c. de multa, &c in d.c. cum accessissent, de cōstit. [& hoc in iure canonico, licet aliquando accipiatur etiā pro ordine, ut in c. denique. vbi glo. 4. dist. & pro seculari potestate c. administratores. 23. q. 5. sed ista aliò tendunt.]

8 Personatus est habere præminentiam in ecclesiæ sine iurisdictione, ut Præcentor: c. i. de consuetudine, ubi Doctor scripsi in §. præfatiq; graduati, de collatio in concor.

9 Officium dicitur, quando quis habet rerum ecclasticarum administrationem sine iurisdictione: Doct. in rub. de offic. deleg. vt Sacrista, titul. de officio Sacristar.

10 Adhæc ecclesia parrochialis dicitur beneficiū *Parochia-*
seculare, & cum administratione c. extirpandę. & *lis ecclęsia-*
c. de multa. de præb. c. cum in iunctis §. inferiora, *seculare est*
de elect. quia curatus tenetur ministrare sacra-*beneficium*
menta ecclęsiaistica, videlicet baptizare poeniten-*& quid di-*
tes, & confitentes peccata audire, & eos absoluere*catur curiā*
in iuncta eis poenitentia, & sacramenta mini-*habere.*
strare, aliaq; opera eos rangētia, facere tenentur,
c. i. & per totum de parroch. scripsi in §. statuimus.
2. de collar. in concord.

ii Nota quod de iure communi nullum beneficium habet curam, nisi habeat populu, vel clericu: ideo afferenti beneficium non esse curatum, non in cumbit probatio, quia de iure ita est: vt docet Aegid. Bellamer. in decisi. 66. Si impetrans probat

ns. probat
Staphile

Regularia beneficia multiplicia.

5

Staphile,in tract.de liter.gratiæ,rub.de qualitate & statu benefi.in prin. Ideoque dicit illud curatum,oportet quod probet.arg.l.ei qui.ff.de prob.

*S m'lex be
ne. cūm
qu.d.*

12 Alia beneficia sunt simplicia,& sine administratione,vt quæ non habent populum,vel clerum,nec quidem administrationem:vt canonicatus & præb.c.2.de renun. Canonicus enim ratione præbenda sacramenta non administrat, sed Deo servit in horis cantandis,& alio officio sibi iniuncto: ideo sine administratione dicitur.

13 Et præbendam dicunt esse ius percipiendi prouentus in ecclesia ratione canonæ gl.in verb. re ceperunt.c.cūm Mar.de constitutionibus facit.c. dilecto.de præb [& præbenda dupliciter sumitur, primò pro quocunque beneficio ecclesiastico quod necessaria ad vitam præbeat.c.super hoc.de renunc.& pro iure percipiendi prouentus ratio ne canonæ gl.& doct. in c.cūm M. Host. in summa de præb.& dij. ni Felin.in c.postulasti.nu.4.de rescrip.] curam animarum non habens.cap.fin.de præb.Bellamer in c.indeorum.col.4.verf.quarto habemus.de ætate & qualit. [Spec. in tit. de la psis. §.nanc dicendum,in prin.]

*Capella &
capellania
differunt.*

14 Item capellæ,vt in c.i.de capellis monach. & per totum,& practici Romani faciunt differen tiam inter capellam & capellaniam: nam capellæ vocant,quādo est corpus per se,& ecclesia per se, & tunc literæ Apostolicæ diriguntur rectori talis capelle,vt in ti.de capellis monachorum. Si verò altare sit in aliqua ecclesia,tūc dicitur capellania, & vocari solet perpetua & dirigitur rescriptū tali N perpetuo capellano:& sic capella corp' est per se,capellania in ecclesia aliqua:quod est notandum, sed non exactè seruit ista differentia etiam in iure:nam vno pro altero passim vtitur.

*Simplexve
robene;cūm
vocatur.*

15 Altaria an
sint benefi-
cia.

Præstimo-
nia que &
beneficium seculare simplex,de quo in cap.fi. de quare fu-
runt insi-
tu ia.

R Regularia beneficia sunt,que religio sis addicta sunt, vel ex fundatione, vel ordinarij, seu superioris institu tione.c.i. & ibi Doctores de ca. mo-

nach.vel de consuetudine,seu prescriptione: vi pote quia per regulares regi confuerunt,& ad ministrari per quadraginta saltē annos. c. cūm de beneficio de præb.lib.6.glo.in §. idem ordo.in ver.regularibus,de colla.in prag.& incongruum videtur,vt regulares secularibus supponantur,c. ij.de c.mo.licet hodie quidem stolidi præficiatur sanctis religiosis,& eos fame opprimant, sed vñ il lis. Vide quæ scripti in conc.Franciæ, in verb. re gularibus,in for.lit.execut.in fin.

2 Etiam hæc sunt in duplice differentia secundum quosdam:quædam enim sunt duplia,vt abbatia regularis, forte quia ea obtinentes duplii onere funguntur,vel fungi debent, tam circa personas, quam res monasterij. c.quanto,in fi.de offic. ordi. c.cūm ad monasterium,de statu monacho.& c.in singulis,& per totum ibidem.

3 Officium.c.cūm singula,de præb.lib.6.cap.cūm ad monasterium,ver. tales autem,& c.seq. de sta tu monach.& multa sunt officia in religione,quæ si bene regantur,bene est religiosus.

4 Prioratus conuentualis:c.le.ne in agro. §.cateri um,de statu monac.c.nisi essent,de præb. scripti in §.monasteriis,in verb.prioratibus,in concor. in rubr. de nomina. reg. ad prælat. vbi dixi priores conuentuales eos,qui in conuentu religiosorum præfecti sunt:vt not.Doctores in ca.capitulum,de rescr.& c.cūm ecclesia,de cauſa posseſſ.

5 Prioratus clauſtralis.c.cūm ad monasterium,de Prioratus statu monachor.& dicitur prior clauſtralis, qui in clauſtro religiosis in clauſtro & monasterio præfectus est, qui pri. & eius p̄r cæteris post abbate potens esse,debet in ope re & sermone:vt exemplo vita,verbō; doctrine, fratres suos & instruere possit in bono, & à malo etiam reuocare, zelum religionis habens secundum conscientiam,vt delinquentes corripiat, & castiget,obedientes foueat,& confortet. §. prior, dicto.c.cūm ad monasterium. Et ista duplicita vo cantur.

6 Simplicia sunt prioratus simplex, & monachus,ac canonicatus regularis: hi enim suo & sim pli onere funguntur.c.quod Dei timore, & c.fi. simplicia de statu monach.clem.ne in agro. §. cateri um & quia per totum de statu mona.gl.in clem. dispensatio, in verb.in beneficiis,de iudi.c.fi.de reli.dom.

7 Vbi monachus nō potest locum monachalem. in diuersis locis & monasteriis habere, sed vno contentus esse debet.c.cūm singula,de præb.li.6. & dicam inferius,in materia dispesa.super plurali in 2. parte.

De clericis, & à quibus & quomodo crecentur.

1 Ciēdum est quod ista beneficia debentur clericis secularibus, si secula ria sint:clem.,i.de elect.cap.Deus,de vita & honest.cleri.vbi Doct.not.

2 Si verò sunt regularia, regularibus & religiosis debentur.c.cūm singula,de præb.in 6. scripti in §. volumus,de collat.in concor.

3 Aliquando verò sacerdotibus , ut sacerdotalis præbenda, in c. cui de non sacerdotali, de præb. lib.6.

4 Itaque hæc beneficia ecclesiastica nō debentur

A 3

laicis, sed ipsi sunt illorum incapaces, nisi clerici fiant. c. cùm ad eò de rescr. ca. ex literis, de translatio. videndum esset de his clericis, & à quibus, & quomodo crea^r possint.

Clericus ut 5 Et ut clerici creari quis possit, tria requiruntur, fieri possu^r, artas, habilitas, & forma, seu ætas, morū grauitas, tria in eo re & literarum scientia. c. cùm in cunctis, de elect. quijus.

6 Primo clerici fieri nō possunt ante septem annos. c. fi. de temp. ord. lib. 6. & tunc primam tonsuram sumere possunt, seu coronam. c. fin. de cleric. coniugat. & iste annus septimus debet esse completus, teste Præposi. in c. de his. in prin. 28. dist. dispensatur tamen à Papa, vt in sexto anno possit insigniri clericali charactere: & completo illo sexto anno, vt beneficia simplicia obtinere possit.

Post septem annos clericus sit. 7 Ad beneficia autem quæcunque dispensesse Papa potest in sc̄ptimo completo, vt inferius dicamus in tract. dispens. super defectu ætatis, videat tamen causam alioq. iudicium sibi preparat Papa, si cū isto minore dispenses sine ratione, sola affectione mor^r.

8 Habilitas personæ consideratur respectu datus, & eius cui datur: dantis, an is, qui concedit, dare hoc possit. l. naturali. §. i. ff. de confir. tuto.

Primā ton suram que concessere posse. 9 Videntur est, qui primam tonsuram concedere possint. Resp. Papa, qui etiam solo verbo potest presbyterum facere: teste Angelo in l. i. C. de sent. passis, quem refert & sequitur Fel. in dict. c. i. num. 23. col. 6. de constitutio. Ipse enim introduxit formam, quam tollere potest. ff. de sponsal. l. si puellæ.

10 Solet tamen ipse solennia quædam in illis seruare, sine quibus actus vix reciperetur.

11 Etiam episcopus clericos in sua diœcesi creare potest: dicto. c. i. & per totum de temp. ord. lib. 6. & archiepiscopus in suo archiepiscopatu, non autem clericos suffraganeorum: dict. c. i. de temp. ordin. in 6.

12 Itaque episcopus primam conferre potest tonsuram, siue in episcopatu, siue extrâ: cum collatio tonsuræ sit voluntaria iurisdictionis: ergo suos subditos ubique non alienæ dicecessis viros ordinare potest, teste Alber. in l. emancipari. ff. de adoptio. Barba. in c. nouit, de officio legati.

13 Etiam non petito consensu episcopi territorij, secus in iurisdictione contentiofa: vt not. in elem. vna, per illum. tex. de foro compe.

14 Interdum ab abbate prima cōfertur tonsura, si ipse benedictus sit, & presbyter: sed monachis tantum & conversis monasteriorum suorum, & qui ad illa conuolauerint, & in quos ecclesiasticam, & quasi episcopalem obtinent iurisdictionē: alios autem ordinare non possunt, nisi id eis competat ex pleno sedis Apostolicae priuilegio. c. abbat. in fi. de priuileg. lib. 6. Glo. in c. de temp. ord. eodem lib. cap. cùm contingat, de arte & qualit. vbi Doctores. c. quoniam. 69. distinct. c. cùm inter, de re iudic.

15 Et alij, quām religiosi, promoti ab abbatib^r debent ostendere abbatis priuilegiū, super quo fundant intentionem suam. l. actor. C. de probation. alij non proderit eis tonsura ab abbatibus concessa: Parisius in consilio cētesimo vigesimo quin-

to, An collatio, in quarto volumine.

16 Interdum à prioribus etiam hæc prima tonsura confertur: doct. in d. c. abbates. Id tamē ex priuilegio, & sicut abbates, de quibus suprà dictum extitit: & hæc tonsura vocatur aliquando corona. c. fi. de cler. coniugat. cle. 2. vbi gl. de vit. & ho. cler. & vulgus Occitanorū ita vocat, & interdum vocatur clericæ. c. Psalmista. 23. dist. vbi Prepo. hoc scribit: quia per eam fit clericus is, qui ea honestatur.

17 Item cōsideratur habilitas respectu recipiens, sed quæ in recipientibus habilitas requiritur? Resp. si ab abbatibus & prioribus conferatur, requiritur quod suis monachis, non alienis conferatur. c. abbates, de p. i. uil. & in suo monasterio. cap. quoniam. 69. dist. & post professionem, alijs susceptra tonsura, is posset postea exire, & fraus fieri, quæ præcauenda est. c. i. de fer. non ord. Doct. in c. religioso, de sent. excom. lib. 6.

18 Valeret tamen, si intra annum professionis effet collata, licet is dimitteret illā religionem, quia non annullatur id, quod iure factum fuit: per reg. iuris factum legitime, de regul. iur. lib. 6.

19 Si verò episcopus conferat tonsuram, requiriatur quod hi quibus confert, orti sint in suo episcopatu, velibi habeant domicilium, vel beneficium, & habemant literas dimissorias. ca. cùm nullus, de temp. ord. in 6.

20 Beneficium dico perpetuum, ideo nō possent promoueri collegati, seu bursarij vbi obtinent ad tempus collegij locum: quia hoc non est perpetuum. idem si haberet fructus præbendæ ad docendum pueros. c. quia non nulli, de magist. vbi Host. 21 Ideo habentes beneficium in commendam per sex menses, non possunt ratione illius beneficij promoueri ab episcopo illius beneficij, quia non datum est eis perpetuū. c. nemo, de elec. lib. 6. nisi in religiosis habentibus beneficia manualia: clem. vnica, de sup. neg. præl. quia pro perpetuis quo ad hoc habentur. l. sufficit. ff. de cond. indeb. gl. in c. si gratiōsē, de rescr. in 6.

22 Poteſt etiam ep̄s tonsuram conferre monachis de gentibus in monasteriis sui episcopatus, niſi ſint exempti: quia tunc licentia Papæ requiritur. d. c. cum nullus. §. fi. vbi Peruf. fed alij firmant contrarium, quod etiam exempti ordines ab ep̄o recipere poſſint: q. est valde fauorable, & tenēdū.

23 Bene tamen poterit tonsuram concedere ep̄s consiliariis, & alijs habentibus officiū perpetuum in diœcesi: vel quasi perpetuum, quia ibi cēſentur officiū perpetuum tunc habere domicilium: Bart. & alij in l. i. ff. ad munic. sura confer.

24 Non poſſet tamen ep̄s conferre tonsuram, vel ordines alij cui famulo suo alienæ dicecessis, ratione familiaritatis: & quia non cēletur ibi habere domicilium famulus, vbi feruit, secundum Domi. & Phil. in d. c. cū nullus: niſi haberet aliquod beneficium, vel domiciliū ibidē: requiritur etiam q. hic sit bonis moribus prædictus. d. c. cùm in cunctis, de elect. & l. scire. in fi. ff. de tutor. & cura. dat. ab his.

25 Itē illiteratus ordinari nō poſſet. c. p̄cipimus. illiteratus 34. dist. & c. illiteratos. 36. dist. in c. fi. de tēp. ord. li. non poſſet. 6. & in auth. de san. epis. col. 9. q. a literis carēs sacris promouere. nō poſſet esse aptus officiis. d. c. illiteratos, & ep̄s qui neſciebat

Forma liter.tonsuræ,& in his requisit.

7

nesciebat Donatū fuit priuat⁹.c.fi.de q̄ta.& quali.
 26 Ego scio quosdam eo solo posse deponi, qui tantum sciunt legere, & scribere Gallicum sermonem, sed non Latinum: tamē per eorum astutiam, nescio quo fato in animarum illorum fortè perniciem acquisierūt episcopatus, abbatias, & alia multa beneficia, & coqui, latomi, & armigeri, tibicines, & fortè ifideles in hoc regno nostra memoria non dicam vnam, verum plures sibi usurpant abbatias: sed quis est mortalium, qui hanc non videat insignem perniciem, & Ecclesias brevi destrui, ac labefactari ab his, si diu sic regantur? Dicam cum Psalte egregio, *Benefac Domine bonis & rectis cordis.*
 27 Quod est verum, si omnino essent illiterati, promouēdū non sunt, sed si scirent legere, possent habere primam tonsurā: Dominic. & Philip. in d. cap. præcipimus, iuncta glo. 34. dist., quia tonsura est gradus primæus, quæ solet iuuenibus conferri, de quibus spes est, ut studeant, & doctiores fiant: cap. fin. de temp. ordinand. libro 6.

Episcopus non dispensat super scientia.

8 Nec poterit dispensare episcopus, vt illiterati omnino tonsuram uscipiant, teste Innoc. in ca. cūm dilectus, de temp. ordinand. in d. cap. fin. Bernard. de Luso in præc. cri. in ver. illiterati.

29 Quod intelligerem verum in viris iam ætate ingrauescentibus, sed in iuuenie septem annorum, potest episcopus cum modica scientia isti iuueni primam conferre tonsuram, habita ætatis ratione, quæ ostendit illū magnam callere non posse sciētiā in illa ætate, & sub sp̄e futuri studij illum promouere: sicut quandoque doctores cōferunt gradum baccalaureatus primævum iuuenibus acrimoniam ingenij præditis, licet parum studuerint in iure: quia spem habent, ut ad maiora prouochi debant: postquam bono prædicti sunt ingenio.

30 Forma conferendi primam tonsuram ponitur in pontificali, in principio, eam non pono, nā postquam aliquis est clericali insignitus charactere, præsumitur quod forma fuerit seruata & alia necessaria: vt docet in simili Panor. in cap. nisi de præben. & forma intrinseca præsumitur: l. ciendū, ff. de ver. oblig. cap. si forte, de elect. libro 6.

Clericus in ordinatio-ne promis-tre debet, quod fidem catholicam tenet.

31 Et in concilio Toleta. xj. fuit statutum, ut antequam cleric⁹ crearetur, caueret scripture propria, vt fidem catholicam syncera cordis deuotione teneret, iustè ac pièvueret, in c. quāquam, 23. dist. catholicam quod tamen hodie non seruatur,

32 Adiuentum est, quod interdum confertur tonsura, & alij ordines à suo episcopo, & quandoque ab alieno, si concedatur à suo episcopo, qui dicitur ratione originis, domicilij, vel beneficij: cap. cūm nullus, de temp. ordin. in 6. opus est, vt ipse cōcedat literas probatorias, & authēticas: verū quia in eis sapienter erratum vidi: ob id sic concipi solent.

Forma literarum tonsuræ, & in his requisita.

I OANNES miseratione diuina, ac sanctæ sedis Apostolicæ gratia, N. Episcopus, notum facimus vniuersis, quod nos anno & die infra scriptis, & in Ecclesia parochiali de Lefato

nostræ dioecesis officium visitationis exercendo, dilecto nobis in Christo Petro Robin, filio Petri Robin, & Ioannæ coniugum dicti loci de Lefato nostræ dioecesis oriundo, in & de legitimo matrimonio procreato (prout fide dignorum testimonio nobis facta fides extitit) ætatēque, literatura, & aliâs idoneo comperto tonsuram contulimus clericalem, militiæ clericali adscribendo eundem. Actum ubi suprà sub sigillo nostro magno rotundo, die 20. Aug. anno incarnationis Domini millesimo quadragesimo primo, testibus Joanne Rotelino, & Gaspare Rito ad hoc vocatis, de mandato Do. P. Rochet Secret.

2  I autem Episcopus tonsuram cōferat *Dispensatio* bastardo, soler addi dispensatio sic, & *episcopi cu-* *bastardis* *ad tonsurā* *ad bene* *sicium sim-* cum eodem super defectū nataliū quem patitur de presbytero genitus & soluta: vt etiam ad minores ordines promoueri & beneficium ecclesiasticum, cui cura nō immineat animarum si sibi canonice conferatur, recipere, & retinere, liberè & licetè possit, & valeat hū iusmodi defectu, non obstante eisdem auctoritate & tenore dispensauimus, & dispensamus. In cuius, &c. Et ista dispensatio elicetur ex c. i. de fil. presb. libr. 6. de qua scribam, in tracta dispensa, super defectū nataliū inferiū in secunda parte.

3 Notanda sunt in his literis tonsuræ requisita. *Requisite* Primò requiritur nomen episcopi [quod probatur in c. in nomine. 73. dist. c. ego N. de iure iurando.] *in literis* *tonso.* Ioannes, &c. nec solet cognomē addi, quia ex nomine satis est certus: ideo non debet amplius demonstrari, vt habetur in l. i. ff. de dote prælega. & notoria demonstratione non indigēt. l. emptorē. ff. de actio. cmp. & si sola nominis commemoratio quicquam ambiguitatis non parat, nō sit alia expressio, per text. in l. hac consueta. C. qui testament. fac. possunt: vbi gl. nisi, nomen & cognomē esset de forma, vt docet Alex. cōf. 27. viso, in 6. vol. & Alber. in tract. statu. in ver. instrumentū primo.

4 Etiam in his literis solet describi miseratione diuina, & sanctæ sedis Apostolicæ gratia, vt etiam à sancta fede recognoscatur episcopatum habere. cap. ego N. de iure iurando, alioqui priuari posset episcopatu, si nollet recognoscere sedē Apostolicam: vt scripsi in artic. 2. tract. vt benefic. ante vacatio. in consti. Reg. vbi scripsi illos Principes, qui neminem nisi solum Deum in temporalibus recognoscunt, hac phrasī vti solere, gratia Dei seu diuina gratia, seu clementia: alios vero non maxime episcopos nisi sapient hæresim, volentes Papam, sua dignitate priuare: & tunc Papa debet eos episcopatu statim priuare, quia sic indignos se reddiderunt: & ego vidi quandam episcopum, qui nobebat hāc adiucere clausulam, sanctæ sedis Apostolicæ gratia,] ideo præsumendum erat contra eum, & exitus acta probauit, &c.

A 4

Formula literarum tonsuræ,

5 Secundò, exprimi debet nomen episcopatus, videlicet Paris. episcop° vel alius, & hoc solet certum episcopum facere, ut cognoscamus, an quis à suo episcopo sit tonsuratus: ut docet per c. i. & per torum de tempor. ordinan. libr. 6.

6 Tertiò debet exprimi in his literis, annus & dies datae tonsuræ: alioqui instrumentum sine anno & die non valeret generali. C. de tab. lib. 10.

Locus con-
cessus tonsu-
re exprimē
dus.

7 Quartò, locus in quo est concessa tonsura ex primi debet. gloss. vlti. in extrauagan. execrabilis. Ioan. 22. & Specul. intir. de instr. edit. §. 1. imo quidam locum loci ponunt, sic, Datum Paris. in templō nostrā Dominae, vel in aula episcopali: & profect ad euitandam falsitatem, sed non est necessarium, ut testatur Ioan. de grassis, in tract. de substantia procura in verbo actum in ciuitate: & ego in his maxime vidi conscribilocum loci, [ut in ciuitate Parī, & in ecclesia tali, &c.]

Nomen &
cognomen
recipientis
tonsuram
enque pa-
trig. est ex-
primendū.

8 Quintò, exprimi debet nomen & cognomen eius, cui data est tonsura, ad euitandum dubia & equivocationes de alio: I. ad recognoscendos. C. de inge. & manu. l. hac consultissima. C. qui test. fac. poss.

9 Sextò, nomen & cognomen patris ordinandi, & nōmen matris, ex quibus progenitus est is, qui tonsuram suscepit, ut sciat an sit filius legitimus, & ex quo ortus sit, & si pater mortuus sit, dicetur filius quondam talis. l. eius. ff. si certum petat, vbi gloss. & Doct.

10 Septimò, debet exprimi locus, in quo illi, qui suscipiunt tonsuram, degunt, ut dignoscatur, an episcopus potestatem habuerit dandi tonsurā illis: & solet dici loci talis de Balianicis nostræ dioceſis vel à Lefato: quia nullus potest ordinare clericum alterius dioceſis. c. i. per totum, de tempor. ordin. lib. 6.

Natus an-
si tonsura-
sus ex legi-
timō matri
morio lie-
re testari
dabent.

11 Octauo, debet fieri mentio, quod is, qui tonsuram suscepit, natus est de legitimo matrimonio, & sic episcopus, vel ab eo delegatus, antequām conferat tonsuram, debet duos saltem audire testes de hoc, & postea in literis attestari: alioqui non valebit tonsura collata bastardo, licet episcopus possit secum dispensare, etiam ad minores. 12 sed non censetur dispensatū, si hoc non fuerit expressum, vel si episcopus nesciat defectum. c. vno, vbi Glos. & Doct. de extate & quali. lib. 6. cap. i. de filiis prebyt. Ibidem ideo superius scripti dispensationem, quando episcopus confert tonsuram illegitimo.

Litera-
ton-
sura at-
testari
& scienciam
attestari,
enibus cre-
datur.

13 Nonò, debet fieri mentio extatis legitimæ, videlicet quod tonsuratus inuentus est in extate legitimæ, ergo super hoc debet sciscitari episcopus à testibus, & parentibus, quibus etiam cum aliis in hoc creditur. l. de extate. ff. de minor. vbi Bar.

14 Quia infantī non debet conferre tonsuram, nisi religionem intraret. c. f. de tempo. ordi. lib. 6. 15 Et licet fiat mentio testimoniū, tamen creditur his sicuti, tamen super extate, quam super matrimonio, per c. post cessionem, de probat. nisi quis velleret probare contrarium.

16 Decimò, de literatura promouendi etiam solleſſi mentio in his literis, quod est inuentus idoneus in literatura, per cap. cūm in cunctis, de ele-

ctionibus. Nam illiterato conferri etiam tonsura, non debet. d. c. fin. ibi illiterato: nec dicitur illiteratus, si legere sciat, ut superioris scripti: & in hoc etiam creditur his literis, nisi quis eas faſas probare vellet, super quibus est prius cogitandum.

17 Undecimò, debet testari se dediti ei tonsurā clericalē, eum adscribendo militiē clericali, quod potest: ut plene scripti, in fine concord. Francie contra Pet. de Ferraris contrariū dicentem: quia ea quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege: ut docet Divus Paul. ad Gal. 5.

18 Duodecimò, debent in fine literarū duo saltem testes inscribi: ut in ore duorum vel triū stet tonsuram omne verbum: ca. licet vniuersis, de testibus. cap. effany. relatū, de testamen. licet literis quo ad hoc episcopi sigillo signatis crederetur. capit. post cessionem, de probat. sed stylus est seruandus.

19 Decimotertiò, datam literarum apponi neceſſe est, & quo die hæc gesta sunt, ut plenē scribit. Ioannes Andreas in f. lib. 6. & ego in forma manu. in concordatis, & iste literæ sic confitentur: faciunt fidē: ideo si ista non sint in literis tonsuræ, impugnari tolent.

20 Decimoquartò, attestatur episcopus literas sub sigillo suo esse confessas: nam sigillum episcopi in literis apponi debet, & postea probat literas, interuenientibus aliis necessariis: c. post cessionem: vbi Doct. de probationibus: & dicere debet an sit sigillum rotundum, vel longum, magnum vel parvum: ut Doctor. notant in c. significavit, de ap-pel. & in cap. inter dilectos, de fid. instrum.

21 Decimoquintò, episcopi secretarius subscrabit se in fine illis literis, de mandato episcopi, id se fecisse attestans, ut in l. hac consultissima. C. de testa. ibi, finem autem testamēti subscriptiones. Muita. super hoc scripti in tracta, nomina q. 10. hoc procedit, nisi episcopus se subscrivat: quia tunc alia non requiritur subscriptio, cūm maior sit episcopi auctoritas, quam secretarij eius. [Regula est quod tonsura est probada literis ad hoc factis. Nec probatur per literas aliorum ordinum. Limitatur ex diuturnitate temporis. Panor. in ca. fraternitatis, de cleri. nō resid. Feli. in cap. super his. col. 9. de ac-
cus. & conf. 2. excellens docto. nu. 29. & 32. quia ex diuturnitate temporis omnia præsumuntur sole-
niter facta. l. si filius fa. C. de petit. heredit. Secūdō propter integratatem ordinantis, quia nō est veri-
simile quod episcopus contulisset ordines sacros, nisi primū vidisset tonsuram. Panor. not. primū in c. nisi per illum text. de præb. Et sic præsumen-
dū est pro quolibet episcopo, siue forte pro alieno, & ceteris qui non curāt de oīibus, quia mer-
cenarij & portatiles, ut plurimū sunt. Tertiò si inciderter probadæ essent literæ tonsuræ, ut pote si velim probare tonsuram resignantis mortui fortè, vel illius in cuius locum subrogari cupio, tūc sufficiet aliquis probare literas aliorum ordinū. argu. l. quotiens. & ibi not. C. de iud. Panor. in cap. illud. de præsum. & sufficit producere signaturam resi-
gnantis mortui, vel alterius quando incidenter Tonſurali-
eam produco, & sic in forum iudicij seruati vidi. teris pro-
22 Etsi patet tonsurā literis probari debere, cum banda.

de ea

Formula literarum tonsuræ,

5 Secundò, exprimi debet nomen episcopatus, videlicet Paris. episcop° vel alius, & hoc solet certum episcopum facere, vt cognoscamus, an quis à suo episcopo sit tonsuratus: vt docet per c.i. & per totum de tempor. ordinan. libr. 6.

6 Tertiò debet exprimi in his literis, annus & dies datae tonsuræ: alioqui instrumentum sine anno & die non valeat. l. generali. C. de tab. lib. 10.

*Locus con-
cessæ tonsu-
rae exprime-
re.*

7 Quartò, locus in quo est concessa tonsura exprimi debet. gloss. vlti. in extraugan. execrabilis. Ioan. 22. & Specul. in tit. de instr. edit. §. 1. i. mō quidam locum loci ponunt, scilicet Datum Paris. in templonstræ Domine, vel in aula episcopali: & prodebet ad euitandum falsitatem, sed non est necessarium. vt testatur Ioan. de grassis, in tract. de substantia procura in verbo actuū in ciuitate: & ego in his maximè vidi confitibilis locum loci, [vt in ciuitate Paris. & in ecclesia tali, &c.]

*Nomen &
cognomen
recipiens
tonsuram
in signo pe-
nitentia ex-
primenda.*

8 Quintò, exprimi debet nomen & cognomen eius, cui data est tonsura, ad euitandum dubia & aquivocationes de alio. l. ad recognoscendos. C. de inge. & manu. l. hac consultissima. C. qui test. fac. poss.

9 Sexto, nomen & cognomen patris ordinandi, & nomen matris, ex quibus progenitus est is, qui tonsuram suscepit, vt sciatur an sit filius legitimus, & ex quo ortus sit, & si pater mortuus sit, diceretur filius quandam talis. eius. ff. si certum petat. vbi gloss. & Doct.

10 Septimò, debet exprimi locus, in quo illi, qui suscipiunt tonsuram, degunt, vt dignoscatur, an episcopus potestatem habuerit dandi tonsurā illici: & solet dici loci talis de Balianicis nostræ dicēsis vel à Lefato: quia nullus potest ordinare clericum alterius dioeces. c.i. per totum, de tempor. ordin. lib. 6.

*Natus an-
siu tonsu-
ra ex legi-
timo matri
monio lie-
ta reperi-
tient.*

11 Octauo, debet fieri mentio, quod is, qui tonsuram suscepit, natus est de legitimo matrimonio, & sic episcopus, vel ab eo delegatus, antequam conferat tonsuram, debet duos saltē audire testes de hoc, & postea in literis attestari: alioqui non valebit tonsura collata bastardo, licet episcopus possit secum dispensare, etiam ad minores. 12 sed non censetur dispensari, si hoc non fuerit expressum, vel si episcopus nesciat defectum. c. vno, vbi Glos. & Doct. de ætate & quali. lib. 6. cap. i. de filii presbyt. Ibidem ideo superius scripsi dispensationem, quando episcopus confert tonsuram illegitimo.

*Littera tonsu-
rae atate
& scientia
attestatorum
quibus cre-
duntur.*

13 Nonò, debet fieri mentio ætatis legitimæ, videlicet quod tonsuratus inuentus est in ætate legitimæ, ergo super hoc debet sciscitari episcopus à testibus, & parentibus, quibus etiam cum aliis in hoc creditur. l. de ætate. ff. de minor. vbi Bar.

14 Quia infanti non debet conferre tonsuram, nisi religionem intraret. c. fi. de tempo. ordi. lib. 6. 15 Et licet fiat mentio testium, tamen creditur his literis, tamen super ætate, quam super matrimonio, per c. post cessionem, de probat. nisi quis vellere probare contrarium.

16 Decimò, de literatura promouerdi etiam solet fieri mentio in his literis, quod est inuentus idoneus in literatura, per cap. cum in cunctis, de ele-

ctionibus. Nam illiterato conferri etiam tonsura non debet. d. c. fin. ibi illiterato, nec dicitur illiteratus, si legere sciat, vt superius scripsi: & in hoc etiam creditur his lit. eris, nisi quis eas falsas probare vellet, super quibus est prius cogitandum.

17 Undecimò, debet testari fe deditie ei tonsurā clericalē, eum adscribendo militiae clericali, quod potest: vt plene scripsi, in fine concord. Francie contra Pet. de Ferrariis contrariū dicente: quia ea quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub leg: vt docet Diuus Paul. ad Gal. 5.

18 Duodecimò, debent in fine literarū duo saltem testes inscribi: vt in ore duorum vel triū stet tonsurā, omne verbum ca. licet vniuersis, de testibus. cap. 7. *testes in tonsurā, & se-
cretarij fe-
dū in tonsu-
ra, & de
bet.*

19 Decimotertiò, datam literarum apponi necesse est, & quo dicitur gesta sunt, vt plenè scribit. *Data, sigil-
lo & se-
cretarij fe-
dū in tonsu-
ra, & de
bet.*

Ioannes Andreas in fi. lib. 6. & ego in forma mandat. in fine in concordatis, & iste literæ sic confiteantur fidē: ideo si ista non sint in literis tonsuræ, impugnari solent.

20 Decimoquartò, attestatur episcopus literas sub sigillo suo esse confessas: nam sigillum episcopi in literis apponi debet, & postea probat literas, interuenientibus aliis necessariis: s. c. post cessionem: vbi Doct. de probationibus: & dicere debet an sit sigillum rotundum, vel longum, magnum vel paruum: vt Doctor. notant in significavit, & c. ap-
pel. & in cap. inter dilectos, & c. fid. instrum.

21 Decimoquinto, episcopi secretarius subscribit se in fine illis literis, de mandato episcopi, id se fuisse attestans, vt in l. hac consultissima. C. de testa. ibi, finem autem testamēti subscriptiones. Multa super hoc scripsi in tracta. nomina. q. 10. hoc proce-
dit, nisi episcopus se subscribat: quia tunc alia non requiritur subcriptio, cum maior sit episcopi au-
toritas, quam secretarij eius. [Regula est quod tonsura est probada literis ad hoc factis. Nec probaratur per literas aliorum ordinum. Limitatur ex diuturnitate temporis. Panor. in ca. fraternitatis, de cleri. nō resid. Feli. in cap. super his. col. 9. de ac-
cus. & cons. 2. excellens docto. nu. 29. & 32. quia ex diuturnitate temporis omnia presumuntur sole-
niter facta. l. si filius fa. C. de petit. heredit. Secundò propter integratatem ordinantis, quia nō est veri-
simile quod episcopus contulisset ordines sacros, nisi primū vidisset tonsuram. Panor. not. primò in c. nisi per illum text. de præb. Et sic presumen-
dū est pro quolibet episcopo, siue forte pro alieno, & cæteris qui non curat de quibus, quia mercenarij & potatiles, vt plurimū sunt. Tertiò si in-
cidenter probadæ essent literæ tonsuræ, vt pote si velim probare tonsuram resignantis mortui fortè, vel illius in cuius locum subrogari cupio, tunc sufficiet aliquis probare literas aliorum ordinū. argu. l. quotiens & ibi not. C. de jud. Panor. in cap. illud. de præsum. & sufficit producere signaturam resig-
nantis mortui, vel alterius quando incidenter tonsurali-
am produco, & sic in forum iudicij seruari vidi. teris pre-
22 Et sic patet tonsurā literis probari debere, cum banda,

de ea

de ea fiant ut h̄c per text. in l. si qua per calumnia. C. de episcopis & clericis. vbi Iacob. Butrig. & Pet. de Vergnia, in additio. ad eum : & Guido Papæ quest. §82. reperitur. & text. in ca. legum. 2. q. 1. Ibi, ordinatus à suis ordinatoribus literas accipere iubetur. Chaifa. in consuetu. Burgund. in tit. des iustices. §. 6. gl. font crevus. nu. 12.

Tentibus v.
novel plu-
ribus que-
do tonsura
probetur.

23 Quod non procedit, si dicatur scripturam esse amissam, quia tunc per testes probari poterit, per l. testium, in fin. ff. de testib. I. in repetitione l. admonendi. colum. 67. num. 186. ff. de iure iurand. & in l. hac consultissima. Cod. de testament. Guido Papæ in decif. 474. de materia, facit l. si solcibus. C. de fid. instr.

24 Imò etiam probari posset tonsura per vnum. testem. Bald. & Felinus, in cap. licet vniuersis, in fi. de testib. quod limitauit quando ex hoc fieret magnum alteri præiudicium, vt pote, si litigare super beneficio: nā eo casu saltem per duos testes probatio fiet, per dictam l. testū. fecus quo ad hoc vt iudex ecclesiasticus cognoscat. [Nam eo casu etiā possesso & habitus clericalis sufficit: teste Bald. in cap. dudum. i. colum. vlt. de elect.] cap. si iudex. de sent. excom. lib. 6. Petr. Gerard. singul. 49. nota regulā, quia hoc casu res est parui momenti: vel nisi probaretur, quod obstante impedimento scriptura fieri non potuit. teste Nicol. Mili. in verbo probatio capellanatus.

25 Et tunc posset hæc probari per testes, cap. 2. & 3. de clericis peregrinan. nec sufficeret probare se esse in possessione clericatus per testes quo ad beneficia obtineāda, nisi probaret se clericum: vt docent Ioan. Andr. Archidi. & alij in cap. si iudex. de sent. excommunic. Gemin. col. 91. premitto. col. i. Probus in cap. 2. de tempor. ordi. libr. 6. & Bečr. in decif. Burdegal. quæst. 171. si super. col. pen. vbi dicit repellendum quem in beneficialibus, nisi probet se clericum, sicut canonicus, vel beneficiatus probat se canonice institutum. Archi. in c. ordinarij. in verb. exhibere. de offi. ordi. lib. 6. [Et sic cēfuit Senatus contra: de quo scribit Ioan. Gallus in q. per arresta. q. 51. anno quo suprà.]

26 Et sic in beneficialibus diceré non posse probari tonsuram, nisi per scripturā, si non probetur eius amissio: vel quod non sit facta scriptura ratio ne impedimenti, sed in aliis casibus, vbi nō est magnum præiudicium, vt in peregrinatē, de quo dubitatur, an sit clericus, vel sacerdos, tunc & per instrumenta, & per testes probatio fiet. ca. 2. & 3. de clericis peregr. alioqui infinitæ fieri in his beneficiis fraudes, & multæ falsitatem committerentur, quibus est obviandum: & hoc dicerem esse tam de iure canonico, quam ciuilis, licet hoc dicant de iure canonico probari posse per testes, sed nō de iure ciuilis. Etiam dicrem tonsuram nō posse probari testibus, si fuerit semel probata falsa, & nō esse in registro collationū, alioqui daretur materia falsum fabricandi, & delinquendi, quod iura abhorrent. l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pactis. & per indirectum falsa tonsura vera probaretur, quia testes postea de ea deponerent: & ita consuli.]

Ordinis li-
teris pere-
gantur

27 Imò non solum oportet probare tonsurā lite-

ris, sed etiam quoslibet alios ordines. Antonius in ca. i. de clericis peregrinan. quem refert Fehlin, in ca. super his. col. 9. num. 18. in vlti. conclusione, de accus. quia vnares non debet diuerfe iure censeri. Leum. ff. de viuaptionibus.

28 Nec sufficeret ostendere literas sacerdotij, *Litteras sa-
cerdotij an
suffici*in a-
fiendere.**

nisi alias etiam literas ordinum ostenderet, quia per saltum posset esse promotus. can. i. de clericis per saltum promoto: alioqui frustra fieret scriptura de quolibet ordine, si per ipsam non esset probandum, nisi esset integritas ordinatis. Panor. in c. nisi, de præb. & diurnitas temporis eo casu literas presbyteratus ostendere sufficeret. Panor. in c. c. fraternitatis, de clericis non residen. Fehlin. in d. c. super his, & conf. 2. excellens docto, &c. nu. 29. & 32. [Nempe eo casu presumptio est magna pro ordinante, quod tonsuræ literas viderit, non tamē plene probat in beneficiis: vt in d. ca. fraternitatis. Docto. tradit, maximè quādo literæ tonsuræ fuerunt probatæ falsæ, quia tunc præsumuntur episcopum fuisse motum his falsis literis, & sic non esset aliqua præsumptio pro literis maiorum ordinum: alioqui per indirectum falsum probaretur. Putarem tamen insufficere, quando incidenter probanda tonsura esset, vt pote si vellem resignatē probare fuisse clericum, producerem literas superiorum, vel aliquas ordinum, non exigetur alla probatio: vel si vellem probare ius illius, in cuius locum subrogatus sum: vt probatur in l. quotiens. C. de iud. per ea que Panor. scribit in c. illud. de præsumpt. maximè ratione diutu. iuris temporis. l. si filius fam. C. de petit. haered.]

32 Etiam requiritur, quod clericus deferat tonsuram ad modū sphærae in capite, alias peccat: quia deferens tō venit contra præceptum: ca. prohibete. 23. distin. vbi præpos. Mediola. hoc asserit: debet etiā vestes dēfere decentes. cap. clerici, ibid. & in elem. vlti. de vita & honesta. clericis. Bočr. in decif. Burdegalen. quæst. 69. super quæstione.

De literis dimissoriis.

1 **T**interdum tonsura à non suo conferatur episcopo iure, vt pote quādo ordinandus habet à suo episcopo literas dimissorias, per quas episcopus subditio concedit, eumque dimittit episcopo alieno ordinandum.

2 Et aliquādo ista litera sunt speciales, vt possit à tali episcopo ordinari, & tunc ab alio ordinatus non iuabitur ordinibus sibi collatis: quia non habet ad hoc concessionem: nam postquam est concessum de uno, de alio est prohibitum. l. cùm prætor. ff. de iudic. c. nonne. de præsumpt.

3 Aliquādo litera sunt generales, vt quis possit ordinari à quounque antistite, gratiana & cōmunionem ledis Apoſtolicæ habente, vt in c. penit. de præscrip. vnde si episcopus fuerit excommunicatus, suspensus, interdictus, vel haereticus, schismaticus, non poterit tonsuram, vel alios ordines conferre, nec proderunt ordinato. c. quod seden. de offici. ordin. vbi glori. ab iuria adducit, etiā quia ad illam

Formula dimissoriarum literarum.

ad illum non est dimissus hic ordinatus: etgo sine litteris dimissoriis esse censetur.

4. Velerat sunt generales ad quoscunque ordines, ut omnes ordines, à tali episcopo, vel à quocunque antistite sumere possit: nam & quādoque aliquis sumit tonsuram, vel alios ordines ab alieno episcopo, in diœcesi tamē ordinati, interdum extra diœcesim, de quo inferius dicetur: & ego scripsi in tract. nomi. q. 14. nu. 42.

Cautela ut 5. Vnde si quis à non suo episcopo tonsurā sum-
tonsura ab pserit sine dimissoriis, cautela est, vt impetrat litteras
alieno epi-
scopo colla-
veleat, ac si data & concessa à suo suisset episcopo:
ta profi.
& hoc antequām alios sumat ordines, & antequā
eisdem conferatur beneficiū: & hoc à Papam non à
penitentiariis, qui super hoc dispensare non pos-
sunt. cap. i. in fi. de temp. ordinand. in 6. quia si ini-
tium debile sit, superadificari validè nō potest. c.
principatus. i. q. i. legi. ff. de except. rei iud.

*Dimissorias quis con-
cedere posse.* 6. Nunc vidēsum est, quia de dimissoriis agitur,
à quo hæ litteræ dimissoriae cōcedi valeat? respon-
ab episcopo originis, dummodò sit electus & con-
firmatus, licet non consecratus. c. cūm nullus. de
temp. ord. in 6. vbi dicit etiam concedi ab episco-
po domicilij, & beneficij, & à vicario generali epi-
scopi, ac à capitulo sede vacante. Ibidem Peruf. in
c. fi. in fi. eo. tit. Inferiores ergo has litteras cōceder-
re non possunt. d. ca. cum nullus. nisi hoc facerent
ex legitima consuetudin. glo. & Doct. ibi, & Au-
fred. in decif. 450.

*Archiepi-
scopus di-
misiories vel ordines
quibus con-
cedere pos-
fit.* 7. Imò superior, scilicet Archiepiscopus iure Me-
tropolitano subditis suffraganeorum tonsurā, vel
ordines seu dimissorias concedere non potest. Pe-
ru. & alij in d. c. nullus.

8. Papa tamen iure suo has concedere Christia-
nis omnibus potest. c. i. de temp. ord. li. 6. ibi nisi à
nobis specialē licentiam habeat, quia est genera-
lis episcopus totius mundi. c. fraternitatē. 71. dist.
& c. cuncta, per mundum. 9. q. 3. in eo tamen quod
contulit beneficium alicui, vel episcopatum, non
referuat sibi ordines, saltem de cōsuetudine Frā-
cia, quicquid dicant doct. in d. c. cūm nullus.

Formula dimissoriarum literarum.

1. **V**Ideamus quæ debeant hæ litteræ di-
missoriae continere, respon. Primo
nomen concedentis, vt dixi in ton-
sura. & cognomen illius, cui conce-
duntur, & permisso, quæ sic solet conscribi.

GOANNES, &c. PETR. &c. vt à quo-
cunque D. Antistite ritè & cano-
nicè promoto gratiam & cōmu-
nionem sanctæ sedis Apostol. ob-
tin. quem propter hoc adire malueris primā
tonsuram accipere, & ad accolytatū ceteros
que minores etiā subdiaconat. diaconat. &
presbyterat. sacros ordin statutis à iure tem-
poribus valeas promoueri, eidem Domino

Antistiti conferēdi, tibique ab eodem reci-
piendi extra tamen ciuitatem & diœcesim
nostras tenore præsentium concedimus,
& impartimur facultatem. Datum, &c.

2. **P**RIMO concedit episcopus, vt ab An-
tistite ritè promoto, ergo si non fue-
rit promotus secundum iura canonici,
vel nullo modo nō est episcopus:
vnde non potest ordines cōferre, nec alia facere,
quaæ ad episcopum pertinent, etiam cōsuetudine
dictante: quaæ reprobatur in c. quanto. de cōsuet.

3. Vnde si fuerit quis à Rege nominatus episco-
pus, & nor. fuerit ei à Papa prouisum nō potest di-
ci episcopus. ca. quod sicur. de electio. Ideo literas non cōcedat
dimissorias concedere nō potest, nec alia quaæ ad necoraines.
episcopum pertinēt exercere: quod si fecerit, in-

*Nomina-
tus à rege
dimissoria
episcopis
ef-
ficiens
pro-
iuria.*
titus est, vel si fructus receperit, etiam ex nomi-
nantis permissione, quaæ non potest iuri canonico
derogare, iure priuatus & inhabilis est. capit. au-
ritæ. de elect. lib. 6. ideo non valebit postea pro-
uicio Papæ illi facta, nisi faciat mentionem, quod
fructus in vim solius nominationis receperit, &
alios actus fecerit, vt inferius abundatiū dicetur.

4. Nō tenebitur tamē ordinatus probare episco-
pum fuisse ritè ordinatus: quia præsumitur, quod
fuerit ritè ordinatus, sed qui allegaret illum non
fuisse ritè ordinatum, hoc probare debet: quia is
qui dicit, probat. i.ei qui. ff. de probat [Gratiam &
communionē sanctæ sedis dicitur habere episco-
pus non excommunicatus, nec suspensus, nec in-
terdictus. c. quod sedem. iuncta glo. de offic. ordi.
& cap. penul. de præscript. vnde quidam solēt hoc
in his dimissoriis exprimere.]

5. Dicit etiam sacros ordines, quia cōcedēdo re-
Sacri ordi-
cipi minores, vel ordines tātū, nō intelligeretur
nes in di-
concedere de maioribus. c. i. de temp. ordin. ideo dimissoriae ex
oportet & sacros exprimere, vt in litteris dimis-
soriis exprimi est solitu, ibi etiā subdiaconatus, &c.
nam cui conceditur minus, non cōceditur maius
per reg. iur. sed econtrario, & quidā solent etiam
inscribere, promoueri valeas, sub tit. talis Eccl. ne
postea ei episcopus prouidere teneatur. c. episco-
pus, de præb. Et episcopus cōcedens dimissorias
tenetur prouidere, non autem promouens. cap. si
episcopus. de præben. in 6. nisi in litteris dimissoriis
dictum fuerit, si ad hoc idoneus, debiteq. intitula-
tus repertus fueris, super quod conscientiam epi-
scopi promouentis in hac parte oneramus, & tūc
promouens tenetur inquire de ætate & de pe-
nitencia volentis promoueri, ac de titulo & de aliis
necessariis, alioqui ipse tenetur.

6. Postea subiungitur in litteris dimissoriis statutis
temporibus, quia maiores ordines certis tēpori-
bus & præstitutis cōferri debent. c. i. de temp. or-
di. nec valet consuetudo in contrarium. c. 2. ibidē.
Alia dicam inferius in litteris de non promouēdo:
sunt tamen quidam adiuentes clausulam, dum-
modò ætatis & literaturæ sufficientis, alijsque
idoneus repertus fuerit: & tunc promouens tene-
tur illum examinare, & alijs de sufficientia inqui-
rere:

Formula dimissoriarum literarum.

II

rere.c.si episcopus de præb.in 6.vbi Doct.

Tonsura quo⁷ Prima vero tonsura quolibet tempore & die
liber tempo conferri potest, quia in ea tempus nō exprimitur.
re concedit
Hostien.in c.penul. de temp. ord.& hoc seruatur
de consuetudine, teste Ægidio de Bellamera, in.
c.3.q.3.ibidem.

8 Item datur potestas episcopo alieno, tōsuram
& ordines conferendi, eo: quia illi est à iure subla-
ta propter iniuriam, quam fecit episcopo, cuius
subditum o. d'nat.c.i. & c. cum nullus.de tempo.
ordin.lib.6.& per rationes superiùs adductas.

9 Datur etiam subdito facultas recipiendi, quia
etiam à iure ei prohibitum erat recipere, & ista
sunt correlativa: quia postquam episcop° alienus
non potest dare: ergo non subditus nō potest re-
cipere, & quod in uno correlatiuorū statuitur, &
in reliquo locū habet.l.1.&c.2.C.de cupres.li.ii.suffi-
cit tamen dare licentia recipiendi:nā eo ipso ra-
tione annexionis videtur & data facultas cōferē-
di:tex.in c.2.de temp. ord.lib.6.vbi Peruf.in 3.not.

10 Et sic vbi cunque iura prohibet aliquid fieri in
fauorem certæ personæ, de consensu illius perso-
næ hoc fieri poterit, vt hīc: & sic tonsura data ab
alieno episcopo, de voluntate sui episcopi valet, &
sine voluntate & licentia non, per cap. primū, &
per totum, de temp. ordin. in 6.

Dimissoria
tonsuram.
& ordines
precedere
debent, nec
valebit ra-
tionalitatis.
Ex quo patet, quod dimissoria precedere de-
bent tonsuram, & ordinum collationem: ideo non
valet ratihabitio episcopi, nec ipse hoc ratū habe-
re potest, sed tantum Papa per literas perinde val-
ere hoc approbare potest: quia ratum quis habe-
re non potest, quod suo nomine gestū non est, per
regulam ratum, de reg. iur. lib.6.& c. cum quis. de
senten. ex comm. eod. lib. c.1. de temp. ord. ibidem.

12 Quod probatur, quia p canones sine dimis-
soriis irrita est ordinatio.ca.1.& c.si quis.71.dist.ergo
postea rara haberi non potest: quod enim in initio
vitiosum est, non potest cōualefcere.l. quod in initio.
ff. de reg. iur. quicquid dicat gl. in d.ca.1.71.distin.
& Probus in d.c.1. de temp. ord.lib.6. dicens
prohibitionem non inueniri iure factam: tamē vi-
des contrarium: & tex. in c.1. in 9.q.2.dicit, nec or-
dinatio rata erit, nec vires vllas habebit: sic cōsul-
uit Pet. Paris. consi.136. stante defectu.col.1. vol.4.

13 Ratio est, quia per hoc pax inter episcopos ser-
uatur, tollitur discordia quæ nasceretur ex ordi-
natione alterius.e. illud. & c. primatus.71.dist. & sic
tonsura nō prodest, tam ratione prohibitionis iuri-
ris quam etiam annullantis, etiam quia excōmu-
nicati & indigni se faciunt communiter in aliena
patria promoueri.c.1. de temp. ord.li.6.nempe in-
fames loca suæ nationis fugere confuerunt.c.
cū deputati.de iud. iuncta gl.c.dux.19.q.2.

14 Nec obstat cap. Salonitanæ.63. distin. quia ibi
non probatur, quod per ratihabitionem episcopi
cōfirmetur ordinatio: sed ibi episcopus relaxat ex
corde iniuriā, quam ordinatus sibi fecerat, proba-
tur ibi: ego autem præceptioni pietatis eorum obe-
diens, eidem maximo, qui me nesciente ordinatus
est, hoc quod in ordinatione sua me, vel re-
spor falem meū prætermittere præsumpsit, ita ex
corde relaxau, ac si me autore fuerit ordinatus.

15 Nec obest, quod iura loquuntur de episcopo
ordinante clericum, secus si laicum: quia ille, qui
habet episcopum*Laicus nō
secundum hoc
est*
est clericus, est effectus iurisdictionis episcopi: lai-
cus vero stat sub temporali iurisdictione, & non
habet episcopum: vt dicit Guido Papæ in decis.4.49.
laicus, sed hallucinatur: nam omnes laici in dic-
cessi permanentes sunt sub iurisdictione spirituali
episcopi, & sic habent episcopum: si non haberent
episcopum, essent acephali.

16 Et à quo confirmarentur? ac chrisma recipi-
rent, & alia spiritualia? Imò episcopus ordinando
laicū alterius diccesis plus delinquit, quam ordi-
nando clericum: quia subtrahit eum, & à iurisdi-
ctione corporali, & spirituali, & à plebe eum vñ-
pat.c.primatus.71.distin. sed ordinando clericum.
tantum à iurisdictione eū spirituali subtrahere ni-
titur: & sic non tantum est delictum: & maius est
in fundamento delictum, quam in aliis: quia vbi
non stabit fundamentū, non poterit superedifica-
ri, nec alijs sumi ordines.l.egi.de except. rei iud.c.
cū Paulus.i.quaest.i. & idē in vtroque casu scri-
bit sic de monte Lauduno, in c.primo, de tempor.
ordinan. in 6. dum textus ibidem dicit clericum.
idem est, ait, si de laico, faceret clericum, infrā,
eod.cap.vlt. & idem dicit de monte Lauduno, in
d.ca. cum nullus. cum sit eadem & maior ratio in
ordinante laicum: vt dixi superiùs, & hoc probat
Peruf. & alijs ibidem. [Præterea ordinatio dicitur
irrita.cap.illud.71.dist. & prohibet Papa, vt nullus
cum isto sic promoto dispenset, in c.1. de temp. ord.
in 6. ergo sic promotus est inhabilis, alioqui nō re-
quireretur dispensatio. & iste sic promotus non
gaudet priuilegio clericali in beneficialibus, & ita
iudicatum fuit, vt testatur Chassa. in cōsuetu. Bur-
gund. in tit. des iustices. §.6.glos. *sunt crucis.*]

17 Item in d.cap. primatus.71.dist. dicitur, quod
episcopus non debet laicū vñipare de plebe alie-
na: ergo loquitur etiam in laico, licet docto.con-
trarium afferant, etiam quia ius prohibet episco-
po alienum ordinare, alienus est laicus, & sic pro-
hibitus, & illa prohibitio actum nullum facit.l.non
dubium.C. de legib.

18 Tamen tempore suspensionis episcopi ordinā-
tis poterit clericus ab alieno episcopo ordinari,
secus in laico.c.2.vbi Peruf.in 2.not. de temp. ord.
lib.6. pena tamen non habebit locum in ordi-
nante laicum, vt dicunt doct.

19 Ideo in vno casu clerici absque licetia proprii
episcopi ordinari possunt ab alieno episcopo, si
episcopus proprius fuerit suspensus, eo quod alie-
nos ordinauerit, alienus suos ordinare poterit.
cap.2. de temp. ord.lib.6. sed ipsi ordinati tenebū-
tur probare episcopi suspensionem per declara-
tionem Metropolitani: alioqui nō crederetur or-
dinato, per c. cū secundum leges, de hære.lib.6.
doct. in c. cū in iure, de offi. delega.

20 Etiā in alio casu, quando episcopus habebat à
Papa potestatē exercendi pontificalia iū qualibet
dicētes, tūc ratione priuilegij valebit: sed retineas
priuilegij exemplū si apud alia non credetur tibi.

21 Et sic in hac materia casus sunt faciēdi sequē-
tes: prim° est, quod collatio tonsura facta, ab alieno
episcopo

Clerici ab
que dimis-
soriis quā-
do ab alie-
no ordinari
possint epi-
scopo.

Dimissoriarum literarum.

episcopo nō prodest, siue collata fuerit in diœcesi ordinati, siue extra, dummodo ab alieno episcopo sine cōsenſu proprij epi, vt supra cōclūsum fuit.

Tonsuratus 22 Vnde hīc promotus non erit habiliſ ad beneficia, ſicut non haberet tonsuram: cap. fi. de cleric. episcopo nō eſt idoneus ad beneficium, qui ſatifa cogan.

23 Ideo impetrans beneficium à Papa, & non ex primē ſe promotum ab alieno episcopo, nulliter impetrat, & ſubreptitia eſt illius impetratio: nam ſi Papa ſciuſſet iſtam tonsuram nullā, ei beneficium non contuliferet, vel faltem non ita de leui. c. postulaſti, in fin. de reſcri. Oldra. confi. 215. puncta. col. penult. nam hic ſuſpensus eſt quo ad fe, teſte Joan. Andre. in cap. quod translationē, de tempo, ordinan. & dom. Gēmi. in c. eos, illo titul. in 6.

24 Et ſuſpensus quo ad ſe, eſt priuatus omni actu ſpirituali, tendente ad ſuſpēſi commodum: vt doceſt Anto. Butri. in d. c. fi. de cleric. excom. ministr. ob id redditur inhabilis ad obtinenda beneficia, c. cūm bonæ, de æta, & qual.

25 Secundus caſus, ordinatus ab alieno episcopo de ſuī episcopi voluntate: ritè ordinatus cēſetur. c.: & per totum de tempor. ordinan. li. o. vide Par. in confi. 125. an collatio, in 4. vol.

26 Quæ volūta præſumitur in dubio propter ordinantis autoritatem. c. niſi, vbi Panor. nume. i. de p̄ab. & Oldra. dic. confi. 215. nu. 9. Guliel. de Monte laudu. in c. 2. de tempo. ordi. lib. 6.

Cauſa in dimiſſoriis p̄o affigantur. 27 Oportet tamen quod promotus probet iſtam voluntatem per literas dimiſſorias patētes. c. i. ibi, per eius episcopi patentes literas cauſam ratioñabilem continentes, quare ipſum nolit, aut ne queat ordinare, eodem titul.

28 Nota tamen quod licet episcopus in literis dimiſſoriis teneatur affignare cauſam, quare nō ordinauit illum, quem alieno episcopo dimittit, hodie tamen de cōſuetudine nō vidi episcopos affignare vllā cauſam, quā cōſuetudinē puto valere.

Rata nō po- test ordinari- ſio haberi. 29 Tertiū caſus eſt, ordinatio ſine conſenſu episcopi facta rata poſteā haberi nō potest ab episcopo, quia nō eſt ſuo nomine facta, cap. cūm quis deſent. excom. li. 6. & non proderit ordinatio ratiabitio episcopi, ſiue expreſſa, ſiue tacita, ſed in hoc Papæ requiritur confirmatio, quicquid dicat Philip. & alij in cap. i. de tempo. ordin. lib. 6. ideo literis perinde valere vſendum erit. [Et hoc probat cap. Lugdunensis. 9. q. 2. vbi Papa approbavit illos promotoſ, licet gl. ibi in c. i. contrarium dicat.]

Sociiſ be- neſticiarij or- dinari non po- teſt. 30 Quartus caſus eſt, quod ſicut episcopus beneficij potest ordinare priorē ſuā diœcesiſ, ſic poterit ordinare ipſius ſocium, quādū manet ſocius, & quod iuriſ eſt de priore & de ſocio: hoc expreſſe decidit Joan. Andr. in regula cui licet. col. 5. versi. ſecundo inducitur, de reg. iur. lib. 6. in mercuria. nam priuilegium personæ respicit familiam, authent. habita vbi ſcripsi. C. ne filius pro patre. c. licet. de priuileg. li. 6. ſcripsi in ſcholāſtico priuileg.

31 Sic licet cum vno ſocio dicere horas, ca. quod in te, de poenit. & remif. clem. fin. de celebrat. miss.

facit l. ſi communem. ff. quemadmodum ſeruit. amittat. 32 Iſtam opinionem vix probarem, ſi non haberet ſocius ille originem ibi, vel domiciliū, vel non eſſet religiosus ibi: vt notat Perus. in d. c. cum nullus. in vlt. no.

33 Alioqui quilibet poſſet ſic facere ordinari aliquem, & poſteā dicere eis ſuum ſoecium, & ſic auferretur potestas alterius episcopi, quod non eſt permittendum.

34 Quint⁹ caſus eſt, quod dimiſſorū literaſ poſt quā fieride bēt: ergo probatio debet fieri p ſcri- *Volutaſ epi- ſcopi proba- re literis de* pturā, d. c. i. & 2. de temp. ordin. lib. 6. & c. extra p̄o *bet quo ad* 71. diſt. gloss. in ca. i. de cens. lib. 6. Alex. confi. 117. dimiſſione videretur, in fin. 7. vol. Felin. in ca. ſuper his. col. 9. & nu. 12. de accuſat. & in ſumma. 71. diſt. & per totū. *tonſure & ordinum.*

35 Sextus caſus probatio voluntatis ſeu licentia, quoad episcopū conferentem tonsurā in alia diœ- cesi, pbari p literas, teſteſ vel alio legitimo modo

quia illa potestas nō poteſt ſibi cācedi, niſi de vo- luntate alterius episcopi: ergo illius volūta, pbari debet per ordinatum, Chafla. in confi. 20. & n. 9. & ſeq. nā q. hoc dicit, pbare debet. l. ei qui. ff. de p̄b.

36 Quod probatur, ſi in literis episcopi confeſen- tis ordines, in ſcripta fuerit licentia episcopi, in cu- ius diœceſi celebraſt ordines: vel ſi episcopus, qui confeſt ordines, dixerit ſe hoc de licentia & ma- ñdato episcopifeciffe: quia non eſt veriſimile, quod hoc feciſſet, ſi episcopus illius diœceſiſ nō dedi- ſet licentiam: & quia tunc potuit haec licentia in actu ordinum interueniſſe. Cardi. in c. albericus. de teſtib. Feli. in c. ſicut col. 12. de re iud. nun. 27. [Cepol. in l. ſignatorius. q. 11. ff. de ver. ſign. & Pur- pu. in l. 1. nu. 55. ff. de offi. eius.]

37 Maximē haec probatur licentia episcopi, ſi ſi- gillo episcopi, in cui⁹ diœceſi ordines collati ſunt, ſigillatae fuerint literaſ tonsurā, & aliae quia ſigilli probat voluntatem. ca. poſt cefſionem de prob. & is qui diceret contrarium, haberet probare fur- tiuum eſſe ſigillum, vel adulterinum, quod facile probari non poſſet. c. tertio loco. de prob.

38 Et ſic promotus in aliena diœceſi, oportet q. habeat literaſ dimiſſoriaſ, promotus vero in ſua diœceſi, ab alieno episcopo: oportet q. proberet epi- ſcopum alienum habuiffē voluntatē ſuī episcopi, ad confeſendum primam tonsuram, & alios ordi- nes, quod potest probari, vt ſuperius dixi, & aliis literis confeſſionis, ac aliis legitimis modis.

39 Literaſ dimiſſoriaſ cōceſſa an morte conde- *Litera di- mitaria an-* ceſtis extinguantur, quod non videbatur: quia gratia more con- perpetua eſſe debet. l. falſo. C. de diuersi. refcr. & cedatſ ex- hac videtur gratia, etiam q. capitulum ſede va- cantē condeſtit. c. cūm nullus. de temp. ord. lib. 6.

40 Contrarium videtur, quia mañdatum ſeu vo- luntas alicuius morte inaſtantis finitur. l. mañda- tum. C. manda. cap. ſigratōſe. de reſcrip. lib. 6. iſta eſt voluntas condeſtentis, ergo eſt morte ipſius condeſtentis extincta: & ſic poſt mortem con- deſtentis non dicitur quis voluntatem habere epi- ſcopi: quia morte finita eſt: nā mors omnia ſoluit. §. deinceps. in authen. de nupt. coll. 4.

41 Quod eſt verum ſi non fuerit promotus, ſed fiuerit promotus ad tonsurā, & minores ordines cum

Quot modis beneficia acquirantur.

B

Cum illius episcopi voluntate, licet postea moriatur episcopus, poterit etiam ad alios promoueri ordines, si nescierit eundem esse mortuum, aliqui nouam voluntatem & dimissorias cautius est habere quo ad alios ordines.

42 Nam quoad suscipiendo finita est prima voluntas, cum ista diuidi possint, & quia inferretur iniuria nouo epo, si hoc fieret sine voluntate eius, per d.c. cum nullus. & vlt. de temp. ord. li. 6. & posset capitulum ex gratia omnibus concedere etiam inhabilibus, quod esset graue episcopo inutiles postea permettere in suo episcopatu celebrare.

*Gratia an
per mortem
episcopi ex
priet.*

43 Tamen statuta facta à legato durat post mortem legati, vel post eius discessum. c. f. de offi. leg. Sic potest dici in concessis à capitulo sede vacante, & hoc docet expressè Ioan. Imol. in ca. 2. in fin. ne sede vacan. vnde tenendum est, quod gratia ista per mortem episcopi non expiret, quando ab eo estiure concessa, nec etiam si concessa sit à capitulo exprabit finita capituli potestate, quia gesta à capitulo valida sunt, & durat si recte gesta sunt. c. his quæ de maior. & d.c. vno. illo. tit. lib. 6. Anch. in c. i. in fin. ne sede vacan. Federic. de Senis, cons. 15. capitulum.

44 Poterit tamen episcopus reuocare ea, quæ nondum sortita sunt effectum. arg. c. si qua de rebus. 12. q. 2. Pan. in d.c. cum olim. versic. 7. de maior. quod si nō reuocauerit, potestas data remanebit, quod est valde notandum.

45 Suntramen quædam commendatitiae literæ, quæ dantur presbytero peregrinari volenti, vt ei liccat in aliena diœcesi celebrare, aliæ non poterit. c. extranco. & c. seq. 71. dist. c. i. de cleric. pereg. scripsi in l. dimissoriæ ff. de verb. signif. & formam vide 73. dist. c. i. & seq.

Quot modis beneficia acquirantur.

*Iustæ & in-
iustæ bene-
ficia acqui-
runtur.*



Is præmissis adnotandum est. Quot modis beneficia acquirere possimus? Resp. duobus modis, iustæ & inustæ: iustæ per titulum habilem & canonicum de quo loquitur regul. i. de reg. iur. lib. 6. vbi beneficium ecclesiasticum sine canonica institutione obtineri non potest, ergo cum canonica institutione iustæ obtinetur, inustæ sine canonica institutione, & titulo legitimo, institutionem verò hic accipimus pro quacunque prouisione, vt declarat Par. & alij in c. authoritate. ac in rub. de instit. post. Din. & alias in d. reg. i.

2 Igitur quicunque non habet canonicanam prouisionem, inustæ acquirit, videlicet si per simoniā forte usurparit, vt per totum. titu. de simon. de qua multa scripsi in titul de electio. derogat. in verb. simoniacis, in Concord. & in addit. ad tract. de simo. Ioan. Naucleri, quem modum sciunt trahentes simoniacæ hæresis ut docet text. in capit. i. 23. dist?

*Relegans
beneficium
fratri vxo-
ris, quando
simoniā
comittat.*

3 Ut si permurauit beneficium cum bonis, vel officiis temporalibus, simoniā est. c. f. de rerum permut. Religans quippe beneficium fratri vxoris, vt ille bonis patris renunciaret in fauorem responsum beneficium, vel vt maiorem consequere-

tur dotem, cōmittit simoniā. Doct. in c. nobis. & per totum, de simo. licet frequenter fiat à malis & perditis hominibus, sed exor sic capta parum viuet, vel is qui sic eam duxit & filij sic progeniti quādoque patris iniquitatem, cūm Deus hoc voluerit, portabunt.

4 Et sic tribus potissimum modis hæc simoniā contrahitur, primò à manu, vt si pecunia detur: vt superius dixi, quādo aliquid datur, vel suscipitur, & dantem & accipientem pariter damnatio. Simonis inuoluit. c. quos constitit. & c. placuit. i. q. i. & per totum tit. de simo. nam beneficia ecclesiastica sunt Dei dona, quia à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur, ideo gratis dari debent. c. salvator. & c. res ecclesiar. i. q. 3. & simoniā committitur, etiam si aliquod temporale remittitur: vt in c. veniens. i. de testibus,

5 Secundò à munere: munus enim ab obsequio est seruitus indebet impēsa: vt si quis seruari epo sine stipendiis, vt ei pro seruitio conferat beneficium, vel stipendia, quæ eidem famulo debebantur ab episcopo, ipse remittit, vt episcopus eidem prouideat, simoniā est. c. sunt nonnulli. i. q. i. & hoc etiam est frequentissimum: quod vtinā effet ignorantia, & procul exularer ab episcopis.

6 Non dico tamen quin ep̄s possit suo famulo conferre beneficium, si sit idoneus moribus, attate, & scientia, vt dicitur in cap. cūm in cunctis. de electio. dummodo hoc non fiat habita solū ratione seruitij, stipendiiorum, sed meritorū: at pauca illorum famuli beneficia sic obtinerent hodie, sed quidam prælati ignari ignaros promouent, ac illis beneficia conferunt, doctos verò relinquent.

7 Tertiò munus à lingua dicitur fauor indebet impensus: vt si quis roget episcopum, vt conferat beneficium non digno ob consanguinitatem, seu seruitium, vel quia ei notus est, simoniā est: secus simoniā si quis roget pro digno, & tunc is rogans meretur, d.c. sunt nonnulli. & c. tuam, de ètate & qualit. scripsi in verb. simoniacis, in tit. de elect. derog. in Concord.

8 Simoniā etiam committit qui solo sanguinis ardore motus cōfert beneficium consanguineo, vt nunc ferè omnes prælati. ca. vno. §. omnibus. & ibi gl. in verb. carnalitatem. vt ecclesiast. benefic. quod est verum, si habita tantum ratione sanguinis cōferat, secus si ille mereatur, sicut extraneus: & tunc laudandus est conferens. ca. non satis. 86. dist. gloss. in c. i. de cohabita. cleric. & mulier. etiā scribit Gratianus in c. sunt quidam. i. q. i. his verbis: Sunt quidam qui vel violentia, vel fauore non permittut ecclesiast regulariter ordinari, hos etiā decreuimus vt sacrilegos iudicandos: illæ itaque preces reiiciendæ sunt, quas vel ipse, qui promoueri cupit, vel amici eius fundunt, non spirituali sed carpalii affectu, & quas non charitas inter. ien. niens, sed ambitio supplicans extorquet. c. filium. in fin. i. q. i. nec sunt nostri omnes prælati ab hoc sacrilegij criminè exempti, qui ad preces mulierum, vel hæreticorum, seu aliorū beneficia igna-

B

*Simoniā
tribus mo-
dis cōmit-
tur.*

*Serviens e-
pisco po
ve
benificium
ab eo obi-
neat, simo-
niacus est.*

*Rogans pro
indigno vt
beneficium
obtineat,
simoniā
committit.*

ris sine examine conferunt. vñ illis, nesciunt nūc quid faciunt;

Simoniacus quomodo debet fibi prouidere.

9 Quartò simoniacus si velit animæ suæ prouidere, deber relinquere beneficium, vel illud à Papa impetrare narrando simoniam, & quod detur ei perinde valere: & committi debet absolutionis à labo simoniae, & excommunicationis, & irregularitatis incurſæ: & deinde poni debet in literis. Nos enim si absolutionem & dispensationem huiusmodi per te fieri contigerit vt preferatur volumus, & eidem N. Apostolica autoritate concedimus, &c. vt in aliis perinde valeat, ac si ab excessu excommunicationis absolutus, ac cum ea super irregularitate prædicta dispensatum extitisset, &c.

Acquirens beneficium ad preces hereticorum est eo priuissimis.

10 Quintò iniuste acquiritur beneficium, si pre cibus hereticorum fuerit collatum. capit. 2. §. ad hæc de hæret. lib. 6. vbi sic scribitur, Adhæc quos cunque virose ecclesiasticos eos, qui ad preces huiusmodi pestilentiū personarum dignitates, personatus, & quæcunque alia beneficia ecclesiastica sunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquisitis, volentes quod tales & habitis careant perpetuò, & si receperint illa scienter, ad alia vel similia nequaquam imposterum admittantur.

Deuolutarij auferunt beneficia.

11 Sextò iniuste acquiritur, quando per vim, vel alias per iniuriam auferunt beneficium ab eo, qui iniuste fuit prouisus: vt in capitulo primo & per totum, de restit. spolia. videmus s̄ p̄pius hos diabolicos deuolutarios, iudices habentes propitiros, quos pecuniis corrumpunt, interdum ob id pauperes priuari opimis beneficiis: sed istorum relinquamus insaniam, & Deum, vt resipiscant, oremus.

Patres filii emunt bene beneficia.

12 Sunt & multi parentes, qui emunt suis filiis, vel consanguineis beneficia, & eis per fas & nefas acquirunt, & patres & filii in inferno quandoque cruciabuntur, & istorum flultorum infinitus est numerus: vt scribit Ecclesiastes. cap. 1. in fin. sed vtinam intelligenter, & nouissima præuidenter, & illud dictum præ oculis haberent, quid prodest homini, &c.

Vicarij episcoporum sunt simoniaci.

13 Et ferè hodie iste vicarij sunt simoniaci, & episcopos suos simoniacos faciunt, quia licet à iure sit prohibitum, ne episcopi recipient aliquid pro beneficiorum collationibus. cap. non satis. & cap. 1. de simon. fuit tamen decreto senatus permisum, vt aureum tantum & non plus reciparent, vt dico in §. quia vero, de public. concubin. in concord. sed isti vicarij non solum recipiunt aureum, verùm illorum famuli pro qualibet prouisione: & isti vicarij quot aureos possunt, & oblatos recipiunt, vnde & suos & seipso dominant, illi verò qui sic coacti donant, non videntur simoniaci: qui non possint resistere, dummodo voluntariè non dent: quod non præsumitur. Panormitan. & alij in capit. cùm in ecclesiæ, de simon.

Dans pro collatione an si simoniacus.

ideo impetrari deberent beneficia istorum vicariorum, & hanc simoniam probare, quam episcopi ratam non haberent, vt arbitror: & iudices exactè ista deberent seruare, & non essent

tot simoniaci, sed fortè Claudius accusat mochos, &c.

14 Sunt & alij plurimi iniuste acquirendi modi, quos multi bene nōrunt in perniciē tamē suarum animarum: ideo eos reiicio: sed iustos modos abundè tractabo, ne inducam aliquem in damnationem, cùm ætas nostra maxime plus satis sit ad malum prona. cap. omnis ætas. 12. q. 1.

15 Istos enim iniustos modos ignari etiam sciunt, & exercent, & tot beneficia fibi & suis querunt, vt omnes famuli eorum, etiam stabularij, sint beneficiis onerati, & ipsi abbatis & episcopatibus, & hoc vnde? ex simonia matre ambitionis & imperitorum, quia omnis ignarus malus, vt Mcnander Græcus ait.

16 Non dicitur etiam canonice institutis, qui beneficium habet ex transactiōne, quæ non comprehendit in canonica institutione per text. in capitulo si quando, de offic. delegat. vnde si quis cum aduersario transfigat, debet nouam petere prouisionem, alioqui eidem quo ad titulum non proderit.

17 Dicamus nunc iuste & canonice quot modis beneficia nobis acquirantur, & certum est quatuor potissimum modis, sub quibus alij cōtinētur, videlicet per electionem, præsentationem & institutionem, collationem, & Papæ prouisionem, & de his omnibus inferius est tractandum.

18 Itaque cùm ex vero & iusto titulo quis beneficium acquirit, canonice obtinere dicitur. c. i. de reg. iur. lib. 6.

Transactio non est canonice titulus.

Canonica institutio quæ dicatur.

1  Anonica igitur institutio seu collatio dicitur, quæ est facta secundum canones, & à iure canonico probata, teste Ioan. Andr. in capitul. non potest. in princip. de præb. libr. 6. cap. i. de concess. præb. ibid. per text. in cap. caufam. in fin. de rescr. vbi canonice fieri id dicitur, quod iure fit, & secundum ius canonicum, cap. cùm olim, de dolo. c. grauis, de censib. cap. vno, de ætate & qualita. li. 6. & canonica elec̄tio quæ iure facta est, capitulo 1. de elect.

2 Canonice institutus is dicitur, qui iure prouisus est. capitulo extirpandæ. §. qui verò, de præb.

3 Canonice etiam dicitur quis obtinere, quando habuit ab eo, qui iure poterat conferre. ca. si gratiōs, de rescr. lib. 6. & cap. statutum, de præbend. ibidem.

4 Solet itaque hoc verbum canonice, referri ad potestatem conferentis, non ad habilitatem recipientis: teste Specula. in rub. de lapsis & dispensa. §. dicendum. vers. sed nunquid nos. & ca. seq.

5 Ego tamen dicerem, quod non dicitur canonice obtinere is, qui non est habilis, ideo ad utrumque verbum canonice referendum esse per cap. super inordinata. de præb. c. cauffam, de elect. & c. super eo. ibid.

Canonice verbū, & ad conferentem & ad recipiētem refertur.

De præsentatione & institutione.

15

eo. ibid. quia inhabilis non tenet secundum ius: ergo hoc non dicitur canonicum, nec canonice obtinere, quia non est valida collatio, igitur non canonica.

6 Vnde inoleuit practica curia Romane, per quā si quis dicat se canonice duo obtinere beneficia, & ea ex dispensatione teneat, hoc non prodest: quia verbum canonice, est valde latū, ob id oportet exprimere, quod ea ex dispensatione teneat, & ob hoc multas reiectas dispensationes vidi, quia propriè in iure canonico illud canonicum dicitur quod est à iure canonico cōprobatum, & roboratum. c. postulasti, de cleri. excom. mi. sicut legirimum dicitur, quod lege confirmatur, & approbarunt. l. legitima. ff. de paet. scripsi in l. lege obuenire. ff. de verb. sign.

7 Et ideo canonica collatio dicitur, quando interuenit potestas, & iuri solennitas. c. r. 63. dist. & sic regulariter sumi cōcludit Gemi. conf. 88. Inno. col. 3. & conf. 131. sacro sancta, quamvis canonicum (vt propriè loquar) dicatur regularē, tamen in iure pontificio accipitur prout scripsi.

8 Et licet gl. & doct. in c. quod sicut, de elect. & in d. c. i. de regul. iur. lib. 6. dicant illam prouisionem canonicanam, licet deficiant iuri solennitates, dum tamen substantialia adsint, ut pote si in electione seruata sit forma. c. quia propter, de elect. sed aliquis ex eligentibus non est vocatus, sed contemtus: tamen mea sententia non potest dici tunc canonica institutio, quia non est facta secundum canones, & secundum iuri dispositionem: nam si contemptus prosequatur, irrita fiet electio, vt ibi: ergo non est canonica, cum à iure canonico improbata sit: in conscientia dixi posse substineri, sed non hoc iure: in interpret. c. postulastis, in glo. i. de cleric. excom. ministr.

9 Nec etiā canonica dici potest, quando non seruatur forma substantialis iuri positui, licet ad sit consensus, qui est de iure naturali, qui inter electum & eligentem interuenit: vt no. in c. audit. de elect. quicquid dicant doct. q. largēdicator, sed non video quid propriè dici possit canonica: prout legimus in iure canonico, nisi in cōscientia, vt declarauit in d. c. postulastis. [Non tenetur tamen prouisus probare collationem esse canonicanam, sed sufficit, quod ipsam probet collationem, quia iuri auctoritate canonica præsumitur, teste Inno. in c. sicut de re iud. vbi etiam iuri interpret. & in c. i. de cōcess. præb. refert & sequitur Geminia. in c. licet episcopus. col. vlt. de præb. in 6. vnde si pars neget esse canonicanam, hoc probare debet per c. accedens, de accus. Doct. in c. constitutus. de appell. & in c. suscitata, de in integ. restit. c. post electionem. de concess. præb.

De electione.

Electione quid est & quotuplex.

*S*Ingulos itaque nunc acquirendi beneficia modos percurramus: primus est modus electionis: electio enim est ad prelaturem, vel ad beneficia vacantia ab his quos pertinet ritè facta optio: vt scripsi

in §. præfatiq; ordinarij. de colla. in concord. c. i. de electio.

2 Per electionem prouidetur ecclesia: cathedra- li, vel collegiata, seu conuentuali: & tunc electio à collegio vel congregatiōne fit. c. i. & per totum, de electio. & iuste acquiritur beneficium electo, quādo electio facta est de habili, & secundū iuris formam. c. cum nostris, de concessio. præb. c. quia propter. de elect. & per totum titulum: & de hac electione his verbis loquitur Pet. de Viassio in suo directorio elect. in prin. principum abusu, quorum est munus ecclesiæ contritas restaurare, ca. boni principis. 96. dist. & ibi Archid. & Gemin. hodie ecclesiæ opprimuntur, & destruuntur, ac penitus pereunt, pro eo quod impediunt sanctissimas electiones, eligentes diuersimodè ad indignos assumēdos compellunt, &c. multa scripsi in tit. de elec- tio. deroga in conc. Franciae.

3 Et ista dicitur propriè electio, quæ exigit confirmationem: vt in cle. quia contingit de relig. domi. §. monasterijs, de nomina. reg. in concord. vbi abunde scripsi.

4 Altera est electio, quæ non exigit confirmationem, sed canonici vel alij eligendo conferunt, & hanc vim collationis habet, potius quā electionis, gl. in regula cancella. 33. & in Prag. sanctio. rub. de elect. §. sed quod per electiones. & electio fieri potest sub triplici forma, vt in c. quia propter, de elect.

5 Et sub electione comprehendimus postulacionem, vt in rub. de postula. prælat. quæ si admis- fuerit à superiori, iustum præbet titulum. cap. i. & per totum ibidem. & iuste quis acquirit per illum titulum, vt scripsi in §. i. de nomina. regia, in verbo postulationem, vbi videbis differētiam inter po- stulationem & electionem: & de his iustum scri- berem volumen, sed ex raoles, cum in hoc re- gno (proh dolor) non habeat locum: & quia super ista materia sunt plures tractatus, ad quos poterit quisque recurrere.

De presentatione & institutione.

*1 P*resentatio à fundatore fieri solet episcopo, vel alteri collatori, & ep̄s instituit presentatum à patrono, vt patet in rub. & pertotum. tit. de in- stitut. & c. quod autem, de iure patro. nam si laicus fundet ecclesiā, dotet aut construat, ex gratia acquirit sibi ius præsentandi & alia iura, quæ ius patronatus vocantur. cap. 3. de iure patro. dico ex gratia, quia de rigore iuri non potest laicus ecclasiastica tractare negotia. c. 2. de iudic.

2 Sed ne ipsi à fundationibus retraherentur ec- cleſiarū, sed ad eas potius alicerentur construen- tis cur lai- das, ius patronatus summi pontifices eis in solatiū cis est refer- & compensationem referuarunt, c. ifq; illud iure natum. confirmarunt. c. decernimus. 16. q. 7. & per totum. tit. de iure patro.

3 Præsentatio quid sit, desinat Pan. in c. ea nosci- tur, de his quæ fiunt à prælat. dixi esse quandam. io quid personæ per patronum episcopo, vel alteri ad quē quotuplex. institutio pertinet, legitimè factā exhibitionem. in §. præfatiq; ordinarij. de colla. in conc. Franciae

De collatione.

in verbo presentationem.

Patronus 4. Notandum est quod præsentatio duplex est, quædam fit à patrono ecclesiastico: & hic sex habet menses ad præsentandum, à die notitiae vacatis, tunc computandos. c. vnic. de iure patr. lib. 6. *Do-*
quamodo 5. Et dicitur patronus ecclesiasticus is, qui illud
differant. habet ratione ecclesiæ, seu beneficij, quod possidet. c. dilectus. de offic. leg. c. cum dilectus. de iure patro.

6. Vnde ius patronatus competens auditui, seu operariis ecclesiarum laicis, dicitur ecclesiasticus, quia ratione ecclesiæ eis competit, etiam si ipsi laici sint.

7. Patronus vero laicus dicitur, qui ius patronatus habet ratione sui patrimonij, ecclesiasticus vero ratione suæ ecclesiæ. gl. & doct. in cle. vlt. de iure patro. Rochus Curt in suo tract. de iure patro. [Et si non appareret, attenditur ius successionis, nam si illud per successionem deferatur, præsumitur possideri non potest. c. cum decorem, de insti. etiā iura ecclesiastica iure successionis non dantur. c. i. de præb. c. Moyes. 8. q. i.]

8. Et is patronus laicus quatuor tantum menses habet ad præsentandum, d. c. vno. sed variare potest semel tantum. c. quod autem de iure patro. sed hoc cumulatiuè, non autem ut à primo recedere omnino posse. c. cum autem. vbi Pan. ibid.

9. Ex quo infertur, quod si intra hoc tempus patronus præstitutum ipse præsenterint tenebitur episcopus præsentatum à patrono, siue clericu, siue laico, si idoneus sit, admittere: alioqui institutio ad proximum superiorem deuoluetur. gl. in cle. vna. de supplend. neglig. præla. c. nullus. de iure patro. & interdum fit præsentatio Archidiaco-
no, vel alteri dignitati, & ipse postmodum epo re-
præsentat. c. post electionem. de concef. præb. & hoc solet in diocesi Carnot. seruari, & in aliis quibusdam.

10. Sed non debet episcopus recipere præsentatum ab uno, seu altero ante examinationem. cap. sine exami-
nacione re-
cipere non
debet. quod autem. & c. significasti. vbi doct. de iure pa-
tronis. alioqui damnationem sibi incurrit, & tene-
tur ecclesiæ damnum sarcire, instar magistratus, qui minus idoneo pupilli tutelam commisit. l.
1. & per totum de magistra. conuenient. expresse hoc docet Ancha. & Card. in cle. i. col. vlt. de atte-
rate & qual. Ag. de Clauasio in verb. restitutio. &
plenè scripsi in interpret. c. postulastis. in 4. not. de
cleri. excommu. mi.

11. Sed quidam ex nostris carnales episcopi præsentatos sine examine recipiunt, maxime cum à mulieribus præsentantur, & ad mulierum preces omnes passim recipiunt, sed vel illis cùm rationem reddent.

12. Si vero episcopus instituit à patrono præsen-

tatū, acquiritur præsentatio beneficii. l. 1. & per totum, de insti. Super hoc pollicentur, quædam præscribere, quæ iustum volumen copiam, & idem sunt tres, qui ediderunt super hac materiæ dictatas, ideo ad illos vos reiatio. Primus est R. de Curtius, secundus Paul. de Cited. tertius G. Lambertinus. Illos si non graueris, per lege, & manuam istam amplam habebis: ego dicam in explanatione primæ signaturæ clausulas, quibus curia Romana vtitur in hoc iure patronatus.

De collatione.

Collatio 1. Eritio acquiruntur beneficia per collationem, quæ duplex est, aut necessaria, aut voluntaria: necessaria est, quæ collator facere tenetur, veluti mandatario: vt in c. tibi, & c. duobus. de rescr. li. 6. ca. si ca. & seq. de concessio. præb. eod. lib. & §. i. de man. Apo. in conico. Item collator nominato conferre tenetur. §. præfatiq; graduati. §. statuimus primò, de coll. in conc. plenè scripsi in tract. nomi. & inferiù dicam. Item institutio ad patroni præsentationem necessaria dicitur, in c. i. de insti. lib. 6. per Pan. & alios in c. 2. in fi. ne sede vacante.

2. Voluntaria collatio est, quæ ex voluntate & liberè fit: & hæc regulariter solet fieri, nisi à nobilibus & potentibus cogantur, vel à mulieribus collatore: quod multoties in Francia fieri solet.

3. Et hæc collatio quandoque fit à Cardinalibus ratione sue legationis, vel episcopatibus vti in c. 1. de offi. lega. lib. 6. & nuncius fedis apostolicæ habens potestatem legati de latere, beneficia conferre poterit: vtibi tradūt doct. & Dec. confi. 1. licet. & Paris. confi. 17. de bon. in 4. vol.

4. Quandoque à patriarchis, c. 2. & c. quia, de cōcessio. præb.

5. Aliquando ab episcopis. c. 2. & c. ex parte, & ca. constitutus, de concef. præb. ca. ordinarij, de offi. ordin. lib. 6. c. omnes balilicæ. 16. q. 7.

6. Nonnunquam ab abbatibus, vel prioribus. c. fi. de insti. clem. vna. de suppl. neglig. prælat.

7. Item sepius fit à capitulo. ca. propositi, de concessio. præb. c. eam te, de rescr. c. si cap. de concessio. præb. lib. 6. & quandoque ab episcopo & capitulo simul. c. postulasti, de concessio. præb. aliquando alternatiuè. c. cum in illis, de præb. lib. 6.

8. Interdum etiam à singulis dignitatibus, vel canoniciis. c. fin. de præb. lib. 6.

9. Interdum etiam fit à laicis ex priuilegio, etiam non patronis, vt rex Franciæ ex priuilegio cōfert Andegauen. decanatum, in c. dilectus. 3. de præb. & alia multa beneficia iure regali. c. generali, de elect. lib. 6. gl. in c. Imperium. i. c. dist.

10. Et traditio pilei vel calami in collatione operatur, quod ille, cui collatio facta est, poterit in hanc vel calam gredi beneficiū propria autoritate: quia per hoc mihi datur licentia & facultas ingrediendi. l. si ex stipulatione. ft. de acqui. possell. c. 2. vbi Doct. de cōfert. Ludo. Roma. sing. 136. consuetudo.

11. Seruatur tamen vt prouisus mittatur in possessionem per aliquem, & hoc est visitatum.

12. Nonnunquam isti collatores conferunt perse, aliquando per alios, vt pote per vicarios, & siue per sc. siue

Requisita ad collationem bonam, &c.

17

se siue per vicarios conferant, ius acquiritur per collatoris ordinarij collationem, dummodo sequentia interueniant.

Requisita ad collationem bonam, & voluntibus habere beneficia.

*Habilis co*1*
ferens esse
debet.*



Rimo ex persona collatoris seu eius vicarij requiritur, quod collator sit habilis, non excommunicatus. c. postulastis, de cle. excom. mi. vbi abunde scripsi, quod qui non potest conferre per se, nec per alium facit. cle. religiosus, de proc.

*Pure & li*2* Item quod pure conferat, id est sine pacto, conditione, & modo: alioqui si conferat alicui, vt compensem talem: vel, si quae alia conditio interueniret, collatio simoniacæ est & nulla. c. quam pio, prima quæst. 2.c. cum pridein, & c. si. de pact. ca. 2. de elect. lib. 6. & hodie pauci sunt collatores à labo Simoniæ exempti, beneficia nulli conferentes sine contractu innominato.*

3 Canonice tamen poterit Episcopus conferre beneficium alicui sub conditione, si aliud quod obtinet, resignet, vt docet Host. in c. ad audientiam, de descr. Collecta. in ca. significasti, de elect. refert. Ioan. Franc. in tract. de offi. & potesta. c. sede vac. q. i. partis 2. col. 3.

4 Adhac liberè id est sine aliqua coactiōne conferri beneficium debet: alioqui meru facta collatio est nulla. c. 2. de his, qua vi metusve cauf. f. u. c. Nam quæ metu gesta sunt, rata non habet prætor. l. i. ff. quod metus cauf.

5 Idem si pervim, vt ibi, & c. ad aures, & c. penult. ibid. nec dicitur liberè conferre, qui sola affectiōne ductus, absque caufa & immerito confert, vt in Euang. *Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus, vt det illis cibum in tempore.*

6 Item sine aliqua diminutione conferendum est beneficium: vt in c. vno, vt eccl. benefic. vnde non potest episcopus conferre beneficium vni, & sibi, vel nepoti seu famulo suo referuare pensionem, quia diminueretur beneficium: quod fieri nō potest ab episcopo, vt ibi. & ca. extirpanda, in fin. de prab. nec potest iura dignitati competentia, conferendo illam sibi referuare. ca. cum venissent, de inst. Cald. in verb. conferens dignitatem.

7 Ita nec potest episcopus conferre cuidam beneficium, & rerinere sibi fructus: quod si hoc faciat ex pacto vel conuentione, simoniam cōmitit. d. c. vno, in fi. facit. c. si quis præbendas. i. q. 2.

*In illis r.
timore quid
do posse e-
fici pueri
collatione.* 8 Quod tamen limitatur primo, cum illos fructus recuperet ex constitutione, vel statuto, seu indulgentia Papæ dict. c. vno ibi, si constituant. Et ibidem dubitant Doct. an hoc episcopus possit constituerre, vbi dicendum est posse quatuor interuenientibus, primo quod hoc constituant de consensu Capituli. gl. ibidem approbata, & c. i. & per totum, de his quæ sunt à præla.

9 Secundò requiritur, quod hoc sit statutum ante beneficij collationem. ibi vtrum ante donatio nem constituant: quia post collationem sine consensu beneficiarij non possit eidem nocere, nec

ius suum auferre. regul. id quod nostrum. ff. de regul. iur.

10 Tertiò requiritur, quod hoc sit constitutū ad tempus, vt in cap. pen. de verb. signific. cap. si propter, de rescriptis, in sexto, & ibi ad tempus, & ca. in dicto. c. vno, secus si perpetuo. clementina ultima, de rebus ecclesiæ non alienandis. Panormi. in d. c. vno.

11 Quartò requiritur quod episcopus hoc statuat ex iusta caufa, & necessaria. d. c. vno, nec sufficeret iusta caufa, nisi & necessaria ad esset: quia d. c. vnum loquitur copulatiuē, ad veritatem cuius oportet utrumque interuenire. c. 2. & 3. de descr. l. si hæredi, ff. de conditiō. instit. & sic episcopus non potest retinere sibi fructus omnes beneficiorum, quæ confert, nec partem quia negatiua totum negat. l. si quis ita stipulatus, vbi Iason. ff. de verb. obligat.

12 Palam etiam facere collationem debet, id est *Palam co-
præsentibus testibus fide dignis, non do nefsticis,
alioqui illi collationi non creditur. ca. post cesso-
nem, de probatio. scripsi in rubr. de collatio. in
concordia. vbi allegauit Curiæ Parisiens. Arestum.
vitilissimum.*

13 Notandum est, quod hæc beneficia perpetuo conferri debent, vt quis perpetuo ea, & non ad tempus habeat. c. præcepta. 55. dist. & ca. satis peruerlum. 56. distinctio, nam sicut matrimonium ad tempus non contrahitur: est enim viri & mulieris coniunctio individuam vitę consuetudinem continens. §. i. de patr. potesta. in insti. sic nec spirituale matrimonium, quod dicitur, in c. inter. de translat. episcopi, quia actus legitimi non recipiunt dicitur, nec cōditionem, regula actus, & gl. in c. 2. de elect. lib. 6.

14 Quod non procedit in Papa, qui ad tempus conferre potest. c. si gratiosæ. de descr. lib. 6. & glo. in cap. vnic. de capel. monach. ibidem, & in c. pastoralis. 7. q. i. & in c. veniens, de filiis presbyt. licet hoc non sit solitus facere, & vix recipiatur in Francia.

15 Secundus casus est in beneficiis ad nutum. ca. cùm ad monasterium, de statu monach. cle. vnic. de supplen. neglig. præla. Feli. in c. fin. col. 2. de iud. & hoc vidi seruari in ecclesia sancti Sulpitij apud Bituriges, in qua eligebatur Abbas triennalis. loa. de Selua in tract. de bene. in 3. parte. q. 2. scripsi multa in tract. de pacifi. possell. in sexta limit. num. 272. cum seq.

16 Tertius est in commenda, quæ fit ab ordinario ad sex menses de ecclesia parochiali. c. nemo deinceps, de elect. in 6. alia ergo beneficia poterit ep̄s ad tempus, vel in perpetuum commendare. c. si constiterit, de acculat. Domin. & Philip. Fran. in d. c. nemo. Sed hodie nullus extra Papam solet beneficia commendare, saltem nō vidi per inferiores a Papa, vel legato has commendas fieri ad vitam: quia ignati epi iuris beneficio non sunt vni: vt dicit text. in simili in clem. vna, de rerum permitt.

Quartus in coadiuatore p̄fecto durate morbo: nā cessante illo cessabit coadiutoris officium, c. i. & c. f. de cleric. ægrot.

Requisita ad.

17 Quin idem in visitatore dato, quando ep̄s capitulū est à paganis vel schismaticis, tunc adueniente ep̄o potestas visitatoris extinguitur, ca. pen. & vlt. de sup. neglig. pr̄lat. lib. 6. sicuti capituli potestas confirmato ep̄iscopo c. i. ne sede vacan.

18 Sexto in sententia, quæ si fuerit lata ad alicuius virilitatem, & executioni de mandata, is habebit beneficium, donec contraria lata fuerit sententia, c. cùm ecclesia, de causa possel. quia sententia pro veritate habetur. l. ingenium. ff. de statu homi.

Ecclesiastica 19 Septimo interdū ecclesiæ vacanti datur procurator, cum libera potestate administrandi in spiraculorū cū tualibus & temporalibus: & solet Papa hunc titulū libera da- cùm ecclesiæ cathedrales commendat, seu regulares. tex. in ca. sum nobis olim, in fi. vbi Pan. vlt. nota. de elect. vbi

vnam causam dicit legitimā, propter quam possit hæc concessio fieri, videlicet cùm exigit utilitas, seu ecclesiæ necessitas habere certam personam, quæ tunc non est legitime etatis, unde interim poterit constitui procurator, seu visitator illius ecclesiæ, cum libera potestate administrandi temporalia, & spiritualia, q. soli Papæ competit: & alio nomine visitator dicitur in c. is cui, de elect. in 6. & c. pen. de supplen. neglig. pr̄lat. ibid.

Episcopus 20 Idem potest ep̄s facere in beneficiis spectantibus ad Papæ collationem iure reservationis, vel confirmationis: vt postquam aliquis illis non prouidet, possit idoneū administratorem interim cōcedere, donec per Papam prouisum fuerit. arg. c. regenda. 10. q. i. Pan. in c. cum nobis olim, in vlt. nota. de elect. dicēs idem posse ep̄m facere in ecclesiis spectantibus ad suam collationē, donec ipse prouiderit intra tempus legitimū. c. nemo deinceps, de elect. lib. 6. nota in c. cùm vos, de offi. ordina.

Capitulum 21 Item capitulum sede vacante poterit procuratorem in beneficiis spectantibus ad collationem epi copi facere, vel commendare, sed conferre non poterit. c. illa, ne sede vacant. c. vnic. vbi Ioan. And. & doct. illo. tit. in 6. Pan. in d. c. cum nobis. confituit.

22 Nisi collatio fuerit necessaria, vt pote in beneficio debito mandatario, vel nominato vt ibidem. doctores tradūt. & inferius dicā in materia deuolutio. haec tenus de beneficiis perpetuō cōferēdis.

23 Secundō principaliter requiritur ex persona eius, cui confertur: quod is, cui confertur sit habilis, & idoneus. c. graue, de pr̄ab. Idoneus dicitur secundum iurium interpretes, si predictus sit scientia, moribus, & ætate. c. cùm in cunctis, de electio. c. licet Canon, illo tit. in 6.

Voluntas & forestat in beneficiis re-
babentis beneficiorum requiri-
re-
24 Ego vero puto imprimis requiri voluntatem. & potestatem eius, cui beneficium conferri possit, vt videlicet deseruire beneficio velit, & possit. c. super inordinata, & c. graues de pr̄ab. scripsi in gl. voluerit. §. i. de collat. in concord.

25 Præterea si velit & possit, requiritur tamen, q. sit idoneus tam in ordine, ætate, scientia, & moribus, quam in aliis, quæ in inferius subiiciam statim.

Collatio ordinarij an-
pro se, resp. nō posse propter eorum fraudes, nec cre-
probetur. 26 Sed an ep̄iscopus & alij inferiores possint solo verbo conferre, & sine literis collationem probare, resp. nō posse propter eorum fraudes, nec crederetur illis sine literis. c. post cessionem, de pro-

bat. scripsi in rubr. de collat. in concord. & Felmus conf. 6. vtrum Domi, quod limitauit in sex casibus in verb. literas, vbi abūde tractauit, [in §. i. de mād. Aposto. in d. concord. Sed nunquid collatio metu fieri possit? Bald. in rubr. de rescr. colum. pen. dicit posse, quia non est sicut tutoris auctoritas, quæ verba requirit. l. i. ff. de auctor. tutor. Ideo à mucō interponi non potest. l. i. in fin. ff. de tutel. ego existimarem collationem non posse nutu fieri, nam si ep̄iscopus loquatur, oportet quod ipse conferat verbo, sicut de matrimonio scribitur in ca. tu. de sponsal. & saepe procedit hoc argumentum. ca. inter, de transla. ep̄iscop. Sed si collator loqui non posset, dandus illi esset coadiutor, qui conferret. c. pen. & fin. de clericō ægro. & ita intuluit consuetudo, "uā in hoc sequenda est.]

26 Ordo requisitus in quolibet beneficio est: primò in cardinalatu requiritur presbyteratus ordo, si titulum presbyteri habeat, si titulum diaconi, requiritur quod sit diaconus. Host. in capit. 2. de offic. Archipresbyt. gl. in tit. de numero & qualita. Card. in prag.

27 Si tamen is non promoueat, sed diaconi vitam peragat, in foro conscientiæ tenetur: quia non seruit Deo in sacri altaris ministerio, sicut præcepit Christus. *Hoc facite in meam commemorationem.*

28 Episcopus requiritur quod saltem sit in subdiaconatu. c. à multis, & ca. intelleximus, de ætate & qualitate, sed hodie pueri promouentur, & literati negliguntur.

29 Idem in canoniciis illum eligentibus, clem. vt hi qui, de ætate, & qualitate, vt subdiaconi esse ante electionem debeant, alioqui suffragium non habebunt, vt in d. cle. scribitur.

30 Archidiaconus in diaconatu, in c. i. de ætate, & qua. vt sit præcipitur.

31 Abbasverò, decanus, præpositus, archipresbyter, & rector atque curatus debent esse in ordine presbyteratus. c. i. de ætate, & qualit. c. cùm in cunctis. §. inferiora, de elect. vel intra annum saltem promoueri. c. licet canō, de elect. in 6. c. si pro clericis, de pr̄ab. lib. 6. alibi tamen dixi an habeat locum in abbacia, & inferius in materia de non promouendo dicetur, ibi vide.

32 In aliis autem sufficit prima tonsura. c. i. 60. dist. Pan. in c. dudum. i. in fi. de elect. & in d. §. inferiora. c. cùm in cunctis, ibid.

33 Et sic quilibet poterit habere beneficia curata, & quilibet alia, etiam si tatum habeat primam tonsuram, dummodo sit in ætate, in qua possit intra annum ad sacros promoueri, seu ad illum ordinem requisitum beneficio, dicto. c. licet canon., de electio. libr. 6. cap. si pro clericis, de pr̄ab. ibid. cap. 2. in instit. cap. si eo tempore, de rescr. libr. 6. & ibi doct.

34 Siue quis imperret à Papa beneficium, dist. c. si pro clericis, siue ab ordinario conferatur. c. statutum, & c. cùm ex eo, & dicto. cap. licet canon, de elect. in sexto siue per præsentationem & institutionem assumatur. cap. 2. de institutione, in sexto, etiam si quis eligatur. Dominic. & Peruf. in dicto c. licet canon. quamvis Ioannes Andreas ibi teneat contrarium

Ordo in quilibet beneficio re-
quisitus.

contrariū, per c. præterea, de ætat. qui textus hoc non probat. Imo dictum c. licet canon, & alijs text. de elect. loquentes, & dicto ca. cōmīsa, decidunt in electione sufficere electum habere primā tonsuram, dum tamen faciat intra annū se promouerit: & ista est communis opinio, quam Panor. & Card. sequuntur in d. c. dudum i. de elect. & Card. in d. c. præterea In mol. in c. fi. col. 3. de præb. Roma. conf. 325. circa primum. in prin.

35 Limitatur quando de iure, vel consuetudine, seu ex fundatione, vel statuto requiretur ordo ab initio, vt in c. nemo, de electionib. in sexto: vel si diceretur quod presentaretur sacerdos. Domini. in c. si eo tempore, de rescript. li. 6. Cardinal. Zabarella cōf. 69. casus talis tūc nisi sit sacerdos tempore collationis non valebit collatio vel institutio.

Aetas in ordinibus requiritur: sed videndum est, quae dimittitur. 36 Etiam ætas requiritur: sed videndum est, quae dimittitur. ætas in ordinibus requiritur: respōn. in tonsura requiruntur septem anni completi. ca. fi. de tempor. ord. lib. 6. quatuor minores post septem annos assumi possunt. gl. in summa. 77. dist.

37 Ad ordinē autem subdiaconatus in decimo-octauo anno, ad diaconatus ordinem in vigesimo, ad presbyteratum in vigesimoquinto anno promoueri quis potest. c. fi. de elect. & qua. ad episcopatū in trigesimo anno completo. c. cūm in cunctis, in princ. de electio. plenē Panormi. in c. super inordinata, de præt. Cardina. in ca. cūm cōtingat, de ætate. hodie ad episcopatus est quis habilis in Francia in vigesimo septimo anno, per. §. primum, de nomi. Reg. in con. Franciæ.

38 Ratio est, quia beneficia non debent conferri, nisi præditis moribus, scientia & etate. d. c. cūm in cunctis, ergo ætas in inicio requiritur, quod nō est in ordine, sed sufficit quod se habile reddat intra annū. c. cūm secundum, de præbend. etiā iuuenis meritò dicitur, qui in iuuenilib⁹ desideriis occupatus nulla grauitate cōstringitur. c. quorūdā. 34. d.

Si etiam quis præbantur re debat. 39 Ætatem probare habebit, qui se fundat super illa, siue agendo, siue excipiendo. q. dicit prouisum non habere ætatem legitimā, hoc probare debet. l. cūm de etate. ff. de prob. l. de etate, de minor. Bart. in l. in illa. i. ff. de verb. oblig. l. si maiorem, ybi Paul. & Jacob. C. de i. integ. rest. de Rota decis. 253. sub tit. de exce. decis. 2. no. i. anti. & decis. 800. in ti. de procu. decis. 37. ibi. Fel. in c. dudū. de præsump.

40 Et etatem requisitam in quolibet beneficio abūde tractauit in tract. de pacifi. poss. in 4. lim. nu. 174. cum seq. & inferius dicetur in hac etatis dispensatione.

Si etiam quis dispense posse. 41 Dispensare circa etatem nullus præter Pam. potest: quia cōstitutio conciliaris est dicto c. cūm in cunctis. de elect. contra quā episcopi non dispensant. gl. in c. cūm dilectus, in verb. in etate, de elect. nec quidem legatus. gl. in c. dilectus. i. de præbēl. nisi quis compleuerit vigesimum annum quo casu ad dignitates & personatus, non curatos dispensare episcopus etiā liberè poterit. c. vno. de etat. & qual. lib. 6. secus in curatis, in quibus maior idoneitas requiritur, cūm cura sit ars artiū. c. cum sit ars, de etate & qualit. Staphile. in tract. de liter. grat. rubr. de qualitate & statu benefic. vers. & in

præmissis.

42 Adhæc requiritur sciēcia sufficiēs mediocris, quæ sufficiat ad regendū illud beneficium, quod quis obtinet. c. venerabilis. de præb. Panor. in d. c. cūm in cunctis. in prin. ergo nō sufficit beneficato Rhetorica, vel Dialectica, vel Medicina, per quā reguntur corpora, non anima: licet quidam. epi. potius studeant Medicinæ, quam Theologię, sed Hiere. i. c. dicitur, Stultus factus omnis homo à scientia, ideo scientia salutis est expetēda & necessaria. Luc. i. contra quosdam, qui potius libros Grammaticorum & Rhetorum deferunt quām Euangeliā: quia cūm sint terreni, terrena sapiunt.

43 Et de triplici scientia Doct. scribunt. in d. cap. cūm in cunctis. & ego ipse hic scriberem, nisi dexisem in ipso, in verb. eminentis scientia, de nominario. regia. in corda, & super hoc non vidi expressam dispensatione. n. sed bene vidi ascellos episcopos nescientes Latinum intelligere, nec loqui, sed beneficiorum stratagēmata callentes, ac beneficia per falsa & vera sibi acquirentes.

44 Præterea boni mores maxime necessarii sunt *Boni mores.* beneficiato, qui præualet diuitiis. l. scire. §. is qui. ff. *maxime* de tut. & curat. dat. ab his, sic dixi ista in clericis *clericis ne-*cessarii.

45 Sed quia hodie de moribus vltima sit quēstio, ideo mores vltimū posuit: tamen boni mores præferuntur à Davide, Bonitatē, disciplinam & scientiam doce me, prius bonitatem, sic bonos expetit mores, quām alia: sic & nos illius exemplo edociti faciamus.

46 Requiritur etiā vt non sit coniugatus, qui non *Congiatus.* potest beneficium obtainere. ca. i. & per totum. de & illi. *genuis* cleri. coniug. Silvester Prier. in sua summa in verb. *mis beneficia obtainere* nō possit. 3.

47 Ad hæc vt sit legitimus, nā illegitimi sine dispensatione beneficia obtainere non possunt. c. i. & per totum, de filiis presbyter. tam in decre. quam lib. 6. & inferius dicam in dispensatio. super defēctu natalium.

Vltimò requiritur, quod si collatum fuerit absenti, vt ipse accepit, alioqui collatio facta alteri antequām iste absens declarauerit voluntatē, nullius erit momenti, etiā si posteā absens non accepta ptauerit, tex. in c. si tibi absenti, de præb. in 6. Pan. ri. non pos & alij in c. accedens. illo titu. Calder. in reper. in *rebus* verb. beneficium si fuerit.

48 Tertiò principaliter requiritur ex parte rei q. beneficium sit vacans: quia non vacans conferri non potest. c. i. & per totum. de concess. præb. scripsi in rub. de colla. in concordia.

49 Vacare autem potest beneficium vel per mortem. cap. suscepimus, de rescript. libr. 6. mors enim *Vacare be-*neficium quā omnia soluit. §. deinceps. in auth. de nup. colla. 4. do censetur & quot ma-

50 Vel per renuntiationem simplicē, vel ex causā permurationis. c. i. & per totum. titu. de rer. permut. de quibus inferius dicetur.

51 Item per priuationem & depositionē. ca. exili-

teris, & c. grauem. de excessib. præla.

52 Etiam si quis trasferatur ad aliud beneficium, primū vacare eo ipso quod illi translationi conser-

fit. c. in apibus. 7. q. i. post adeptā tamen possefi-

Pœnæ contra collatores, &c.

nem securdi.ca. quanto de transla.episcopi.glos.
& doct.in c.si quis iam translatus.21.q.2.clem.gra-
tiae.de reſcript.

53 Item si secundum quis adipiscatur incompati-
bile beneficium,pacificè,vacabit primum.cap.de
multa.de præb.& extra.executabilis.Ioan.22.idem
si quis per vim secundum occuparet.ca.eum qui-
de præb.lib.6 vt non sit stolidus occupator melio-
ris conditionis,quàm sapiens & astutus , qui titu-
lum obtinuit.d.c.eum qui,&l.Seruius. ff. quod vi
aut clām.

54 Item habens ecclesiam parochialem si intra
annum nō est promotus,est priuatus ea, & vacat,
c.licet canon,& c.commissa,de elect.lib.6.

55 Item vacat beneficium, si quis contrahat ma-
trimonium,vel sponsalia per verba de præſenti.glo.
& Doct.in c.vnic.de cleric.coniug.li.6 Pan.in c.1:
illo.tit.Aufrer.decis.239.& aliis modis cēfetur va-
care beneficium,quos scripsi in §.monasteriis,in
verb.vacantibus de nominatio. regu. in cōcorda.

De iure, & quando va-
cacato bene- aut enim vacat de iure,& de facto,vt per mortem
ficiū vacat. & resignationem,vt superius dixi : de iure autem
in quantum nihil haber iuri in beneficio is, qui illud
resignauit.c. inter de præb.de facto etiam va-
cat,quia de facto is resignauit,vel mortuus est : &
sic de facto beneficium dimisit.

De factō 57 Interdum de facto tantum vacat : vt quando
quis suo est spoliatus beneficio.ca.ad audientiam:
et c.Abbas.de his qua vi metuſe eaus.fiunt. c.itē
cum quis.de restit.spol.Host.in summa de cōceſſ.
præb.quem alij Doct.sequentur communiter.

58 Ego autem eo caſu putarē nec vacare de fa-
cto,nec de iure;de facto nō vacat,quia detinetur,
ab ſpoliante,ideo nō potest de facto vacare, quā-
do ab aliquo tenetur,vt notum eſt,per c.cum no-
ſtris,de conces.præb. ideo ego dicerem de facto
vacare, quando aliquis longo tépore eſt abſens à
beneficio, & ignoratur vbi fit, tunc dicitur vacare
de facto:quia ibi nullus eſt,qui de facto illi benefi-
cio ſeruiat:& pro hoc videtur text.in c.2.& ca.ex
parte.i.de cleric.non residen.& glo.in c.nō oportet,
in i.de cōſec.distin.5.dicit talem definiere ha-
berē liberam administrationē , & illius beneficiū
conferri poſſe. sed eo reuerente non nocebit illi
collatio,li monitus non fuerit,vt priuatus.ca. tuā.
de cleric.non residen.vbi Panorm.& alij,& in ca. ex
tuā.ibidem.

De iure, 59 Aliquando vacat c.e iure,ſed non de facto , vt
quando quis obtinet ſecundum pacificum, vacat
care creda- primum de iure, per c.de multa.de præb.si tamen
tur. adhuc illud retineat,primum dicitur de facto re-
tinere,ſic non vacat de facto,per c.cum noſtris,de
conces.præb. Host, plenè traſtat in sua ſumma,
de conces.præb.

Conferri 60 Itaque ſi beneficium vacat de iure & de facto,
quando pef- vel de iure tantum,potest cōferri non obſtare al-
ſu de iure
vacans vel
viro que mo-
do.

terius detentio: & acquiritur ius illi, cui collatu-
eſt,etiam absenti.c.si tibi absenti.de præb.li.6. ſed
quando de iure tantum vacat oportet quod ex-
primatur Papæ detentio alterius colorata,alioqui
impetratio eſt nulla,ſecus ſi incolorata, d.ca.cum

noſtris.de cōceſſ.præb.& dicitur incolorata quā-
do poſſeffio ſine iure eſt : vt plenè ſcripsi in trac.
de pacific.poſſeffio.in 4.exten.nu.32.

61 Ideo epifcopus vel alius collator quando con-
fert,debet modū exprimere vacandi ſic per mor-
tem,aut per reſignationē.c. ſuſceptum,de reſcript.
lib.6.nec ſufficit dicere, vacante eccleſiam con-
ferimus,vt confuſuit Bertran. conf.132. dubitatū.
co.4.nu.19.in 2.vol.ex 1.editio. quia etiā Papaā non
prouidet de beneficio vacante per modum in can-
cellaria exprimendū : vt in eſt reg.cancel. multo
minus ordinarius.

62 Nunc dicamus de collationib^o epifcoporum,
& ordinariorum , & quibus fiant,penitus ignoror.
dicam tamē me vixifle vſque ad lexaginta annos,
& neminem vidisse,qui doctribus regentib^o vel
aliis doctis & bonis ſuſpoſte puidiſſer:imò ſcio
quofdam epifcopos aſtu quodā illos induxiſſe ad
reſignandum,ſi qua habebant beneficia,vnde / vt
puto/ poſſem iure dicere,ō capita eccleſiarū inui-
lia,& mores peruersi, & quod Verg.aſt in Georg.
In felix lolum,ſteriles dominantur anena.c.1.de libelli
oblatione, inuafit maximē eccleſias regni, à quib^o
Deum obnixē oro,vt liberentur:& docti,probi,&
vſiles in eccleſis recipiantur & nouum videbitur:
ō quanti adulatores, hæretici,ignari,ſtabularij,&
coqui abundat̄ beneficiis:& docti,ac boni ſteriles
& omnibus nudati bonis ſunt.Deus eos beatos ja-
ciat in terra viuentium,& hos ignaros,profligat,&
bene eccleſiæ habebunt:dicit diuus Ambro.in pa-
ſtorali,olleat/inquit prelatus ſapiencia & doctri-
na,vt non ſolum ſubditos doceat,ſed etiam hære-
ſes conterat & repellat:qui autem talis non eſt,ad
ſacerdotium non accedat,vt vſurpare locum alre-
rius non präsumat.

Pœna contra collatores indignis conferentes.



Vamobrem cum ita abutantur quidā
collatores conferēdo indignis,videa-
indignopri-
mus poenas.in quas hi miferi incidūt: uatis ſi cō-
fir. tō
prima eſt, q priuati ſunt potestate cō-
ferendi pro prima collatione,& (vt dicunt) prima
vice.cap,cū in cunctis.§.fi.de elect.cap.cūm Vin-
tonien,de electio.glo.in cap.cūm singula.§.prohi-
bemus. de præben.lib.6. & gloss.in cap. quod si
prædicta.in verb.priuati.de elect.in prag.vnde cō-
ferens beneficium excommunicato, eſt ipſo iure
priuatus tanquam conferēs indigno. c.postulaſti.
de cleric.exc.minift.Cald.in repēr,in verb.confe-
rens beneficium, itaque potest impetrari beneficium.
quod poſt collationem indigno factam epifcopus
contulit,quia illud conferri,non poterat,eō quod
eſſet à iure priuatus:& miror hodie cū tam multi
ſint circa hoc Gregorij:quod ista nō impetrēt:nec
putare in poſt impetrationem bonos iudices cōtra
hoc iudicatuſos, ſi animab^o ſuis prouidere vellēt.
2 Et hoc ſi ſcienter,ſecus ſi ignoranter.c.postula-
ſtis.& c. Apōſtolicæ, de cleric.excom.minift. l. ex
maleſiciis,vbi gloff.de actio,
3 Et p̄ſumitur ſciens epifcopus,quia tenetur de
vita & moribus illius inquirere, antequā ei con-
ferat. cap.innotuit.de electio. Card.conf.133.duo
funt.&

funt. & debet habere plenam notitiam eius cui co-fert. c. bonæ. 2. infi. & ibi Panor. 12. not. de postula. prælato. nam sicut cum alio contrahit, non debet esse ignarus eius conditionis, cum quo contrahit. l. qui cum alio, de reg. iur. ff. sic & is qui vult alicui conferre, sed quousque hoc facit, neficio. sed non eisent tot pecora Melibæi ecclesiæ preposita, si de his fuisset inquisitum. etiam inquirere debet, an aliud habeat beneficium, cap. ordinarij. de offi. ord. in 6. nam peccat sciens isti conferendo: tum quia indigno confert. c. is cui. de præb. lib. 6. tū quia venit contra iura hoc prohibentia. cap. primatus. 71. dist. Arch. in c. si quis. 21. q. 2.

4. Secundò suspendi debent à collationibus faciendis. c. graue. de præben. c. postulatis. de cleric. excom. ministr. nam postquam male vtatur re ad eospectare, & administratione, ea ptiuari debet, sicut tutor. qui male administrat. §. suspectus. & §. fi. de suspectis tutor. in institu. vt etiam priuatur in quo deliquit. d. c. postulatis. de cler. excom. & fe-re hodie omnes suspenderentur, & priuarentur.

Suspendit collatores. 5. Sed bonū esset statuere, quod conferens indi-gno esset priuatus potestate conferendi per mé-rem magis sem: quæ collatio capitulo applicetur illius ecclæsie, in qua est præpositus conferens etiam ab officio suspenditur. c. i. in 83. dist. ca. fi. 1. q. 3. sed si fune collo adhibita suspenderentur, non amplius indigiti conferrent, & forte vtilius esset quibusdam quod ad animam.

Pecunia mali- gni confe- rent. 6. Tertiò peccat mortaliter, quia seruitio Dei indigos applicat. c. monasterij. 19. q. 3. gl. pen. in c. ad Apoitolicam. de reg. & quia hoc vergit in detrimentum ecclæsie, & honoris diuini, qui per bonos promouentur, & coluntur: & melius est paucos habere bonos, quam multos irutiles. cap. tales. 23. dist. c. pen. de artate. gl. in verb. indigitorum, in proc. prag. sanctio. & quia transgreditur canones statuëtes optimum eligendū. ca. Metropolitano. 63. dist. & transgrediens canones peccat. c. quia. cad. dist. c. 1. & c. quia. in ecclæsiarum, de const. filio tit. in 6. gl. in verb. vtiliorum. §. ad locum. de ele. in Prag. scripsi in interpreta. c. postulatis. de cleric. exco. minist. & quia fraus contra canones. c. fin. 4. dist.

In delicto in- no go- ferent. 7. Quartò sunt Deo infideles: quia fideli & pruden- dens debet esse quem constituit dominus super familiam suam ut det illis cibum in tempore, vt est in euangelio: vnde ait Hiero. indignum est dare Deo, quod designatur homo, ac cæcum animal offert, qui ordinat indoctum in loco docti, magistrumque facit, qui vix discipulus esse poterat. ca. fin. 49. dist. longa debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur ecclæsie. c. in sacerdotibus. 61. distin.

C. clausu- re. cl. sur. 8. Quinto tenebitur ad id quod interest illi ecclæsie, quia unlescunt, vt pote si dignū elegissent, vel ecclæsi comauissent, ecclæsa in lite non succubuerit, aut aliud detrimentum passa non fuisset, hoc enim sarcire debet: vt expresse docet Anchæ. & Card. in cle. i. col. vlt. de æta. & qualit. & Angel. de Clau-sio in sua summa, in verb. restit. & Fel. in c. si quan-do. col. 4. ver. stat difficultas. nu. 7. de rescript.

9. Instar magistratus, qui minus idoneo pupilli

tutelam commisit: nam magistratus tenetur de scien-tiibus tutoribus. l. i. & pertotū. ff. de magistra. conuenient. Cum ergo isti indigni prefeci non restituant damna, ergo collatores tenentur, & in extre-mo iudicio quot erunt, ob hoc dannati nisi re-sipiscant: quia collationes beneficiorum circa in-habiles frequentiores sunt, quam ad habiles, quia simili similes diligunt: nec eximo capitula ecclæsiarum, quæ hoc faciunt, & terræ cardines multi.

Conferens io. 10. Sextò tenetur de mala administratione electi, in ergo de vel prouisi reddere rationem Deo optimo maxi-mo, & erunt participes pœnarum, quas patientur prouisi ab eis in districto Dei iudicio. c. i. §. quoniā. ii. ne ren- tur. in verb. autores. de elecio. in Prag. nam facientes & cooperantes pari pœna punientur. c. i. de offic. deleg. sicut enim boni operis fructum sibi cōparat, qui reditum tenet in eligendo & prouidendo iudi-ciu, ita graui semetipsum afficit damno, qui ad suæ dignitatis collegium se blimat indignu. ca. mi-ratur. 61. dist. Esiae 4: Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestru, quod non est, abominatio est, qui eli-git vos. ca. Valentianus. 63. dist. vbi dicit super vos est talis electio, vt eligentes teneantur de omni-dano, & dispendio, quod ecclæsia acciderit. gl. libi.

Pater pro. filio ad offi- cium electio tenetur. 11. De iure ciuili tenetur pater cōsentiens filio ad officiū electo, prius tamen excutiendus erit filius. l. i. C. de decu. lib. 10. Et nominantes scienter indi-gnum ad officiū tenentur de his quæ electi & no-minati male in officio gesserū. l. i. & 2. C. de peric. nomina. libr. 10. in subsidium. l. exactores. C. de sy-scep. lib. 10. l. seuer. iter. C. de excus. tut.

Ciforis in- sacrifilegi sunt iudicandi. ca. sunt quidam. i. q. i. quia digno faci rem sacram id est ecclæsiæ adiungunt. Vnde ait D. ligum cora Hiero. Ecclæsiam fraudare, quod sacrificium est, menu.

vel exinde aliquid subtrahere, omnium præstorum crudelitatē superat. in c. gloria episcopi. in fi. 12. q. 2. quia nihil magis officit ecclæsia, quam quod indigiti admittuntur in ecclæsia. c. nihil est de elec. & dicit Leo, in c. miramur. 61. dist. sic. miramur tam apud vos per occasionē temporis impacati, aut ambientiū præsumptionē, aut tumultum valuisse popularem vt indigiti quibuslibet, & longè extra sacerdotalē meritum constitutis, pastorale fastigium, & gubernatio ecclæsie crederetur: non enim est hoc consulere populo, sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen. integritas enim præsidentium salus est subditorum, alio-qui iudicium æternum eos manet.

13. Octauò non conferendo viris doctis & probis seipso condemnant ad ignem æternum. text. in cap. Apostolicis. 16. quest. i. vbi sic scribitur, Apo-stolicis viris & euangelisatoribus Christi in necef-sariis vībus nolle tribuere, scipsum condemna-re est.

Synodos celebrare an vicarius sit liberum. 151 Sequitur in vicariatu undecima clausula, vide licet celebrandi synodos. Nam vicarius vel alius non potest sine speciali mandato celebrare synodos. c. si ep̄s. de offi. ord. lib. 6. sic nec legatus concilium generale nomine Papæ, gloss. in c. regula. 17. dist. Panor. in disputatione incipiente Ep̄s. col. 17. vers. item non omnes. sequitur Ioan. Boteus in tract. de synodo ep̄i. in 2. part. nu. 2. & seq. plus dicens, quod postquam visitatio competit etiā iure ordinario episcopo, ipse hoc alteri delegare poterit: quia iure canonico omnia non prohibita ordinarius demandat. cap. quod sedem de offi. ord. caueat tamen ep̄s cui committet: quia sanguis subditorum de manibus prælatorum requiretur. ca. irrefragabili. de offi. ord. [Sed vidi dubitari, an ep̄s possit committere simplici clerico non existenti in sacris hanc potestatem, & is an possit postea excommunicare, & absoluere. gl. in verb. fedis apostolicæ. in c. statutum de rescr. in 6. dicit posse cōmitti simplici clerico: & non inuenitur iure causum, vt is cui causæ committuntur, debeat esse in sacris, etiam si sit à sede apostolica delegatus. ca. 1. vlt. & per totum. de offi. deleg. in Decret. in 6. & per totum titulum. Nam episcopus potest excōmunicare, quāvis presbyter non sit, vt docet Host,

in summa de sententia excōm. §. quis possit, circa finem. veri. Solutio. Dicas, Maximè, quia Officialis nomine episcopi excommunicat. Et in capitulum sede vacante transeunt omnia, quæ sunt iurisdictionis. c. his qui de maio. & cap. 1. ne sede vacante. & obtinenti vigesimum annum delegari possunt cause à Papa c. cum vicecumsum. de offi. deleg. & tamen eo tempore sacerdos esse nō potest. cle. generali. de ærat. Ideo is simplex clericus omnia poterit facere, sine quibus in cap. p̄æterea. de offi. deleg. Doct. in c. quanto. de consuet. & in c. olim. in 3. de restit. spol. Et quia ista sunt iurisdictionis, ergo non requirunt ordinem. Vnde Officialis & Vicarius ep̄i possunt esse clerici simplices non constituti in sacris. Et ita aliquando respondi egregio viro Domino Officiali Virdunensi, Carolo de Monceaux vocato, qui Doct. solēnis nostri collegij fuit.]

152 Subiungitur clausula duodecima, & committendi, & audiendi causas ciuiles, & criminales: hec enim criminales per generalem potestatem non consentur commissa. c. 2. de offi. vic. libr. 6. nec in criminalibus possit ille officialis aut vicarius cognoscere, nisi specialiter sit eidem commissum. d. c. 2. & si cognoscere, nullus esset processus, quia deficit iurisdictio. teste Fed. cōf. 220. veritatis: ideo non priuabit vicarius aliquem beneficio, nisi sit eidem exp̄s. concessum, vt ibi, & Anch. probat. conf. 60. dupli. vel nisi alias haberet iurisdictionem ibidem: vt consuluit Bald. in Patriarcha vicario creato à Papa, in conf. 478. præmittēdum. col. 3. in 4. vol.

153 Tamen per hanc clausulam non poterit officialis conuertere pœnam corporalem in pecuniariam: quia hoc non licet nisi habentibus potestatem dispensandi super crimine. c. licet. vbi gloss. & Doct. de pœn. & in c. in archiepiscopatu, de rapto.

154 Ideo in vicariatu debet exprimi, damus potestatem dispensandi etiam super crimine: alioquin non est verisimile quod ep̄s hanc potestatem sibi non omnino permisam concesserit. ca. irrefragabili. de offi. ord. dixi quando possit conuerti in pœnam pecuniariam, in §. quia verò de publ. cōcub. in conc. & sic consuluit Paul. Castr. conf. 348. notwithstanding. in 1. vol. quia dispensatio sine causa fieri non debet. gl. in c. nō est de voto. & dicam in materia disp. infra, & quia pœna iuris commutari sine causa non debet. l. quid ergo. §. pœna. ff. de his qui notan. infal. l. & si superior. C. illo. tit.

155 Additur clausula decimateria, matrimoniales, &c. etiam committit causas matrimoniales, quarum cognitio ad episcopos pertinet. c. ex literis de in integr. rest. c. 1. de cōsangu. & affi. c. acceptantibus. de excess. præl. & sic delegare eas & cōmittere ep̄i in suis officialibus, & vicariis poterit. c. causam matrimonij. de offi. deleg. Bertach. in tract. ep̄o. in 7. part. 4. lib. q. 20. vbi dicit quod aduersus scientiam suam poterit in integrum restituere vicarius: quod sequitur & Philip. Perus. in c. dilecti. in 2. q. 9. & seq. de appellat.

156 Clausula decimaquarta & beneficiale. Solet etiam in vicariatu episcopus, vel archiepiscopus de vicaria commiti-

Vicarium de criminibus non cognoscere nisi hic ei cōmissum fuerit.

Panor. corporali conuertere pœnam corporalem in pecuniariam pœnam non conuerit.

Matrimoniales causæ expressæ committit de sunt.

Beneficiale causæ committit de vicaria commiti-

committere causas beneficiale, de quibus non cognoscet vicarius, quando agitur de priuatione: vt in c.2.de offi.vic. in 6.nisi hoc sit eidem expressum: quia sunt priuilegia, in cl. dispensatio, de iudi, nec poterit cognoscere vicarius de institutione beneficij facta per episcopum, sine speciali commissione: vt docet Bertach. in d. tract. de episcopo, in 7.part.4.lib.q.29.qa inferior non tollit legem superioris, clem. re Romani, de elect.

157 Insuper additur decimaquinta clausula, & quascunque alias tam principales quam incidentes, & per appellationem etiam deuolutas, & impo sterū deuoluēdas, & quæ ad nos, & ad dictā nostrā ecclesiam pertinebunt de iure vel consuetudine.

158 Nam in hoc regno Fracia, si clericus propter crimen priuilegium captus sit, & condemnatus à iudice laico, & demum remissus ad officialem. Pietauiensem, ut cognoscat de criminis cōmuni, si postea ab officiali Pietauiensi remisso condamnetur propter delictum commune, & is appelletur ad archiepiscopum Burdegalem, eo quia non est intra ressortum, officialis non deber illum rem in alio mittere, sed debet archiepiscopus Burdegalem, episcopatu constitutus vicarios, qui in ciuitate Pietauiensi constitutus cognoscant, & hoc propter appellationes ab abu teneatur. su. Ita iudicauit senatus anno 1524. die decima quinta Decembri,

Archiepiscopus quia ad officia rem in alio mittere, sed debet archiepiscopus Burdegalem, episcopatu constitutus cognoscant, & hoc propter appellationes ab abuteneatur. su. Ita iudicauit senatus anno 1524. die decima quinta Decembri,

Causam episcopodele potest officialis de causa epo delegata cognoscere: quamvis eidem epo causa praesentes committit, futurasq: quia episcopus non habebat iurisdictionem id temporis, quo committebat, ideo delegare eas non poterat, arg.c.1.de offi.vic.lib.6. de Rota decis.157.not. q. vbi epo. in antiqu. [sub tit. de offi.deleg. decis.1.] & decis. 847. episcopus in eiusdem. [sub tit. de offi.vicar. decis.9.]

160 Etiam si diceret epo in vicariatu autoritate ordinaria, vel delegata mihi cōpetentes, vel competituras committimus. arg. l. non potest videri. ff. de iudi. quia iurisdictione nondum competens non potest committi. arg. c. Romana. de offi. ord. lib.6. vbi Guliel. de monte Laudu. expresse dicit not.

Episcopus vel senechalus non potest delegare non potest putare vicarium ad futuras causas, quæ à Papa, scallus cui vel Rege eis cōmittentur per rescripta: tum quia suis futurae iudicia in pendentia esse non possunt. l. non quemadmodum. ff. de iudi. l. 1. de usur. tum etiam quia non potest dare, nec committere, quod non habet. traditio. ff. de acq. rer. domi.

161 Ideo opus est noua delegatione, & cōmissio ne postquam epo habet iurisdictionem nouam. [Bern. de Bisignet.] sic concludunt domi. de Rota decis. 3. incip. episcopus, rub. de offi. vica. sicut non potest epo cognoscere de causa vicario delegata. Doct. in cl. 2. de rescr. Bertach. in tract. de episcopo. in 7. part. 4. lib. q. 4. ita nec vicarius de causa episcopo delegata. & si de facto cognoscat, sensu-

Causas in capitulo mortuo ipso vicarius perficerit non potest vicarius; vt decidit idem. Berta. q. 6. & allegat Specul. in tit. de offi. ordin. §. 1. tentia erit nulla, tanquam à non suo iudice lata. l. 1. & per totū. C. si à non compe. iudice iudi. fuerit. 162 Imò viuente epo causas inceptras eo mortuo perficerit non potest vicarius; vt decidit idem.

ver. auditores autem. & ibi Bald. in additio. vers. 2. quia ceperit reuocatus per mortem episcopi: vt inferius dicetur.

163 Sed bene poterit Officialis viuo epo, seu vicarius ex offi. vel ad instantiam requirētis cogere patronum ecclesiasticum ad assignandum congruam portionē vicario perpetuo, vt fuit decisum.

Vicarius co- gnatū cō- gruam por- tunem.

Tholofæ sicut refert Averr. in suis decis. q. 148. &

q. seq. plus dicens in Francia iudices Regios hoc usurpare. vt scripsi in tract. de cōgrua portio. q. 7. *Vicarius ar- chiepiscop: en in suffra- ganeos in- risidicione habeat.*

164 Tamen vicarius Archiepiscopi non haber iurisdictionem in eius suffraganeos propter reue-

rentiā episcopalē dignitatis. c. 2. de offi. deleg. lib. 6. & hoc si Archiepiscopus est præsens, vel in pro-

uincia, alioqui contra. c. 1. de offi. ordinari libri. 6. & Bertach. in tract. de episcopo. in 7. part. lib. 4. q. 10.

165 Vicario solet etiam committi, vt partes ad re-

cognoscendum scripta sua, chirographa Officia-

lis cogere possit. c. 1. §. vlt. de foro compet. lib. 6. ta-

men ad hoc non videtur specialis concessio ne-

cessaria: multa verò super his scripsi in l. cognoscere. ff. de verb. sign. & in tract. de chirographo.

& cedul. recog. in ordi. Reg. in 1. tomo committa,

quæ hīc non repetam.

166 Clausula decimafixa, ex officio inquirendi de criminibus an vice

officialis, & vicarii: cum hoc ei non concedatur nec sit liber ex generali officij concessione, per text. in c. 2. de rū sine spe-

offi. vicar. lib. 6. nam in inquirendis, puniendis, & ciali pose-

corrigēdīs subditorum excessibus requiritur spe-

cialis commissio. tex. iuncta. gl. in ca. 3. c. e. consuet.

in 6. nec sufficit generalis, vt ibi quamvis Joan.

Monach. in 2. dicat ex generali potestate vicarii

inquirere posse, ob id istam clausulam non esse

necessariam: vt etiā probant Domi. de Rota deci.

66. si serueretur, in not. sub tit. de offi. vicar. decis. 2. vbi dicunt.

167 Si vicarius non possit cognoscere, remittet ad episcopum, quia de criminibus cognoscere non

poteſt, niſi ſpeciale habeat potefatē. l. 1. §. cūm vrbe, vbi Bart. ff. de offi. prefec. vrb. ſed inquire-

, vt demum referat epilcopc, non prohibetur,

ideo episcopus debet eidem concedere potesta-

tem inquirendi, & criminis puniendi, Bertach. in

tract. de episcopo. in 7. part. 4. lib. q. 13.

168 Decimafixa, ecclesiastis, capellas, & orato-

ria, ac cimiteria polluta reconciliandi, permitti-

re videlicet, vt quascunque ecclesiastis pollutas re-

cōciliare, ac cimiteria possit. c. vno. de cōsec. eccl. fint.

vel altā. libri. 6. ſed hoc non potest committi ſim-

plicibus fæderotibus, ſed episcopis tantum: quia

licet epo committere valeat ea, quæ iurisdictionis

existunt: tamē quæ ſunt ordinis episcopalē non

poteſt inferioris gradus clericis demandare. cap.

aqua. vbi Pan. de conf. ecclesiast. nec alij ſacerdo-

tes, etiam ſi confuetudo existat, tractare poſſunt. c.

quanto. de confuet.

169 Poterit tamen hic vicarius impetrare à Papa

licentiam, abſente epo, quæcunque ornamenti

ecclesiastica benedicendi, citra tamē corporalia,

ecclæſiaſt. calices, & patenas: & hoc pro vſu & ſeruitio ec-

clæſiarum, totiusdiceſſ. vbi & quandiu vicariatus ti.

officio fungi eam contigerit: & ita consuli cuiusdam vicario. Abbatii quoque datum fuit indulxum benedicendi calices, corporalia, & alia, ornamenti ecclesiastica pro fuso monasterij ad vitam.

Ecclesiæ an 170 Decima octaua clausula est, & de nouo ædificariis cōficas ecclesias, & ædificandas cōfescrandi, intellexisse pos ligas quoque talem potestatem non alias videri sūt.

datam: nisi is, cui hēc committuntur, sit ep̄s, vt p̄dixi, quia hēc sunt ordinis episcopalis.

171 At committat ea episcopo, qui hēc faciat teste Pan. in c. his quæ, & in c. cūm olim de maiorit. & obed. quamobrem non transeunt ista sub generali mandato, sed speciale requirunt, quia sunt de maioribus. c. nemo de consec. dist. i. Cald. cōf. 3. an vicarius. in tit. de offi. vicar.

Potestas p̄niendi & multādā vi- cario cōce- diſſet.

172 Quemadmodum etiam quæ sunt gratiæ, vt dare indulgentias, non veniunt sub mandato generali, sicut afferit Dom. cons. 38. pro clariori. col. 3. no. Doct. per illum. text. in ca. cūm ex eo. & c. nostro. de penit. & remiss. vide Hostien. in summa & alios Doct. in tit. de consec. eccles. vel altar.

173 Decimanona clausula. Solent episcopi concedere potestatem puniendi, corrigendi, depoñendi, multandi, priuandi beneficiis omnes, & quascunque personas, quarū cognitio ad eos spectat, vel spectabit, sine aliqua personarū acceptatione: prout delictorum qualitas & excessus exegerint, ibi & personas omnes, &c. quippe nisi specialiter ista committerentur, non posset vicarius vt dictum fuit, ex generali sui officij potestate clericos priuare, vel amouere à suis beneficiis. ca. 2. de offi. vicar. lib. 5. Anchar. cons. 60. dupl. i ratio-ne. col. 1. vt superius dictum est.

Clausula suspen- diſſet.

174 Sequitur clausula vigesima Suspendendi, interdicendi, &c. quamvis ista sub generali cōmissione comprehendantur. Doct. in d. c. 2. de offi. vic. lib. 6. & in c. 1. de offi. deleg. quippe nomine censuræ ista continentur. c. quārenti. de verb. signif. tam ad maiorem cautelam, vel alias quidam episcopi solent hoc exprimere in literis vicariatus.

175 Clausula vigesima prima. Praecepta & māda-ta faciendi, ipsaq; exequendi: parum enim esset potestatem iudicandi habere, nisi iudicata exequent, & precepta. l. 2. §. post originē. ff. de orig. iuris. c. ybi periculum. §. praterea. de elect. lib. 6.

Sententiā 176. Clausula vigesimæ secunda. Et reuocandi de-reuocare an linquentes, &c. Per hanc clausulam concedit au- dicario su toritatem reuocandi præcepta, iuxta l. q. iussit. ff. de re iudi. & mitigandi poenas: quia in omni episcoporum ferè sententia criminis salua solet domini ep̄i autoritas, & misericordia, nisi in hæresi, referuari: alioqui sententia non posset reuocari. d. l. quod iussit. ff. de re iud. vbi amplè scripti. Alex. & Vincent. per illum. text. in l. 1. ff. ad legem Falci. Litem Labeo, & ibi. gl. in verb. si purè famili. hercifundæ. & de hac clausula plenè scribit Angel. in tract. de malefi. in gl. saluo semper.

Pecuniam poteſt ep̄i- scopus pro pecunia remi- tenda reci- pere.

177 Et fuit hoc inuentum, vt si ep̄s videat istum. delinquentem penitentiam egisse in carcerebus gratanter, & sine murnure, quod possit ei indulgere: alioqui si per pecuniam episcopus remiserit pecuniam, iudicium sibi manducat, & bibit. Que-

clausula non potest apponi in sententiis lati cōtra hæreticos, vt est l. Regia cœatum, art. 9. tit. des Luthériens, in ordin. Regiis.

178 Insuper alia clausula debet addi, vt ab his vicariis licentia cōcedatur episcopis expulsis exercendi suam iurisdictionem. Nam hoc non potest vicarius concedere ex generali mādato, per text. & ibi glo. in verb. diecclanis, in clem. vna, de fofo competit. ideo nō abs re debet exprimi, vt vicarius episcopis expulsis concedat potestatem iurisdictionem exercendi in Episcopatu isto.

179 His etiam casib⁹, quibus potest episcopus solitus absoluere, tribuit huic vicario absoluendi potestatem: nam in casibus ep̄o referuatis, nullus potest absoluere, nisi qui ab episcopo expressam habeat potestatem, vel à superiori. clem. dudum, de sepult. c. omnis viriusque sexus, de penit. & remis. vbi scripsi. & Hoft. in summa, in §. cui conferendum. vers. quodd si quis episcopus.

180 Ideoque necessaria est hēc concessio: solet quoque exprimi, vt possit absoluere, vel dispensare super crimine: vt in ca. at si clerici. de iudi. §. fin. prout videbitur expedire, & sic non simpliciter dispensare poterit vicarius, sed in casibus tantum, quibus hoc conceditur à iure, vel synodalibus cōstitutionibus ipsi episcopo: etiam ut vicarius possit committere hanc absolutionem his, quibus videbit expedire, solet episcopus concedere.

181 Ultima subiicitur generalis clausula, & omnia alia, & singula faciendi, & committendi, etiam si maiora fuerint, & quæ mandatū exigant speciale: prout ad ipsius vicariatus & officialatus officium, noscitur quomodolibet pertinere, &c.

182 Quærò an hēc clausula generalis sufficiat ad hoc, vt vicarius conferre possit, si non alias expressè eidem fuerit concessum: Resp. non per gl. in c. 2. offi. vic. lib. 6.

183 Tum quia prædicta clausula non includit maiora expressis. c. fedes de rescr. c. qui ad agendum. de procur. lib. 6. cle. non potest. illo. tit. sic cōsuluit Bertrand. cons. 32. dubitatur. & cons. seq. in 2. vol. ex antiqu. editio. rūni quia in specie cōcedi debet. d. c. fi. & cap. statutum. de præb. illo lib. vt superius dictum fuit.

184 Imò vicarius generalis non poterit sine spe- ciali mandato autoritatem interponere donatio- nati in iurispatronatus alteri facta. Doct. in ca. illud. de iure patro. sic expressè consuluit Calder. cons. 1. de rub. off. vica. ideo bonum esset in vicariatus literis hoc exprimere. [Nec etiam poterit interponere panitia. autoritatem alienationi rei ecclesiæ, etiam si iustè fieret per c. sine exceptione. 12. q. 2. quia sicut non potest fieri alienatio sine expresso mandato. l. pro- curator tutorum. ff. de procur. c. qui ad agendum, illo. tit. in 6. sic nec alienationi consentire quis poterit, vt scripsi in compendio aliena. rerum eccl.

185 Perpetuò hoc figas menti, quod in quibus casibus obtinens dispensationem à vicario, vel collationem, seu aliquam gratiam, video as instrumentum vicariatus, an specialē contineat potestatē: & custodias illud instrumentum: quia sine illo nō proderit tibi collatio vicarij, seu dispensatio, vel aliis

Clausula quinq; generalis nō includit cōsulunt.

Vicarius do- nati in iurispatronatus non potest fieri alienatio sine expresso mandato. l. pro- curator tutorum. ff. de procur. c. qui ad agendum, illo. tit. in 6. sic nec alienationi consentire quis poterit, vt scripsi in compendio aliena. rerum eccl.

Castela no- ta pro di- spensatio nō potest fieri alienatio sine expresso mandato. l. pro- curator tutorum. ff. de procur. c. qui ad agendum, illo. tit. in 6. sic nec alienationi consentire quis poterit, vt scripsi in compendio aliena. rerum eccl.

Archiepisc. & aliorum collatorum.

41

alius actus per eum factus sub speciali mandato: nisi hoc expressum fuerit in instrumento. Hoc videtur decidere do. Gem. in cōf. 38. p clariori col. 3.

186 Formam plenam vicarij Papæ describit Ioā.

Francis. in tract. de offi. & potesta. c. sede vacante,

in fi. 2. partis. q. 10.

Præsente e- 187 Et regulare est, q. etiam episcopo præsente

piscopo vi- curius suū possit exercere officium nisi in ca-

exercet of- fibus exceptis, & in reuerentialibus, teste Feder.

conf. 302. Reuertende pater, in fin. & hoc est vtile

quibusdā episcopis, qui ista tractare omnino igno-

rant: vt per vicarios ignorantia illorum tegatur.

188 Et per hoc decidunt Do. de Rota. decis. i. rub.

Episcopi te- re de offi. vicarij Bern. de Bisigne. quod episcopi te-

nentur ad restitu- tionem damnorum iniuste dato-

datorū da- rum per officiales suos, vel vicarios. argu. l. i. ff. de

torum per publica, & Doct. in c. i. de restit. spol. nam imputa-

sus officia-

les. ei qui malorum opera vultur. l. ex maleficiis in

fin. ff. de actio. & oblig. & imputandum ei qui ta-

lem elegit. §. fi. pro socio. in instit. & §. eos. in auth.

vt iudices sine quoquo suffragio, colla. 2. & nō ca-

ret scrupulo societatis occulē, qui manifesto non

desinit obuiare facinori. c. error. 83. dist.

Dominus, 189 Si tamen episcopus in aliqua nō possit depre-

quando te- hendi culpa, vt pote quia communī opinione om-

neatur pro niūm bonum elegit officialem, sed in officio cor-

ruptus fuit, vt multi solent, & ignorante episcopo:

tunc episcopus non tenetur, arg. hospitiis haben-

titis sic seruum, vt nō teneatur, si deliquerit in cau-

pona. per text. in l. fi. §. seruorum. ff. naute. caupon.

Ioan. Fab. in §. fin. pro socio. in instit. gl. in cap. cùm

Apostolica, in verb. profuturum. de his quæ fiunt

à præl. Agid. Bellamera. conf. 4. vtrum episcopus.

col. pen. & Alex. in l. fi. cum dotem. §. i. col. 2. ff. sol.

matri. & in l. Barbarius. ff. de offi. prætor.

190 Item si episcopus iustè recusari possit, & eius

officialis, & vicarius. Imol. & Felin. per illum text.

in c. insinuante. de offi. deleg. Doct. in ca. i. de iudi.

Ias. in l. apertissimi. C. de iudi. quia cùm episcopus

possit eum reuocare ad libitum cle. & principalis,

de rescr. verisimile est vt nō destituantur posse tra-

hi in episcopi sententiam: & ita firmat de Ripa in

d. c. i. num. 43. in 4. concl. de iudi.

191 Sed episcopus non potest recusari quamvis

officialis: recusari possit, vel eius vicarius. c. si con-

tra vnum. in fin. de offi. deleg. lib. 6. nec quidem vi-

carius, vel officialis, si esset Rofcius alter; id est mi-

ra probitatis & sanctitatis vir. pro quo præsumi-

tur. c. nisi essent de præb. sed pauci sunt: quia epi-

scopi similes eligunt: & quandoque ambo in fo-

ueam cadunt.

Vicarius & 192 Quæro, quomodo reuocari possit vicarius, &

officialis & officialis: Resp. duobus modis, videlicet expreſſe,

& tacite: expreſſe, quando nominatum ab eo qui

eum cōstituit, remouetur potesta. liudicū solvit

vetante eo, qui iudicare iusserat. ff. de iud. & sic

potest ep̄s pro libito reuocare vicarium, seu offi-

cialē destituere. c. i. & si principalis, vbi gl. & Doct.

de rescr. Calder. conf. 2. de offi. vica. Barba. in c. po-

stulasti. in l. not. in fi. de rescr. ac in c. quoniam. nu-

37. de offi. dele. q. a omnis res per qualcūque cau-

fas nascit, per eadē & disolutur. c. i. de reg. iuris.

193 Etiam si jurasset illum non reuocare: vt dicit *Iuramenū* episcopo de gl. sing. in c. fi. de procurat. lib. 6. licet eo casu si re- no. reuocan uocet, sit perjurus. gl. ibid. & Fel. in c. ex parte de- do vicariū cani. ver. d. c. fi. in amplia. de rescr. Paul. Caſtr. cōf. nō impedit 361. venerabilis. 3. q. in i. volum. & ideo oportebit reuocatio- quod postea absoluatur a iuramento à superiore. *nem.*

Vicarius e- 194 Limitant quidam, quando ille vicarius esset *tiā a Papa* à Papa confirmatus. vt dicunt Doct. in c. nouit. de *confirmatus* iud. & in tit. de confir. vtil. nam statuta per Papam reuocari po-

confirmata canonici tollere nō possunt, nisi qua- test.

tenos eorum commodū tangit. gl. & Doct. in c. 2. de ver. sig. li. 6. & in c. cùm accessissent. de cōſt.

195 Ego etiam hoc casu reuocari posse putarem: quia illa confirmatio censetur facta sine præiudi- cio alicuius. c. super eodem de offi. dele. & is cen-

setur confirmatus, quatenus durauerit ep̄i volun- tas, sed si in confirmatione diceretur, confirmamus

ad vitam non obstante quacunque reuocatione facienda, tunc episcopus eundem reuocare non posset, secus si simpliciter confirmatio facta sit, & ira ambas opiniones conciliarem.

196 Secundò etiam hic vicarius non potest reuocari, ad hoc, vt collatio & gesta per eum non va- *Gesta ante* renocatio- leant, quia res nō est integra. c. in causis. de elect. *nem vicary* valent.

197 Tertiò quando est data potestas alicui per viam compromissi, & gratia, illa potestas etiam re-

integra non reuocatur, per text. in c. causam. quæ vbi Doct. de elect. Henric. Boic. in ca. constitutus, de concess. præb.

198 Quartò limitatur, quando vicarius religiosus *Vicarius ab* datus esset ab abbate commendatario cum auto- abbate cō- mittate Papæ, tunc is reuocari nō poterit: vt censuit senatus contra abbatem du. Chaige commenda- *mendatario* tarium anno 1514. die 18. Iulij: alioqui abbas com- mendantarius semper reuocaret, vtilem religioni, nisi eidem adularetur, quod est absurdum.

199 Quintò non procedit in vicario. à lege data vt pote in archidiacoно, qui à iure dicitur vicarius ep̄i. c. i. & c. ad hæc de offi. archid. ideo non poterit is ab episcopo reuocari: quia vicarius inhabet personæ & dignitati à qua euelli non potest. Archid. & Dom. in c. perfectis 25. dist. & Doct. in d. c. i. non poterit tamen hic Archid. conferre, & alia quæ speciale mandatum exigunt facere, nū à iure, vel homine ei concessa fuerit potestas.

200 Sextò non poterit reuocari vicarius, quando *Vicarius in* per viam conuentiōnis à Papa approbatæ factus *ter partes* est: vt vidi interdum fieri, quasi sit cor episcopus, *conuersus nō* reuocatur, vt olim erant. c. cor episcopi. 68. dist.

201 Tacite, vt constituendo secundum videtur. *Tacite quo-* pimum reuocasse. c. clericos, de offi. vica. Doct. in *modis vice* c. non. iniuste. de procur. Ioan. de Selua in tract. de *rum reuocati-* beneficiio, in 2. part. quest. 14.

202 Sicut constituendo secundum procuratorem. *Per consi-* videtur primum reuocare. l. si quis. §. i. ff. de procu- tutionem se rat. & d. c. non iniuste, etiam si secundus vicarius cundi vice non acceptauerit officium, quia domini voluntas r̄y quando est, vt constituendo secundum videatur voluisse *reuoceſter* primus.

203 Contrarium tamē tenet Panor. in c. volentes. de offi. leg. per illum. tex. nam ibi per donationem

Forma vicariatus

secundilegati non reuocatur primus, cūm ordinarij sint.c.2.de offi.lega.in 6.fic & in vicariis, qui etiam ordinarij sunt,c.2.de offi.vica.lib.6.gl.in c. quoniam,de offi.Ordin.declarat Card.in c.perle-
ctis.col.4.nu.25. dist. post gl.ibi & ordinarij plures habent potestatem insolidum , & solent plures in eodem officio decerni, vt facilius Reip. consuli possit.lvnic.ff.de offi.consul.

204 Quod secus est in procu. qui sepius per concursum fe impediuunt:& quod vanus affirmat, alter negat.c.pen.de ele.lib.6.c.si duo, de procu. eo.lib. & hanc opinionem pluribus rationibus confirmat Boerius in dec.Burdegal.q.147. vicarius episcopi.

205 Ego conciliando opiniones dicerem , q per solam constitutionem secundi vicarij non reuocaretur primus : nisi expresse vel tacite ex verbis secundi appareret illum primum reuocatum esse: & hoc probatur in c.pen.de procur.lib.6.

206 Vnde si episcopus constitutus secundum vicarium, & faciat notificare primo alium esse constitutum, licet expresse aliter eum non reuocauerit, tamen tacite censetur reuocatus:quia intimando constitutionem secundi, videtur voluisse vt primus abstineret a suo officio: nam a die quo intimatur reuocatio, gesta postea non valent: tamen facta tenent ante notificacionem , etiam si reuocatio expressa esset.text.in l.si forte.ff.de offi.pro-
consul.Bal.in l.solent. §.sicut ibid.

Gesta vicaria- 207 Nisi primus amotus fuisset sua culpa, tunc gesta etiam non facta notificione constitutionis secundi non valebunt.tex.in c.i.versic.adiiciebatur,de concess.præb.libr.6.Roma sing.58. & licet, vt dixi.Bertac.in tract.de epo,in 7.parte 4.li. q. 21.
208 Hoc tamen non est verum : quia gesta ante depositionem valent, quomodounque sit depositus,& ex quacunque causa, etiam si ratione delicti, sed gesta post depositionem non valent, nisi depositus ignoret depositionem etiā ratione magni delicti factam:ita loquitur iste textus.

209 Nam postquam delictum quis commisit depositione dignū, cogitare debebat se deponendū esse: ideo nihil agere debebat in suo officio, secus sifine causa sit remotus,tunc gesta tenent:etiam dicere hoc casu valere gesta post depositionem vicarij ex causa delicti factā ignoratam, si nō tēdāt in præiudiciū tertii, sed in præiudiciū epī illū deponētis,vel vicarij tunc valebūt,per ea que doct.in l.Barbarius.ff.de offi.præ.scribūt.& Fel.in c.cæterū.nu.24.de rescr,& in c.vlt.in fi. de accus. quia quādiū sustinetur in officio, gesta ab eo valēt. c. ad probandum,de re iud.& doct.in d.l.Barbarius.

Collatio vi 210 Ex quo infertur, q collatio beneficij ecclesiasticj ante facta per primū, quem reuocatū appetet, non reuocatio-
nem intima-
vales: si facta illi erat intimatio, & notificatio alte-
tan vales. riū vicarij creati, alias valebit, per l.si forte.ff.de offi.præf.Rom sing.57.fuit questio Rom. & sing. 566. q lex si forte.Dec.conf.395.in causa, col.2. facit.l.solent. §.sicut,vbi Bald.ff.de offici.proconfi.l.i. §.si ego,q.iussu.l.si mandatiss.mandati.c.audita, de rest. spol. cle. vni,vbi doct.de renuncia.& ista opinio est æqua,teste Boer. in decis.347. vicarius.

Qualif. que reuoca- 211 Vbi docet sufficere reuocationem ad vicariū
toriis nos-
na vales,

peruenisse quomodounque,sive per procurato-rem,vel nuncium,aut amicum,per gl. in cl. cauf-
iam. §.intimatio,de ele.in ver.plena probat Fel.in c.cæterum.col.8.veri.valet processus,de rescr. gl. in ca.cupientes, in ver.notitia,de elect.in 6.Cald. conf.4.rubr.de offi.vicar. vbi cōcludit quod qua-
liscunque notitia sufficit.

212 Quod reprobat Boer.in decis.Burd. d. q.347. vicarius, col.pen. dicens notificacionem esse per episcopum, vel procuratorem, vel nuncium eius faciendam,vel per episcopi secretarium: plus di-
cens conclusum,q si vicarius cōtulerit post reuocacionem sibi intimatam sciēte episcopo,valebit.

213 Quod non probo,vt alibi dicam : quia confe-
rendi potestas tacite non datur nisi expresse con-
cedatur.d.c.f. de offi.vicar. lib.6. & superius dixi.
Igitur postquam erit reuocatus, oportebit de no-
uo cōcedere potestatem:alioqui collatio tāquam
facta à non habente potestatem non valebit.

214 Et per hoc patet , q vicarius constitutus ad conferendum , potest conferre antequām notifi-
cata sibi fuerit reuocatio:sic purarem in procura-
tore constituto ad presentandum:cūm non inue-
niām rationem diuersam: licet cōtrarium teneat
Paul.conf.361.Venerabilis.in vlt.q.vol.1. & Aymo
Crauer.in conf.76.proponitur.

215 Item faciendo actum contrarium. Cald. cōf.
2.rub.de offi.vicar.incip.an collatio.vbi episcopus
conferendo beneficium, videtur reuocare vica-
rio potestam conferendi quo ad illud benefi-
cium.doct.c.tua.de offi.vicar. maiorem enim po-
testatem episcopus cōstituendo vicarium adhuc
retinet, quām concedat:vt in Papa docet text.in
c.dudum de præb.lib.6.

216 Præterea per mortem vicarij & officialis po-
testas illorum reuocatur,& per epī mortem.cap.fi
gratiosè.de rescr.lib.6.doct.in c. quoniam abbas, *Episcopus*
de offi.deleg.c.ad abolendam.in prin.de heret. c. *conferendo*
quia 5.vbi doct.de iudi.Ian.Franc.in tract.de offi. *vicarium.*
& potesta.c.q.10.col.4.partis secundæ:nam mors
omnia soluit. §.deinceps.in authen.de nupt.col.4.
Philip.Perus.in c.i.col.1.de offi.vicarij.lib.6.

217 Adhac quando prælatus est excommunicatus,vel interdictus, suspenditur etiam potestas vi-
carij sui,c.i.de offi.vicar.lib.6.gl.& doct.in cle.vlt.
de procur.docu.in interpr.ca.postulatis. nota. 2.
de cleri.excommun.ministr. ideo si episcopus,vel
eius vicarius interim conferat, non valebit colla-
tio,imò efficitur irregularis teste Aret.in ca. cūm
non ab homine.col.pen.de iud.

218 Non valet etiā si vicarius & episcopus igno-
rent excommunicationem.gl.& doct.in c.pen.de
cleri.excommun.ministra.Panorm. & alij in cap.
Pastoralis. §.verum. de appellat. nam in his quā
geruntur ratione priuati officij, non est differen-
tia inter occultum & publicum excommunicatū:
secus in his quā gratia publici officij geruntur.
gloss.& doct.in cap.ad probādum,de re iudi.scri-
psi in Concordat. Franciæ in titul. de excommuni-
cat. non vitand. hoc tamen aliter potest intelligi,videlicet de excommunicato maiori excom-
municatione: sed excommunicatus minori si conse-
fere.

rat ante notificationem, vel celebret, nō est irregularis: & tenet collatio ab eo facta, per cap. 2. vbi doct. de excep.

Per resu-
ciationem
episcopatus
renovatur
vicarius.

219 Insuper si episcopus renunciet episcopatu, vel translatus fuerit, tacitè reuocatur vicarius, & officialis vt not. in ca. inter, & c. fin. de translatio episcopi, nisi ad beneplacitum sit constitutus: vt inferius scripsi.

Vicarij po-
testas ca-
pitali sede
vacante quā
do extin-
gatur.

220 Etiam potestas vicarij, capituli sede vacan. cessabit, potestate capituli cessante: quod est per adeptiōē possessionis episcopatus noui prælati, arg. ca. primi, in fin. ne sede vacan. lib. 6. & nota. in ca. 2. & c. fin. ne sede vacan. & clem. i. de haereti. c. quoniam, de offi. deleg. hoc docet expreſſe Ioan. Francif. in tract. de offi. & potesta. c. sede vacant. q. 10. partis 2. col. 6. vers. addit. etiam quod potestas: vbi dicit hoc de consuetudine seruari.

221 Nisi confirmetur officialis ab episcopis nouis, quod plerūque fit, si eos idoneos ex inquisitione inuenient, nisi interdū à mulierib⁹ rogati, vel ab aliis alios cōſtituant: quod permulti facere solēt,

Vicarius an-
& quando
per presen-
tiam episco-
pi renou-
tur.

222 Ultimo per presentiam episcopi censetur reuocatus vicarius: nam adueniente principe cessat magistratus. c. volentes, de offi. deleg. ca. antiqua. vbi Henric. de priuileg. ca. si quem, de procu. li. 6. quod est verum, quando absentia episcopi fuit causa constitutionis: vt pote quia episcopus peregrinari volebat.

223 Alioqui cōtra: nam videmus officiales, & vicarios exercere potestatem præsentibus episcopis: nā cūm quidam potius circa venationē, & alienos canes, & ludos versentur, iurisdictio & actus episcopales destituerentur: vt dicit gl. §. item volunt. in verb. absentia, de coll. in Prag. plus dicens: vt intentio constituentis in hoc principaliter sit consideranda. c. petitio, & ibi doct. de proc. vnde episcopus solus non potest omnibus negotiis prudere, quantūcunque sit diligens, vt dicit Panor. in cap. quoniam. col. 2. de offi. ordin. ideo etiam in præsentia possunt habere & officiales, & vicarios: sicut curati multi etiā residentes habent vicarios, vt ecclesiæ melius seruire possint.

Vicarius ad
beneplaci-
tum creari
solet.

224 Ex quo patet, quod episcopi suos creare debent ad beneplacitū eorum, vt solet Papa facere, in c. si gratiose, de rescr. lib. 6. & tunc concludunt doct. eos posse, c. am placuerit, reuocare.

225 Si tamen permuttererit episcopatum cū alio, non reuocatur potestas ipso iure, nisi per mortē: sed nouis episcopus poterit illū reuocare: vt pulchrè consulit Calder. conf. 4. rector prouinciae, de rescr. quod beneplacitum reuocare oporteat, cōſuluit Soc. conf. 77. super prædicta, in 3. vol.

226 Alioqui imputetur episcopo nouo, si eū non reuocerit: ideo interim gesta vacabūt: nisi nou⁹ episcopus aliū cōſtituerit, & ipsi vicario alterius episcopi constitutionem alterius notificauerit: vt superius dixi. vide multos casus reuocationis per Paul. Cast. confi. 158. pro euidentia, in 1. volu.

Vicarius
etia⁹ extra
dioceſim
ben. loca co-

227 Postremō sciendū est, quod vicarius generalis episcopi, vel alterius potest conferre beneficia etiam extra dioceſim. gl. in ca. nouit, de offic. leg.

Rota decis. vlt. de offic. vic. quia conferre est iuriſ- feri, nisi vi- dictioſis voluntariaz, quod etiam extra territoriu inferioris li- exerceri potest. l. 2. ff. de offi. proconf. Joan. de Sel- mitaur.

ua in tract. de benefic. in 3. parte. q. 40. gl. in §. item

volut. in verb. vicario. de coll. in Prag.

228 Fallit in beneficiis vacantibus in curia. c. statutum, de præbendis. lib. 6. vbi si Papa non confe- rat beneficia in curia vacantia intra mensem, post mensem ordinarius, vel eius vicarius poterit im- diœcesi tamen existens, & non extra: & hoc est statutum, ne collatores crecent vicarios Romæ, & Papæ collationem auferant: & quia de iure spe- ciali competit: vt aſſerit Roma. singul. 48. tu habes. dixi in d. c. statutum.

229 Secundò quando eſſer limitata potestas vicarij, quā potestas limirata non extēditur. In agri. ff. de acqui. rerum domi. & licet insula acquiratur illis, qui habent prædia in ripa proxima. §. insula, institu. de rerum diuīſio. tamen non habet locum in agris limitatis, quia tunc insula, occupantis fit. l. ait. prætor. §. insula. ff. de flumi.

230 Et potestas data domino in causis vassallorū non egreditur controuersias feudorum. Panor. in c. ceterū. de iudic. Feli. in ca. cūm ordinem. col. 5. nu. 6. de rescript. vnde si vicarius sit constitutus cum potestate conferendi beneficia in sua dice- cesi, non poterit extra (vt dico in frā) conferre.

231 Itē quādo aliqui conceditur facultas limitata, excedēs limites nō facit etiā id, quod sibi conceſsum est, sed aliud. l. sed si ante ff. ad Treb. l. si cōmu- nem, quemadmodū serui. amittit. l. si pupillorū. §. si prætor, de reb⁹ corū. Alber. in trac. de augmēto, conclus. 8. nam fines mādati diligenter sunt seruā- di. l. diligenter. ff. māda. c. cūm dilecta, de rescript.

232 Item quāuis maritus pro vxore agere posſit,

tamen si sit constitutus procurator in aliquibus

cauſis ad alia agere, maritus pro vxore nō potest.

l. maritus. C. de procurator. sic & vicarius: sed vt

materia sit omnibus nota, facio casus sequentes.

233 Prim⁹ est, vicari⁹ cōſtitutus ad cōferendū be-

neſcia dicecēſis Parif. poterit tā in dicecēſi, q. alibi

ea confeſſe, siue cōſtitutus sit generaliter, siue in-

definitē. gl. in d. c. nouit: de offi. lega. vt suprā dixi.

234 Secundus casus, vicarius constitutus vt cōfe- ferat omnia beneficia noſtrā dioceſis Magalon. in-

civitate, tamen & dicecēſi, non poterit extra dice- cēſim confeſſe: quia sua potestas est limitata in-

dicecēſi, id est intra dicecēſim, ergo nō extra. text.

in l. 1. §. in publico. ff. de flumi. & diotiones in & in-

tra, cōparantur in l. 1. §. si intra. de successo. edict.

ff. & l. 2. de verb. sign. c. tua, de offi. vicar.

235 Tertius casus, vicarius constitutus vt possit

confeſſe beneficia quādiu episcopū abesse cōti-

gerit, non poterit cōferre, quando episcopus erit

præfens. c. si delegatus, de offi. dele. li. 6. c. antiqua.

de priuile. lo. de Selua. in tract. de benefi. in 2. parte.

q. 14. col. pen. vide rāmen Paul. in l. sed & si pupil- lus. §. cōditio. ff. de institor. act. quia non censetur

constitutus in præſentia: nam vnius inclusio, est

alterius exclūſio. l. cūm pfætor. ff. de iudic.

236 Ideo is qui habebit collationem à tali vicario,

oportebit p̄bare id tēporis ep̄m fuisse absentem,

Casus quā-

do extra

diaœſim

vicarius cō-

ſerre poſſit.

Collatio vet-

arij an va-

leat præfem-

te episcopa.

De missione in possessionem.

tum quod sit intentionis suæ fundatum, tum quod presumitur episcopus praesens, per totū tit. de cleri, non resid. vbi debent in episcopatu residere, & ita consuluit Bertr. consil. 2. viii processu, col. 4. nu. 17. in 3. vol. ex antiqua editione.

237 Quartus casus, si data fuerit potestas vicario conferendi beneficia affecta graduatis & nominatis, vel vacantia in mensibus illis præstitutis, non poterit alia beneficia conferre, cum non debeat fines mandati & vicariatus excedere, c. cui, de non sacerdotali, de præbend. li. 6. sed hæc potestas ad certa beneficia vix valeret, vt supradixi.

238 Ultimus casus est, q. gesta per vicariū, & collationes factæ per eum non valent, si de eius non constet mandato: & hoc expressum tradit Bertac. in tract. de episcopo, in 7. parte 4. libri, q. 8. instar legati, de quo per Bartol. in 1. 2. ff. si quis in ius voca, non erit, & doct. in c. Pastoralis, de rescript.

239 Ettunc solet vicarius condemnari ad omnia damna, & expensas partis, cui contulit beneficiū, quia eam decepit, ita vidi seruari in Prædicta, vt superius scripsi.

Vicarius 240 Alius est vicarius temporalis, qui in locum, *temporalis* iurisdictionē temporalē habentis vel ad tempus *perpetuus*, sufficitur: & de hoc loquitur tit. C. de offi. eius qui vicē alterius gerit, vt legati pro copulsū, & dicuntur etiā generales, ca. penul. de offic. vicar. vt est Dux Sabaudie de quo Iacobus, in tract. de feud. in verbo vicarius perpetuus: sed de isto nos non loquimur hinc: & ipse videtur perpetuus, quicquid dicatur in contrarium: quia ad vitam non remouetur, & sic est perpetuus. l. 1. ff. pro socio, l. sufficit, de conditio. indebit. [sed vocatur temporalis, quia ad bona temporalia, & non ad spiritualia est præfectus.]

241 Alius est vicarius perpetuus, de quo inferius dicemus plenius in materia vñionis, in si. & est ille qui præficitur curæ, quando beneficium vñitur mensæ, vel alteri beneficio: de quo loquitur cle. vnic. de offic. vicar. & doct. in cap. extirpandæ. §. qui verò, de præbēn. & hic non destituitur sine magno crimen, vt aliis beneficiatus, ca. satis peruersum, 56. dist.

242 Alius est temporalis, qui præficitur ad tēpus beneficio: vt pote si curatus occupatus fuerit circa studiū. c. cūm ex eo, de electio. in 6. glos. in extrauagan. Execrabilis. Ioan. 22. [de his dicitur inferius, alia tamen de vicariis episcorum] hinc non pertraçtabo, cūm ista videantur sufficere. Laus Deo, quia nullibi inuenies ista cōgesta super hac materia, saltem ego nusquam legi.

De missione in possessionem.

I **D**oste aquam de electione, præsentatione, institutione, & collatione tractauimus, parum tamen esset collationem & prouisionem factam esse, nisi essent, qui executioni illam demandarent, argum. l. 2. §. post originem, ff. de orig. iuris, & ca. vbi periculum. §. præterea, de electione, in 6. ideo vindendum est de his qui in possessionē mittente posse sunt: & quomodo ista missio fiat, & alia huic materiæ possessoriæ accommoda: omitto illas tres causas, ex quibus quis in possessionem mitti solet. de

quibus iuriscon. in l. 1. ff. quibus ex caussis in possessione, eatur, vt hanc possessoriam beneficiale, tantum per traçtem.

2 Notandum est quod prouisus à quocunque non debet propria autoritate possessionem apprehendere, alias prædo diceretur, per l. si ex stipulatio. ff. de acquir. possessionem requiritur mandatum ^{sui propriæ autoritatæ} collatoris. c. 2. vbi de mandato nostro, &c. ne sede capienda. vacan. c. cūm venissent de restitu. spolia.

3 Non tamen esset priuatus iure, qui possessionem apprehenderet nisi violentiam adhibereret illi, qui īā est in possessione. Ioan. de Selua in tract. de beneficio. in 3. parte. q. 15. & quando alius est in possessione beneficij, non licet propria autoritate possessionem accipere. d. l. si ex stipulatione; alias spoliat possessorum, per d. c. eum qui.

4 Ideo etiam si non adhibeat violentiam, debet puniri, nec lucraretur fructus, nec esset in illa possessione manutenendus, quia est vitiosa, ad quam interdictum uti possideris non se extendit. l. 1. ff. vti posside. Paul. Par. consil. 74. volum. 4. scripsi in tract. de mat. possesso. in 3. tomo, constitut. regia. & quia beneficiarius ignorat, an alius ceperit possessionem, necne, ideo semper de mandato collatoris est in possessionem inducendus.

5 Si tamen vacet beneficium, & nemo adhuc illud detinet, si quis apprehendat sua autoritate non priuatut: vt Iaf. & alij asserūt in d. l. si ex stipulatio. ne: quā intelligūt, quād aliquis erat in possessione: & ista est communis sententia: vt asserit Roch. ficij acc. Curtius in tract. iuris patr. in verb. ius. q. 5. quem se- piendam, quitur de Ripa in l. 2. Respon. de rescri. c. 31. qua- ritur. post Innoc. & Panor. in c. cūm super, circa finē, de caussa possesso. Si sapis ad ista evitandum, non accipias possessionem propria autoritate, sed facias te inducere p. aliū iuxta collationis formā.

6 Si tamen episcopus conferendo trādiderit tibi ^{Traditio p. pileum, vel calamum, sic te inuestiens, poteris in- leī quid si-} gredi possessionem beneficij propria autoritate: ^{gredi pos- collationē.} quia per hoc datur facultas ingrediendi propria autoritate. ca. 1. quid si inuestitura, & ca. 2. de con- suetud. Roma. singul. 136. consuetudo, hodie tamē prouisus mittitur in possessionem etiam post pilei traditionem: vt vidi seruari; & sic faciendum est in decif. Neapolitanis. 299. rex.

7 Aduertendum est quod collatio & prouisio prius facienda est, quam in possessionem missio, & postea missio in possessionem. cap. 2. ibi, donatio- nis nostræ gratia precedente, præbendæ nomine, de mandato nostro Capuanus archiepiscopus inuestiuit, ne sede vacant. capit. Pastoralis, de priuilegi. intellige vt per Panorm. in capit. autoritate, de institu.

8 Alioqui si quis acciperet possessionē ante col- lationem, esset intrusus. Panor. in ca. cūm iamdu- dum, p. illū tex. de præb. & postea collatio illi facta non valeret: vt ibi, & c. in nostra, per Fel. de rescr.

9 Vnde si quis postea illud beneficium non facta mētione istius prouisionis inpetraret à Papa, non valeret impetratio tāquā subreptitia, per l'autori- tate. C. vnde vi. l. 2. C. de fundis & saltib. rei dot. li. ii. vbi glos. quia iniuriam facit beneficio, qui illud iniuste

iniuste detinet.c.muti.vbi Præpo.no.40.dift.Fel.
in c.postulaſti.col.18.ver.circa quartū,de rescript.

Eiectus ante confirmationem administrare non acer.
Idem si eleitus ante confirmationem:admini-
straret,et se enim iure priuatus.c.Auaritia,de elec-
tione,in 6.vbi vide Philippum Perus. septem casus
conſcribētem,in quibus quis administrare potest
ante confirmationē,& quæ ſcripsi in tract. de pa-
cific.poffles,in 4.limitatione,in num.242.& seq.

A quibus mittendus ſu prouiſus in poſſeſſio- nem.
Quaro, à quibus quis mitti in poſſeſſionem
poſſit:reſpon.imprimis prouifus de beneficio po-
tent per Archidiaconum, in poſſeſſionem mitti,
ca.adhaec,de offici.Archidiac.vel per decanum.c.
post electionem,de conceſ.præbend.ibi, per cu-
ius manum debebas,in cap.inuestiri,&c.

12 Iudex ordinarius & delegatus à Papa poſſunt
in poſſeſſionē mittere.c.si quādo.& c.super eo,de
offi.deleg.ordinarius qui confert,archiepiscopus,
episcopus,vel alijs potest in poſſeſſionē mittere,
per c.2.de eo qui mittitur in poſſ.c.2.de feſqueſtra.
poſſ.c.ex parte,de conceſ.præbend.&dicit tex.in
c.Paſtoralis,de priuil.non eſſe licitum in conſulto
epiſcopo in poſſeſſionem ecclieſiarum introire.

13 Hodie verò per quemlibet facerdotē, vel cle-
ri-
cū, ſeu per notarium Apoſtolicū, vel ab epi-
ſcopo creatum,potest quis in poſſeſſionem mitti:
nam in collationibus epiſcoporum, vel aliorū fo-
let mandari quibuslibet ecclieſiaſticis perfonis,ac
tabellionibus,& notariis,vt inducant in poſſeſſio-
nem talem prouifum,vt conſtat in forma collatio-
nis,quam ſuperius conſcripsi.

14 Vel interdū presbyter ponit in poſſeſſionē, &
notarius hoc attestatur ſic:Anno,&c.in mei nota-
rii,& testiū inſraſcriptorū ad hoc vocatorum p̄ræ-
fentia conſtitutus talis N.in vim collationis reue-
rendi,in Christo patris domini Parif.epiſcopi: vel
in vim prouifionis Apoſtolicæ miſſus eſt & indu-
ctus in poſſeſſionē corporalē,realē,& actualē ta-
lis ecclieſia N.&iuriū ſuorum vniuerſorum, à tali
N.presbytero per ingressum eiusdē ecclieſia, af-
perionē aquæ benedictæ, oſculū majoris altaris,
tactum libri miſſalis,& iſacrorū ornamentiōrum,&
per pulſum campanarū,atque ſeruatis aliis foleni-
tatiſbus in hiſ ſeruari ſoliti & neceſſarii: in qua
adeptione poſſeſſionis interfui,& nemo ſe oppo-
ſuit,vel talis ſe oppoſuit,&c.de quibus premissis ta-
lis d. N. prouifus petuit à me notario p̄dicitio in-
ſtrumentū publicum fieri,& ſibi tradi. Acta fuere
hæc in tali loco,&c.præſertim talibus testiibus N.
& N.& copioſa alia hominum multitudine,&c.

Clericus 15 Dubitari interdum vidi,an etiam per clericum
prime tonsuram posſit quis in poſſeſſionem mitti:
ſiſe etiam in poſſeſſionem mittit.
Respon.poſſe,quia ſolet epiſcopus mandare vni-
uerſis & ſingulis perfonis ecclieſiaſticis:& clericus
prime tonsuræ ecclieſiaſtica perſona dicitur,nec
eſt amplius laicus:vt in ea. fin.de tempor.ord.in 6.
Panor.in rub.de vita & honest.cler.c.duo,12.q.1.

Papa & le- 16 Eſt tamen diſſerentiā inter Papam & alios in-
giatis re-
giis perſoniſ committit,
inferiores incerti.

Eſt tamen diſſerentiā inter Papam & alios in-
giatis re-
giis perſoniſ committit,
inferiores incerti.

qui, & formam illius. l. diligenter enim ſunt ſines
mandati ſeruandi, ff. mañd. & poſteā dicere, ego
autoritate reuerendi domini epiſcopi Parif. & in
vim literarum collationis ab eodem facta induco
te in poſſeſſionem, talis beneficij N. quod nominare de-
bet & vniuerſorū iuriū & pertinen. p̄dicit̄ be-
neſicij primò per ingressum ecclieſia, &c. & ita
ingrediuſtur

17 Inferior verò ſolet mandare non certis perſo-
niſ, ſed vniuerſis ſubditis ſuis: vt patet in forma
collationis ſuprā.

18 Et ſic non poſſet clericus, vel ſacerdos habens *Subditus collatoris*
domicilium Aurelia, & non ſubditus epiſcopo Parif. in poſſeſſionem mit-
ti, & non ſi hoc faceret ſine commiſſione, eſſet punientiſ, debet recu-
per regul. extra territorū ius diceti non paretur
impune,l. fi. ff.de iurisdicti. omnia iudic.ca.fin.de
conſtitu.in 6.nec valeret illa miſſio in poſſeſſionē;
non poſſet ergo clericus ſubditus epiſcopo Parif.
requisitus recuſare ſine cauſa, alias arbitrio viri
boni puniſetur,c.si quando,&c.aſſicitatus.de re-
ſcripe,vbi iuriū interpretes.

19 Aliquando tamen vidi quodam Cardinales, *Certiſ per-*
Archiepifcopos committere, certis perfonis ſicut ſoni animi
Papa:& iſti commiſſi, ſi ſint impediti, poſſunt de- *ſtiori miſſione in poſſeſſionē*
legare vices ſuas:& alijs nō ſubdelegatus ab iſipſis ſuam in
non poſſet mittere in poſſeſſionē.c.Prudentiā, & *committere*
cap.Paſtoralis,de offi.delegat.dixi in forma nouæ *poſſit.*

poſſuonis:& puto q̄ ordinarius poſſet etiam co-
mittere certis, ſi vellet:quia non inuenio hoc pro-
hibitum: ſed quia pars dubitat, an iſi requiſitus hoc
vellet:ideo generale impetrat mandatum & co-
miſſionē, vt vniuerſis cōmittatur & ſingulis, &c.
20 Verū quia mādatur notariis & perfonis ec-
clieſiaſticis, de quibus notariis intelligatur: Reſpo.
quò ad miſſionem nō poſſet notarius regius mit-
tere in poſſeſſionem beneficij, quia nō eſt ad hoc
notarius, ſed tanquam priuatus,l.3,ff.de offici.p̄x-
ſid.& per Regem creatus eſt non ad hoc ; & laici
ecclieſiaſticis negocia tractare non debent, c. de-
cernimus,de iudic.

21 Poſſet tamen notarius regius, ſi presbyter in-
duceret in poſſeſſionem curatum, vel aliquem
prouifum attestari de hac miſſione in poſſeſſionē,
& probaret h.ecc miſſio:quia de his quæ ſiunt ante
eum attestari potest, c. cūm P.tabellio,de fide in-
ſtruim. ſcripsi in artic.2.glos prima de literis oblig.
in primo tomo,conſtit.Regia.

22 Aliquando etiam vidi dubitari , an iſte tabel- *Notarius non debet*
lio Apoſtolicus debeat eſſe clericus,& ſic perſona *cleri-
cuss.*

23 Contrarium ſentio , quia primo mandatur *Miſſio in*
perfonis ecclieſiaſticis, ſecūdo mandatur tabellio-
nibus,licet non ſint clericci, poſſunt in poſſeſſionē *poſſeſſionē*
mittere ratione officij publici, non ea ratione q̄ *quoniam*
ſint clericci:nam prohibetur clericis, ne ſint nota-
rii,c. ſicut ne clerici vel monachi:quia eorū officiū
vile eſt. gloss. inl. vniuerſos.C.de decur.lib.10.

24 Præterea iſte clericus volens in poſſeſſionem *quoniam*
aliquem mittere,debet videre literas collationis,
& ſuam commiſſionem , & illud mandatum ſe-
qui,& formam illius. l. diligenter enim ſunt ſines
mandati ſeruandi, ff. mañd. & poſteā dicere, ego
autoritate reuerendi domini epiſcopi Parif. & in
vim literarum collationis ab eodem facta induco
te in poſſeſſionem, talis beneficij N. quod nominare de-
bet & vniuerſorū iuriū & pertinen. p̄dicit̄ be-
neſicij primò per ingressum ecclieſia, &c. & ita
ingrediuſtur

De missione in possessionem.

ingrediatur ecclesiam, postea aspergionem aquæ benedictæ referat, & alia quæ suprà scripsi.

25 Ité quâvis in collatione mädetur primò personis ecclesiasticis vt in possessionē mittat, postea tabellionibus tamen ordo scripturæ non consideratur, vere requiri primò persona ecclesiastica debet, sed est in electione prouisi vt eligat, an ve- lit habere notarium, vel clericum seu vtrunque, quia omnibus hoc conceditur: ergo omnes pos- sunt, vel aliqui, per ea sciscitatus, de rescript. me- lius est tamen habere clericum qui mittat, & no- tarium, qui omnia illa scribat.

Ingressus 26 Itaque primò capienda est possessio per ingressum ecclesiæ: nā quí fundi possessionem adipisci in possessio- vult, introire fundum deber, non quamlibet illius ne capienda. partem circuire. l.3. ff. de acquir. posses.

Aqua be- medietate a. 27 Secundò per aspergionem aquæ benedictæ, ad presbyterum enim & ad curatum spectat aquam. *Sperio cur deus in possesso in* benedicere, & benedicta aspergere, vt populus ea deus in aspergione sanctificetur, & mundetur, & sic mun- dus ad altare veniat: & hoc introduxit Alex. Papa V. in c. aquam, de consecr. dist. 3. ca. perlectis. §. ad presbyterum. 25. distin. Ang. Clauas, in summa Angel. in verbo aqua, Ezechiel. 36. capit. scribitur: Effundam super vos aquam mundam, & munda- bimini ab omnibus iniquiumentis vestris: docet Spec. in Ratio. diuinorum offic. lib. 4. cap. 4.

Osculum 28 Tertiò per osculum maioris altaris solet capi- toris altarii possessione, & hoc sit quia in maiori altari celebrare in missione debet curatus, & pacem facere cū Deo, & orare in possessio- ne. pro populo, vt Deo vniatur: & cantico primo dicatur, Osculetur me osculo oris sui, de quo osculo altaris docet Specul. vbi suprà. c. 9 & 33.

Libros de- 29 Quartò per tactum libri missalis, vel antiphon- bei habere parij, seu alterius libri sacramentorum, quos opor- ferdos, tet sacerdotem habere: alias nomē sacerdotis ha- & quos. bère non meretur, ca. quæ ipsi. 38. dist. domi. Ge- min. consil. 73. in causa. col. 1.

Tactus or- namenti 30 Quintò addunt quidam per tactum ornamé- torum sacrorum, sed hoc non est necessariu: sicut in possessione capienda, non est necessariu: omnes glebas apprehendere, nec circuire. l.3. ff. de ac- quiren. posses.

Fons ba- 31 Sextò addunt alij per tactum fontium baptis- tis. an pos. malium, si sit ecclesia parochialis: quia sicut baptis- mus est ianua sacramentorum. ca. debitum, & per totū, de baptismō: & necessarium: ita quidam capiunt necessaria.

Capanari 32 Septimò etiam per pulsus campanarum: & pulsus cur hoc sit, vt populus frequens adsit, vt possessio non in missione sit occulta, sed publica, vt scripsi in glos. 10. reg. de fiat.

Capanacur 33 Capanacur beneficiaria, sic ait: Pulsatur & benedicitur campana, vt per il- lustratum & sonitum fideles inuitetur ad

præmium: & crescat in eis deuotio fidei, fruges, mentes & corpora credentium seruentur, procul pellantur hostiles exercitus, & omnes insidias ini- mici: fragor & grandinum procella, tu binum im- petus, tempestatum & fulgurum temperentur: in- festa tonitrua, & ventorum flamina suspendan- tur: spiritus procellarum & aëria potestates pro- sternantur: & vt hoc audientes cōfugiant. l. san-

cta matris ecclesia grémium, &c. hæc ille.

33 Octauò scilicet quidam ingredi domum pres- byteri, quam vocant presbyteriū: & si quis sic in- ecclesia, vel in domo curati accepit possessionē, acquirit eidē possessio omniū rerū beneficij etiā sine alia apprehensione. l.3. &l. cū heredes, ybi iuriū interpretes. ff. de acqui. poss. & hoc docet Inn. in c. in literis, de restit. spol. Rota decif. 4. sub tit. de restit. spol. decif. 1. in no. & decif. 8. de restit. spol. Bernard. de Bissignet, hoc tamē nō est necessariu.

34 Si nō possit ingredi ecclesiā, runc sufficiet tangere ostiū, seu pessulū, seu annulū portæ ecclesiæ affixū, & tibi sic acquiretur possessio, vt docet domi. de Rota in decif. 153. not. pone q. aliquis in an- tiq. sub tit. de causa poss. & proprie. decif. 5. Quia porta est pars rei. l. fundi. ff. de actio. empt. & quia per illū stat quominus ingrediatur, & sic illi nō est imputadū. l. in iure. ff. de reg. iuris. alioqui esset in potestate partis, sic retinēdo claves, priuare alterā partē, quod nō est permittendū, nec fraus est permittenda, sed illi obuiandū est. l. in fundo. ff. de rei vēdi.] Imò aliquādo per aspectū pinnaculi ec- clesiæ accipitur possessio. l.1. §. si iusserit. ff. de ac- quirend. posses. abundē tradidi in præfa. ad tracta, de materiis posses. in 3. tomo, const. Reg.

35 Vnde qui sic adeptus est possessionē, agere poterit possessorio. teste Guid. Papæ in cōf. 71. prodi- uisone. col. 4. vers. quinto præsuppono. & hoc est verū, quādo eidē pessulū traditū fuerit, vel annulū portæ affixus p. præsbyterū, vel aliū, qui habebat ad hoc potestatē: sec⁹ si per apparitorē Regiū, te- ste Roma. conf. 4. 82. in casu. col. 1. scripsi in præfat, de materiis posses. nu. 121. in 3. tomo, const. Reg.

36 Nonò, si quis mittatur in possessionē præben- dæ & canonicae, solet ei assignari locus in choro, & in capitulo, saltem in choro datur cathedra ad sedendū. ca. Pro illorum. & c. dilecto filio, de præ- bend. c. cū super. de conceſ. præb. & acquiritur p. posses. iuris canonicalis cum stallijs in choro & locus in capitulo datur. c. cū inter. de renūc. Ge- minia, in c. licet episcopus. q.1. de præb. in 6. 1. & in quo consistat canoniciatus posses. scripsi in glos. canoniciatum. §. 1. tit. de colla. in concor.

37 Decimò si quis perperā possessionē accepit, posses. licet bono sit iure manitus, nō manutenebitur in vitiosa non posses. licet, li- posses. licet causā. de prob. potest enim sit titulus. posses. esse vitiosa, & iustus titulus. c. si quādo. de offic. deleg. & cōtrario titulus iniustus, & posses. iusta. l.1. §. si vir. vbi Doct. ff. de acquir. poss. vide quæ dicā inferius in bulla nouē prouis. in 4. parte.

38 Undecimò quidam ius civile naturalem posses. Naturalis sionem vocat. l.1. §. 1. & l.1. & habet. ff. de præca. scri- posses. cor- psi in præfa. ad tract. de materiis posses. in 3. tomo, const. Reg. ius Canonicum corporalem posses. sionem vocat. c. ex parte, de conceſ. præb. c. si quando, de offi. deleg. Bart. & alij in l.1. ff. de acquir. posses. 39 Duodecimò per signaturā capi potest posses. P. posses. oca- sio: quia gratia perfecta est, per verbum fiat. Cal- pe potest per der. & alij in c. quisquis de elec̄t. & infrā dicam in tract. signa. & statuit Alex. 6. pontifex id temporis maximus, eodem titul. quidam non daretur in curia

Romana

Romana priuatio illius, qui cum sola signatura se intrusit: nec beneficiū illud potest impetrari, vt alibi plenius scriptū: licet quædam Parlamenta Frac̄ie mordicus cōtrarium teneant, quod mea sententia non iuste: quia postquam Papa hoc statuit, illi est obediendū, & inhærendum: nec priuatio dari debet, nisi à iure data sit, gl. in ca. fi. de iure patronat.

40 Nec inuenitur à iure statuta priuatio, nisi in maiorib⁹ dignitatibus extrauag. suscep̄ti. de elect. in extrauag. Ioan. 22. Ergo in aliis locū non habet, & sic tenendum est: licet nō debeat quis recipere fructus ex sola signatur. alias est intrusus, vt in ca.

Adepius possessionis quomodo probanda sit.

41 Decimoteriū possessionis adepius debet probari per instrumenta publica, vel per scripturam priuatam trino teste notatā, quæ æquialet instrumento publico. l. scripturas. C. qui potio. in pign. habeant. cum authē. ibi posita, poterit etiam testibus probari, cūm non inueniam cōtrarium statutum: & parem probationē habent testes & instrumenta. l. in exercendis. C. de fide instr. & quomodo probanda sit possessio, vide quæ scripti in arti. 2. glo. vlt. ne mater. possel. in 3. tomo constit. reg.

Cause cognitio in missione in da erat missio, donec de veritate tituli innocet. possessione non requiri.

42 Decimoquarto licet olim causæ cognitione in mittendo in possessionē interueniret, & differen- missione in da erat missio, donec de veritate tituli innocet. possessione non requiri.

43 Ideo nō recipit cognitionem nec differt mittere in possessionem: sed posteā iudex coram quo causa agetur, cognoscet: & pars quæ est in posses- sionē missa, imperat literas a Rege, vel à quibusdam Seneschallis, qui ad hoc potestate habet: in quibus conuenit pars ad videndum prouisum manu teneri in possessione saysina, in qua est.

44 Et pars se opponet, & ius eidem dicetur corā Seneschallo, vel Bailliū: & baptisantur (vt dicani- ci dicunt) contraria possessiones, & allegātur: po- steā producuntur tituli, & sequestrator beneficiū, vel credentia conceditur: vt plenē scripti in 3. tomo constit. Reg. in tract. de mater. possel. & preci- piū in titul. de causis possessionis beneficioribus, vbi alia possessionem tangentialiter videre, ne plura.

[Decimoquinto potest quis possessionem capere per se, vel per procuratorem, cū non sit actus personalis. l. i. §. per procuratorem. ff. de acquiren- posse, vbi plenē Docto.]

Decimoexto si prouisus per resignationē ve- lit accipere possessionē ecclesiæ parochialis, debet in ea ipsa ecclesia, & die dominico, vel die festo à clero & populo celebrat tempore quo diuina tractantur, videlicet missa, aut vesperorū: pos- sessionem recipere ex edicto Regio, de quod dicā infra in 3. parte. & facit text. in l. i. C. de his qui in eccl. ma.

Decimo septimo debet quis possessione agere adipiscendæ, retinendæ, vel recuperandæ posses- sionis, nisi prius adeptus fuerit possessionem. c. Pa- storaliſ. vbi Panorm. de caus. possel. at in hoc re- gno interdictum adipiscendæ maximè in benefi-

cialibus quiescit.

Quod limitatur nisi impedit⁹ fuerit ab aduc- fario. tunc pro possidente habetur. l. in iure ciuil. ff. de reg. iur. Doct. in l. i. §. si iusserim. ff. de acquir. poss. Carol. Ruinus conf. 161. præmittēdū, in 1. vol.

Decimo octavo non potest quis cōstituere pro curatō ad adipiscendum possessionem antequā ius habeat in beneficio, quia nō potest disponere dere, quā non habet, alias dicitur inuaſor. l. si quis. & l. inuaſor. Cod. vnde vi. sic nec constituere pro curatō em ad permutandum beneficium, quod non habet. de Rota decif. 142. & 529. vtrum. in antiq. plenē probati in consil. incipient. procuratorum. vbi dixi in illum non esse intrusum, si non fuerit adepta possesso ante ius habitum.]

De Papæ prouisionib⁹.

Priuilegio Papæ ad vacante, vel ad vacaturis, aut de vacantibus. c. 2. de præbend. in sexto. Ad vacatura multis modis Papa mādat prouideri. Prīmō cuidam priuilegium concedendo, vt ipse possit conferre be- ficia, cūm vacabunt, vt in c. is cui. & cap. si cui pri- mo de præbend. lib. 6. vel vt quis nominare possit, fortè ad Episcopatus & Abbatias: vt in ca. quod si- cut. de electionib⁹. in tract. de nomina. Reg. in Cōcord. vbi scripti, & varia super his prouisionibus concessa fuerunt olim priuilegia: quæ multa tendit in totius ecclēsiaz catholice grāuem perniciē. quamobrem reuocanda, quod non facilē erit, Ali- quando iubet Papa de his vacaturis prouideri per mandatum, reseruationes expectatiuas, aliaque varia rescripta: quæ singula suo ordine videamus. Et ad faciliorem horum interpretationē præmit- tendas duxi aliquot differentias inter priuilegiū & mandatum, quibus adiungemus & rescriptum,

Differentiae inter priuilegium, rescriptum, & mandatum.

*N*unc antequādū ad alia perueniamus, Summae dicendum est rescriptum priuilegiū, rū que in beneficium, & mādandum quo modo, iuris ex differant, & differentias inter rescripta gratiæ, & iustitiæ: demū declarabit⁹ rescripta ad vacatura, & ad vacantia, & singula membra, quantum attinet ad materiā beneficialem: posteā prosequemur, etiam quædam rescripta cōmuniā, seu missa, quæ à Papa & Principibus secularibus concedūtur: quibus visis, materia ista rescriptorū completa erit: & beneficialis quæ iam dudū latuit, & clausulas multas rescriptorum inferam, adhuc nō elucidatas, quæ tamē in forēsi iudicio versan- tur, & necessariae & utiles sunt, maximē vt praxis Roma. suerū impetratiōnibus gratiæ intelligatur.

2. Primi itaque dicendum est de beneficio: sed quia in hī ius libri principio conscripti: ideo tan- tum dicam de rescripto, priuilegio, & mandato: & quid inter ē differant.

3. Prīmō priuilegiū est ius singulare, quod contra est ius fin- tenorem rationis propter aliquā utilitatem cōsti- gularē. tūtum

Differentiæ inter priuilegium,

tum est ius singulare ff. de legib. ca. fin. 25. q. i. circa fi. ibi, neque enim priuilegia aliquibus concederentur, si propter generalem legem, nulli aliquid speciale indulgeretur. 25. q. i. l. 1. vbi gl. alia adducit iura ad municip. cap. in his. de priuileg.

4. Et dicuntur priuilegia quasi priuata legia, eò q. priuata legem singulis generent. vt in d. cap. fin. scribitur, vel dicuntur leges priuatorum, ca. priuilegia. 3. distinc. Bartol. in l. 1. in fi. C. de iuris & fact. ignor. & l. f. si contraius. & l. fin. ff. de const. princ. glo. in verbo nascatur. c. 1. de const. li. 6. vel dicitur priuilegium quasilex de priuo homine lata. Bud. in l. 2. ff. de orig. iur. in annot. Ego dicere priuilegia quasi priuata legia: quod priuilegia sint priue leges, id est propriæ singulorum & priuatorum.

5. Inde vocamus consilium Regis priuum, *le priuē consilium*, vel quod sit Regis proprium, vel domesticum, & generali significatione omne rescriptum quod à Principe emanat, potest largè priuilegiū appellari. Bald. in pro feud. num. 18. quia princeps concedendo priuilegium facit, arg. gl. in c. relatiū, de præb. tamen in specie, vt dixi, non potest dici priuilegium nec inueni sic à iure vocatū: vt Bald. scribit: ideo dic vt supra dixi, num. 4.

6. Annotandæ sunt super hoc quedam differētie inter rescriptum & priuilegium. Prima est, priuilegium stricte interpretatur, l. si quando, C. de inoffi. testam. c. 1. & 2. de priuileg. libr. 6. Archid. in cap. frater. 16. quæst. 1. Bald. in l. quæ ex relationib. C. de legib. Panor. in c. cùm ordinem, de rescript. nam poftquam est cōtra ius commune, omnis recessus à iure communi est odiosus. glo. in c. 1. eod. lib. 6. sicut econtra, quando redditur ad ius commune, est fauorable. cap. statutum. in glo. numerandū, de preben. in 6. ideo priuilegium tanquam exorbitans erit restringendum.

7. Secus in rescripto, vt dixi in ca. 1. & c. causam, eod. ideo priuilegium vni datum non extenditur ad alium. l. 1. ff. de constit. prin. l. 2. C. de legib. c. fani, vbi Panor. de priuileg. quia est stricti iuris.

8. Niſi ageretur de proprietate verborum, tūc interpretatio fieri quatenus proprietas verborum expostulat. l. cum lege, vbi Areti. ff. de test. Caldo. cons. 1. de consang. quia verba suæ sint in priuilegio, siue in alio rescripto, non mutant suam significationem, nec alteratur regulariter. licet restrin- grantur pro odiosa materia, vel amplientur pro fauorabili.

9. Vc nisi stricte interpretando redderetur inuti le, tūc interpretabitur vt aliquid operetur: vt statim dicam, cap. in his. de priuileg. Doct. in ca. dilecti. de for. compēt. Idem si possit inutile fieri. ca. licet. de priuileg. lib. 6. iuncta glo. ibi. & Doct. in c. cùm ordinem. col. 2. de rescript.

10. Si verò priuilegiū derogaret statutis vel cōfuerūdībus, tunc facienda esset lata interpretatio, secus si iuri derogaret. Anto. Butrig. per illum text. in c. olim. in fi. de verbo. signif. & Dec. in d. c., cùm ordinem, sed non video posse subsistere, niſi statuta essent contra ius.

11. Secundò regula hīc figi potest talis, quod priuilegia ita interpretanda sunt, vt aliquā contineant gratiam contra ius, & vt aliquid iuri addant. c. fin.

circa finem, ibi, neque priuilegia aliquibus cōcederetur, si præter generalem legem nulli aliquid speciale indulgeretur. 25. q. i. l. 1. vbi gl. alia adducit iura ad municip. cap. in his. de priuileg.

12. Idē in rescripto ad lites. c. Pastoralis. de appell. *Verba legi*
13. Idem in legibus, vt verba legis frustra adiecta *Patuit. &*
esse non debeant. l. 3. vbi Ias. in i. notab. de iure*seniūtē fra-*
brā nō sum
adūcienda.

14. Etiam statuta interpretari debet ne sint fru-
stratoria. l. 2. C. de noxal. actio. Bart. in l. 4. §. Prætor
ait. ff. de damn. infect.

15. Etiam procedit in sententiis. ca. si Papa. de pri-
uileg. in 6. & in dispensationibus docet Butrig. in ca.
at si clerici. §. de adulteriis. colu. 6. de iudic. refert
Ripa in cap. 1. nume. 67. eod. & in contractibus, in
quibus etiam non debet aliqua superflua esse di-
ctio. l. fin. vbi Docto. ff. si certum perat. gl. in c. soli-
tæ. in verb. tanquam, de maior. gl. dicta. l. ff. quod
metus caussa. Bald. in rubr. de contrahen. emp. C.
quæst. 9. Anch. consil. 126. pro parte, & Corneus
conf. 191. in 2. volum.

16. Vnde si facultas testadi monacho detur, intel-
ligitur de bonis, quæ de facto tenet, vt aliqd ope-
retur priuilegium, teste Bal. in l. 1. col. 3. in 5. oppof.
C. si seruus extero, & quamvis dispensatio fit itri-
cti iuris. c. 1. in fi. de fil. presby. tamen nō est ita co-
arcta, vt nihil gratiæ cōtineat: sed sufficit quod
aliquid, licet modicum operetur: vt scribam in re-
scripto disp̄sationis: diuersum est in rescripto: vt
superius docui.

17. Limitatur nisi illa interpretatio priuilegij au-
ferat parti ius queſitum: nam tunc ad terminos iuri-
s effet reducendum per l. si quando, C. de inof. testa. vt si concedatur libera testandi facultas, non
potest filii auferri legitima, sed is iure testari de-
bet, dicto cap. si quando. & Feli. in ca. causam. col.
8. vers. interpretatio priuilegij, eo vbi priuilegium
concedens liberam sepulturā, non tollit quartam
canonicam curato debitam. Panor. in cap. certifi-
cari. col. 3. num. 10. de sepul. Doct. in l. exfacto. ff. de
vulg. per illum text.

18. Secundò quod expressio id, quod tacitè in-
telligitur, tunc verba nihil operantur. c. 2. de elect. lib. 6. l. 3. ff. de leg. j. c. 2. & ca. ad audiētiam. 2. de re-
scrip. quando exprimitur eodem modo, quo inest,
Doct. in d. l. 3. glo. in clement. 2. de priuileg. vnde
dicit Bald. in c. cùm ordinem. de rescrip. col. 3. ver.
pone ergo, quod expressio debet aliquid operari,
verum esse si iuri ratio patitur, alioqui secus, vt
quia inest de necessitate, & in quolibet contingē-
tis illius generis.

19. Item quando potest operari: vt pote si id quod
conceditur non erat in totum permissum de iure
communi, alias contraria: quia tunc præter ius nihil
operatur. Geminia. in c. ii. Papa. in fin. prin. de pri-
uileg. de Ripa. in d. c. i. eod.

20. Adhuc intelligere debemus, vt ista interpreta-
tio nō lēdat ius cōmune, nō in modico, & quāto *Interpre-*
tationē de-
minūs possibile est, per text. in c. eos. §. de temp. *bet laicre*
tus nō in
modico.

alicui data sit faciēdi auctū, quē facere nō poterat,

Rescriptum & mandatum.

49

21 Et is cui libera conceditur electio, vel episcopatum nominatio non conceditur ut inhabile, & minus idoneum eligere possit. Doct. in ca. si pro debilitate, dicitur officio delegari, vt refert. Fel. in ca. i. col. 6. verf. declara duobus modis, eodem, vbi aliae declarationes & limitationes traduntur, quae ibidem videri possunt, & in d. c. causam, iam allegato, eod. quod facit ad intellectum, tit. de nominat. Regia. in concor. & ibi plenè scripti.

Sublato in re quando priuilegia sublata ceterantur.

22 Tertiò sublato iure non censentur sublata priuilegia, quae etiam iuri communii aliquid addebat, vel addere erat apta. c. i. de const. li. 6 quia censentur conditoris incognita, vt ibi teste Felii. in d. c. i. col. 7. vers. declara. eod. & vers. sublato, vbi limitat duodecim modis, quos quilibet ibidem videre poterit, vnde in concord. in rub. de nominatione reg. in §. fin. reseruantur electiones ecclesie habentibus speciale priuilegium eligendi: secus est in rescripto, vt inferioris dicetur.

Priuilegia contra ius communis.

23 Quartò rescriptum est ad observationem iuris communis. d. l. fallo. C. de diuers. resc. in tractat. de fuit, non rescr. in ord. reg. dixi contrarium, sed priuilegium contra ius gl. in summa. 25. q. 2. idem si statuto caustum sit, vt exteri non gaudeat priuilegiis ciuium: sic intelligetur, vt decidit Barba. in rub. huius tit. in clem. col. 3. vers. hinc est: & rescripta quae à iure discordant ordinario non sunt favorabilia, teste Bald. in c. super literis. col. i. de resc.

Falsum in priuilegiis.

24 Quintò facilius virtutur priuilegiū quā rescriptum: & in priuilegiis facilius præsumitur falsum, quā in rescriptis. Inno. in c. episcopi. de reb. in rescr. in c. ex literis. no. pen. de criminis falsi. Refert Pan. quis præsumitur.

25 Ideo falsitas non præsumitur in rescriptis, quia facile obtineri possunt. Et sic cōsiliū pro quodam secretario super literis de committimus in quibus apparebat falsum, sed illum excusat per d. text. & alia iura quae tunc allegauit, nec videntur odiosa rescripta, quia modici sunt præiudicij. Bal. in l. i. de diuer. resc. Dec. in c. sedes. col. 2. de resc. contra Pan. ibid.

Priuilegii concessum non egredi.

26 Sextò priuilegium personæ concessum non egreditur personam. l. i. ff. de constit. princ. regul. tur personæ priuileg. de reg. iur. lib. 6. l. cū patronus. ff. deleg. eius cui est 2. & l. quod contra rationem iuris est receptum, non est præducendum ad consequentia. ff. de legib. & in his quae contra rationem iuris sunt constituta, non possumus sequi regulam. l. seq. ibid. secus in rescripto. c. Rodolphus, & ca. significauit. & c. fi. de resc. c. quia. 5. de iudi. vbi plenè Doct.

Filium sericeum in priuilegiis ponere sicut.

27 Septimò priuilegia dantur cum filo sericeo, rescripta cum filo cannabis. c. quā graui, de criminis falsi. Cy. in l. rescripta C. de precib. Imperat. offerent. & sic ex diuersitate styli, & modo dictaminis cognoscitur vtrumque. arg. l. si seretus plurimi. §. fin. ff. de leg. i. dicetur in differentiis inter rescripta gratia & iustitia infra.

Verba rescriptorum interpretatio.

28 Octauò verbare rescriptorum recipiūt interpretationem legum, & canonum: secus in verbis priuilegiorum: ne priuilegium reddatur inquit. cap. recipiūt. causam. eo. sic pulchre ait Bald. in rub. huius. titu-

in prin. & rescripta recipient interpretationem naturalem, & necessariam. l. quamvis. ff. de in ius vocan. l. scire. §. sufficit, ibi cuius fidem sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia, de excusa. tuto,

29 Etiā si in rescripta prohibita esset interpretatione, adhuc pro materia subiecta interpretabī. l. si vno. §. i. & 2. cū seq. ff. loca. & l. stipulatus. de vñj.

30 Etiam ex rescripto alterius principis interpretari potest rescriptum alterius: quia sicut expedit iura iuribus concordare, ita rescripta rescriptis. l. vna. C. de ineffi. dotib. l. rescriptum. ff. de pactis. & potius sunt improprianda rescripti verba, quam præjudicent. tex. sing. in c. super eo. de offici. dele. secundum Card. conf. 142. videtur, in fin. & superioris dixi. [Et priuilegium principis ab ipso principi e est interpretandum, vt eius interpretatio necessaria sit. l. fi. C. de legi. & etiam quilibet inferior potest interpretari principis priuilegium per rationem & iura per tex. in l. ex facto. ff. de vulg. & ibi Bal. & Ias. sed illorum interpretatio ab aliis non tenebitur, inter quos non est declaratio facta.]

Rescripti verba equi.

31 Itaque verba rescripti conformare debemus stricti iuris, & interpretari debet secundum iuris dispositionē. c. ad hęc. & c. nōnulli. §. fi. de resc. Bal. in l. vxor. Cod. qui accusare non possunt. sequitur Alex. cōf. 97. viso themate, col. 2. in 2. vol. & Dec. in d. c. causam. in prin. quia ad obseruationem iuris conceduntur: ideo secundum naturam eius debent intelligi: vt Panor. & alij afferunt ibidem.

32 Limitatur quando nulla esset ambiguitas in rescripto, tūc debet intelligi prout scriptura vult. Ille aut ille. ff. de leg. 3. alia multa vide per Fel. in d. c. causam.

33 Non in priuilegiis eo ipso quod princeps alii dat, dominium trāfertur: nec aliquid requiriatur, nisi ad facti traditionem executio, cle. audi. ex principiis donator. de resc. c. inter. de fid. instr. l. bene à Zenone. tione. C. de quadrieni. præsc. Bald. in proce. Feud. col. vlt. quod non est in rescripto.

Secundum rescriptum derogat pri mo.

34 Decimò rescriptum secundum faciens mentionem de primo tollit primum: vel speciale derogat generali, etiam nulla facta mentione. c. i. c. cateru. & c. Pastorale. de resc. secus in priuilegio. in summa. 25. q. 2. quod an sit verum, in c. i. de resc. tractant Doct. ibi videte ibid. docui interpretando illum. tit. anno 1548. in auditorio Paris. Decretorum cum magno auditorum numero.

35 Undecimò hæc priuilegia vel ob meritum cōceduntur. l. i. ff. de constit. princ. ibi, ob meritum induxit. & d. §. sed & quod principi placuit: vt in l. vnic. C. de profess. qui in vrbe Constant. comiti. merue. libr. 12. vel ratione obsequij, dicit. text. in §. pen. 25. q. 3. Adhac religionis fauore: vt ibi, & ca. fi. 12. q. 2. & in l. sunt personæ. ff. de relig. tamen non debent concedi priuilegia, vt quem diuitem faciant, & multos in inferiam deducant, & in mulorum detrimentum. c. fin. 25. q. 1. c. suggestum, de decis. sicut faciunt quidam domini, interdum dantes diuitibus, & pauperes spoliante.

E

Priuilegia quare concedantur.

De mandatis Apostolicis.

35 Ultimò propter utilitatem priuilegia conceduntur ius singulare. ff. de legib. & differt à dispensatione, quæ fit cum cauſa. c. non est de voto. priuilegium verò sine cauſa multoies.

37 Duodecimò rescriptum generaliter inductū non includit casum publicæ utilitati contrarium, perl. iubemus primam. C. de sacro sap. eccl. & l. fin. de nauib. non excusā, lib. ii. facit l. nullus. i. C. de decurio. libr. & l. i. vt memini liceat in emptio. Spec. lib. io. facit l. si quis in graui. §. vtrum, & quæ ibi addidi. ff. de Senatus consult. Syllan. & quamuis non possit quis potentiori cedere. l. vna. C. ne liceat poter. hoc non procedit, quando quis non.

Cedere posteriori quædo licet.

36 *Priuilegium* 38 Ultimò priuilegium perditur duobus modis, duobus modo expreſſè, & tacite: expreſſè si reuocetur per conditio amittitur: iudicij enim soluitur vetante eo, qui iudicare iuferat. Iudicij. ff. de iud. & habetur in c. suggestu, de decif. q. reuocari potest, nisi trahierit in contractu. l. si hominē. ff. mand. Soc. conf. 4. super q. col. 3. vol. 3. Alex. conf. 16. in cauſa, col. pen. in 5. vol. scripti in prefā. ad rub. de colla. in Concor. vel si contrarium concedat priuilegium derogatorium primo. c. i. de refcr. & c. veniens, ibid.

39 Idem si pars illi expreſſè renunciēt, quod potest: quia quilibet potest iuri suo renunciare. l. pen. C. de pac̄. l. recusare. ff. ad Treb.

Tacite quædo renunciatur priuilegio.

40 Tacite quis suo renunciat priuilegio, si fecerit contra suum priuilegium, vt si dignitas suppressa erat, & ipsi canonici post suppressiōnē elegerunt ad illā dignitatē: & tunc vnicus sufficit actus. c. cū accessissent. vbi etiā gl. & Doct. de consti. c. pro illo. de præb. c. ex ore, de his quæ fiunt à maiore parte. l. cōmissorię. C. de pac̄. inter emp. & vēd.

41 Idem si pars non vtatur suo priuilegio, quod consistit in faciendo per decem annos, etiam illud perditur. l. i. ff. de nund. vel si alius fuerit negligens per triginta, aut quadraginta annos. c. acceditibus, & c. si de terra, de priuilegio.

42 Amittitur etiā si parseo abutatur. Priuilegium omnino meretur amittere, qui permisla sibi abutit potestate. c. priuilegiū. ii. q. 3. c. licet. de regula.

Ciuitas occidentis suum episcopum eo priuatu.

43 Etiam propter delictum perditur priuilegiū: vt si ciuitas occidat suum ep̄m, eo priuatur, ne deinceps habeat. c. ita nos. 25. q. 2. vel si alius quis graviter deliquerit, priuilegium delinquens amittit. c. ad aures, & c. in quibzdam, de pœnis. l. filio. §. i. ff. de ritu nupt. quia delictum non meretur priuilegium, sed supplicium. l. 2. C. vbi sena. vel clā.

Priuilegii granularis ius alterius serius refigitur.

44 Item si incipiat enōmiter ledere ius alterius, etiam in torum amittitur. d. c. Suggestum de dec. nec reducitur ad debitam moderationem: q. a. nō apparet cur in vna parte cōsistere debeat, quā ex alia. c. quāto. de cēsi. l. i. §. Trebatius. ff. de aqua quot. casus aliquos cōgerit Petr. Ferra. in sua Prac. in forma oppo. cōtra instrumenta. gl. penitus, quos per prædicta habes reductos ad veram doctrinā.

Mandatum quid, & quomodo accipiatur.

45 Mandatum autem principis est quædam constitutio, continēs præcepta de prouincia laudabili gerat. g. in auth. de mand. prin. in prin.

vel dicitur quodlibet principis præceptū per excellentiam. gl. in rub. C. de mand. princ.

46 Aduertendum est quod mandatum in genere dici potest omne rescriptum, per quod princeps aliquid vel mandat, vel præcipit: & sic intelligi potest. l. vniā. C. de mand. prin. & c. cū contingat. de refcr. & c. olim vobis dedisse memimus in mandatis. de restit. spol.

47 Sed interdum in specie accipitur: & tunc illa. *Leges data* certa præcepta, quæ magistratibus ad regendas *magistrati* prouincias proficisciētibus principes dabant, vt *bis que* prouincia recte gubernarent, mandata vocabant, & interdum Imperator vocat sanctionē. in auth. de mand. prin. §. i. colla. 3.

48 Et primum mandatum est ibi vt sumentes administrationem mundas seruet manus Imperatori, & legi, & nullum contingent lucrum, neque maius, neque minus, neque captiosum quoddam contra subiectos faciat: & alia ibidem scribuntur.

49 Et sic ordinationes præscriptæ iudicibus Regiis, & consiliariis vocari possunt mandata, quæ dantur ad regnum & prouinciam recte gubernādam: & hæc mandata legis libera dari solebant, per l. quilibera. vbi Buda. de lega.

50 Potest dici etiam mandatum quædam priuati rogatio: & sic intelligitur. ff. & C. mand. & istud *Mandatum* est triplex: quoddam est verum: vt quando mādo *quoniam* alicui vt quicquam faciat pro me: & loquitur de *plex.* eo totus ferē. tit. ff. mand. & C. illo. tit.

51 Fictum mandatum est, vt quādo fideiubeo pro *Fictū mandatum.* aliquo præſente, & paciente, is enim mandare videtur. l. si remunerandi. §. si passus. & l. qui patitur.

& l. qui fide. ff. illo. tit. & potest agi mandati, ac si verē mandatum eset: vt ibi: quia lex fingit præsentem mandare, contra quam fiktōnē nō recipitur probatio in contrarium. gloss. in l. fi. ff. q. met. caus.

52 Figuratum mandatum vocant Docto. licet vocetur propriè ratihabitio, dum habeo rata gesta nomine meo, de quo loquitur regula Ratihabitionem retrotrahi, & mādato comparari, dubium non est illam ratihabitionem de reg. iur. libr. 6. Alberic. in dictionario in verb. mandatum. sed illa. ratihabitio potest dici mandatum fictum.

53 Ideo ego puto omne rescriptū posse dici mandatum in genere: quia in eo aliquid mādatur dari forte, vel fieri: & hoc probat tex. in c. cū dilecta. de refcr. vbi quod in principio vocavit literas, potest dic̄ formam mandati Apostolici transponētes: & idem habetur in c. cū contingat de refcr. & c. i. de offi. deleg. ibi. & sic mandatum nostrum eluditur. Fel. & doct. declarant differentiam inter mādandum & præceptum in c. eam te, de refcr. vbi videri potest.

De mandatis Apostolicis.

1  Erum vt facilius intelligatur, de quo De mandato iura loquantur, solet dici *tis Apostoli* mandatum Apostolicum, vel man- lūis.

datum de prouidendo, vbi Papa mandat alicui de beneficio prouideri. ca. mandatum, cum duobus seq. de refcr. c. si cap. de concess. præb. lib. 6.

2 Adgertere tamen debemus, quod interdū epi fraudem.

De clausulis mandatorum.

51

Cautela p. mandata-riis contra ordinarios. fraudem adhibent mandatariis, procurando, ut quis resignet capellaniam modicis valoris, ut mandatum illorum extinguitur. ideo tu mandatariè debes procurare, qd aliquis statim eam impetrat in curia Romana, & post suam impetrationem illam acceptare poteris, cum protestatione de habendo recursum ad aliud beneficium, si tibi non ordinarios. debeatur: si poste à vacet aliud beneficium, poteris acceptare cum simili protestatione.

3 Et sic cùm primum tibi non debeatur, videlicet illa capellania iam impetrata, ob id aliud poteris habere: & hoc modo poteris fraudes ordinariorū euitare, quia prima capellania non tibi debetur, sed impetranti, ideo tu secundum obtinebis beneficium: & hoc ita describo: quia opus est clau clauum trudere, etiam calumnia calumniam expellere. gl. in c. cupientes, in verb. malignantium, de electio. in 6. & Hippol. sing. 17. malitiis. & cùm habeas sex menses ad requirendum beneficium, in c. si clericus, de præb. in 6. obid dilatio ista est sufficiens ad impetrandum vt dixi. & de his mādatis plena manu hīc tractarem, [ac formam mandatorum hīc conscriberem cum sua declaratione] nisi in tit. de mand. Apost. in concor. plura scripsissem quæ hīc non repeatam, sed ad illa, quæ ibi dixi, te reiiciam, clausulas tamē mandatorum hīc summatim elucidabo.

De clausulis mandatorum.

Clausulae in mandatis posita operari debet.

ANNOTARE volui clausulas mandatorum substantiales, sine quibus mandata vix valere in hoc regno possunt: nēpe nulla dictio in eis vacare debet, glo. in verb. tanquam c. solitæ, de maiori. & obed. & cle. summus, de fent. excom. Bal. in rub. C. de contrahen. emptia. q. 9. & clausula posita ad vnum effectum non debet operari alium, teste Imol. in cle. i. col. 4. de præb.

Salutatio in mandato quid proficit. 2 Prima mandati clausula est salutatio, quæ soler fieri ei, cui dirigitur mandatum, vt epo Paris. qd si pluribus dirigitur, omnes nominari debent, vt episcopo Magalonen. vel episcopo & capitulo. Paris. alioqui grauati non ceperint. c. fi. de præb. lib. 6. de hac salutazione scripsi in hac forma man dati in Concordatis: hic non repeatam.

Clausula 3 Secunda est in secularibus, ibi, vita morum honesta ac moraliter honesta. 3 Secunda est in secularibus, ibi, vita morum honestas, &c. si prouecta & tatis fuerint, sic solet scri rrua honestas. bi: si vero fuerint infantes usque ad decimū quartum annum, solet apponi, laudabilia infantilitatis iudicia, prout fide digniorum testimoniis accepimus verisimiliter præsumi, &c.

Religionis 4 Si vero regularibus concedat mandatum vel zelus clausula. 4 Si vero regularibus concedat mandatum vel alias literas gratia, solet dicere religionis zelus, &c. vbi mēs Papæ intelligitur, quæ illum ad istam concedendam gratiam mouit: & de hoc abundantius dicam in noua bullā prouisionis iugiter. 5 Sed ista verba, vita, &c. in exordiis posita sunt causa impulsuia ad concedendum: qua cessante, non cessant gratiae. gl. sing. in l. 2. in f. ff. de donat doct. in c. cum cessarte, de appella.

6 Nam licet Papa dicat se facere gratiam propter seruitia sibi impensa, vel ob zelum, tamē ex quo non specificat illam rem, dicitur simplex liberali-

tas & non donatio ob causam: vt in singuli scribit Oldra. consil. 5. Titius. & hoc expressum describit Ioan. Staphile. in tract. de literis gratiae de vi & effectu clausula. fol. 82.

7 Tertia est ibi, hinc est quod nos cupientes, &c. *Tertia clausula.* vbi Papa auditō bono impetrantis nomine cupit *fala māda-* ei prouideri de beneficio spectante ad collationē illius, cui mandatum dirigitur, sub forma tamen decretalium mandatum & duarum seq. & Papæ voluntas est executioni danda. cap. si quando, de rescr. scripsi plenē de hac executione quando iustificare recusari possit, in tract. de rescr. in 2. tomo ordi. reg. art. 1. & 2.

8 Quarta clausula est, in qua primò Papa narrat. *Narratio de quibus beneficiis vult eidem mandatario pro-* & decisio. uideri, vide licet de canoniciatu, &c. & hæc narratio conuenire debet præcepto, ac decisioni. ibi, ac volentes, &c. vt narratio & decisio & præceptum conueniant: in sequendo. l. si defensor. ff. de interrog. actio. alioqui non valebit mandatum, vel saltē decisio attendetur.

9 Quinta est ibi, volentes, vbi Papa dicit se velite *Propter me ineritorum intuitu prouideri mandatario: nam rita man-* virtutum præmia triū merentibus conuenit; & *daturis p-* aliorum honores aliis dannatorum occasionem fieri non oportet. l. fin. C. de statuis & imag.

10 Sexta clausula est ibi, ipsum à quibusuis excō- *Clausulae in municationis, suspēsionis, & interdicti, &c. vbi Pa-* que abso- patanto mouetur affectu in impetrantem, vt omnino ei prouideri velit, etiam si esset excōmunicatus, & absoluīt eum ab excōmunicatione, suspēsione, & ab aliis censuris, tam à iure quam ab homine latiss. alias rescriptū impetratū ab ex. omninato non valeret. c. i. de rescr. lib. 6. ampliations & limitationes illius regulæ scripsi in interpret. c. postulastis, de cler. excom. ministrante, vbi etiam dixi collationē excōmunicato factam non valere, & in rub. de excoram. non vitand. in concor.

11 A iure profert excommunicatione: vt si quis iam verberet clericum est excommunicatus. à cap. ff. quis suadente diabolo. 17. q. 4. vbi plenē ampliavit, & limitauit: & in aliis casibus à iure expressis inferatur excommunicatio.

12 Ab homine quādo quis excōmunicatur ab officiali, vel ab alio iudice ecclesiastico ob cōtumaciam, vel alias. c. i. de iudi. & in tit. de sent. exc. per totum. istam clausulam abundē declarauit & limitauit in forma mand. in concor. & melius inferius in signatura, & in bullā nouæ prouisionis.

13 Septima ibi, necnō omnia, &c. vbi Papa pro ex- *Clausula pro expressa* pressis habet omnia beneficia, quod ad hoc vt taciturnitas non noceat impetrati, quæcumque sint be neficia, & qualia tique: sed vult qd licet impetrans mandatum habeat beneficia, vel ea expectet, & si illa non expreſſerit, non noceat taciturnitas: licet alias sine hac clausula gratia non valeret. c. ad au res, & c. in nostra, & c. si proponente, de rescr. si motu, & c. non potest, de præb. lib. 6.

14 Item habet pro expressis dispensationes, quas imprestrās habet pro illis beneficiis retinēdis, si forte ad duo vel tria esset dispensatus: quia in rescr. pro gratia est facienda mētio dispensationis, alias

De mandatis Apostolicis.

36 Ultimò propter utilitatem priuilegia conceduntur ius singulare. ff. de legib. & differt à dispensatione, quæ fit cum causa. c. non est de voto. priuilegium verò sine causa multoties.

37 Duodecimò rescriptum generaliter indultū non includit casum publicæ utilitati contrarium, perl. in hebus primam. C. de sacro ap. eccl. & l. fin. de nauib. non excusān. lib. ii. facit. l. nullus. i. C. de decurio. libr. & l. i. vt memini liceat in emptio. Spec. lib. io. facit. l. si quis in graui. §. vrūm, & qua ibi addidi. ff. de Senatus consult. Syllan. & quamvis non possit quis potentiori cedere. l. vna. C. ne liceat poten. hoc non procedit, quando quis non poteſt aliter rem suā recuperare: vt docet Barba. in rub. eo. col. 19. & 20. verl. idem dicendum erit, alias per vos colligite differentias.

Cedere potest
iustori quā
do faciat.

Priuilegiū
duobus mo
expresē, & tacitē expreſsē si reuocetur per con
dē amittē: iudicij enim soluitur verante eo, qui iu
dicare iuſſerat. Liudicij. ff. de iud. & habetur in c.
suggestū, de decif. q. reuocari poteſt, niſi trāſue
rī in contrātū. l. si hominē. ff. mand. Soc. conf. 4.
super q. col. 3. vol. 3. Alex. conf. 16. in cauſa. col. pen.
in 5. vol. ſcripsi in preſta. ad rub. de colla. in Concor
vel si contrarium concedat priuilegium deroga
torium primo. c. i. de reſcr. & c. veſiens, ibid.

39 Idem si pars illi expreſſē renunciēt, quod po
teſt: quia quilibet poteſt iuri suo renunciare. l. pen.
C. de paſt. l. recuſare. ff. ad Treb.

Tacitē quā
do renun
ciatur pri
uilegio.

40 Tacitē quiſ ſuo renunciat priuilegio, ſi fecerit contra ſuum priuilegium, vt ſi dignitas ſuppreſſa
erat, & ipſi canonici poſt ſuppreſſionē elegerunt ad illā dignitatē: & tunc vnicus ſufficit actus. c. cīi
acceſſiſſent. vbi etiā gl. & Doct. de conſti. c. pro il
lorum. de præb. c. ex ore, de his quæ fiunt à maio
re parte. l. cōmīſſorij. C. de paſt. inter emp. & vēd.

41 Idem ſi pars non vtatur ſuo priuilegio, quod conſiſtit in faciendo per decem annos, etiam illud perditur. l. i. ff. de nund. vel ſi aliā ſuerit negli
gens per trīginta, aut quadraginta annos. c. acce
dentibus, & c. ſi de terra, de priuilegiū.

42 Amittitur etiā ſi pars eo abutatur. Priuilegium omnino meretur amittere, qui permifla ſibi abu
tie poteſtate. c. priuilegiū. ii. q. 3. c. licet. de regula.

Ciuitas oc
cidē ſuum
epiſcopum
eo priu
atur.

43 Etiam propter delictum perditur priuilegiū:
vt ſi ciuitas occidat ſuum ep̄m, eo priuatur, ne de
incephabear. c. ita nos. 25. q. 2. vel ſi aliā quiſ gra
uiter deliquerit, priuilegium delinquens amittit.
c. ad aures, & c. in quibusdam, de poenit. l. filio. §. i.
ff. de ritu nupt. quia delictum non meretur priu
ilegium, ſed ſupplicium. l. 2. C. vbi ſeſa. vel cla.

Priuilegiū
grauior le
dens ius al
terius reſ
cuere.

44 Item ſi incipiāt enōmiter ledere ius alterius,
etiam in totum amittitur. d. c. Suggeſtū de dec.
nec reducitur ad debitam moderationem: q. a. nō
apparet cur in vna parte cōſiſtere debeat, quām
ex alia. c. quāto. de cēſi. li. i. §. Trebatius. ff. de aqua
quot. caſus aliquos cōgerit Petr. Ferr. in ſua Prac.
in forma oppo. cōtra iuſtrumenta. gl. penitus, quos
per prædicta habes reduc̄tos ad veram doctrinā.

Mandatū
quid, &
quonodo
accipiantur.

45 Mandatum autem principis eſt quēdam con
ſtitutio, continēs p̄cepta de prouincia laudabi
liter gubernāda. gl. in auth. de mand. prin. in prin.

vel dicitur quodlibet principis p̄ceptū per ex
cellentiā, gl. in rub. C. de mand. princ.

46 Aduertendum eſt quōd mandatum in gene
re dici poteſt omne reſcriptum, per quod prin
ceps aliquid vel mandat, vel p̄cipit: & ſic intel
ligi poteſt. l. vnicā. C. de mand. prin. & c. cūm con
tingat. de reſcr. & ca. olim vobis dediſſe memini
mus in mandatis. de reſtit. ſpol.

47 Sed interdum in ſpecie accipitur: & tunc illa. *Leges data*
certa p̄cepta, quæ magiſtratibus ad regendas *magiſtrati*
prouincias proficiēntibus principes dabant, vt *bis que.*
prouincia recte gubernarent, mandata vocabant,
& interdum Imperator vocat ſanctionē. in auth.
de mand. prin. §. i. colla. 3.

48 Et primum mandatum eſt ibi vt ſumentes ad
ministrationem mu. das ſeruet manus Imperato
ri, & legi, & nullum contingat lucrum, neque
maiſus, neque minus, neque capiōſum quoddam
contra ſubiectos faciat: & alia ibidem ſcribuntur.

49 Et ſic ordinationes p̄cepta iudicibus Re
giis, & consiliariis vocari poſſunt mandata, quæ
dantur ad regnum & prouinciam recte gubernā
dam: & hēc mandata legatis libera dari ſolebant,
per l. qui libera. vbi Buda. de lega.

50 Poteſt dici etiam mandatum quēdam priu
ati rogaſio: & ſic intelligitur. ff. & C. mand. & iſtud *Mandatum*
priuati qd
eſt triplex: quoddam eſt verum: vt quando mādo & quo
alicui ut quicquam faciat pro me: & loquitur de plex.
eo torus ferē. tit. ff. mand. & C. illo. tit.

51 Fiſtum mandatum eſt, vt quādo ſideiubeo pro *Fiſtū men
ſum*, aliquo p̄ſente, & patiente, is enim mandare vi
detur. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. & l. qui patitur.
& l. qui fide. ff. illo. tit. & poteſt agi mandati, ac ſi
verē mandatum eſſet: vt ibi: quia lex ſingit p̄ſen
tem mandare, contra quam fictionē nō recipiſtur
probatio in contrarium. gloss. in l. fi. ff. q. met. cauſ.

52 Figuratum mandatum vocari Docto. licet vo
cetur propriè ratihabitio, dum habeo rata gema
nomine meo, de quo loquitur regula Ratihabit
ionem retrotrahi, & mādato comparari, dubium
non eſt illam ratihabitioſem de reg. iur. libr. 6. Al
beric. in dictionario in verb. mandatum. fed illa.
ratihabitio poteſt dici mandatum fiſtum.

53 Ideo ego puto omne reſcriptū poſſe dici man
datum in genere: quia in eo aliquid mādatur dari
forte, vel fieri: & hoc probat tex. in c. cūm dilecta.
reſcr. vbi quod in principio vocauit literas, po
ſteā dicit formam mandati Apoſtoliſi transponē
tes: & idem habetur in c. cūm contingat de reſcr.
& c. i. de offi. deleg. ibi. & ſic mandatum noſtrum
eluditur. Fel. & doct. declarant differentiam inter
mādatum & p̄ceptum in c. eam te, de reſcr. vbi
videri potheſt.

De mandatis Apoſtolicis.

Erum ut facilius intelligatur, de quo *De manda
tis Apoſtolicis*
mandato iura loquantur, ſolet dici
mandatum Apoſtolicum, vel man
datum de prouidendo, vbi Papa
mandat alic. ii. de beneficio prouideri. ca. manda
tum, cum duobus ſeq. de reſcr. c. ſi cap. de concess.
præb. lib. 6.

2 Adyertere tamē debemus, quōd interdū epi
fraudem.

De clausulis mandatorum.

51

*Cantela p
mandato
rū comit
ordinarios.*

fraudem adhibent mandatariis, procurando, ut quis resignet capellaniam modicivvaloris, ut mandatuma illorum extinguitur. ideo tu mandatariè debes procurare, qd aliquis statim eam impetrat in curia Romana, & post suam impetrationem illum acceptare poteris, cum protestatione de habendo recursum ad aliud beneficium, si tibi non debeatur: si poste à vacet aliud beneficium, poteris acceptare cum simili protestatione.

3 Etsic cùm primum tibi non debeatur, videlicet illa capellania iam impetrata, ob id aliud poteris habere: & hoc modo poteris fraudes ordinarioꝝ euitare, quia prima capellania non tibi debetur, sed impetranti, ideo tū secundum obtinebis beneficium: & hoc ita describo: quia opus est clauo clauum trudere, etiam calumnia calumniam expeller. gl. in c. cupientes, in verb. malignantium, de electio. in 6. & Hippol. sing. 177. malitiis. & cùm habeas sex menses ad requirendum beneficium, in c. si clericus, de prab. in 6. obid dilatio ista est sufficiens ad impetrandum vt dixi. & de his mādatis plena manu hīc tractarem, [ac formam mandatorum hīc conscriberem cum sua declaratione] nisi in tit. de mand. Apost. in concor. plura scripsisse que hīc non repetam, sed ad illa, quæ ibi dixi, te reiiciam, clausulas tamen mandatorum hīc summatim elucidabo.

De clausulis mandatorum.

*Clausula
genes in
mandato
rum ope
rari debēt.*



Nnotare volui clausulas mandatorum substantiales, sine quibus mandata vix valere in hoc regno posse: funēne nulla dictio in eis vacare debet, glo. in verb. ranquam. c. solitae, de maior. & obed. & cle. summis, de sent. excom. Bal. in rub. C. de contrahen. emptio. q. 9. & clausula posita ad vnum effectum non debet operari alium, teste Imel. in cle. i. col. 4. de prab.

*Salutatio
in mītato
quid profū.*

2 Prima mandati clausula est salutatio, quæ solet fieri ei, cui dirigitur mandatum, vt ep̄o Parīs. q. si pluribus dirigitur, omnes nominari debent, vt ep̄iscopo Magalonen. vel ep̄iscopo & capitulo. Parīs. alioqui grauati non cententur. c. f. de prab. lib. 6. de hac salutatione scripsi in hac manu. dat in Concordatis: hīc non repetam.

*Clausula
genia ac mo
ribus hono
bus.*

3 Secunda est in secularibus, ibi, vita morum hominum, &c. si prouecta ætatis fuerint, sic solet scribi: si vero fuerint infantes vsque ad decimū quartum annum, solet apponi, laudabilia infantilitatis iudicia, prout fide dignorum testimoniis acceptimus verisimiliter pr̄fumi, &c.

*Religionis
zelus clau
sula.*

4 Si verò regularibus concedat mandatum vel alias literas gratia, solet dicere religionis zelus, &c. vbi mēs Pap̄ intelligitur, quæ illum ad istam concedendam gratiam mouit: & de hoc abundantius dicam in noua builla prouisionis inferius.

5 Sed ista verba, vita, &c. in exordiis posita sunt causa impulsua ad concedendum: qua cessante, non cessant gratia. gl. sing. in l. 2. in fi. ff. de donat. dact. in c. cum cessante, de appella.

6 Nam licet Papa dicat se facere gratiam propter feruita sibi impetrat, vel ob zelum, tamen ex quo non specificat illam rem, dicitur simplex liberali-

tas & non donatio ob causam: vt in simili scribit Oldra. consil. 5. Titius. & hoc expressum def̄ribit Ioan. Staphile. in tract. de literis gratia: de vi & effectu clausula. fol. 82.

7 Tertia est ibi, hinc est quod nos cupientes, &c. *Terua clau
sula māda
ti cupiētes.* vbi Papa auditō bono impetrantis nomine cupit ei prouideri de beneficio spectante ad collationē illius, cui mandatum dirigitur, sub forma tamen decretalium mandatum & duarum seq. & Pap̄ voluntas est executioni danda. cap. si quando, de rescr. scripsi plenē de hac executione quando iūste recusari possit, in tract. de rescr. in 2. tomo ordi. reg. art. i. & 1.

8 Quarta clausula est, in qua primō Papa narrat de quibus beneficiis vult eidem mandatario prouideri, vide ī et de canonico, &c. & hēc narratio conformis esse debet præcepto, ac decisioni, ibi, ac volentes, &c. vt narratio & decisio & præceptum conueniant: in sequendo. l. si defensor. ff. de interrog. actio. alioqui non valebit mandatum, vel saltē decisio attendetur.

9 Quinta est ibi, volentes, vbi Papa dicit se velle meritorum intuitu prouideri mandatario: nam virtutum præmia tribui merentibus conuenit; & aliorum honores alii dominatorum occasionem fieri non oportet. l. fin. C. de statuis & imag.

10 Sexta clausula est ibi, ipsum à quibusvis excō- *Clausula at
municationis, suspenſionis, & interdicti, &c. vbi Pa
pa tanto mouetur affectu in impetrantem, vt omni
nino ei prouideri velit, etiam si esset excōmuni
catus, & absoluīt eum ab excōmunicatioꝝ, suspen
ſione, & ab aliis censuris, tam à iure quam ab ho
mīne latī. aliaſ rescriptū impetratū ab excōmu
nicato non valeret. c. i. de rescr. lib. 6. ampliations & limitationes illius regulæ scripsi in interpret. c. postulastis, de cler. excom. ministrante, vbi etiam dixi collationē excōmunicato factam non valere, & in rub. de excomm. non vitand. in concor.*

11 A iure profert excommunicatio: vt si quispiam verberet clericum est excommunicatus. à cap. si quis suadente diabolo. r. q. 4. vbi plenē ampliavi, & limitavi; & in aliis casib⁹ à iure expressis inferunt excommunicatio.

12 Ab homine quādo quis excōmunicatur ab officiali, vel ab alio iudice ecclesiastico ob cōtumaciam, vel aliaſ. c. i. de iudi. & in tit. de sent. exc. per totum. istam clausulam abundē declarauit & limitauit in forma mand. in concor. & melius inferiū in signatura, & in bulla nouæ prouisionis.

13 Septima ibi, necnō omnia, &c. vbi Papa pro expressis habet omnia beneficia, quād ad hoc vt taciturnitas non noceat impetrati, quæcumque sint be
neficia, & qualiacumque: sed vult qd licet impetrans mandatum habeat beneficia, veleā expectet, & si illa non expresserit, non noceat taciturnitas: licet aliaſ sine hac clausula gratia non valeret. c. ad au
res, & c. in nostra, & c. si proponente, de rescr. c. si motu, & c. non potest, d. pr̄b. lib. 6.

14 Item habet pro expressis dispensationes, quās impetrās habet pro illis beneficiis retinēdis, si for
tē ad duo vel tria esset dispensatus: quia in rescr.
pto gratia est facienda mētio dispensationis, aliaſ

De clausulis mandatorum

gratia non valet.c.2.de filiis presbyter.libr.6. ideo hæc clausula operatur, vt sine alia expressione valeat mandatum. de hac clausula plenè scripsi in concor.Franciæ. ob id non repetam hic.

15 Item si expedit beneficia tam per aliud mandatum, quam per referuationes, nominationes, aut alias etiæ pro expressis Papa habet: ita quod ob id non potest dici secundum mādatū subreptiū, licet non fuerit primū expressum: quāuis contrariū dicat in c.in nostra, de rescr. si hæc clausula nō adsit.

16 Tamen si quis imperauerit primū mandatum, & huic cesserit retinendo sibi pensionē annuam, nisi hoc expresserit in secundo non valebit secundum mandatum per tex.in c.ad audientiam.2. de rescr. q. a. hoc non habet pro expresso hīc Papa, ergo nō valebit mādatum. verū quia eadem ratio videtur & in pésione: ideo idem dici forte posset.

Numerus beneficiorū effrenatus non suppletur per hāc clausulam pro express. rem. 17 Item quæcunque sint talia beneficia pro expressis habet, & quæcunque, ac qualiacunque sint, si tamen numerum haberet effrenatum, putarem hanc clausulam nō prodesse, per c.cūm caussam, de testib.& effrenatam multitudinem hīc censem, si vltra tria haberet, per text.in cap.Sedes, de rescr.& c.2.illo.tit.in 6.

18 Et per hanc clausulam qualitates superiorū habentur pro expressis, quæ alias redderent mandatum nullum, si non essent expressæ.c.ad aures, de rescr. vide inferius in noua prouisio.

Inabilitas imperatris nō habetur pro express. sa. 19 Tamen Romanus Pontifex nō vult haberi pro expressis inhabilitatem impetrantis: vt si furiosus, puer, vel alias inhabilis esset impetrās, quia hīc nō dicitur, tum etiæ quia illa clausula nihil operatur ad tollendū vitiū subreptionis, quando Papa aliquid cōcedit ad petitionem partis sine causa cognitione, nisi in expressis: vt hīc, Angel.in l.sed & si quis. §. Quæsitum, in fin. ff. si quis cautio.R.o.conf. 327. iste sunt rationes.Dec.cōf.165.vito,col.pen.refert Aymo Crœuete in cōf.68. pponitur. col.pen.

Clausula motus proprii. 20 Octaua clausula est motu proprio, vult enim Papa se liberalē ostēdere, & non coactē, nec quidem habita ratione petitionis partis hāc gratiam. cōcedit, sed motu proprio & vtronec, ac propria liberalitate: sedes enim Apostolica in his concedendis se liberalē ostendit.c.fedes, de rescr.

21 Et sic dicitur Papa concedere motu proprio, etiam si im petrans petit, quando non fuit motus sola petitione, sed suo motu liberali, & spontaneo concessit: vt docet Bal.in c.nisi,col.pen.de offi.de lega.& Dec.conf.51.& pro tenui,col.2.

22 Et hoc probatur ibi nō ad ipsius N. vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, &c.

23 Et sic non audiretur quis, volens probare Papam ad partis petitionem concessisse: quia hoc est redarguere Papam mendacij: etiam probatio nō afferret quicquā emolumenti, quia potest esse partis petitio, & tamen Papa motu proprio cōcessit, non habita ratione petitionis: vthic scribitur: quia etiæ sine illius petitione hoc esset cōcessurus.

24 De ista clausula tractavi plenè in concord.in forma mand. in verbo motu proprio, vbi conscri-

ps.47.effectus vltra omnes iuriū interpretes, quos videre ibi quilibet poterit.

25 Nona clausula est, si pro alio non scriperimus. *Clausula si pro alio non scriperimus.* Ista clausula declarat intentionem Papæ, vt non intendat grauare collatorem duobus mandatis.c.mandatum, de rescr. nisi hoc exprimat per clausulam etiam si pro alio scriperimus.

26 Et in hoc regno Franciæ potest grauare collatorem habentem collationes decem beneficiorum vno mandato, habentem veiò quinquaginta & vltra collationes duobus mādatis. §.1.de mand. apostol.in concord.

27 Sed si plura mādata concedātur, primum valebit, & duo prima: q. si prius moriantur, vel nō prosequantur, alij prosequi poterunt per tex. mādati dicentem.Qui simile mādatum prosequatur: ergo si sit alius qui non prosequatur, non impediet secundum. vt dixi in §.fi.de colla.in concor.

28 Decima clausula est, communiter vel diuissim, *Clausula communiter vel diuissim.* per quam Papa vult quōd si communiter scripserit vel dimissum alicui istorum forē capitulo vel episcopo, non vult illum iterum grauare: de qua. clausula est tex.in c.fi.de præb.libr.6. & in forma mandati scripsi in concord.

29 Undecima clausula declarat de quo beneficio velit Papa vt puidetur mandatario: & primū generale enumerat canonictatum & omnia alia beneficia, se debet ad ideo oportet mādatum esse generale, alioqui non valet, vt pronunciauit senatus: licet olim mandata dirigenter ad dignitates tantum, aliquando ad canoniciatus.c.executor, & c.si soli, de præb. libr.6.

30 Hodie in Francia non valeret mandatum nisi sit generale: & istæ clausulæ speciales vtiarent mandatum: vt scripsi in §.1.de mandat. Apostol. in concord.

31 Duodecima apponi solet clausula, vestra vel alterius ecclesiæ: quæ significat, vt ep̄s non solū vteſtra vel alterius ecclesiæ guid proficit. teneatur prouidere si vacet beneficium in ecclesia cathedrali, verū etiam si in alia ecclesia collegiata: na.n ecclesia cathedralis dicitur vestra. Episcopo, collegiata verò alteri, quia ibi est prior vel decanus, qui illi est præfetus.

32 Et si ista clausula abesset, non valeret mandatum in Francia: & alibi si deesset, non teneretur Episcopus prouidere nisi de beneficiis in sua ecclesia vacantibus.c.prō illorum, de præb.

33 Decimatertia exprimit ad vestrā collationē, prouisionem, &c. vbi Papa vult grauare ordinarium, etiam si collatio ad nominationem, præsentationem, vel ad aliam ipsius prouisionem pertinet: hanc clausulam declarauit in §.præfatiq; graduati.de collatione, in concor. nec hīc repertam.

34 Decimaquarta, etiam si dignitati, &c. quia si mandetur prouideri de dignitate, intelligitur de non curata: nam curata non venit, nisi expressa sit, c.cūm in illis, de præb.libr.6. ideo hīc exprimitur etiam si dignitati, personati, administrationi, vel officio huiusmodi cura immineat animarum: vide infra in bulla nouæ prouisio.

35 Decimaquinta clausula est, dummodo talis dignitas electua nō existat: nā in fauore electionū excipit dignitatem electuam, vt in cl.1.de præb.

36 Vel

36 Vel quia dignitatem electiue, in hoc regno pertinent ad regis nominationem, per tex. in §. i. & 2. de nominatio regia ad prael. faciend. cui non vult per istam formam mandati derogare.

Mandata. 37 Decimasexta ibi cum creatione in canonicū p̄ius crea- vestra vel alterius ecclesiae, &c. creat enim Papa in canonico mandatarium canonicum in ecclesia cathedrali, cus ad effe- vel collegiatā, ad effectum obtinendi dignitatem, etum.

vt sibi Papa retinuit, hoc facere posse, in §. fi. de re- ferua. in concor. etiam si statuto vel priuilegio ca- ueretur expresse, q nulli de dignitate prouideatur, nisi cum effectu esset canonicus, & quamuis non exprimat confuetudinem.

38 Idem tamen est si consuetudine ecclesiae esset introductum, vt nulli prouideretur de dignitate, nisi esset cum effectu canonicus: quia consuetu- do & priuilegium aequiparantur, in c. cū cōtin- gat, in fin. de foro compet.

Canonico- rum nume- ro deroga- tio in mā- data. 39 Decimaseptima est. Non obstante certo cano- nicorum numero, Papa quando scribit pro ali- quo, nisi deroget numero canonicorum, non re- cipietur in ecclesia. c. constitutus de rescrip. ideo hic ponitur ista clausula, vt iste sit creatus cano- nicus ad effectum obtinendi dignitates, non ob- stante quod in ecclesia certus esset canonicorum numerus, cui derogatur pro hac vice.

Beneficiū cur debet sur post me p̄fessionis, & non ante. 40 Decima octaua ibi, Si quemquam, &c. mādat prouideri de beneficio vacante post mēsem à die præsentationis: sed quare non ante resp. ad equitā- dum votum captandæ mortis. cap. 2. de concessio- ne præb. & c. 3. eo nam si statim post præsentia ionem beneficiūm deberetur, sicut de iure. c. duobus. & c. tibi, de rescr. lib. 6. posset mādatarius veneno ali- quem inficere, & postea suum præsentare mā- datum.

41 Vel posset differre præsentationem, donec ali- quis habens pingue beneficium esset valitudine aduersa detentus, & postea illud præsentaret, & ista essent contra concilium Lateranense, in ca. 2. de concessio. præb. ideo reprobantur per istam clausulam.

In curia non canica debentur mandata- rijs. 42 Decimanona ibi, Extra Romanā curiam, &c. vult beneficiā in curia vacātia non esse mandata- riis conferenda, per c. 2. de concessio. præb. li. 6. qā ibi sunt Papæ referuata, & alia beneficia, que mā- datariis non debentur, scripsi in §. declarantes, in verb. comprehensa, de man. Apost. in concord.

Clausula en plenitu- dine iuris, quid proficit. 43 Vigesima ibi, cū plenitudine iuris, vult benefi- cia cōferri cum plenitudine iuris: plenitudo iuris in capitulo, distributiones quotidiana, & alia que spequant ad alios canonicos. c. proposuit, de cōcessio. præb. Domi. Gemi. & alij in c. fi. de cōcessio. præb. in 6. & hoc probat. tex. mādati, ibi, cū omnibus iuribus & pertinentiis suis eidem conferatis, &c.

Canonicus ad efficiū mandat canonicum ab eo creatum ad effectum obtinendi dignitatem recipiendi. 44 Vigesimaprima ibi, ipsumq; in canonicū, &c. ad efficiū mandat canonicum ab eo creatum ad effectum obtinendi dignitatem recipiendi. & sic non cum præiudicio aliorum: sed hic receptus non habebit distributiones quotidiana, nec voce in capitulo, sicut alij cum effectu canonicī: vt scripsi in §. fi. de reserua. in conco. sed ad effectum tātum crea-

tur obinenti dignitatem, &c. si vacet prius digni- tas quam aliud beneficium.

45 Vigesimasecunda, ibi, inducentes, vult māda- tarium in possessionē realem & corporalem mit- tendū, & sic nō solum vult recipiendū esse, sed in possessionē actualem mittēdū, nec sufficeret ali- cui cōferre, nisi mitteretur postea in possessionē: quia per collationem nō transfertur possessio be- neficij. c. cū Bertold, de re iudi. gl. in c. per tuas, de don. & sic prius cōferre oportet; postea in pos- sessionem mittere. Pan. in c. autoritate, de insti-

46 Vigesimatercia ibi, Defendantesq; inductum, Executio vult vt in possessionem missus teneatur in sua pos- sessione, rub. ff. ne vis fiat ei qui in posse missus est. Fracia re- nulla tamen per hanc clausulam datur iurisdicō- nō habet in executori mandatorum in hoc regno, sed statim. facta collatione, & missio in possessionem defende- tur missus per iudicem Rēgūm per casum noui- tatis, & vt possidetis interdictum; vt scripsi in 3. co- mo constit. reg. in tit. de causis benefi. posse.

47 Vigesimaquarta ibi, Ac facientes N. & c. vult mādata Papa mandatarium admittēdū ad beneficium. in omnibus iuribus, redditib⁹, & fructibus beneficij, cum cō- & huic mādatario integrē sine aliqua diminutio- ne prouideri: beneficium est sine aliqua diminutione ferendum. est cōferendū: vt pater in rub. vt ecclesiastica be- nefi. sine diminut. cōferantur, & ibi in c. vnic. etiā hoc probatur, dixi in materia de q̄olutio. inferius.

48 Vigesimaquinta ibi, Non obstan. ibi, de certo, canonicorum numero, repetitur ista clausula, de qua suprā dixi, & postea vult mandatum valere; non obstantibus aliis constitutionibus: vt habetur in c. cum aliquibus, de rescr. lib. 6.

49 Notandum est, q hāc clausula, Non obstan. nō tollit vitiū subreptionis in nō expressis, sed solum, la non ob- in his, in quibus est clausula specialis derogans: vt stante. cōfusluit Bal. cōf. 490. proponit, col. 2. in 1. vol. & cāf. 505. dominus Mediolani. & Corn. conf. 245. li- ceter alias. col. 3. vers. Et infuper in 1. volum. sequitur Aymo Craueret, conf. 68. col. 3. num. 6. alia de hoc dixi in concord. [& inferius in forma dispensa.]

50 Vigesimasexta ibi, Aut si vobis ab Apostolica, &c. derogat indulto, quod solet ecclēsiā cōcedi, vt non teneantur aliquem recipere, nisi de indul- to expressa sit facta mentio: quod indulustum habet Cluniacens. vt scriban. inferius in bulla disp.

51 Vigesimaseptima ibi, Seu si dictus N. præsens, &c. vult poise præstare iuramentum per procurato- rem, etiam si statuto ecclesia contrarium ca- queretur. vt est in multis regni ecclesiis.

52 Ultima est ibi, datum, &c. de qua & aliis omni- bus abundē tractauit in concor. in forma mandat. ibi videre reliqua cui licet erit liberum.

Divisio Rescriptorum.

V pereft vt nunc prosequamur alia. ad vocatūr a rescripta, quantum attinet ad materiam beneficiale, & ip tract de rescr. in ord. reg. scripsi duplex es- se rescriptum, videlicet iustitia & gratia: iustitia dixi esse illud, q ad iustitiae administrationē ten- dit: vt in c. Pastoralis. ca. sciscitatus. c. super literis; de rescr. & in toto tit. de offi. deleg. & alibi in iure

Rescripta
gratia
iustitia.

canonico, & de his tractauit in d. tract. Rescriptorum, in ordin. reg. hic non repetam.

2. Alind est gratia rescriptum: quando Papa vel alius mera liberalitate aliquid concedit, & interdum vocatur priuilegium, de quo superiās dixi, interdum vocatur gratia, seu indulgentia, si princeps secularis veniam delicti concedat: vt per totum titulum ff. ad senatus consultum Turpilianū, & C. de generali abolitione. & de his tractatur in titulo des Grates, in ordin. reg.

3. Si autem Papa prouideat de beneficio, vel provideri mandet, hoc vocatur gratia c. gratia, de rescript. lib. 6. clementina gratia, illo titulo: quia gratiōe hoc concedit, etiam dispensando gratia vocari potest. cap. sigratiōe. de rescr. Archid. in c. gratia. i. q. i. de quibus rescriptis gratia nunc tractatur sumus.

4. Verū quia inuenim multas inter rescripta gratia & iustitia differentias, nondum à iurium interpretibus traditas, ideo eas si hic inseram, non erit tibi molestum benebole Lector.

Differentiae inter rescripta gratia & iustitia.

Rescripta gratiae ad beneficia sunt ipso iure nulla, secus in literis insit.

Notanda igitur sunt differentiae inter rescripta gratiae & iustitiae: prima est rescripta gratiae ad beneficia sub- reppititia sunt ipso iure nulla: quia loco tituli habentur, & per ea ius tribuitur: ideo ille annullatis & titulus nullus remahet, clem. i. ibi, nullius momenti. de præb. c. ad aures c. constitutus, & c. Ad audientiam. & vbique doct. de rescr. l. i. ibi, nihil videri impetrasse. ff. de natal. restit. gl. in verb literas, extra fedes. de contes. præb. in extra. Ioan. 22.

2. Et quia in literis Papæ intelligitur, si impetrans dignus sit. c. cum adeo, de rescr. si non sit dignus, non intendit Papa illi prouidere, & sic est defensus voluntatis Papæ: nam qui mentitur Papæ, facit se indignum sua gratia. Bal. in d. c. cum adeo.

3. Etiam processus & sententia executoris lata, rescripti subreptiti ratione: & alia sunt nulla, per text. in c. cum nostris, de concess. præb. ibi. factum obtenuit literarum nostrarum, eo q. per falsi suggestionem, & veri suppressionem fuerant impetratae, haberetur irritum & inane. c. si proponente. de rescr. & quicquid occasione literarum factum fuit. d. c. constitutus, in fin.

4. Nam executio est accessoria ad gatiam, quae si fuerit nulla, & accessoria videlicet executio nulla remanebit. l. cum principalis, de reg. iur. ff. Inn. in c. Ex literis, de offi. deleg. Roma. sing. 330. circa primum, col. 11. cum seq. & si literæ mandati sint validæ, & literæ executoriae. cap. si super gratia, de offic. deleg. lib. 6.

Littere ab solutionis vniuersitatem p. subreptionem.

5. Etiam litteræ absolutionis vel indulgentiae videntur per subreptionem, vt si fratri minori cōcedatur, quod transeat ad aliam religionem laxiorē. c. quod super his, de fide instru.

Rescriptū 6. Idem in priuilegiis & beneficiis principiū; vt rescriptum non faciens mentionē de priuilegio, vel indulto gratiose, non valeat: quia est eadē ratio: & hoc probatur. arg. d. l. i. de natal. restit. Pano. & alij in c. Ad audientiam, de rescr. sic consuluit

Socin. consil. 164. Visa bulla, colam. i. in 2. volum. & conf. 260. in causa manutenen. col. i. ibid. Subreptiō videntur, enō si imperat. sū ignorat.

7. Etiam subreptio videntur rescriptum gratię, quamvis quis ignorans tacuerit. Dec. in d. c. constitutus. 2. no. de rescr. Aymo Cranette in conf. 68. ponitur, in fin. quia iura in hoc non distinguunt: sed tantum subreptionem requirunt.

8. Etiam si subreptio respiciat factū alienum, videlicet statuta ecclesiæ, per d. c. constitutus. quia non inspicitur culpa impetrantis, quam nō habet ignorans. lex maleficiis. ff. de actio. & obligat. sed intentio concedentis. c. ad aures, de rescr. cap. dum. 2. de elect.

9. Imò etiam subreptio videntur, nisi exprimatur modus, per quem id factum extitit consummatum. gl. no. in d. c. dilectus, de rescr. quam probat Roman. conf. 326. in præsenti, col. vlt.

10. Secus in rescripto subreptio ad lites, quod regulariter non est nullum, cum per illud pontratuatur ius. c. super literis, de rescr. l. vniuersa. C. de precib. Imperia. offc. nec processus erit nullus vt d. c. super literis. & cap. constitutus, in fin. illo. tit. & Pan. cōf. 34. Super quæstionis, col. 2. & seq. in 2. vol. & c. ceterū. in 1. q. de rescr.

11. Fallit in rescripto euocationis, quæ odiosa est: Euocationis subreptitiæ est nulla. quia fit iudicii contumelia, eo quod reuocatur ab eo iurisdictio sine sua culpa, docit. in c. ex literis, de offic. deleg. Fel. in c. Ad audientiam. 2. in fallen. decima. de rescr. & ita fuit in Rota decisum: vt scribit Caslad. dec. 1. de rescr. scripti in tract. de euoc. limita. vt per Philip. Fran. in ca. 1. de litis contesta. lib. 6. quando gratia etiam in literis iustitiae contineretur, tunc totum erit nullum.

12. Secunda differentia est, quod gratia subreptitia non valet, etiam si aduerfarius impetrantis cōsentiat: vt docet Ant. Butrig. in cap. c. cum olim, not. vult per illum. text. de re iudic. quia non est in aduerfarij potestate, dare titulum, ex suo consensu, cūm beneficiū ecclesiasticum non possit obtiri. si sine canonica institutione, re. i. de reg. iur. lib. 6.

13. Diuersum est in rescripto ad lites, in quo agitur de praeditio partis cui potest pars renunciare. l. pen. C. de pact. c. si diligenter, de foro compet. Nicol. Milius in reper. in verbo, gratia. q. 95. allegat Domi. in c. ab eo in fin. de appella. lib. 6.

14. Tertia est, quod valet priuilegium non facta. mentione alterius cōtinētis, idem quod ius commune: quod non procedit in literis ad beneficia, c. quia magis strictè sunt. c. quamvis, de præb. lib. 6. Fel. in c. i. col. 3. vers. limita. 3. de rescr. vnde si statutum sit in ecclesia, quod illegitimus nō recipiatur in canonicum illius ecclesiæ, licet hoc sit de iure communi, tamen si quis impetrat canonica- tum & præbendam inibi, non facta mentione statuti, nihil agit, teste Io. Monac. & aliis in c. i. de filiis presbyter. lib. 6. putarem ramen sufficere, si u. non obstat, hoc effet exp̄sum.

15. Quarta, signatura gratiae solet signari per fidem a Papa, vel per concessum ab aliis: sed signatura iustitiae per placet, vt inferius dicā. tra. de signatura. Cardinalis verò signat placet, S. D. N. Pape N. Car. dinalis: ideo quia verbum placet, denotat arbitrium boni.

Rescripta gratiæ & iustitiæ.

55

boni viri, teste Gomes, in compendio vtriusque signatura: I. fideicomissa. §. quāquam. de lega. 3. Bart. in I. Lucius, de fideicommissis libertatis. Ias. in I. si sic, de legi scriptis in statutis collegij du Vergier. vel quia placet non inducit gratiam, sed voluntatem ostendit. I. ff. de constituta. princ.

Iliteræ græcæ 16 Quinta differētia est, quia literæ gratioſæ pos-
ſit sine mā ſunt impetrari per tertium ſine mandato ſpecia-
lato impe- li, d.c. ſi motu proprio. 2. respon. ibi, vel alterius. gl.
rancutur. in c. ad aures, de reſcr.

17 Etiam si fuerit laicus impetrans. c. Accedens, iunct. ibi not. per doct. de præb. nota in c. i. respōd. i. de proc. lib. 6. sed literæ iustitiae non possunt per alium impetrari sine mandato speciali. c. nōnulli. s. sunt & alij. de rescript. quia præiudicat ordinariæ potestati, & sunt odiolæ: fecus in aliis.

18 Hodie tamen sine mandato impetrantur, in hoc regno passim: & de hoc nunquam vidi controveriam in curiis Franciæ: vt alibi scripti.

io. *Sexta differentia est*, quia literæ gratiosæ de-

Littera g. 19 Sexta differencia est, quia littera g. actione de-
tie quando bent facere mentionem de priuilegiis, alias tau-
debeant fa quām subreptitiae non valerent in præiudicium
ceremonio Priuilegiati.c. constitutus, de rescr. ratio potest
nem priu- esse : quia de omni illo quod potest mouere Papa
legy & lite ra iustitia, ad concedendum vel non concedendum in lice-
ris gratiosis debet fieri mentio, e.super literis, &c.
postulatis, & c.in nostra.vbi Panor. & Fel.late de
rescr.not.in c.dudum, de præ.lib.6.

Inn. est intelligendū ut procedat, quādō priuilegiū aduersarij concerneret merita causæ, puta ut nō teneretur soluere decimas: quia tūc valent litera iustitiae, licet nō faciant mentionē de priuilegio.
22 Ratio potest esse, quia nullū praetudicium fit priuilegiato cūm possit de suo priuilegio excipere in meritis causis: sicut enim impetrās non tenetur facere mentionē de exceptione peremptoria cōpetente aduersario: prout est causis in c.i. de litis contest. lib. 6. Fel. in c.i. col. 17. vers. fallit quintū, de rescript. quia saluum manet ius aduersarij, ita nec impetrans tenetur facere mentionem de

priuilegio cauiente exceptionem peremptoria.
23 Siverò priuilegiū aduersarij concerneret exceptionem dilatoriā, vel daret formam rescriptis imperrandis, tunc non prot edit dictum Inno. ncc valēt literāe iustitiae, nisi faciant mentionē de priuilegio, vel nisi seruarent formam traditam: ratio potest esse, quia aliās priuilegiū effētū inutile, si nō posset excipi cōtra huiusmodi literas in vim dilatoriā: iste est proprius casus in d.c. cū ordinem, non enim dicit ille text. vt debeat fieri mentio de priuilegio super decimis, vel alii, sed solum de ordine secundum Panorm. & omnes ibi.

24. Septima differentia est, quia in literis gratio- *Filum ser-
pis apponi consuetum est filum serie cum in literis cēū in qua-
verò iustitiae apponitur filum cānabis seu funis in bus literis*
*quo plumbum penderet. rex. in c. licet ad regimen. sit affigen-
&c. quam gravi de crimine falt. hanc differentiam vel si-
ponit Fely. in ca. postulasti. col. 3. de rescript. dictū
fuit suprà in differentia inter rescriptum & priu-
legium. n. u. n. 27.*

55 Octaua differentia est, quia literæ gratiſa de facilinō possunt haberi, deo citius præſumuntur falsæ: nec excusatur vte illis etiam ignoranter. c. ad falsoſiorū, de criminē falsoſi. literæ verò iuſtitiae, tie, quām quia de facili obtineri possunt, non præſumuntur iuſtitia. Falsum in literis gra-
falso: niſi probetur, quod ex certa scientia falsoſum ſuppreſſit, ſicut non præſumuntur, quod de re modica dolore agatur. I. ſi oleum. §. ſi cum l. seq. ff. de dolo. hanc differentiam ponit gl. per illum text. in ca. Accedens. vbi Doct. de criminē falsoſi ſcripsiſu- prā in differentiā inter reſcript. & priuileg.

26 Nona differentia est, q̄ licet literæ gratiosa^e Literæ gra-
transcant sine contradictione, nō tamē transcant
sine lectiōne: est nō verisimile, cū millæ literæ per-^t
tot manus transcant, & magna maturitate deco-^s
quātur, quod ibi sit aliquid reprehēibile, nec vi-^s
trium latinitatis. c. Apolſtolicæ. 35. q. 9. nota. in c. ad
Littera non cen-
sura vi-
tio latinita-
tis affici.

audientiam primo. & in ea cum adeo de rescript.
27 Litera vero iustitie transeunt sine lectione. non
sine contradictione. hanc ponit gl. in extrauag. se-
des Apostolica. in verbi iustitiam. de offi. deleg. in
comunib[us] vbi interf. quod in procuratoriis. co-
tradictari consuet apponi illa clausula: consti-
tuit talem procuratorem ad imprestandum. & co-
tradicendū literas simplices & legendas. sine qua
non esset sufficiens procurator in audiencia con-
tradictarum. quantumcumque alias haberet plen-
num mandatum: & ista sola fine alio mandato non
esser sufficiens in palatio auditorum allegat text.
in c. veniens. de renunc.

28 Décima differētia est, quod literē iustitiae solūm diriguntur constitutis in dignitate vel canonici cathedraliū ecclesiarum. c. Statutum de re-scripto. li. 6. & si in ecclesia cathedrali sit aliqua capella, &c ecclēsia in qua sīnt aliqui canonici, illi nō poterunt esse delegati: quia intelligitur de canoniciis principalibus ecclēsiæ. ¶ sed ius quidē de iure naturali in insti. l. quartit. ff. de star. homin. nec illi canonici nominabuntur canonici cathedralis ecclēsiae, sed canonici S. Iacobi du hant pas, vel canonici S. Ioannis Rotundi in ecclēsia beatorū Martr. Parisi, sed non ecclēsiae cathedralis.

29 Item si mādetur prouideri de canoniciatu, poterit prouideri de canoniciatu & præbēda illius capella: sic et nō sit expressum etiam de canoniciatu in ecclesia cathedrali: quia solum intelligitur expressio quo ad maiores præbendas, nō quo ad minores: & ita limitatur ea quamuis de præb. libr. 6.

30 Litera verò gratiōse diriguntur etiā nō constitutis in dignitate, sed illis quib⁹ gratia conceditur, si sit de beneficiis vacatibus. gl. in d. extrau. Sedes Apostolica. in ver. executores, de stylo tamē dirigitur etiā litera executoriae gratiæ cōstitutis in dignitate, vt scripsi in formaliteratū executorialiū.

Rescripta gratiae & iustitiae.

in Concord. sed nō alia gratiosa, nisi quo ad executionem gratiae vt inferius in bulla patet.

Patrimonij quādo sit facienda mē tu in literis.

31 Vndeclima differentia, quod in literis pauperum, quas iustitia dicunt, debet impetrare facere mentionem de patrimonio quod habet: quia per tales literas iustitiae prouideretur solūm clericis pauperibus: sed non dicitur pauper, qui habet sufficiēns patrimonium, arg. l. non nulli. ff. de accu. c. si pro clericis, de præb. lib. 6. etiam quia episcopus non tenetur prouidere ordinato habenti sufficiēns patrimonij. c. tuis. c. episcopus. & c. non liceat, de præb. c. postulaisti. de rescript.

32 In literis verò gratiosis non est necesse facere mentionem de patrimonio, quia nō fundantur super iustitia, per Ioan. And. & alios in d.c. postulaisti, de rigore tamen iuris si clericus impetrans gratia fuerit ordinatus ad titulū patrimonij: tunc de patrimonio est facienda mentio, cūm succedat in locum beneficij: sicut de pontifice dicit gloss. in c. fin. de vit. & honesta cleri. & in reg. Inn. octauī. si. doct. in c. ad audientiam. in 2. de rescript.

33 Sed de styllo curiae indifferenter seruatur contrariū, idē Panor. in d.c. postulaisti. & ideo illud seruandum est, quod stylus docet. c. quām graui, de crimi. fals. sed male vocantur literas in forma pauperum iustitiae, cūm sint gratiosae, & nō contineat iustitiam, sed potius gratiam: vt inferius dicam,

34 Duodecima, quia litera gratiosae tanquam ambitionis stricte sunt interpretandæ, c. quamvis. de præb. libr. 6. secus in literis iustitiae, ratio diuer- sitatis est secundum Domi. de sancto Gemi. ibid. col. 3. quia litera iustitiae non minuunt obligatio- nē: cūm ecclesia illa antea esset obligata ex iuris dispositione: vnde per illas literas nō debet dimini- nui obligatio, secus autem est in literis gratiosis.

35 Vnum tamen est notandum, quod litera gratio- sa non dicuntur ambitionis ex eo, quia per tales literas præiudicatur ordinariis collatoribus: nam eadem ratione litera iustitiae dicerentur ambitionis, & sic restringendæ, cūm per illas ordinariae iurisdictioni præiudicatur. no. in ca. Rodulphus. de rescr. sed ideo dicuntur ambitiones: quia impetrantes ambitiones honores, & lucra. gl. in verb. ambitionis, in proce. Prag. sanct.

Litera qua do morte concedemis expirent.

36 Decimatercia, quia litera gratiosae re integra obitu concedentis non expirant. cap. si cui i. resp. de præb. lib. 6. de Rota. decil. 349. si Papa. in no. [subtit. de off. dele. decil. 12.] Feder. conf. 78. casus, & cōf. 297. legatus. col. 2. Cald. conf. vlt. de offi. deleg. 37 Litera verò iustitiae re integra morte concedentis expirat, c. gratum. & c. relatum. de offi. de le. vide quā scripsi in §. 1. de mand. Apost. in con- cord. in verb. sui pontificatus.

Laicus lite 722 gratia pro se non impetrat.

38 Decimaquarta, differentia est, quia laicus pro se nō potest impetrare literas gratiosas, cūm sit in capax beneficiū. c. cūm adeo de rescr. c. ex literis. de trāf. c. 2. de inst. ideo mādata vel nominatio- nes impetratae à laico nullius erunt momenti: vt scripsi in tract. nom. q. 9. in f. Im. & alij in c. 2. de inst.

39 Literas verò iustitiae ad lites bene potest pro se laicus impetrare: vt patet in titul. de offi. deleg. & c. non nulli. §. si. de rescript. firmat Host. in summa

illius titu. §. quis impetrare, & Barba. in rub. ibi. & de hoc nulla fit dubitatio.

40 Decimaquinta est, quia in literis gratiosis ap- ponitur generalis clausula, nō obstantibus, &c. vt dicam inferius in bulla nouę prouisio.

41 In li. ris verò iustitiae non solet apponi, teste Domini. c. si pro clericis. col. 2. de præb. libr. 6. ego tamē vidi apponi in vtrisque.

42 Decimasexta differentia est, quia litera iustitiae anno expirat. c. si autem, & c. plerunque, de rescr.

43 Litera verò gratiosae perpetuae sunt. l. fallo. C. de diuers. rescr. quia decet gratia esse mansuram, c. si cui de præb. lib. 6. & regu. decet, de reg. iur. in 6. ibidem, nisi quis negligens fuerit. c. si clericus. vbi gl. & doct. de præb. lib. 6. Panor. & Fel. in d.ca. capi- tulum. dixi in tract. de rescr. in 2. tomo const. Reg.

44 Decimaseptima, litera iustitiae nihil iuris tri- buunt, sed de iure iam quāsito cognosci præci- piunt. l. sicuti. §. sed si queratur ff. si seruitus vend. l. ex diuerso. §. vbi. de rei vendi.

45 Litera verò gratiosae iustribunt ad rē, etiam ante prouisionem factā. c. si cui, & c. pen. & c. si ti- bi abfenti, de præb. lib. 6. cap. pen. & fi. de concess. præb. eod. lib. quod est intelligendum in literis Pa- pā quā solūm dant ius ad vacatura. c. 2. eod. tit. & lib. c. proposuit. de consl. præb.

46 Secus in literis etiam legati à latere, que nul- lum ius tribunt ad beneficium antequām vacet, secundum Domi. in c. si Apostolicæ, de præb. libr. 6. Dominic. in d.c. 2. & c. dilectus filius, de præb.

47 Decimaoctaua, quod cōfirmatio referatio- nis legati vel receptionis in canonicum facta per Papam solet per literas gratiosas expediri, & non per literas iustitiae. text. iūcta gl. in c. si Apostolicæ, bus, l. uens in verb. confirmamus. de præb. lib. 6. quia cōfirma- tio facta in forma cōmuni non tribuit ius nouum, nec validat. c. i. de cōfirmat. vtili. Ideo si cōfirmatio fieret per literas iustitiae, secundus impetrans Apostolicus vinceret illum receptū à capitulo, in cuius fauorem facta fuit reseruatio. c. i. qui. & c. si postquam, de præb. lib. 6. quod est contra mentē. c. si Apostoltæ, facit. c. cū aliquibus de rescr. eo. li.

48 Contrariam tamen opinionem tenet Ioan. Monach. in c. si eu. de præb. libr. 6. di. quod ista est forma iustitiae: & vidit illam transire sine electio- ne, idem tenet gl. in c. dētestanda. de concess. præb. eod. lib. Gem. ind. c. si Apostolicæ.

49 Ego verò dicere opinionem Ioan. Mona. ha- bere verum, quando Papa dedisset simpliciter iudicem sine alia confirmatione gratiae gl. aurea, in d.c. si Apostolicæ. & differentia ista procedit, quādo Papa gratiam cōfirmat & postea executorem dat vt docet Ioan. Andr. in c. si. Apostolicæ.

50 Decimanona, litera iustitiae non solent rege- strari: secus in literis gratiosas, prouinciale f. 14. vers. item nota, dixi in tract. de rescript. in constit. Reg.

51 Vigesima, taciturnitas exceptionis peremptoria non potest opponi contraliteras contentioſas in vim dilatoria. c. i. de lit. cont. li. 6. secus in literis gratiosis, quā opponuntur tam in vim dilatoria, quām peremptoria. c. cūm ordinem, de rescript. Fel. in c. postulaisti. col. 3. de rescript.

De referuationibus tam gene.&c.

57

52 Vigesima prima differentia, difficilius exquirant literae ad beneficia, quam ad lites, auctore Fel. in d.c. capitulum. col. 3. de rescript.

53 Vigesima secunda est, quod in literis de iustitia inspicitur presentatio quo ad hoc, ut iudex ab eo tempore iurisdictionem habeat, non ante: quia tacita inest conditio: si literae presententur c. ut debitus de appello, sed in gratiosis literis inspicitur temporis datum: quia in illo instanti est parti ius questum. c. eam te. & c. constitutus. de rescript. c. eum qui, de præb. lib. 6. nisi in rescriptis sit aliqua conditio, ut acceptilationis: vt in c. tibi qui. & c. duobus. de rescript. lib. 6. B. 1. in c. 1. col. penult. eod. num. 18.

Clausula si 54 Vigesima tercia, rescripta ad lites non valent, preces, &c. nisi inferatur clausula, si preces veritate nitantur, quando ap etiam si veritatem conineant, nullum afferunt frumentum in lite. Et si f. C. de diversis rescriptis, vel saltem haec clausula vel in intelligenda est in rescriptis illis. c. 2. de rescr. beat.

55 Literæ vero gratiae non habent clausulam illam, vbi cōprobanda & verificanda non sunt, sed sufficiat concessio gratiae motu proprio facta, aut aliæ.

Clausula Regis. Nos in Fracia solemus ut clausula, si il vous appart, quibus vni- taur Fracia in literis Regis. Nos in Fracia solemus ut clausula, si il vous appart, quibus vni- taur Fracia in literis Regis.

56 Velsi ita est, si est ainsi. I. f. C. si contra ius. cap. abbate. de verb. sign.

57 Si ita inuenieris, vel repereris. Fel. in c. 2. in ver. clausula si preces, &c. de rescript. & ista tacite inest.

58 Item alia clausula tacite inest, in cap. bona de confirma. vtili. vnde etiam si istæ clausulae non fuerint expressæ, tacite insunt.

59 Item clausula, vocatis vocali. Is., solet in rescripto inseri, in ca. exhibita. de iud. Guid. Papæ. q. 70. in commissionibus. in decis. Delphina.

60 Et quamvis de iure ciuii non valeat rescriptum, si non sit apposita aliqua clausula, ex prædictis tamē de iure canonico valet: & illa clausula subintelligitur. per d. ca. 2. & vñus curiarum recepit ius canonici: nisi aliquis esset præstitutus stylus: quia tunc literæ conceptæ contra stylum non valerent. c. ex literis. de constit. Fely. in d. cap. 2. vers. stylus, &c. alias differentias quilibet hic addere poterit, ista nunc sufficient.

61 Verum inspecta interpretatione & expositione horum rescriptorum notandum est, has literas ad lites & ad beneficia se habere ut excedentia & excessa, secundum subiectam materiam: vt docet Panor. post. gl. in c. capitulum. col. 3. de rescript. & quia saepius reseruationes fiunt, tam generales quam speciales, ideo de illis videamus.

Dereferuationibus tam generalibus quam specialibus.

Geneales referuntur quæ. Liquando Papa mādat prouideri per reseruationes: & quedam sunt generales quando plures inducuntur reseruationes sub una ratione, teste Aegidio Bellameram in conf. 34. supposito statuto. col. 5. vers. ad tertium istud. vt quando Papa reseruat beneficia, quæ sic vacabunt, vel per adoptionem secundi beneficij: vt in Extraug. Execrabilis, Ioan. 22. de præb.

2 Vel vacantia in certo loco, vt Burdegal: vt in extraug. & si in temporalium, de præb. in communib. Item in beneficia in curia vacantia. cap. 2. de præb. in 6. nisi sint ecclesiæ parochiales. ca. si apostolica. ibid. vel beneficia reseruat Papa, in c. præsenti. illo tit. li. 6. vel illorum, qui intra duas dietas curiæ Romanæ decedunt: & pro hac reseruatione scribit Caſſad. in suis decis. rub. de const. q. 2. & seq. & Æneas Falco in 2. q. tract. de reser.

3 Vel quando reseruat beneficia familiarium Papæ, seu cardinalium: vt est in regul. cællaria, vel habentium officia scriptoris, seu aliud Papæ officium: oportet tamē exprimere quod talis est, vel erat familiaris, & continuus commensalis, nec sufficiet dicere eum familiarem tantum. vt patet in reg. 3. cancel. in princ.

4 Si tamen familiaris Papæ vel Cardinalis reseruat beneficiū vnitum in favorem Titij, & nō expresserit reseruationem, valer impetratio: quia vnitum nō erat reseratum, licet illud cui erat vnitum esset reseratum: ideo in dissolutione vniōnis, & si non sit facta mentio, valebit prouisio: vt not. in ca. 2. de præb. in 6. ego verò dicerem non valere: quia si Papa sciuisset beneficium vnitum, illud nō contulisset, vt infra dicam tract. de vnio. vnde reseratio non impedit quo minus valeat collatio, sed vniōnis dissolutione: sicut plenius dicetur tract. de dissolutione vnio. infra.

5 Quædam vero sunt speciales quo ad certum. corpus beneficij, non tamen pro certa persona, vt quando reseruat ecclesiæ cathedralis suæ dispositioni: vt in c. si eo tempore, de ele. in 6. Domi. col. 30.

Bonifacius, & Æneas de Falco. in tract. reser. q. 2. 6 Vel reseruat dignitatē maiorē post pontificalem, vt in reg. cæll. 2. & cognoscitur haec dignitas ex fundatione ecclesiæ, vel consuetudine, quādo Decanus vel Archidiaconus statim incedit post episcopum: vt do. de Rota decidunt in decis. 173. dicatur. de thesauretia, in no. Sub tit. de præb. decis. 9.

7 Et principales dignitates etiam in collegiatis ecclesiis dicuntur illæ, que primū in ecclesia locum habent, quasi primam & præcipuam in ecclesia. Ioā. Andr. in c. deliberatione. de offi. leg. li. 6. & beneficia generaliter reseruata tradit Hier. Paul. in sua praxi curiæ Romanæ etiam specialiter reseruata, ibidem videtur liberum est.

8 Aliæ sunt speciales super certo corpore beneficij, & specialiter pro certa persona, vt si Papa reseruat beneficium sancti Seuerini Paris. diocæ. collationi suæ pro Io. N. ca. ex parte. i. de offi. leg. c. executor. de concess. præb. ibi. Item dicunt Romani beneficia camerae procuratorum contradictarum non esse reseruata.

9 Idem in notariis Rotæ, quia non sunt familiares: & idem in magistris Regum supplicationum: Papa officiis & magistris plumbi: idem in auditore camere, vñus nisi sit protonotarius, tamen secus est in auditoriis reserbus Rotæ: pro quibus Papa scribere solet grata deuotionis obsequia, &c.

10 Specialis dicitur cuius causa inducens nō habet nisi vnum suppositum inducere: vt scribit d. Aegidius in d. conf. 34. supposito, vers. Ad tertium. col. 5. genera



De referuationibus tam

generalis autem est quæ in corpore iuris clausula, vel per extrauag. inducta, aut per regulas cæcella.

*Generales proprie-
terationes que.* 11 Ego dicerem generales referuationes, quando omniū regni vel cœti loci beneficiorum, aut personarum, seu dignitatem fieret amplissima referatio: specialis quando certum referuatur beneficiu, vel in individuo, vt tale beneficiu, glo. in titulo de referuat. in pragmatic. in verbo referuationes. Decius consilio 168. reuerende pater.

12 Et ista omnes referuationes sublatae fuerūt in concil. Basiliensi. reuocando extrauagates ad regimen, & execrabilis. de præbend. in communib. & illas, qua cōtinentur in regul. cæcellariæ: vt pater in cōcilio Basili. quod conciliū in Gallia receptum fuit vt patet in prag. sanc. rub. de ele. & per totum.

13 Interdum Papa fructus pro pensione resignanti fortè beneficium referuat: & in patria obediens illa fructuum omnium referuatio sustinetur, siue dixerit quod propria autoritate percipere eosfructus possit, siue per manus alterius, quia plenariam beatitudinem Papa dispensationem habet. c.2. de præb. lib. 6.

*Fructuum omnium re-
feruatio pro
bibetur.* 14 Sed à senatu Parisi. fuit prohibita illa referuatio omnium fructuum anno 1496. die 19. Aprilis: & in patria cōsuetudinaria non recipitur hæc referuatio fructuum: nam qui altari seruit, de altari vivere debet. c. cūm secundum. de præbend. & referuatio est in hoc regno prohibita, in Concor. de referuat. siue beneficiorum, siue omniū fructuum illorum: & Papa illam referuationem non soler facere nisi ex magna cauſa.

*Arestum. Refra-
ctio-* 15 Interdum referuatur media pars fructuum loco pēsionis extra suscepç. de ele. in extrau. loa. 22. media pars. 16 Quod non potest fieri ab alio, quā à Papa, si fructuū loco pēsionis non possit viuere, & vsque ad tertiam partem reformari solet quam obtemperari possit. Ioa. de Anania in c. Audiuimus. de collusio. detegen. de Petru. in tract. de viribus iura. in 6. remedio finiend. litium. & in patria iuris scripti seruati: vt asserit Boer. in decis. Burdegal. q.2. in fi.

*Cōfirmatio pēsionis im-
posita ab or-
dinario da-
ri non solet.* 17 Sed in patria cōsuetudinaria reformari solet, præcipue si pēsionarius non possit viuere, & vsque ad tertiam partem reformari solet quam obtemperari possit. item beneficarius tātum, beneficiarius autem alias duas: nam quando priuilegium incipit esse dāno sum, solet deduci ad debitū statum. c. suggestum, de decis. scripti in tract. de pacific. possit in 18. amplia, & confirmatio pensionis imposta ab ordinario dari à Papa non solet, sed de nouo concedi, vt statuit Alex. 6. in tit. de signat. grat.

*Pēsionaria-
rius non re-
cipit pēsio
ne propria
autoritate.* 18 Quandoque tercia pars, & his duobus casibus Papa nō solet cōmittere, quod pensionarius propria autoritate percipiat, sed per eum qui titulum habet, alioqui eisēt duo titularij: & nō eis singulis permittendū, &c. l. non est singulis. si. de reg. iur. Hier. Gigas. q.8. in trac. de pēsio. & q.9. & regulariter in Fracia approbatur vsque ad tertiam partē.

*Iusta pen-
so que sit.* 19 Iusta tamen pēsio dicitur, quando ea exacta tantum rem, anet beneficiato, vt possit commodè viuere, iura episcopalia soluere, & onera beneficij supportare. c. de monachis. & c. vacante, & c. cum causam, de præb. c. i. de censib.

20 Nota in hoc regno Franciæ pensionem extin- *pēsio non
transfertur
de persona
in persona.* guiper mortem pēsionarij, & de cōsuetudine non transfertur in aliam personam, etiam à Papa, quā de persona in patrīa obediens à Papa transferri possit si. in persona. cut aliud beneficium, vt consultuit Petr. Parisi. cōf. 45. monitorium, ac consi. seq. & in cens. 5. in 4. vol. tamen bene transfit contra successores eius qui eā soluere tenetur. gl. & Doct. in c. nisi. de præb. Petr. Parisi. conf. 82. pēsio. col. i. in 4. vol.

21 Et quando Papa imponit pensionem, solet di- *Pēsio in re-
gno Fracia
in tribus ca-
sibus consti-
tuatur.* cere, quod pensionem tertiam partem fructuum non excedit, & ita seruat stylus curiæ Romanæ vt docet Hiero. Gigas in d. tract. pēsio. q.9. non autem quod tertiam constituit, quia fortè non vult tertiam dare, si velit ultra dare, solet etiam dicere medium partem non excedit, vel talem partem.

22 Et regulariter pensionem in quantitate etiam fructuum imponitur, vt pēsionario dentur decem modij frumenti, & totidem vini, non verò in pecunia licet aliquando referuatur. d.c. nisi. de præb.

23 Sed hæc pēsio in pecunia communiter con- *stituitur in Francia, qua tantum in tribus casibus* stituitur in Francia, qua tantum in tribus casibus est approbata ultra, nō: vt scripsi in tract. de pacifi. possit in Concor. Primo propter bonū pacis, quando beneficium est litigiosum. d.c. nisi. Secundo ne resignans nimium patiatur dispendium, eidem referuatur pēsio. c. super hoc. de renunc. & habet locum in resignatione non causa permutationis facta, quia tūc ille, quia aliud recipit beneficium, non patitur nimii dispendium. Tertiō in permutatione ratione inæqualitatis redditū beneficiorum: tunc imponetur pēsio super altero maiore. c. ad quæstiones. de rer. permuta.

24 Quod si datur aquale beneficium, vel maius, *pēsio ex fab* non potest imponi pēsio super minori, & si im- *sa causa* ponatur eō quod ex falsa causa imponitur, nō va- *debetur.* let: & ita vidi iudicatum.

25 Item beneficia collectorū, & aliorū officialium *Beneficiaq
ficiarii Pa-
pæ sunt re-
feruata c-
quis acqui-
sitione, non erunt referuata: vt docet A-
dam si ipsi
gyd. de Bellam. in c. cūm. in distribuend's. colt. vlt.
de temp. ord. & in c. sicut. de verbo. sign. lib. 6.* officiis. & quid pēsio. *dimis-
serunt
Papa ob-
tum.*

26 Et si Papa moriatur postquam officialis eius definit habere officiū, per illius obitum beneficia eius, qui definit esse officialis ante Papæ morte non sunt referuata: quia referuationes fuere per mortē Papæ extinctæ sicut regule: sed erūt beneficia illi affecta officialib. alterius pōtificis: ideo in prouisione beneficij istius narrabitur, quod à nonnullis asseritur, q. talis olim obtinens tale beneficium literarū Apostolicarū abbreviator extitit, seu familiaris, ideo generaliter referuatum prouideri, tamen mādabitur tanquā de nō referuato sed de affecto.

27 Item beneficia cantorum Papæ non sunt re- *Beneficia
canticorum Pa-
pæ non sunt
referuata, eō quād
sunt familiares: & beneficia Papæ capellaniorum,* sunt familiares: & beneficia Papæ capellaniorum, pa nō sunt quāuis sunt referuata, tamen acolytorum non, nisi referuata sunt capellani: ideo in bulla dicitur, talis N. acoly- *nō sunt
referuata
capellani.*

28 Potest

- Prius donec
fuerit prouisio
sum à Pa-
pa impo-
nente.*
- 38 Potest etiā referuari certa pēsio, duratura do-
nec sibi de beneficio talis valoris illi fuerit prouisum; vt ait Host. in c. cūm eisent de fīsimo. & Papa.
hoc facere potest, sed nō episcopi. c. cum pridem.
de pāst. licet Bonifac. teneat cōtra in cle. i. col. pe.
de reb. eccl. non alie.
- 39 Nec hodie episcopi cōstituit pensiones, immo
ex non vnu amissa est in hoc eorum potestas, quod
non fuisset, si ignari illius nō fuissent, & ea vni: sed
ignorātia eos, vt nūc multos lōgo tēpore tenuit.
- Reservatio
per manus
Pape appo-
sitionem.*
- 40 Est & alia referuatio per manus Papæ apposi-
tionem. c. vt nostrum. de appell. vt si Papa cōferat
beneficiū nulliter, vt pote inhabili: tunc illud be-
neficiū erit adhuc Papæ collationi affectū &
referuatū. c. inter dilectos. de exces. prāl. vbi Pan.
& alij. & Roma. conf. 335. circa primum. col. i. Paul.
Paris. conf. 47. videtur. num. 39. & seq. in 4. vol.
- 41 Idem quando commendat beneficiū: per mor-
tē enim commendatarij, referuatum est Papæ be-
neficiū, teste Aenea de Falce. in tract. de referuatu.
& Ludouic. Rom. conf. 350. in casu. nu. ii. & seq. sed
hoc iure non vtiuntur in Francia.
- 42 Idem si de electoribus mandat, ne ad electio-
nem procedant talis beneficij N. cap. si eo tempo-
re, de electio. in 6.
- 43 Adhac quādō Papa mandat prouideri in mā-
dato de primo beneficio, primū beneficiū est af-
fectū per manuum Papæ appositionem mandato-
rio, adeo quādō alter cōferre illud beneficiū præ-
ter Papā, vel illius executorē, non potest, per ex-
tra. si de prāb. in comm. Aegid. conf. 34. Supposito
statuto. vers. ad secundum dubium, cum seq.
- 44 Et plus afficit ista manū appositio, quām refer-
uatio. quia donec fuerit plenē per Papā prouisum
ordinarius prouidere non poterit, teste Aenea de
Falce. in tract. de refer. in 3. prāl. & in 4. q. 16. effectu.
- 45 Sed non vtiuntur ea in Francia. nā quamvis Pa-
pa apponat manū, semper ordinarius confert, si
nō valet prima Papæ collatio, nisi in mandatario
qui effectū est beneficium per concordia. Frāciae.
- 46 Etiā mortuo Papa ordinarius cōfert benefi-
cia illa referuata: quia illa referuatio morte erat
extincta: vt consuluit Gemi. conf. 93. & in capit. si
Apostolica. de prābendis. lib. 6.
- De iure re-
gali in be-
neficiis.*
- 47 Sed hoç etiam sibi vindicat Rex in quibusdam
beneficiis, quā iure regali confert, vt dicat se posse
conferre, donec collatio plenū sortiatur effe-
ctum, & alterius collationē non valere, postquam
apposuit manū: vt plenē scribit Ruze. in tract.
iuri regal. in 2. priuileg. sed hoc nullo iure suffra-
gante: v. mihi videtur, saltem non legi.
- Referuatio
nes & ma-
nus appo-
sitiones
tiones solli-
citat & que-
dam extra-
uagantes.*
- 48 Sed istae omnes referuationes, & manus appo-
sitiones fuere in concilio Basil. sublatæ, & hoc in
Gallia seruamus vt nō recipiamus referuationes,
nec manus appositiones. & referuationes, de coll.
in Pragmat. vt scripsi in Concord. in rub. de refer-
uatu. & Gemi. in c. statutum. col. 2. de prāb. lib. 6. di-
cit Extraugant. ex debito, tantū in vita condi-
toris durasse, dum dicit donec Christi indignatio,
&c. ideo ex libro expungenda esset, cum non sit
in vnu: & omnia alia iura referuationes explican-
ta, vt dicunt: tamen propter malos pisces non rū-
- pimus retia, sic nec iura eo quādō aliqua non ser-
uentur, sed in suo statu conferuantur, & maximè
quia alibi custodiuntur.
- 49 Idem in extraugan. ad regimen. de prāben. di-
cit gl. reg. cancella. reg. 1. 30. & 62. propter similia
verba in eis posita. & idem probat Gemi. in cap. si
Apostolica. in fi. de prābend. quamvis Rom. conf.
260. in proposito. verf. secūdo, dicat esse extraug-
ates, & approbari per Paul. 2. in extra. ad Roma-
ni. de prāb. & Aeneas de Falce. in tract. de refer.
in 4. prāl. & in q. 4. in decimo sexto effectu refert. *Decretum's*
- 50 Notādum est quādō decretum Papa in refer-
uatione appositorum, nedum titulū afficit, & annul-
lar, sed etiam possessionem. arg. c. si eo tēpore, de nullū red-
electio. in 6. c. vt nostrū, de appellatio. & possessio. dit & in-
contra Papæ referuationē accepta caret omni ef-
fū. & possi-
fectu, & iuris adminiculō, sine quo in beneficia-
bus possessio nō procedet. c. 2. vt lite pendent. li. 6.
Rota dec. 16. si contra agentem, in no. [sub titu. de
restit. spoliator. dec. 3.] vbi cōcludit restitucionem
tunc negandam spoliato. & in decis. 23. ibid. vide
in §. 1. de firma & irreuo. concor. stabilitat. quā ibi
scripti, & inferiū in fine bullæ nouā prouisio.
- 51 Interdum dantur prouisiones cum regressu.
vt resignans qui habuit beneficium reuertatur ad
illud, moriente, vel cedente resignatio: vt dixi
in tit. de refer. in concordant. & in Francia sunt
sublatæ: & ibi adduxi Arcatum: & dicam inferiū
in 3. part. tract. de resigna. in fauorem inter coniu-
gatos vulgò dicitur habere locum, *les regrez.*
- 52 Aliquando prouisio fit cū accessu: si Papa cō-
mendauit beneficium cardinali cui commenda accessu vel
Cardinalis cessit literis, non confessis, non potest regressu
cōferri alteri & dari regressus cardinali, quia nū-
quam illud habuit: ideo opus est vt bullas suā pro-
visionis obtineat, vel quādō detur ei accessus, vide-
licet, volumus te liberū habere accessum, ac illius
corporalem possessionem per te, vel alium, seu
alios vigore præsentium literarū, quas vim validæ,
& efficacis comprehendæ habere decernimus, pro-
pria autoritate liberè apprehendere: & in eadem
commenda, quoad vixerit retinere, necnon debi-
tis & consuetis, &c. interdicta non obstantia, &c.
- 53 In accessu exprimuntur qualitates, & fructus
beneficij, cum clausula ista, quādō liceat te libere
accedere. &c. & nō obstant. statutis, &c. alias non
obstan. non vidi ponni.
- 54 Etiā vidi in puer nominato per Regem ad
episcopatū, qui fuit à Papa poste à recusatus. Rex
nominavit senem, quem Papa recepit, & voluit si
hic senex moreretur, quādō puer nominatus libe-
rum ad dictum episcopatum, ad quem fuerat no-
minatus, haberet accessum. haec tenus de accessu
& regressu: vide quā scribam inferiū titulū de re-
gressibus.
- 55 Beneficia in curia vacantia, vel intra duas die-
tas iuxta curiam, etiam hodie sunt Papæ referua-
ta. d. c. 2. & c. præstanti. de prāb. lib. 6. extraugan.
ex debito, de electio. in communib. & extraugan.
prima de prāben. & hoc seruamus hodie etiam in
Francia: vt scripsi in rub. de referua. in cōcordan.
Haec tenus de his referuationibus.

*Regressus
in Francia
toluntur.*

*Proutio cū
mendauit
beneficium
cardinali
cui commenda
accessu vel
Cardinalis
cessit literis,
non confessis,
non potest
regressu
cōferri
alteri & dari
regressus
cardinali,
quia nū-
quam illud
habuit:
ideo opus
est vt
bullas suā
pro-
visionis
obtineat,
vel quādō
detur ei
accessus,
vide-
licet,
volumus
te liberū
habere
accessum,
ac illius
corporalem
possessionem
per te,
vel alium,
seu
alios
vigore
præsentium
literarū,
quas
vim
validæ,
&
efficacis
comprendæ
habere
decernimus,
pro-
pria
autoritate
liberè
apprehendere:
& in
eadem
commenda,
quoad
vixerit
retinere,
necnon
debi-
tis
&
consuetis,
&c.
interdicta
non
obstantia,
&c.*

De expectatiis.

De expectatiis.

E Tem Papa solet scribere ab beneficia vacatura per expectatiis: & quāuis pōtifices veterēs collationes cōcessissent liberas episcopis & singulis corum in suis Episcopatibus, tamen dicūt doctores Papam maiorem sibi potestatem retinuisse, per c. fidum, de præbend. lib. 6.

Quatuor menses da-
ti episcopis in anno ad
conferendū, non ultra.

Ideo in Germania & aliis multis prouinciis quatuor tantum menses episcopis referuari, videlicet Martium, Iunium, Septembrem & Decēbrem, in extrauag. ad regimen. vbi prius duo mēses sunt Papæ referuati, & tertius videlicet Martius episcopis, & sic deinceps, & iure nescio quo tot vigiliis ex cogitata iura uno verbo subuertere. c. ecclesia. de electio. & ipse non ita cognoscit doctos absentes, sicut in suis locis episcopi: ob id melius est Papæ, in conscientia dico, ut episcopi conferat: vt etiam vult gl. in pragmat. sanctio. in §. cui rei, de referua. poterit tamen per præventionem conferre. vide in prouincial. fol. 51.

Expectatiæ que.

3. Expectatiæ vero gratiæ sunt ex quib' beneficium impletans expectat: & istæ sunt etiā abolitæ in concilio Basiliensi, vt in §. volens, de colla. in prag. scribitur: & in c. fi. de concession. præb. vide tamē decem formas per Staphil. in tractat. de literis gratiæ, in princip. & gratia expectatiæ non datur per cancellariam ad beneficiæ in commendam retinenda, siue secularia, siue regularia.

Expectatiæ improba-

re, & quā obrem.

4. Sed quia expectatiæ ingerunt votū capti- dæ mortis odiorum etiā gentilibus. cap. 2. de con- cesso. præb. & continent reseruationē: ideo in hoc regno sunt abolita: & quia alienæ saluti sunt nimis præjudicabiles: & suscitantur lites infinitæ, contētiones, & rixæ inter Christi ministros: oriūtur rancores: & odia plerumque implacabilia nūtriuntur, fouetur pluralitas beneficiorum ambi- tio execrabilis, pauperes clerici innumeris perso- narum & rerum discriminibus subiiciuntur, & per cauilloso indebet opprimuntur: aliaq' ratio- nes exprimuntur in proce. Pragma. Sanctio in §. ceterum, & in §. cui rei. de referua. & quia expectatiæ reseruationes continent.

5. Vnde consuluit Roma, consi. 280. quæstio. non valere Papæ prouisionē de dignitate electiua fa- ctem intrā tēpus eligendi contra decreta Basiliæ, concilij: quia per has reseruationes immutatur, perturbatur, ac decoloratur vniuersalis ecclesiæ status: & cuncti ecclesiæ ordines scādalifantur, vt tractati fusiū in concordan. de his haec tenus.

De rescripto in forma communi, & in forma pauperum.

Episcopus prouidere illi quā pro- monuit tene- tur.

1. **N**isi iudicis rescriptū est, cūm secūdum Apo- stolū: nā episcopus non debet aliquem ad ordines promouere, nisi habeat vnde viuere possit. ca. non licet, & c. episcopus, de præbend. ideo si episcopus ordines facros cōferat alii cui pauperi, tēnetur illi prouidere. ca. cūm secundum, de præb. c. si episcopus, illo tit. lib. 6.

2. Et ad hoc exequēdum impetrabat promotus

literas à Papa ordinatori directas, quod isti prouideret pro qualitate personæ, vt honestè ac com- modè viuere posset dato executori. ca. si pro cle- ricis, & c. si pauper, de præbend. lib. 6.

3. Et quia sic communiter pro omnibus ordinatis Papa scribere solebat, ideo in forma communi vocantur. cap. postulatiss. eodem c. accepimus, de ætat. & quali. quæ sic dictabantur, Venerabili fra- tri episcopo Parisien. & cap. dilecti filij, N. de N. pauperis clericis N. diocesis apud Apostolicam se- dem constituti supplicationibus inclinati, frater- nitati tuæ per Apostolica scripta mandauimus, quatenus de vita & conuersatione ipsius clerici, qui (vt afferit) beneficium aliquod ecclesiasticum non obtinet, & quem per certos examinatores su- per hoc deputatos à nobis de literatura examina- ti fecimus diligenter quinque, &c.

4. Et hac forma primò mandatur prouideri paupere clero, nā si diues esse in patrimonio scriberetur. c. postulasti, de rescr. c. clericos.

5. Ideo dicūt in forma pauperi: quia hæc for- ma pauperibus est assignata: & qui fingit se pau- perem impletando, nihil reportat, nisi ventum: vtor verbis Baldi in c. cūm adeò, in prin. de rescr.

6. Aduertite tamē, quod hæc communiter à no- stris iuriis interpretibus vocantur literæ iustitiæ: vt gloss. in verbo gratiæ, in extrauagan. Sedes de cō- cession. præb. in Extrauagāt. Ioannes 22. At verius literæ iustitiæ dicuntur, quæ tendunt ad iustitiam administrādum: sed istæ, ad gratiam & non ad iu- stitiam tendunt: nec refragatur quod iusti fit his prouideri, ergo sunt literæ iustitiæ: non sequitur: alioqui sequeretur quod omnes literæ gratiæ vo- cari possent literæ iustitiæ. vt in decif. Rot. 7. de re- scr. ideo considera si vocari possent literæ gratiæ iustiæ, sicut rescriptum digni arbitramur inferiū, non quod alia iustiæ non sint vel esse debeant.

7. Sed hæc magis, vt dicimus de contractibus bonæ fidei: in §. A. cōtractu, de actio. in insti. & Gomes in tract. de expect. in 9. forma. nu. 76, vbi dicit ha- bentes vigintiquatuor libras posse has literas im- petrare: fed per aſſectionem beneficij pēfio cef- fabit & extinguetur, idem docet Staphil. in tract. de lit. gra. in 9. forma expect.

8. Quid facit pro multis collegiis huius ciuitatis, in quibus est statutum, quod habentes in redi- tibus vigintiquatuor libras non possunt bursam, nec locum obtinere in collegio: scio hoc statutum esse in collegio Narbonenſ. & Heduuen. Sed vñ his, qui non feruant: quia hodie potius & bursæ, & alia beneficia dantur diuitib⁹ & ebr⁹ beneficio- rum pluralitate, quām pauperibus: nā semper ha- benti datur, & puto pauperem hic dici, qui com- modè viuere non potest: vt in c. i. de præb. in 6. di- xi in tract. de congrua portio. quamvis Calde. in- reper. in verb. pauper, dicat eum pauperem, qui habet minus quām sibi placeat: & sic omnes escent pauperes, vt alibi dicam.

9. Secūdū scribitur in his literis pro eo, qui non habet beneficium, nam si haberet, non pro eo scri- beretur, quia nō esset pauper. c. si pauper, de præb. libr. 6. vel si haberet patrimonium: vt dixi, capit. si Episco

Forma lie-
rarii infor-
ma paupe-
ri.

Quod lie-
ris in forma
pauperi nō
dicuntur in
ſtitutis.

Habent vi-
gintiqua-
tuor libras
eff. incapax
ad loca col-
legij obti-
nenda.

Panep-
quis.

Dispōfatio
in literis in
forma pau-
perum non
datur.
Episco

De rescripto in forma pauperum, &c.

61

Episcopus, de præbend. eodem.

10 Et in hac forma pauperum non datur dispensatio super defectu natalium, neque super ætate, quia illi, qui examinant & signant tales supplicationes, non habent talem potestatem dispensandi: & quia forma debet esse mūda, & nihil aliud continere, maximè postquam iste promotus est, ergo non patitur defectum ætatis, per ca. cùm in cunctis, de elect. cle. generali, de ætate.

Episcopus ii Tertio examinari à Papa ante debet, vel ab executoribus eius. c. fi. de præsum. c. si pro clercis, de præb. lib. 6. nec episcopus iterum debet illum examinare, quem ad suscipiendos ordines dignum existimauit. c. accepimus, de ætate & qualitate, & d. c. cùm secundum, & debet examinari, si bene legat, construat, & cantet glo. in d. c. si pro clericis, de præb. in 6. & Galli præponderant cattū domi. ibi & de morib. examinari etiam debet, in c. cùm in cunctis, de electio. c. cùm in iuuentute, & c. inter, de purg. cano.

Pauperes 12 Et prius in literatura, quam in morib. iubetur præsumptio examinari: quia præsumptionem pauper habet nemorū contra se quod literatus nō sit: quia iuuuen. inquit. non luerat. Hand facile emergunt quorum virtutibus obstat, Res angusta domi. &c. sed præsumptionem de morib. pro se pauper habet, ac aliis. c. si forte, de electio. lib. 6. doct. in l. sciendum. ff. de verb. oblig.

13 Licet alias de morib. prius quis sit interrogādus, David bonitatem potius sibi experti, quam scientiam: & neque facultates, neque dignitas est ita sufficiens, vt bona electio, & benigni mores. l. scire. §. pen. ff. de tuto. & cura: datis ab his,

De scientia 14 Vel quia episcopus dum eum ordinauit, debuit inquirere de morib. & ætate: ideo Papa nō mandat nisi de literatura inquiri, & scientia, quæ est illis necessaria, vt modicum plus sit instructus circa sacramenta, quam simplex laicus, teste Inno. in c. de summa trin. Bal. in rub. de summa trinit. ibi sequitur & Barba. in tract. de præstant. card. in 10. q. partis primæ, col. 2. & seq. facit. l. si quid venditor. ff. de adiuvio edict.

15 Item Papa dicit se eum examinasse in literatura, quem idoneum reperit in illa. d. c. cùm secundum Apostolum.

16 Præterea mandat inquiri, si vita laudabilis, & honesta conuersationis eū reperiant, & aliquod beneficium ecclesiasticum non obtineat: vt superius dixi, per c. accepimus, de ætate & qualit. nec dignus dicitur ad aliud beneficium, qui vnum habet. c. cùm adeò, de rescrip. ideo nec dicitur idoneus. c. is cui, de præb. lib. 6.

Classula 17 Adhac si aliud canonicum ei non obstat, id est, non si homicida, irregularis, vel alias inhabilis: nichil ei non vt declarauit in tract. de pacific. possess. in 4. limita, in concord. Innoc. in c. cùm noctis, de concessio. præb. declarat Staphile. in tract. de literis gratiæ, in noua for. na expecta, dicam inferius plenius.

Pauperibus 18 Insuper exprimitur in his literis, ne isti prouideantur in ecclesia cathedrali, forte propter præminentiam illius ecclesiæ. ca. quamvis, primo. de præb. lib. 6. & ne in eis personæ viles, vt sunt isti, obtineant beneficia Gomes. vbi supra.

19 Sed ego dicerem istos pauperes nō excludi ab illa ecclesia, sed non vult Papa cogere Episcopum ad prouidendum eis in ecclesia cathedrali, quia ibi docti esse debent: & hic pauper fortè non potuit studere ob penuriam: ob id non compellitur Episcopus ad prouidendum isti pauperi ibid. quia Papa non vult grauare eum maiori grauamine: quia si episcopus eum iniustum recipere, eū odio prosequeretur, & eum semper in conspectu suo haberet: ideo Papa non vult grauare Episcopum, in ecclesia cathedrali: vi sibi prouideat.

20 Vlrimò taxatur valor, vt usque ad talem summa videlicet quinquaginta librarum prouideatur ut notatur per gl. & doct. in d. ca. si pro clericis Verus va-
lor benefi-
ciorum quan-
do exprimi-
do debeat.

pauperibus. nam minores minora decent. cap. ad debeat.

aures, de rescrip.

21 Vnde si cardinalis impetrat beneficium ducētos excedens aureos, tenetur verum exprimere valorem, etiam in Francia, & hoc propter concilij Lateran. constitutionem, anno 2. Leonis decimi edicam, qua cauetur, quod de cetero cardinalibus non commendentur, aut conferant beneficia, quorum fructus due eorum ducatorum auri de camera secundum communem estimationem non excedunt, vt pauperibus de his prouideatur, teste Cassado, in decif. 2. de præb. quia milites nō capit [vt adagio dicitur] muscam, nec elephas.

22 Ideo ordinarius hæc minora non potest cardinalibus conferre, quamvis quidam os habeant apertum ad omnia deponandum.

23 Nec poterit prouideri de majori summa, quia De maioris
causa taxationis gratia hæc verba apposita sunt, quando pro
text. in c. cui non de sacerdotiale: de præb. li. 6. nideri pos-
seus quando summa conscribitur causa demon-
strationis secundum doct. ibi, & Feli. in c. ad aures.
col. 7. de rescr. ac Gemi. cons. iii. donamus.

24 Hodie promouentur nō habentes beneficia Remicariæ
ad titulum patrimonij: vi in c. postulasti de rescr. titulo suo
qui debet esse sufficiens pro qualitate personæ. d. non potest
c. cùm secundum Apostolum, quem non possunt
remittere, nec Episcopo renunciationem facere
gl. in c. si Episcopus i. de præb. lib. 6. quia hoc non
concernit fauorem totius cleri, & honorem, vide-
licet ne mendicent in dedecus totius cleri. c. dia-
coni vlt. 63. dist. c. si diligenter, de foro competenti.

25 Ethic titulus non computatur in legitimam, Titulus
presbyteri
vendi vel
donari non
potest.

nec potest vendi, nec donari, aut in alium transferri, teste Io. Fab. in §. fi. de inoffi. test. nec is tenetur illum conferre. Fab. in l. si emancipati. C. de colla-
tio. quem loquitur Cassad, in confuet. Burgund. in rub. des successions. §. 5. glo. Meilleur de l'autre, num. 51. & in isto gaudet priuilegio clericorum vt nihil pro collectis, vel aliis oneribus solvere teneatur, Dec. in ca. episcopus de præb. ista nunc missa faciam, quia parum in vsu sunt.

De rescripto in forma pauperum pro graduatis.

1  Lia erat forma pauperū pro graduatis; nā olim Papa scribebat pro baccalaureo vel alio graduato sic, Dilecto filio N. de N. presbytero N. baccalaureo in legibus salutem vbi mandabat

F

De Rescriptis ab benef. vacanti.a.

Papa referuari beneficium conferendum iſti, niſi eſſet in ecclēſia cathedrali: ſi eius fruct⁹ nō ascendant ad certam ſumma, quam taxabat: & formam iſtius prouifionis licet videre in praxi cancellariae Roma, in fin. verū quia iſta non eſt frequens, ob id illam miſſam facio.

Nominatio 2 Et iſtæ formæ erāt introductæ, quia iustæ erāt, neſſuccesse & pontifices ſummi non ſolebat grauare ordinarii in locis niſi iustè, ſed cum Romani Pontifices coepi- eum refiri puiſſimam pauperum graduato- runt omnes paſſim grauare per reſeruationes, & expectatiuas ſiue iustè, ſiue iniustè, tunc abolitæ fuerūt iſtæ formæ, & diuitiibustantum ſunt diſtributa reſcripta afferentibus aurum & argento, tamen nominationes hodie, que graduatis dātur, ſuccederunt in locum iſtius formæ: & ideo poſſuimus ex ea arguere ad nominationes vniuersitatum.

Examinari 3 Notandum eſt, quod quando Papa pro graduatis ſcribit, nunquam de idoneitate impetrantis inquiri mandat, nec examinari, cum ſit ab vniuersitate approbat: diuersum eſt in aliis, ut docet Felic. in c. fi. de præſumptio. & Staphile. in tract. de literis gratiæ, in 10. forma expæcta.

4 Sic dixi in nominatis, ut ab epifco non ſint examinandi: ne fiat iniuria vniuersitatibus, in §. præterea, gl. altiori, de colla. in concor. & quia epi non inuenient aliquam idoneum, etiam ſi eſſet innocens tertius, cum nominatos exosſos habeant frequenter. vide Staphile in tract. de literis gratiæ, in ultima expect. forma, in fin.

De reſcripto dignum arbitramur.

A Liud dignum arbitramur, & cōgruū, ut illis ſe reddat ſedes apostolica gra- tiosam, quib⁹ ad id propria virtutum merita laudabiliter ſufragantur: vo- lētes itaque dilectum filium Ioan. N. Magalonem. dioces. apud nos de religionis zelo, de nobilitate generis, de literarum ſcientia, de vita ac morum honestate, &c.

Idoneis di. 2 Hoc reſcriptum dignum arbitramur, ſic ab e- gnū eſt pro feſtu vocatum dicitur, non quod non ſit dignum ſcribere pro aliis, ſed ſic ſcribere eſt magis dignū, quando Papa alicui prouideat de beneficio vacante, vel de vacatu prouideri mandat, ſi impetrāt ſit idoneus, & laudabilis vita, dign⁹ eſt ut illi quōque prouideatur, per textum in clem. vnic. de of- ficio deleg. Felic. in c. Postulasti, col. 3. de reſcr. & in c. fin. de præſumptio.

3 Et regulariter hoc reſcriptum datur ad vacatu- ra, & Papa examinari mandat impetratē, & poſt examinationem, ſi eum idoneum inuenierit, pro- uideri: ideo ſolet apponi clauſula, Mādamus qua- tenus, ſi poſt diligentem examinationem dilectū N. ad obtinendum beneficium idoneum eile re- pereris, ſuper quo tuam conſientiā oneramus, ci- dem N. autoritate Apostolica cōferas, & p̄uides. 4 Hodie bonum eſet, vt iſta inquisitio fieret ab erdinario, & comprobaretur reſcriptum poſtificis ſummi, quemadmodum comprobantur reſcripta principum ſecularium: quia multa mendacia Pa- pa exprimuntur, & hoc fieret faltem ex officio: niſi ordinarius videret in ſtri grauamē alteri, tūc

ille vocandus eſſet, & ſum. mariæ eſſet audiedus, & expediendus: nam maius periculum eſt in his be- neficiis, quam in proſonis, ideo in hoc eſſet cau- tiū agendum. c. vbi periculum, de elect. lib. 6. ſed dignum hodie arbitri: mut afferenti pecuniā pro- uidere, quod eſt alienum ab hoc reſcripto.

De Nominacionib⁹.

V Limum eſt reſcriptum ad vacatura per nominationes cōcessas ab vniuerſitatis graduatis: Papa olim ſolebat iſtis dare expectatiuas, verū qd qd post cōpletum ſtudiū pauperes nō valebant has expe- ctatiuas à Papa impetrare, ob id ſtatuit concilium Bafiliense, dandas eſte has literas a vniuerſitatis graduatus, qd approbavit Gallicum cōcilium: vt patet in tit. de colla. in prag. & hodie Papa, & Rex hæc approbarunt in concor. in rub. de colla.

Sunt quædam aliae nominationes, quæ conciliarii ſenatus Parif. conceduntur, de his an rite concessæ ſint, me remitto ad eorum confeſſionē, ne plura. vide Petrum Paulum Parif. conf. 40. quāuis, in 4. vol. & Staphile. in tract. de liter. gratiæ, in 3. forma manda. verſic. & iſta ſunt notanda.

Notandum tamē eſt, quod Galli in hoc regno Franciæ communis non vntuntur his ſcriptis, niſi duobus mandatis, videlicet & nominationibus: & alia reſcripta ad vacatura ſunt per iurā Gallica, & per defſuetudinem, imò per contrarium vſum ferre abrogata, ideo ſuper nominationibus edidi vnu tractatum, quem adiunxit, gl. concor. vbi abunde hanc tractauſi materiam, igitur amplius hic non eam tradam, ſufficiat ibi dixiſſe.

Signa tamen, quod petenti à Papa ſibi prouide- **Patenti pro- uideri de vacauro conſeduntur etiam de vacancie.**

1 **V**pereſt, ut nūc ſcribamus de reſcriptis, quæ beneficiari eſpiciunt vacan- tia, & hæc quidem varia ſunt: ſed ea, quæ habentur in vſu quotidiano tra- ctabimus, reliqua dicanicis curiæ Romanæ, qui ſuper hiſ verſantur, relinquentes.

2 Primum itaque dicendum eſt beneficium va- cans aut in titulu concedi, aut in commēdā, vel in proprietatem, ut per viuionem: de quibus infe- **Vacans be- neficii aut in com- mendā, aut in proprie- tate datur in titulum.**

rius dicetur. In titulu tunc concedi dicitur, quando alicui ſic affiſnatur ecclēſia, ut in illa conſcribi, denominarique, ac illi ecclēſiæ p̄aſſe poſſit.

3 Et dicitur intitulata illa ecclēſia, id eſt, cōſcripta alicui, & iure affiſnata, in c. dudum. 2. de elect. vbi glof. exponit, & text. in c. 1. in 12. q. i. dicit quid non debere connumerari in duabus ecclēſiis, ut inter clericos numeretur, duarum ecclēſiarū glo. ibi. & ibidem dicitur in fin. neminem debere cōſcribi in duabus ecclēſiis: & idem dicitur in c. clericū, ibid. 4 Et conſcribi pro intitulari exponit Archidia. in ſumma, ibidem dicens ideo dici quia olim nomina clericorū in quadā charta ſeu libro ſcribeban- tur, quæ vocabatur matrīcula. c. cōtumaces. i. dist. de

de qua triplici matricula scripti in tracta. de regestris, in 2. tomo constit. reg.

5 Nempe is qui titulum habet, ius habere censemt in illo beneficio, vnde nominari & conscribi poterit sub titulo illius beneficij, adeo ut beneficium suum possit dici. c. pro illorum, de præb. cap. Audita, cum similibus, de restitut. spolia.

6 Alibi dicitur tuum beneficium, quod quis in titulum habet post acceptationem. c. si tibi absenti, de præb. in 6. ca. auaritiae, & seq. ac c. nisi, de præb. dicitur etiam ecclesia vestra, in c. præterea, de præbendis. cum similibus.

7 Itaque dicitur is ius habere tale, ex quo illius beneficij fructus recipit, administrat, ac vñsus in suos illos conuertit, prout de iure, in ca. de his, de ecclesiis ædifi. c. concessa, & seq. 12. q. 2.

Beneficiarius dicitur rerum ecclesie administrator, qui alienare non potest. c. 2. de dona. tamen ius et plenum habere in illa ecclesia plenius dicitur ratione tuis in beneficio habet, quem in illa habet, adeo ut omnia in illa facere sit licitum, sicut qui quasi proprietate haberent.

9 Ideo interdicto vnde vi, agere potest, si spoliatur sua ecclesia. c. pastoralis, de caussa posse. cap. Audita, & per totum, de restit. spolia. & aliis interdictis. c. pastoralis, de caussa posse.

10 Sicut maritus dicitur ius habere in vxore, vt sua dicatur vxor, tamen maritus non dicitur dñs rerum paraphernalium vxoris. l. doce ancillam. C. de rei vendic. sic dicitur in beneficiario, vt sua dicatur ecclesia in qua habet titulum, id est, quæ ei assignata est, vt de fructibus eius vivere, nominari rector, curatus, ac præesse in illa ecclesia possit, ac illi deseruire. c. fi. 21. q. 1. tamē in ecclesiæ rebus est administrator, vt eas administrare, & non alienare debeat. c. 1. & per totum, de reb. eccl. non alien.

Papa multo modis beatus in c. quod sicut, de electione. vt scripti neficiis pro in tractatu de Regia nominatio in concord. uidet.

11 Quandoque Papa ad nominationem alicuius prouidet, vt in c. quod sicut, de electione. vt scripti neficiis pro in tractatu de Regia nominatio in concord.

12 Aliquando ad patroni vel patronorum cōfensem, seu presentationem: vt per totum titulum de iure patro. de quo dicitur in signatura.

13 Interdum suo solo iure prouidet, vt de episcopatibus, & dignitatibus superioribus, & consistorialibus, ac de beneficiis in curia vacantibus. cap. quanto, de translatio. Episcopi, & ca. 2. de præb. in 6. vt est à iure statutum, licet huic sit derogatum.

14 Iure etiam deuoluto suo iure confert. ca. 2. de concess. præb. vt inferius dicitur in deuolutionis materia.

15 Ratione præventionis quæcunque beneficia, etiam qualificata concedit. §. declarates, de man. Apostol. in concord. & de his omnibus abundantius tractabitur inferius.

16 Velratione concursus, quia Papa concurrit cū quolibet ordinario. c. dudum, de præb. lib. 6. dicitur in d. tract. deuolutio. infra, & scribit Ioan. Corras, doctor Thelofanus in paraphr. sacerd. in 2. par.

Titulum beneficij quis cap. 1. probare tenetur? Res p. pars, quæ pro illo agit. arg. l. actor. C. de

proba. Intelligo ego, quod si dicam me priorē, vel curatum sancti Seuerini, oportet quod probē collationem, vei prouisionem mihi factam: nec sufficeret probare, quod pars aduersa nullum ius habet, si ego non probarem titulum meum, alioqui absolveretur reus possessor. c. ex literis, de proba. l. qui accusare, vbi docet. C. de eden. de Rota. deci. 70. not. quod ibi constat, in antiq.

18 Et ita tenet curia, & de mandato Inno. Papæ sic fuit pronunciatum: nam quis de suo iure non de alienando agit, ideo de eo docere debet. ca. post electionē, de conceſ. præb. vbi obtinuit Honorius, quia possidebat, licet aliter non probauerit de iure suo, teste Card. prepos. in c. contra morem, in fi. 100. dist. n. p. e. nō curamus de iure defensoris, si nō constet de niēte & iure petitoris. l. fi. C. de rei vēd.

19 Ideo non solet adiudicari alicui beneficij possesso, nisi suum probet. tit. etiam coram iudicibus Regiis, qui de possessione in hoc regno cognoscunt. possessor tamē titulum docere nō tenet, si pacificè possideat.

20 Limitatur non procedere, quando Ep̄s ex officio inquirit, iuxta. c. ordinarij, de offic. ord. libri 6. *Episcopiss inquirit de* nam tunc debet probare etiam possessor suum. ti. titul. beneficij. inquirant, de pacific. possesso. in prag. & in concord. & si non probauerit titulum, remouebitur *excessis.* beneficium ab eo. c. ex frequentibus, de instit. ca. fi. de cleric. peregr. & c. licet Heli. de simo.

21 Ideo Ep̄s in sua prima visitatione debet omnes curatos monere, vt titulū ostendant, qui si videat esse inutilem, vel illum possessorem nullū habere, ipse conferre poterit illa beneficia: q. est utile.

22 Secundò limitatur quādo presumptio trāferret onus probādi in aduerariū: tūc etiam possessor teneretur probare. glo. & doct. in d. c. cōtra more.

23 Tertiò quando vi possidere possessor probat. l. vis eius. C. de probatio. tamen agens possessorio non tenetur probare se licet possidere, nisi quando est contraria iuri nuda possesso. ita notat Inno. in c. licet, de probat. quem refert Bald. in Marg. in verbo agere. q. 6. vide gl. in summa. 2. q. 5. & Alex. in l. si alienam. ff. solu. matr.

24 Quomodo probatur hic titulus resp. per literas. c. executor. de concess. præb. lib. 6. scripti in tit. terisprobatur, de man. Apost. in §. i. in verbis literas, in concord.

25 Nec sufficeret probare mandatum, vel nominationes, nisi in vim illius mandati collatio facta probaretur, aut in vim nominationum. c. duobus, ne rescriptis. lib. 6. c. si capitulo, & c. si foli, de confessio præb. ibid.

26 Item non sufficeret probare presumptiuē titulum, vt pote si canonicus probaret se habuisse stallū in choro, locum in capitulo, legisse Euangeliū, vel lectionem tanquam canonicum. c. dilecto. de præb. adhuc tenetur probare suam institutionem, & titulum. c. ex insinuatione, de procur. sicut in liberto ecclesiæ. c. longinquitate, & c. liberti. 12. q. 2. Præpos. in d. c. cōtra morem. 100. dist. [Sed si prouisus amiserit collationis literas, poterit cogere secretarium, & scribam Ep̄i, vt det ei literas sua prouisionis; per legē sicut datam. C. de libera. cau.] *Melioribus* *lus profer-* *ur, et quia* *dicatur me-*

27 Dicet quis, quando vterque probat suum titulum?

De signatura gratiae.

tulum, uter præferatur? Re: p. melior titulus & canonius. c. i. de reg. iur. in 6. ibi, canonica instat.

Interplures collationes qua præfatur. 28 Melior dicitur prior. c. duobus, & c. tibi qui, de rescr. in 6. c. eam te, illo. tit. in antiqu. vbi Feli. limit. facit. c. eum cui de præb. in 6.

29 Et si sint eiusdem die, nec apparere quis prior obtinuerit collationem, tunc si à diuersis collatorib. tituli sint, is dicitur melior, qui prius obtinuit possessionem, si neuter acciperit, is qui habuit à maiore collatore, vt pote à Papa vel eius legato, ppter cōferentis prærogatiuam. c. si à sede, de præb. li. 6.

Collatio epi. 30 Arestum. Si verò collationes sint ab uno & eodem col- scpsi preua- latore, sed una ab epo, altera ab eius vicario, tunc let collatio- valebit illa, quae est ab episcopo propter maiorem ne vicary. prærogatiuam. d. c. si à sede, nisi ille qui habet à vi- cario adeptus fuerit prius possessionem, per ca. si à sede, quod licet loquatur in collatione facta à diuersis collatoribus, non ab uno, tamen eadem est ratio in collationibus ab uno & eod. factis: vt iudicauit senatus Paris. pro Petro Molin. cōtra quosdam alios, anno 1519. die 29. Iulij.

31 Si verò ab uno & eodem, tunc si non possit de prioritate apparere per librum collationū, neutra valebit, arg. l. duo sunt Titij, de testa. tutel. ff. vide quæ copiosius scripti in tract. de pacifi. poss. in 17. limita. vbi abunde materiam. c. si à sede, tractauit & melius quam alibi viderim traditam.

De parua data.

N Erum quia parua data vsum habet frequentem, prius ea tractare conuenit: & sciendum est, quod si hodie 15. Junij vacauit beneficium sancti Pauli Parisi. ego verò misi Romam, vt impetraretur dictum beneficium per obitum talis N. die quo offeretur datario ista vacatio, subscribet datarius, Datum Calend. Iulij vel alio die, &c.

Parua data quid cō- 2 Et interdum iste libellus continens modum va- rationis, nomē beneficij, & illius cui est conferen- *timere de-* dum, ac per mortem cuius vacet, duplicari solet, & datarius vnū apud se retinere, & alterum parti *beat.* impenetranti tradit: & solēt quidam mensularij hāc paruā datā exigere singulis diebus, quādo sciant aliquem morbo affectū, donec pars mittat vere, quo die ille mortuus fuerit: & considerata regula de verisimili notitia, quo die iure à Papa conferri potuit: & ab eo die pars assūnit signaturam, & qā infinitē siebat super his fraudes: ideo [data est potestas datario Papę statuere & decernere quę sibi pro tēpore vidēture expedire, & propterea tēpore Pauli tertij per eius datarium] statutū fuit Romæ ad obviandum his malitiis hominum, vt sequitur.

Supplicatio duplex pro uno beneficij non dat. 3 Hæc sunt, quæ R. Datarius sub sanctissimi D. N. beneplacito decreuit. Imprimis quod deinceps nulla additio fiet registro: non concedetur supplicatio duplicata, dies supplicationis unīlla ad regestrum non mutabitur, notario facultas exten- dendi consensum post lapsum tēpus non dabitur.

Post annū 4. in Francia parua data. Coadiutoriarum & regestrū supplicationes semestri lapsō lacerabuntur, qui datas partū obe- dientiae datis Fræcie immiscēbit, nulla illarū ex- non exten- dentur: data in Francia post annum nō exten- demur. detur, qui verbum aut clauulas extra loca in sup-

plicationibus posuerit, punietur: qui datas extra curiam mitter, punietur: qui supplicationes ex officio extensionis Datario incōful o exportauerit, exulabit à curia, Die 16. Decēbris anno dñi 1544.

de mandato R. patris do. Datarij, vt fraudes, que

inter Ro. curiæ sollicitatores in eorū sollicitatio- *Extra curiæ cu-* nibus, & præcipue in paruis datis s̄epe duplicatis, *niam non mut-* & triplicatis renegationum & coadiutoriarum, ac *unur par-* aliarum expeditionum, in quibus cōsenſus partū *na data.*

requiritur, reprimantur, & in melius reformantur, notum sit vniuersis ipsius curiæ sollicitatoribus, & curialib⁹, qualiter deinceps nullæ paruae data pro absentibus à dicta curia concedentur, alias quam super mandatis, quæ infra quatuor menses extēdi debeant & quæ nunc apud quoscunque tam sollicitatores, quam curiales, tam super mandatis quam alias inuenientur, infra dictos quatuor menses extendantur alias omni effectu carebunt: & si presentata fuerit aliqua data ad extendendum alias quam ordine prædicto seruato, nisi talis data fuerit inter personas in ipsa curia residētes, quæ infra mensem, & datae in Italia etiā infra mensem extēdi debeant, alias effectu aliter lacerabuntur: similiiter data beneficiorum vacatuum aliter quam ex filia ipsius do. Datarij extracta: & quę penes partes aut sollicitatores invenientur non extēdetur vterius, quæcunque supplicationes coadiutoriarum, & regestrū, accessuum, &c. nec nō tam fructuum, &c. quam aliarum reservationum, administrationum, ac stalli, &c. [quæ nunc inueniuntur apud ipsum dominum datariū retentæ, infra quatuor, aliæ verò supplicationes earumdē coadiutoriarum, regressuum, &c. deinceps retinendæ, infra duos mēses expediti debeat, aliter lacerabuntur.]

Datarius secretus fit alia pun- 5 Alia de hac parua data relinquam pragmaticis curiæ Rom. & concessio Papæ à data huius paruae datae conscribetur, & ita fieri solet, & in reg. Alex. tur. Sixti continetur datarium secretum esse debere, vt collegij secreta non reueleret, nec collegam, aut aliū, qui cōcessioni contradixerit: alioqui per iurij, & suspētionis pena p mēsem à signatura incurrit. *Designatura gratiae.*

N Vnc dicendum est de supplicatione, seu signatura gratiae: & primò quid sit, quæ in ea requiruntur, & quomodo signetur, & an probet, & de clauis in ea contentis: & alia quæ supplicationem tangent, per singula verba, seu clauis elucidabimus.

2 Primò dicemus quid sit signatura, vt à definitione profiscatur institutio nostra, iubēte Cicerone. lib. officio. i. facit. l. i. ff. de iusti. & iure, saltem per modum descriptionis.

3 Signatura est scriptura in papyro conscripta, à Papæ, vel eius delegato, ab ipse sigillo, in medio scripta, partis supplicationem, Papæq; concessio- nem breuiter continens.

4 Primò dico, quod supplicatio seu signatura est *Scriptura requiriur in signatu-* scriptura: nam ominus supplicatio scripta est, nec posset pbari, nisi per scripturā, cūm ante scripturam nō dicatur signatura, quia nō est signata, nec signari id, quod non est, potest. arg. l. decem. ff. de verb.

verb. oblig. Doct. in rub. de const. scripti in §. 1. in-
ver. literas, de mand. Apost. in Concord.

5 Et sic est unus casus in quo scriptura requiritur
ultra conscriptos per gl. in c. i. de censib. lib. 6. licet
alias actus tantum valeat sine scriptura, quantum
cum scriptura. l. pactum quod bona fide. C. de pa-
ctis. fuit enim de his scripturæ, ut quod actum est
per eas faciliter probari possit: & sine his valer, quod
actum est. l. contrahitur. ff. de pign.

6 Ratio est, quare in gratia requiritur scriptura,
quia est valde difficilè testibus deponere de om-
nibus, quæ in gratia continentur: vt docet Card.
in procem. cle. §. sanè. q. 5. prout refert Fel. in rub.
de constit. col. 4.

7 Vbi limitat in tribus casibus: primus est in pro-
banda qualitate gratiae, per tex. in cap. Auditio, de
restit. in integ. gl. sing. in c. duobus. de rescr. in 6. &
in c. si à sede, de preb. ibidem vbi gratiae prioritas
per testes probari potest.

8 Secundus casus est in foro conscientiae: potest
enim quis vti gratia, etiam sine literis. Abbas in-
clem. dudum. in fi. de sepul. post gl. ibi incip. verb.
scripti in interpretatio. c. postulatis de cleric. exc.
minist.

9 Tertius casus est, quando agitur de probando
tenore gratiae, cuius literæ sunt praedictæ. c. cum.
olim, de priuileg. text. in l. sicut vbi Bart. C. de fide
instr. l. testium. in fi. ibid. alias casus scripti in conc.
in gloss. literas, de mand. Apost. & sic oportet prius
factam esse scripturam, antequam dicatur signa-
tura, quæ si poste à amissa fuerit, probari per testes
poterit, vel per sumptu extra dictum ex libro signa-
turum Romæ, quod probat: vi inferius dicam.

10 Secundò dico in papyro conscripta, ad diffe-
rentiam bullæ: quia regulariter supplicationes &
signaturæ solent in papyro describi, non in mem-
brana, sicut bullæ: & iste est curia Romanæ stylus,
qui seruadus est. c. ex literis. de const. facit. c. cum.
dilecta. §. nos igitur. de confir. vti. ibi, cum fuerint
non in pergameno, sed in papyro conscripta.

11 Supplicatio quare dica scripta: quia signatura non dicitur, nisi lignata sit,
& subscripta, & eo dicta est quod signetur, id est,
subscribatur: vt inferius dicetur in eius prosecu-
tione.

12 Et quamvis de iure ciuii signare sit signum im-
primere, sigillare, vt dixi. in l. sub signatum. ff. de
verb. sign. de iure tamen Canonico, in quo versa-
mur, potissimum capie pro subscribere, ideo signa-
tura dicitur à digniori, id est à signo Papæ, & si à
partis petione voces, dicetur supplicatio: q. pars
in ea supplicat: ideo rectè vocatur supplicatio &
Latinè, pragmatici tamen curiæ Romæ signaturam
vocant à nobiliore.

13 In medio sub scribi fo- 13 Nec dicitur simpliciter subscripta, sed in me-
dio, & statim à partis petione signari solet: sed Pa-
pa postea declarat quæ concedere intendat: vt
inferius dicetur, & apparebit in forma signaturæ.

14 Supplicatio non est si- 14 Quarto dicitur absque sigillo ad differētiam
gnata quod in papyro frequenter datur, sed sig-
illum (quo decoratur) anulum piscatoris vocant, vt
inferius dicetur in materia breuis: ed quod pisca-

tor videlicet diuus Petrus primò usus fuerit illo
sigillo.

15 Quintò in diffinitione dicitur partis supplica-
tionem continens: nam solet pars dicere beatissi-
me Pater supplicet, &c. cum ecclesia, &c. & solet beat signa-
pars primò supplicationem suam inferere, & po-
ste à Papa solet addere, fiat, vt petitur, vel conce-
sum, vt petitur: & poste à solent describi summa-
tim omnes clausulæ in bullæ ponendæ, vt inferius
apparebit in forma signaturæ.

16 Sextò Papæq; concessionem continens, ergo
necessariò signatura debet continere partis sup-
plicationem, Papæq; signum, & concessionem, vel
sui delegati, aut vice cancellarij: sed cum ipso no-
mine Papæ expediant, dicitur Papæ concessio per
reg. qui per aliu facit, per seipsum facere videtur.
dereg. iur. in 6. concessionisq; expressionem, quam
dispositionem vocant, ac datam vltra continere
dicitur. Ägi. Bellamera. decif. 559. conclusio.

17 Quare vocetur signatura: Resp. quia à Papa,
vel eius commissario signari solet: & dicitur signatu-
ra, quasi scriptura signata, id est subscripta: vt in l.
sub signatum. ff. de verb. sign. & ibi scripti: si ergo
reculatur, & non signetur, non dicitur signatura:
priuatio præsupponit habitum, sicut positio. ca. ad
diffoluendum: de sponsa. impuber.

18 Item inferri potest, quod si Papa cōcedat mo-
tu proprio absque partis supplicatione, non pote-
rit dici signatura: quod est verum, si nullam nar-
ationem contineret, alias secus nam potest esse
supplicatio, & tamen Papa motu proprio cōcedet
Bald. asserit & in c. nisi. col. 1. de offi. legat. scripti in
gloss. motu proprio, in forma manda. in concord.
& inferius dicetur: sed oportet supplicationem
partis præcedere Papæ cōcessionem, alioqui non
esset concepta secundum curiæ Ro. stylum, & sic
non valeret.

19 Item cum Papa semel signet eam, non debet
cōcedi supplicatio duplicata: quia in vita re-
quireretur signum Papæ, quod non solet poni, ni-
si in vna: & hoc seruari tempore Papæ Pauli in 2.
curia Romana solebat: vt superius etiam dixi sui-
se prohibitum, hodie per Datarium: & non vidi
duplicatam signaturam, nisi contineret diuersas
impetrationes.

20 Item signatura falsa, non signata ab eo, à quo
debebat signari, sed ab alio, non meretur dici si-
gnatura: quia denarius falsus denarius non est,
gloss. in l. omnes. C. de hæret. l. eleganter. §. qui re-
probos. ff. de pign. actio. scripti in l. Paulus. ff. de
verb. sign.

21 Secundò quero, quæ requirantur in supplica-
tione? Resp. leuentia. Primò partis supplicatio,
quæ durat usque ad cōcessum, vel fiat: & pragma-
ticæ Romani vocant illam partis petitionem, cor-
pus signaturæ, de quo inferius loquemur, quia
sunt termini dicancorum curiæ Romanæ in hac
materia, ideo illis utar, ne materiam confundam.

22 Secundò subscriptio Papæ, seu conumssi, in
medio facta, non in fine, vt regulariter in aliis in-
strumentis solet fieri. l. hac cōsultissima. C. de testa.
& superius dixi in materia cōsura. Hic tamē Papa tur.

in fine petitionis partis concedit, ob id ponitur concessum, verum quia interdum non omnia cōceduntur, ideo Papa apponit ea quæ concedere vult.

23 Terrò poniuntur concessionis Papæ declaratio ibi, & cum absolutione à censuris, &c. nam quod Papa simpliciter concedit, dicēdo siat, vt petitur, vel concessum vt petitur, postea exprimit, quæ concére velit: & hanc partem vocant practici dispositionem seu clausulas, vbi Papa conscribit illas clausulas, quas concedere cupit.

24 Ponitur data supplicationis, & cōcessionis. ibi datum, &c. vt signaturæ forma possit melius dīgnosc̄i, hanc nunc oculis subiicio, vt Imperator in §. fin. de gradib. cognā. in instit. arboris graduum. confanguinitatis arborem, seu formam.

*Forma signaturæ simplicis prouisionum cum
clausularum elucidatione.*

*Corpus se-
gnaturæ seu
paris sup-
plicatio.*

DE A T I S. S. Pater, supplic. humil. S. V. deuotus illius orator Ioannes Baliiui, clericus Magonen. seu Mōtispell. dicēc. V. I. D. Cūm itaque parochial. ecclesia sanctorum Iuliani & Baralicæ loci de Balianicis eiusdem dicēces. Montispell. per obitum quondā Ludouici Baliiui extra Ro. cur. defuncti vacauerit, & vacet ad præsens, quatenus sibi speciale gratiam facien. paroch. ecclesiam huiusmodi, cuius fructus, &c. 24. duc. au. de ca. se. com. ex. va. an. non excedunt siue præmissio, siue alio quoismodo, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per libera- ram resignat. d. Ludo. defunctis, vel cuiusvis alterius de illa in Ro. cu. vel extra eā, etiam coram notario pub. & testib. spon. fact. aut per constō. execrabil. seu affectionem, &c. aut incapacitatem, seu inabilitatem cuiuscunque personæ, aut prouisione. quauis, etiam Apost. autoritate facta, nulla & inuali- da existen. vel alias vacet, etiam si deuol. af- fect. specialiter vel generaliter, vel alias ex quauis causa, etiam dispositi. vel conditiona- liter exprimen. generaliter reseruat, aut litig. Cuius lit. status, &c. existat eid. Io. Baliiui ora- tori conferre, & de illa etiam prouidere dig. de gra. speciali non obstan. præmissis, ac ge- neralis conciliij, & quibusvis aliis Apostoli- cis, necnon prouincialibus, & synodalibus constitutio. & ordin. ac statut. &c. etiam iu- ramento, &c. roborat. priuilegiis quoque in- dultis, & literis Apostolicis quibusvis ecclesiis, monast. locis, ordinib. & personis cōcess. &c. ceterisque contrariis quibuscunque, quibus & illorum tenoribus pro hac vice

derogare placeat cum clausulis opportunis & consuetis.

Concess. vt pet. in præsen. D. N. P. P. G. *S.iff. regis
proj. , seu
conveniens
vni, ut de-
reg. au.*
Cassat. Card.

Et cum absol. à cen. ad effect. &c. Et quod obstan. oratoris habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint, necnon verus valor & vacationis modus, etiam si de illa quævis generalis reserua. etiam in cor- *Dispositio,
seu clausa-
t. , vel ad
partem.*

pore iuris clausa, præterquam per obitum apud sedem resultet, & quatenus litig. lit. stat. ac merita caussæ, & caussarum, si quæ sint, ac nomina ac cognomina, gradus & qualitates iudicium, & collitigan. seu se molestan. habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint, in literis latif. exten.

Et cum clausula, *Quamcunque ge-*
*neralem reseruationem importan. ex quauis
caussa, etiam dispositiū vel conditionaliter
in literis exprimen.* Et cum clausula gratificationis, &c. Et quod literæ in forma prouisionis gratiosæ simplicis, seu nouæ prouisionis vel alterius subrogationis, etiam quo ad possess. & gratia si neutri, si nulli, si alteri, perinde etiam valere, aut alia dictio oratori utiliore via, & cum derogatione præmissorum, ac aliorum quorum cunque quomodo libet contrariorum, ac regulæ de annali posseflore, necnon iuris patronatus, quatenus de illo existat. Etiam si laicorum nobilium & illustrium personarum, etiam ex fundatione vel dotatione competit, in toto, vel pro parte, & de speciali ad vitam, &c. Et quod præmissorum omnium & singulorum denominationum, nominum & cognominum, qualitatum, annexorum situationis fruct. de augendo & diminuendo, ordinum, dependentium, dicēces. aliorūque circa præmissa necessariorum maior, verior, seu amplior expressio, seu specificatio fieri pos- sit, in liter. latiss. extendenda cum derogatione statu. priuile. indul. & literar. Apostolica- rum, &c.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Non. Martij, anno primo.

Norma huius supplicationis respicit sim- plicem prouisionem: bullæ vero forma inferiùs conscripta pertinet ad nouam prouisionem: & utramque declarabo inferiùs in forma nouæ prouisionis, & formam utriusque inserere volui: vt ambe melius intelligantur: quia pauci noscunt differentiam inter nouam.

nouam & simplicem prouisionem, quam dicam inferius in declaratione bullæ.

Papa multa habet nomina. **Beatissime, &c.** Vocare possumus Papam multis nominib⁹, vocatur enim beatissim⁹ hic, & in c. in nomine. 23. dist. etiā dicitur Rom. Pōtif. in ca. si gratiola de rescr. li. 6. in c. i. de cōst. ibid. dicitur etiā pontifex maxim⁹. c. cleris. 21. dist. in § pōtifex: dicit etiā summus pōtifex: vt in clem. fi. de sent. excō. & in c. pastoralis. de priuil. aliquādo Papa: vt in c. vīc. 97. dist. c. si papa. de priuil. in 6. aliquando dicitur sanctissimus & beatissimus archiepiscopus magnæ Romæ: vt 21. dist. c. in tātum. [Et Imperator vocatur sanctissimus in l. Titia. 2. §. fi. ff. de leg. 2.] aliquādo simpliciter episcop⁹. c. salvator. & ca. ex multis. i. q. 3. & beatissimus est Papa si bene p̄fuit, alioqui infelicissimus in redditionis ratione, quā Deo optimo in fine p̄fostare tenetur: & quāvis à iure vocetur multis nominibus vt scripsi, tamē de stylo curiæ Romanæ in signaturis gratiæ apponi solet beatissime pater, &c. vel sanctissime pater: & de hoc scribitur Psal. 104. Constituit Deus hunc dominū domus suæ, & principē omnis possessionis suæ, ac cōstituit eū super omnes principes. Daniel. 2. c. de quo plura scripsi ī procēm. Cōcor. cōtra hēreticos.

Omnis filij papa vocatur & quā. **Pater.** Dicitur cura & honore, quia curā omnium habere, & ei omnes honorē impari debent, teste Bonifa. in procēm. Clement, nam postquām Deus est pater omniū, & creator. c. i. de summa trini. & sic omnes sumus filii eius, ad Galatas 3. c. omnes filij Dei estis per fidē: ob id Papa eius vicarius vocat omnes filios suos: & omnes fideles vocant eum patrem. c. quām graui. de criminē falsi. alioqui rescriptū nullum esset quia non esset secundū stylum curiæ Romanæ cōceptum: vt ibi, & scripsi in forma mād. in princ. in verb. dilectis filiis in cōcord. hēretici verō, cum diabolī filij sint, patrem illum colunt, & summum pontificem contemnūt, & sunt ab omnibus etiam contempti: sed eos cum sua pertinacia, & infidelitate relinquamus, orantes, vt Deus eos illuminare per suam misericordiam dignetur, vt videant opera eorum mala, & conuertantur ad dēminum.

Supplicatio humiliator fieri debet & priuvi predilecti, & alijs non obesse. **Supplicat.** Qui humiliter precatur, & cum reuerētia: & quidam dīseri debet, xerūt hoc verbū referri à minoribus ad maiores, & priuvi sed adhuc subiicitur declarationis cauſa, Suppli- catum cathumiliter: nā supplicans humiliiter, facile obtinet quā petit: quia humilitas Deū ipsum etiā placat. c. quicunq; 26. q. 5. & mandatū Papæ debet humiliter executioni mādarī. c. cūm cōtingat. §. i. de rescript. de supplicatione scripsi. in tract. de supplica- ca. in i. tomo cōstit. reg. ideo alia hīc nō inserā, nisi q. supplicatio cōtinere debet, vt perenti proſit, & alij non obſit. l. rescripta. C. de precib. Imperat. of- fer. tamē licet alij obſit, si Papa cōcedat, hoc valet dūmodi ius quāfūtum nō tollatur, vt infrā cōstat.

S. Petrus Pa- pae universitatis & quām- vīm. **S. V.** Id est sanctitati vestræ: quis enim eū san- tissimū dubitet, quē apex tantæ digni- tatis attollit: c. nō nos. 40. dist. & intellige quōd est nomine sanctissimus, & qualitate: sed interdū qui- dam pontifices affectionibus & perturbationibus

mouentur, & caro & sanguis multa reuelat eis, q. a homines sunt: vt dixi in procē. Cōcord. in verb. fan- ctissimo. & hoc nomē maximē Papæ cōuenit tan- quām p̄cellēti, ad Hebr. 7. c. talis enim dicebat, vt nobis esset pōtifex, sanct⁹, innocēs, & impollut⁹, segregat⁹ à peccatorib⁹, & excelsor. coelis factus.

Ergo Papas sanctus esse deberet, tum quia sancta debet seruare vitam, quā fide est professus. Eccle- siast. 45. c. in fide & lenitate istius sanctū fecit illū, & elegit eū ex omni carrie: tum quia sanctū exe- quiritur officium. adhac quia sanctū mēbrum sancti capitū Christi efficitur, tum etiam quia à sancta nutritur ecclesia, & sancto spiritu sugerente, domino famulatur. Et precipitū Leuiti. 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum, vide 15. conditiones sanctorū per Bereho. in vi. verb. sanctus, & in c. te- nere. 31. distin. vbi Archidiac. exponit sanctum pro- mundo & puro, & per literas sic scribi solet S. V. *Signatura* non extensè sanctitati vestræ, ad virādum falso, non scribi. vt is qui posteā voluerit fabricare signaturam, de- fīstā, & vt breuiū conficiatur, & si signatura extē- se fuerit scripta, sic sanctitati vestræ, suspecta pre- sumitur: quia non est concepta secundū stylum curiæ Romanæ, quem obseruare iura p̄cipiunt, c. quam graui, cūm similibus. de crimine falso.

Veltræ. Dicitur causa honoris: vt in simili- *Honoris causa extē-* cieb. & in l. vna. C. vii posside. nec valeret signatu- *saur signa* ra, si in ea scriberetur sanctitati tua, quia ab stylo curiæ deuia esset, nec hīc exactam dicēdi rationem ex- quirim⁹, sicut apud rhetores, nec ista latinitas cor- rumpet signaturam, sicut de bulla dicitur inferius per c. ad audientiam primo. de rescript.

Deuotus illius orator. *Deuotus quis dīca- tur.*

Id est dedit⁹, addictus sanctitati vestræ, sed in quo est supplicās ante gratiā Papæ addictus? Respon- filij nōne obligati sūt patri: sic est quilibet christia- nus Christo, & Papæ eius vices gerēti: ob id dicit, deuotus vester, i. dedit⁹ vestrę sanctitati, tanquam verus obediētia filius: vt scripsi in proce. Concor.

Deuotam vocat Imperator gētem fidelem, de- ditam & obedientem in l. a. legatis gentium denu- tarum. C. de vecigal. & in l. deuotum possessorem ab omni inquietudine liberamus. de meta. libr. 12. omitto alios modos, quibus accipitur hoc nomē: de quo in tract. de verb. signif. dicām.

Orator. Id est precator: orat enim suppli- cando, vt gratiam ei Papa faciat: & dicitur in Euangelio, quācunque orantes petitis, credite, obtinebitis: orare ergo debemus si quic- quam obtainere velimus. & Iacob. 5. scribitur, Ora- te inuicem, vt saluemini. c. fi. 36. distin.

Alio modo orator dicitur legatus, seu qui ornata orationē habet: vt docet Lucas de Penna, in rub. de legat. col. i. libr. 10. C. vel orator dicitur vir bonus, & dicendi peritus: vt dicit Quintilia.

Ioannes Balui. Nomē potentis & cognomē in suppli- catione inseri debet, vt illi possit cōcedi: nā opor- tet q. exprimatur is, q. petit, sicut dicitur de libello in c. j. vbi gl. Doct. de libelli obl. & in l. j. ff. de edēd. *Nomen & cognomen in peti: ne inserendō & i. stum*

Forma signaturæ.

& omnis qui petet accipit à Deo, vt est in euāgēlio, non tamen semper Romā à Papa si iustum nō sit, quod petit, sed potentibus dicitur, melius facient, si se sumptibus inanibus non vexent. l.i. ff. de inoffic. test.

Clericus ex primūdusim imperato- ne, & quo- modocogno scatur.

34 Secundò limitatur ad ea non extēdi, quæ verisimiliter non esset concessurus, i. obligatione. ff. de pig. vnde per hæc verba fiat ut petitur, non intelligitur concessisse, ut beneficium conferatur, nisi specialiter expressum sit: velut superius dixi. & not. doct. in c. 2. de præb. lib. 6.

35 Tertio limitatur, quando Papa expreſſerit aliqua, tunc expressa concessisse videtur: & verbum fiat, ad specificata tantum refertur, arg. l. age cum Geminiano. C. de transac. vnde videtis hic ad tollendum dubitationes, Papa in seq. parte exprimit sigillatum ea, quæ concedere vult, vnde quod non exprimit hic, cōcedere non vult. arg. c. ad audienciam, de dec. Ale. cōf. 94. in causa, col. 2. nu. 3. in 2. vol.

Signature ampliari narratione statim non narrationi.

36 Notandum tamen est, quod si clarè appareat, quod signatura ampliet, vel limitet narrationem. partis, standum erit signaturæ, & Papæ concessioni, non autem partis narrationi, per tex. in d. c. inter, de fide intrum. & Fel. in d. c. super, col. 6. num. 10. de rescr. allegat. Pano. in c. 2. de treuga & pace. Hactenus de secunda parte,

Tertia pars signaturæ.

Pertia signaturæ pars est dispositio, & Papæ concessio, & quod ipse simpliciter concessit, dicendo, fiat ut petitur, nunc sigillatum exprimit, & recēset, ea, que concedere intendit primò.

Et cum absolutione à

Quid nomi censuris. &c. Hoc in bullæ extendit, tēque absolu-
ne censure res, & absolutum fore censentes, &c. alioqui rescriptū
veniat. non valeret imperatrum ab excōmunicato. c. i. de
rescr. quid censuræ nomine veniat, explicat. text.
in c. quaren̄ti. de ver. sig. videlicet excōmunicati-
onem, interdictum, & suspensionem, dicam infe-
rius in r. bullæ dispositionis clausula.

In bullapē Solet etiam in bullis pensionū adiici hæc clau-
sionis scribi, ut compellatur debitor pensionis sub tenten-
tus, vñ sib semelius &
censuris co clausula fuerit in supplicatione omitta, tamen in
bulla addi poterit: tum quia tacitè in his intelligi-
tur, & quæ tacitè intelliguntur, expressa centen-
tur. l. cum quid. ii. licet. per.

Tum quia est consueta, & tacitè inest ex stylo curiæ, & quæ tacitè insint, veniūt. l. lecta. ff. si cer. pet. & quia facilè quisque recusat soluere pen- sionem, quæ est passio debitoribus eius, ut scripsi in tract. de pacifi. possessio. num. 126.

i. Quod obstantiæ orato-

ris habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte, & non in
mi posint. Ratione istius clausula, poterunt expri-
mi beneficia omnia, & singula monasteria priora-
tus, præpositura, præpositatus, dignitas, personatus,
administratio, vel officium, aliaq; beneficia ecclæ-
siastica cum cura, vel sine cura secularia, & quo-
rumuis ordinum regularia.

2 Quia per istam expressionem nihil de nouo da-
tur, fed iam datum & habitum refertur, quod po-
test fieri ratione huius clausulae: & quando petitū
est aliquid pro expresso haberit: & in signatura di-
citur, fiat, valet gratia, ac si illud expressum fuisset:
vt docet Anto. Butrig. conf. 2. vñ vis literis, & cōf. 49.
in fin. quem refert Feli. in c. super literis. col. 6. nu.
9. de rescr. alioquin il ferè prodeſſet ista clausula.

3 Vnde si commendetur monasterium religioso, per istam clausulam poterit exprimere in bullæ omnia & singula, quæ in titulum vel communēdam obtinet, quæ obſtare posſent huic commendē, ac prouisioni, ne superflue ponatur, per gl. in l. i. ff. q. met. cauf. Bal. in rub. C. de contrah. empt. q. 9. vnde poterit quis in bulla exprimere beneficia, & si in prima bulla nō expreſſerit, poterit impetrari bul- la perinde valere eius datae quæ fuerat prima, & hoc ratione signaturæ, in qua erat, quod possit ex- pediri per reſcriptum perinde valere: fed quod duplex bulla cōficiatur vnius tenoris, scilicet prima, in qua non expreſſit beneficia, in secunda quod exprimat ea, hoc fieri non potest, si prima produc- ta sit: quia omnis actus de primo intelligitur. l. bo- ues. §. i. ff. de verb. sign. c. non potest. de præb. in 6. ideo errant mensularij, qui hoc faciunt, & sicut prima non valet, nec secunda nisi prima ante pro- cessum inchoatum rescribatur, quod fieri potest, vt dixi in frā in bulla nouæ prouisionis.

4 Siue obſtent in toto, siue in parte: quia bonum est argumentum totius ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vend. c. Patoral. §. item, cùm totum, de off. dele. vnde si aliqd obſtet toti bullæ, poterit ex- primiratione huius clausulae, vel si in parte, idem.

5 Et nisi ista clausula adēſet, si impetrās. haberet beneficium, etiam modicum quinque fortè foli- dorū, & non illud exprimeret, subrepititia eſſet impetratio, nec valeret. c. si proponente. de rescr. & c. si motu proprio, de præb. in 6. quod fecus est, per istam clausulam quæ hoc operatur.

6 Aduertendum est magnam fieri differentiam, quod obstantiæ habeantur pro expressis: vel quod obstantiæ beneficialeſ exprimi posſint: quia ratio- ne primæ clausula, vñnum tantum beneficium ex- primi poterit in bullæ, sed non duo: ideo si duo ha- beat, non valebit impetratio tertij: quia vñnum be- neficium obſtat: ergo illud tantum poterit ratio- ne clausula huius exprimi. arg. no. in gl. fin. in c. 2. de rescr. lib. 6.

7 Etiā ratione clausule huius nō poterunt fructus exprimi, nec valores illorū, quia dicātur obstan- tiæ beneficialeſ, &c. ideo vtraque clausula solet apponi, videlicet q; obstantiæ maximè beneficialeſ habeātur pro expressis, seu quod exprimi posſint.

8 Et illa dictio maximè implicat, ut non solum obstantiæ beneficialeſ, sed alia: vt docet gloss. in l. illud.

Tertia pars signaturæ.

77

slud ff.ad legem Aquil.Bar.in extra.ad reprimēdum.in ver.& maximè.

Duo tamen 9 Et propter clausulam, quod obstantiae beneficiale ex possunt duo tantum beneficia in primi prof*bus* bulla exprimi poterunt, & illorum fructus: vnum sunt p*haec* in tunc, alterum in commendā:& poteſt omittere postea clausulam non obstan. si alia non habet: ut seruat cancella Roma.& probatur per c. c. 2. de rescr. in 6. alioqui centum posſet ſic habere, & dicere pro expressis habentes, &c.

10 Et non eſt intentionis Papæ, vt iſtos plurales velit aliis beneficiis onerare.c. quia in tantum, de præb. ideo licet in signatura habeatur p*exprefſi*, in bulla tamen exprimi debet: ut ſuperius ſcripsi.

11 Sed non vltra duo, etiam ſi dicatur quoctūque & qualiacunque: ut ſcripsi in conc. in forma mād. & per hoc euītantur calumniae trapezitarum beſtiorum, qui nunquā exprimunt beneficia, putantes iſtam clausulam ad omnia porrigi, quod non eſt verum.

12 Imo ſi poſſidens parochialē eccleſiam pacificè, alteram non, ſed ſolum ſibi collatam, in signatura nō fecerit mētionem de pacifica, ſed tātum de altera, cum clausula quod obstantiae habeātur pro expressis, per hanc clausulam non poterit in bulla diſpenſationis exprimere parochialem pacificā: ſic tecum vt cum tali eccleſia, ſi illam aſſequaris, eccleſiam sancti N. pacificā & ſine illa, &c. quia diſpenſatio ad futura, & nō p̄terita exten- ditur.c. nō poteſt. de præb. libr. 6. ideo eam exprimere debebat, ut ſuper illa diſpenſaretur. [Ideo ſi dicatur in signatura q*uod* obſtantiae beneficialeſ ha- beantur pro expressis, non poterunt exprimi diſpenſationes: ideo ego ſoleo apponere, q*uod* obſtantiae oratori beneficialeſ diſpenſationum & alia que- cunque, &c. & illa clāiuare poterit, quā notes.]

13 Præterea ſi in corpore, id eſt in petiſione pa- tis, ſint aliquæ clausulae, quæ non ſint repetita in hac parte: id eſt in diſpoſitione, vel ad partem (vt i*n clauſulae* vocant Romani) certe non cenſetur concesſum: licet verbū fiat, ad omnia refertur. l. ſi defenſor. ſ. i. ff. de interrog. act. c. inter. in fi. in fide instrum. ſa non cenſetur.

14 Secus quando eſt limitatum: vt videmus in ſignatura, in qua Papa limitat, & declarat, que con- cedere intendit: ideo alia non veniēt, niſi vt ſupē- riū dixi, per l. in agris. ff. de acquir. rer. domi.

15 Iſta tamen clausula, pro expressis, &c. non tollit inabilitatem perfonæ, vt ſi quis eſſet illegitimus, vel minor, aut aliud pateretur defectum: vt dicūt do. de Rora. decif. 112. dicebant. in fi. in not. ſub tit. de præb. decif. 7. lgloſſ. in cl. ſi Romanus. de præb. Anch. c. 6. 20. viſo prædicto, quia hæc clausula ma- xime ad beneficia ſe extendit, cum ea exprimat, & nō defectus perfonæ: ideo iſti perfonæ defectus poſteā ratione huius clausulae exprimi in bullā nō poſterunt: & ſi exprimerentur, bulla falsa dici po- terit in addendo, quod non fuſt concesſum.

16 Nam quamvis taciturnitatem remoueat, non tam en inabilitatem: ideo non poterit opponi vi- tium tanquam non expreſſum, ſed per viam inha- bilitatis: ut Felin. ait in c. in noſtra. de rescr. & vno

defectu ſublato, aliis remanet. l. & ſi non lev. ff. de hæred. iſtit. & affinitatis de nup. in iſtit.

17 Inſuper norandū eſt, quod ſi ſupplicans in ſignatura petat ſibi de beneficio p*uideri*, & exprimat omnia, que ſibi obſtāt, & Papa ſignet, ſiat mo- tu proprio, tunc nō eſt opus apponere iſtam clauſulam, quod nō obſtantiae beneficialeſ habentur pro expressis, vel quod exprimunt poſſint: quia iſta clauſula motus proprij habet vim iſtius clauſulae non obſtan. & tollit taciturnitatem, ſicut clauſula pro expressis. c. ſi motu p*pprio*. de præb. libr. 6. abſi- dē ſcripsi in forma mand. in ver. motu proprio, & in verb. pro expressis. [ſtylus tamen hoc habet.]

18 Iſta etiam clauſula quod obſtantiae habeantur pro expressis, non tollit defectum intentionis, nec pro expreſſis, nec etiam inducit diſpenſationem, ſi non in- teste Ioan. Andr. in c. c. ſum adeō. de rescr. refert & ſequitur Parif. conf. i. num. 96. in 1. vol.

19 Et ſic in literis gratiosis exprimenda ſunt be- Expreſſi- neſcia, & qualitates illorū. c. ad aures. & ca. ſi pro- daqua fine ponete, de refert. & quod impreſtrā ſit clericus. ca. in beneficio c. ſum adeō, ibid. vel ſi ſit illegitimus, & qualitas il- rum impre- ſtatione,

20 Et numerus canonicoſ ſi debet exprimere, quando ſcribitur contra numerum. cap. conſtitutus, de rescr. ac collatio, & poſſeffio colorata. c. gratia, de rescr. in 6. vbi gl. & c. cum noſtriſ. de conceſſ. præb.

Auſri. q. 483. de iure ad rē. c. c. ſum in noſtra. de rescr. vno etiam exprimenda erit: ut docet Calder. in conf. vlt. tit. de reb. eccl. non alien. ius patronatus laicorū. c. decernimus. 16. q. 7. & generaliter omnia alia exprimi debent, per qua reddeſeretur diſſi- cilior Papa ad concedendum, c. poſtulaſtis. in fin. ibi, de leui non concesſimus, de rescr. alia tradit. Feſ. in d. cap. in noſtriſ. de rescr. abunde ſuper hiſ ſcripsi in for. mand. in ver. pro expressis. ideo hic alia non addam, ne repetitione vtar.

21 Et tenendum eſt, quod hac clauſula ſolus Pa- Legatus pa vtitur in beneficialeſ, non autem legatus vei clauſula p*u* in inabilitate, ut ſcripsi in d. verb. p*exprefſi*, niſi Papa hoc expreſſi ſi u. idem expreſſe concedere: ut ſeipſius viderius ſe- ri legatis, maximè reuered. Cardinali Dom Hier-

Verallo card. excellentiſſimo fuit ex ſpeciali gra- tia concesſum, dum bellissime legationis officio in Gallia fungeretur anno 1551.

22 Iſta expreſſionis fieri dehent coram Papa, etiā Expreſſio in impetratione, que fit à legato. cle. vlt. de offic. non fit corā ord. & ibi plenē Car. ſed non coram epifcopo, vel ordinario, alio ordinario ideo taciturnitas nō vitiat collatio- nem ordinarij, qui iam certus eſt, vel eſſe debet: ſecus in Papa, vel legato à latere. & in d. c. ſi. vide alias rationes ibidem.

I Necnō verus valor, &c.

Scilicet habeat pro expreſſo, vel exprimi poſſit: Clauſula neen ſe- quia verus valor in impetratione beneficij eſt ex- rius valor primendus, c. l. vbi gl. de præb. Doct. in d. c. ad au- res. de rescr. reg. cancel. 6. Inno. Papæ 8.

2 Tamen per iſtam clauſulam valet impetratione, etiam ſi verus valor nō ſit expreſſus, quia hīc pro-

Tertia pars signaturæ.

*Valor ali-
quis in si-
gnatura est
exprimen-
do,*
expresso habetur, vel in bulla exprimi poterit, glo-
ri d. regula, canc. 61. debet tamen exprimi aliquis
valor, alioqui non prodest ista clausula: nec reci-
peretur signatura, in qua nullus exprimeretur va-
lor de stylo: quia Papa vult, ut verus valor exprimi
possit, si alius quam expressus, ergo aliquis expres-
sus esse debet: & ita seruatur.

3 Et hæc clausula solet apponi tam in signatura
commenda, quam si in titulum detur beneficiū:
quia ubique est eadem ratio, etiam si sit monaste-
rij commenda: vt scripsi in §. volumus, de collat. in
concord. §. fi. de mand. Apost. ibid.

4 In hoc tamē regno ex cōsuetudine nō est nobis
necessaria hēc clausula, nisi quo ad stylū signaturę
seruādū: alioq. suspecta esset signatura, si ista clau-
sula esset in ea omissa, licet nō esset nulla, quia ve-
rus valor in Francia non exprimitur, vt alibi dixi.

*Valor libra
rū in duc-
tos redig-
poteſt, &
contra,*
5 Adhæc si q̄s expreſſerit beneficiū valere cē-
tum libris Parisi in signatura, in bulla autē poterit
illa summa in ducatos redigi vel è cōtrario: vt ve-
rus valor exprimatur, ratione huius clausulæ: nā
omnia in pecuniam redigi posse afferunt, doct. in
l. singularia. ff. si. cert. l. si ita. i. de fideiſ. vbi magna
pecunia in minimam, & minima interdum in ma-
iorem redigitur. l. i. & seq. C. de pondera. lib. io. vbi
Iacob. Rebuff. patruus mihi magnus scribit.

*Valor in
bulla ſemel
expreſſus
non poteſt
mutari.*
6 Tamen si ſemel in bulla expressus fuerit valor,
non poterit mutari, tum q̄ non licet vicariat. cle.
vna, de renuncia, tum quōd de prima expreſſione
intelligat. l. boues. §. hoc sermone, vbi plenè scri-
psi. ff. de verb. iūg. c. non potest, in fi. de præb. lib. 6.

7 Poterit tamen is excusari per hanc clausulam,
quōd verus valor habeat pro expresso: q̄a quōd ad
hoc, vt imperatio valeat habetur pro expresso:
verum quia in bulla fuit nō verus valor expressus,
ideo illa falsa expreſſio nocebit. doct. in c. ex teno-
re, & c. super literis, de refcr. niſi transcriberetur:
quōd difficile esset post processum inchoatum, vel
niſi in hoc regno ratione cōsuetudinis non expri-
mendi verū valorem: vel niſi impetraretur refcri-
ptum perinde valere extractum ex ista signatura:
& ita ſoleo expedire. [Notandum est quōd ratio-
ne cōsuetudinis in regno vigintis ſufficit exprimere
valorē cōsuetum videlicet 24. ducato. &c.
quod limitatur in nominationibus vniuersitatū, in
quibus eſt verus valor exprimendus. §. volumus.
de col. in concord. scripsi in q. 9. tract. nomi.]

Secūdus casus est in vniōibus, in quibus oportet
exprimere verū valorē, tam beneficij vniēdi
quam vniū, vt Papa ex cauſa paupertatis vniū, vel
recuſare poſſit, iuxta. c. expofulti, & c. vacante. de
præb. alioqui imponeret Papæ, & hoc eſt in reg.
cancel. statutum. reg. 21. quam in tit. de vniōibus
declarat Fel. in c. ad aures. col. vlt. de refcr. Quia
tūc eſſit ratio noſtra cōsuetudinis exprimendi.

Tertiū casus eſt in dispensationibus, in quibus
etiam eſſat ratio, q̄a nō ſoluitur annata, & quia
Papa faciliū dispēla. cū habēte beneficij tenue, ^{aut}
quōd ſi habeat pingue, ob id eſſat voluntas dispē-
fandi, aut ſaltem diſpenſatio eſt ſubreptitia, quia
non tam leuiter Papa diſpenſafſet. c. poſtulaſti de
refcr. in hiſ igitur dicerē verū valorē exprimēdū,

licet hodie ſimpliciter cōcedat dispensationes.

Quartus casus eſet, ſi quis impetraret duo be-
neſcia, nō poſſet dicere illa valere 24. ſi plurimeti-
ſent, quia cōſuetudo tātum eſt introducta in vno
quolibet, nō in duobus, vel tribus, & cōſuetudo
nō poſſet extendi ad id ad quod nō eſt affictum,
vt not. Dec. in l. de quibus. de legib.]

i Etiam *in hac signatura ſolē apponi clausula Clauſula
de augendo vel minuendo vſque ad de augendo
verū valorem fructū.) quæ prodeſt vt ad tertīā quid opere
partem augeri verus valor poſſit, & non ultra vide
nota. in l. ſi merces. §. viſ maior. ff. locat. ego relin-
querem arbitrio Papæ: hoc tamen erat de stylo
curiæ Romanæ, vt legi in antiquis libris Pragma
ticorum ipſius.*

2 Sitamen cum ista clausula de augendo ſit alia *Quādo ul-
tra teriam
parē poſ-
fructū fieri poſſieſt aliqd operetur hæc vltima. jum fructū
clausula, poterit fieri expreſſio etiā ultra tertīā: q̄a augeri in-
non debet eſſe dictio, quæ aliquid non operetur, la clauſu-
la cauſa.*

3 Et ſi dicatur, quōd fructus augeri poſſunt vſque
ad medietatē: & non exprimatur non obſt. regula,
poterit tamen augeri ſicut eſt expreſſum: quia
regula non obſtar, quæ loquitur quantum expri-
mi poſſit vigore clausulæ & non in hoc caſu.

4 Præterea ſi dicatur q̄ maior & verior specifica-
tio fieri poſſat nō obſt. regula, tūc etiā ultra mediā
partē exprimi poterit, cū ſit regulæ derogatū, &
nihil obſt: quæ eſt Inn. 61. & Iulij Papæ 3. num. 66.

5 Item quamuis hec clausula de augendo & di-
minuendo ſit correlatiua, & in vitroque caſu ope-
rari debeat: vt probat in l. pen. C. de indiē. viduit.
tollen. officiales tamen Romanī non patiuntur di-
minutionem, ſed bene augmentum: quia in di-
minutione detrabitur iuri illorum, ideo illam nō re-
cipiunt: vt nota. in c. Fundamenta, de elect. lib. 6.

6 Vnde ſi quis in signatura, expreſſerit beneficiū
valere vigintiquatuor ducatos, in bulla vult dice-
re ſexdecim, non recipietur, quia ita exprimendo
vellet vt gratis bulla expediretur: quod fieri ſolet
pro beneficio ſexdecim ducatorū modico, & pro
paupere ſaltem quo ad aliquos officiales: ſed ſic
fraudarentur omnes officiales, ideo hoc ſolent
aspernari, nec recipieretur quis diminuens pretiū
expreſſum: & vidi ſapiū recuſari.

7 Idē ſi quis expreſſerit in signatura beneficium,
valere triginta, & in bulla dicat vigintiquatuor,
non expedietur, q̄a quādo valet triginta, ſoluitur
annata: quādo vero non valet niſi vigintiquatuor,
nulla datur annata: ob id Galli cōſuetudinē haſſe
haſtentis ſeruauerunt, vt non exprimant niſi vi-
gintiquatuor ducatos auri de camera: vt docui in
§. fi. de manda. apost. in concord.

8 Idem in aliis ſummis, vt ſi dixerit valere cētum,
nunc vult dicere octoginta, nō expedietur bulla,
vt Romani dicūt, cū ſit in praējudicium officia-
liū, ſed ipſi deſebant delere de diminuendo in si-
gnatura, alioqui aliqd deſet operari, vt dixi: ca-
ueant igitur impetrantes, vt in signatura magnum
valorē nō exprimāt, vt poſteā in bulla augere illū
poſſint, cū dimiſuere non licet, ſed augere.

9 Præterea

Prior duorum beneficiorum ex expressis in una signatura an pos sit duxi.

9 Præterea si quis impetraverit duo beneficia, & simul in signatura dixerit quorum fructus nō excedunt centum aureos, si postea in bullæ velit se paratim valorē exprimere, non recipietur, si velit dicere tale beneficiū valere quinquaginta, & alia terum alia quinquaginta, etiam si separatim bullæ expedientur: quia bullæ ex signatura extrahi debet, & in signatura est facta vna expressio, ergo alia non fiet, arg. l. aediles. §. si forte. ff. de ædil. edic. nisi fuerit adiecta hæc clausula in supplicatione, quod fructus simul & separatim exprimi possit, & sic soleo addere signaturæ vt rigor styli non noceat. [quando duo impetrantur beneficia.]

10 Ideo in regno Franciæ facile (vt arbitror) expeditentur, quia augeretur pretium: nam dictum fuit, quod fructus amborum nō excedit valorem vigintiquatuor ducatorum auri de camera secundum communem estimationem: vnde si quis velit separatum expedire, in qualibet expeditione & bullæ exprimitur idem valor 24. ducatorum, ergo pretium augebitur: & sic utile erit dicanicis curiæ Romanæ: sed quia non conueniret bullæ signaturæ, ob id est difficile obtinere, nisi ratione huius clausulæ, quod verus valor exprimi possit in totum, vel pro parte.

Duis beneficiis in una signatura.

11 Si tamen quis duo impetraverit beneficia, & duas obtinuerit signaturas, poterunt tamē in una bullæ expeditæ, & super eodem beneficio: nō poterit bullæ expediti sub data ultima coniungendo, quasi secunda sit reformatio primæ, sed ex prima expeditur, vel secunda.

12 Sed si supplications sint æquè principales, diversæ tamen datae, & super eodem beneficio: nō poterit bullæ expediti sub data ultima coniungendo, quasi secunda sit reformatio primæ, sed ex prima expeditur, vel secunda.

13 Vt si prius impetravi beneficium sancti Seuerini, & omisi exprimere, quod sit plebania: in secunda signatura illam expressi, volo coniungere primam cū secunda: hoc non possum, quia ex imperfetiis perfecta bullæ constitui non potest. l. vna. C. qui numero tutela glo. in c. quorundam. 23. distin. fed utræ rescripto perinde valere, vel noua fieri impletatio debet.

Ex dubiis signaturis imperfectis bullæ perfectæ expediti non possunt.

14 Si vero ambæ supplications sint eiusdem datae, & utraque est in aliquo defectua, ac imperfetta, sed simul iunctæ bene prouident tamen bullæ non poterit ex his expediti super utraque: ideo datarius statuit, quod non cōcedatur supplicatione duplicata, intelligitur eiusdem datae, secus si diuersæ, vt superius scripsi: quia multiplex impletatio & prouisio eiusdem beneficij fieri potest.

15 Sed ex imperfetiis perfectum non fit, vt docet abundè Ias. in reper. l. admonendi. col. 82. n. 254. ff. de iure iuræ. text. &c. ibi glo. in c. nihil. 7. q. 1. & in d. cap. quarundam, vbi dicit ex duobus imperfetiis vnum perfectum constitui non posse: si tamen secunda perfecta esset sine adiunctione primæ, bullæ ex secunda expeditur, vel bullæ expeditur ex prima, & postea altera bullæ in forma de perinde valere ad primæ confirmationem: quod erit tunc, vt dixi.

I Alia clausula solet in-

Clausula quid verus
scribi in signatura, videlicet quid verus vacationis modus
habeatur pro expresso, seu exprimi posse.

2 Certum est, quod expresso uno modo vacans, dinon venit alias, per cap. suscep. de rescript. Nominari libr. 6. Ideo cauti impetrantes dicunt beneficium certo modo vacare, cuius vacationis modus per dus habeatur pro expresso, sed non datur pro eius mor canonici & præbenda, si non nominetur cano tem vacatus: quia posset quemcunque canonicarum in præbenda illa ecclesia capere: vt dicit Staphil. in tractat. de liter. grat. rub. de modo & forma impetrand. ver si. ideo cauti.

3 Vnde si impetrat beneficium vacas per mortem, nō dabitur mihi si vacet per resignationem, vel alias, nisi adsit ista clausula, & alias quouismodo vacet, vt solet in literis Apostolicis exprimi, per d. cap. suscep. & dicam abundantius infra in bullæ.

4 Sed si quis impetrat beneficium, quod tanto tempore vacavit, quod de eius vero vacationis ista non modo certa notitia non habetur: tunc nō est necessaria ista clausula, postquam originem vacationis impetrans ignorat: tamen quia de stylo solet apponi: ideo si apposita esset, non vitaret.

5 Notandum est quod statuit Alexand. 6. in tit. Certus mode signat. gratia, quod clausula verior modus vacans, si non sit expressum, non recipitur, quando certus modus non est expressus in petitione partis, & sic in corpore signaturæ: sed si sit certus modus expressus sic, & in subrogationibus, & in gratia, non poterit tias si neutri, & vbi sit cessio iuris literis non expressa: inferius suo loco dicetur de hac clausula, quod maior & verior, &c.

6 Si tamē in signatura exprimatur unus modus vacandi, & ponatur clausula, quod modus vacandi habeatur pro expresso, hoc nihil proderit: quia modum expressum in supplicatione oportebit in bullæ exprimere, nisi cōditionaliter fuerit expressus in signatura videlicet quod forsitan per obitum vacavit, &c. & tunc per istam clausulam alias vacandi modus exprimi poterit: vt scripsi in forma manda. in verb. aliam quamcunque.

7 Præterea si in corpore supplicationis sit ista clausula, quod verº ultime illius vacationis modus, & cōdiciis expositi, si ex eo quāvis generalis reseratio, etiā in corpore iuris causa reuelat, habeatur pro expressura in bulleto, & in dispositione signaturæ & ad partem (vt dicunt Romani) sit clausula generalem reseruationem importan. ex quāvis causa, etiam dispositiū in literis exprimenda: ex his poterit postea in bullæ exprimere beneficium etiam in curia vacans, vel ex alia reseruatione, & debebitur impetranti: vt dixi supra in tit. de reser.

8 Si autem impetratur beneficium vacas ratio ne hæresis, si non sit lata sententia cōtra illum, dicitur in bullæ impetrationis prouidemus de bene debetur, quod dilectus talis N. derinet, &c. & ponetur Beneficium clausula vacatis, &c. sed si lata fuerit sententia à iudeo ecclesiastico contra hæreticum, à qua de iudice nō appellatur ea. vt inquisitionis de hæreti. li. 6. dum sit.

Tertia pars signaturæ.

hoc casu post sententiam dicetur, qd talis N. ini-
quitatis filius detinet, &c. & non dicetur dilectus.
quia Papæ non sunt dilecti iniqui, maximè hæreti-
ci per illud, *Iniquos odio habui*, & dicit eum iniqui-
tatis filium in sequendo Hebræos & Hebræam
phrasim. De ista impetratio beneficiorum quæ
detinent hæretici, dicam in 3. parte, in princ.

9 Nec est opus dicere in bulla impetratio, qd
sententia nulla prouocatione suspensa in re trans-
fuit iudicatam: sicut solet dici in aliis sententiis;
quia ex quo non potest appellari, non est opus il-
lud dicere: si tamen fuerit expressum, qd sententia
in rem iudicatam transfuit, non ob hoc vitiatur
impetratio, quia superflua non vitiant l. testamen-
tum. C. de testa. & no*n* solent quæ superabundant
vitare l. non solent ff. de reg. iur. Bal. in l. Gallus. §.
quidam. col. r. ff. de liberis & posthumis.

Praxis Fr. 10 Hodie in Francia in casibus, in quibus priuatio fit ipso iure, impetratur beneficium, & im-
petrato transcapit possessionem, & demum impetrat litera-
rassafinæ & nouitatis, & petit vt manuteneatur in
possessione fafina illius beneficij.

11 Si possidens prætentus priuatus se opponat, di-
citur ei dies coram iudice regio, & probata non
promotione, vel simonia, hæresi, aut alio casu pri-
uante ipso iure, adiudicatur possessio impetranti:
& ista via brevior est, quam si oporteret facere de-
clarationem, & tres sententias de iure expectare, vt
in cle. r. de re iud. scribā in 4. parte inferius casus,
in quibus fit priuatio ipso iure vel per sententiam.
Reservatio 12 Etiam vult Papa, vt habeatur pro expresso, vel
Papa exprimere possit verus vacadi modus: quamuis ge-
menda nisi generalis reservatio, etiam clausa in corpore iuris,
adju*hac clausula*, adesset, certum est quod beneficium reservatum à
Papa non potest per alium conferri. cap. 2. de pre-
bend. in 6. & ideo exprimi debet Papæ reservatio,
alioqui collatio non valet.

13 Tamen si ista clausula sit opposita in signatura,
poterit exprimi reservatio, etiam clausula in corpo-
re iuris, vt quod vacat in curia, d.c. 2. cù limitatio-
ne, tamē, quæ superius dixi, & licet glo. in regu. 62.
cancelia, dicat no*n* esse nisi vnā reservationē clau-
sam in corpore iuris. Philipp. tamen Probus in ca-
præsenti, de offi. lega. lib. 6. multas alias congerit.

Reservatio 14 Et ob id fit mentio de reservationibus clausis
in corpore iuris: quia difficultus illis derogatur, vt
iuris diffi-
cilius tol-
scripti supra in tract. de referua. alioqui vero quæ non
sunt scriptæ in iure, licet sint cōscriptæ in reg. can-
cella, tamē no*n* dicūtur esse in corpore iuris clausæ.

15 Item addisolet præterquam per obitū apud se-
dem: quia Papa non intendit conferre ea, quæ per
obitū vacant in curia, vt suis ministris laboratibus
in vinea domini prouideat: & hoc solet addi in si-
gnatura, ne Papa decipiatur: aliquando hoc Papa
cōcedit sed raro sine aliqua exceptione: vt est statu-
tum in d.ca. 2. de præben. & per Alex. 9. in titul.
de deroga iuris pair, in suis reg.

*Clausula quatenus li-
tigiosum, &c.* 1 Quatenus litigiosum li-
tigiosum, &c. ac merita cause & causarum si que sint,
ac nomina. & cognomina gradus. & qualitates studiū, &
colligantum, scū se molestantiū habeantur pro expres-

sis, sen exprimi possint: perlitas latissimè extendenda.
2 De iure prohibitum est conferri beneficium
litigiosum. c. si hi qui, vt lite penden. in 6. tamē per
hanc clausulam permittitur & derogatur illi text.
vt superius scripsi: & Papa confert, quamvis bene-
ficium sit litigiosum.

3 Etiā status litis est exprimēdus, & merita causa. *Litis causæ*
c. inter monasteriū, de re iudi. Feli. in c. super lite-
ris. col. 7. in 6. reg. de rescri. videlicet in quo statu-
fit lis, vel an sit cōtestata, aut in ea cōcludut, alias
non valet rescriptum: tamen hic status litis habe-
tur pro expresso, vel exprimi poterit in bulla.

4 Et ista clausula operatur perinde, ac si omnis *Clausula*
status causæ in individuo & nominativi esset ex- *causæ*
pressus: vt cōcludit Domin. Gemin. conf. 120. col. *et no*n* ap-*
2. quem refert Gomes. in reg. de triennal. q. 14. nu- *ponitur in*
7. ad hoc vt valeat hæc impetratio, quæ alias non *rescriptus*
valeret, ista clausula no*n* debet apponi in rescriptis *ad vacat.*
ad vacatura, videlicet in mādatis: quia ea quæ de
futuro sunt no*n* pertinēt ad iudicē, & sic no*n* sunt liti
giosa. l. non quemadmodum ff. de iud. l. i. de vsor.

5 Nomina iudicū, &c.

Coram quibus iudicibus, vel iudice causa pēdet,
sicut de appellatione dicitur l. vna. ff. de libell. di-
missio, & in cap. post appellationem. 2. q. 6. vult hic
Papa haberi pro expresso, & in bulla exprimi po-
rerit corā quibus iudicibus causa pēdeat indeci-
sa, siue sint seculares, siue ecclesiastici; & sufficit
exprimere nomē officij, dicēdo pendere proces-
sum coram gubernatore Regio, seu eius locū te-
nente Mōtis pessulani: licet no*n* exprimatur nomē
iudicis, nec cognomē: sed nomina partium, & co-
gnomina exprimi debent: vt certus Papa reddatur.
vt scripti in §. teneantur, de coll. in concord.

6 Gradus, ac qualitates tam iudicū, quam col-
litigantū etiam Papa pro expresso habet: gradus
ac qualitates iudicū, seu collitigantium an coram
iudice ecclesiastico, vel laico: & an collitigans sit
in dignitate, vel non: itaque ista o*n*nia vul haberi
pro expressis, vel vt exprimi possint in bulla, an
pendeat coram senatu vel alio iudice.

1 Et cum clausula gene-

Clausula
rale reseruationem importante ex quavis causa dispo-
generalē
referuatio-
nē vel conditionaliter in literis exprimenda.

2 Quandoque in corpore, & in narratione sup-
plicationis potest aliqua elici reseruatio, forte,
quod cedens erat familiaris Papæ: & in disposi-
tione ponitur hæc clausula: tunc in bulla exprimi
poterit specialis reseruatio, sic, vel ex eo quod à
nonnullis asseritur, &c. quod familiaris noster &
continuus commensalis fuit, vel talis Cardinalis,
generaliter reserutatum existat, &c.

3 Vnde si clausula ponatur in corpore: & fuerit *Vacans in*
hic repetita, poterit in bulla suppliri: etiā si vacet *curia quā*
in curia, dum tamen in signatura dicatur, quod *de per hæc*
verus vacationis modus exprimi possit non ob- *clausulam*
stante regulā, alioqui si hæc verba non obstan. re-
gula, non fuerint adiecta, hoc fieri non poterit, vt
superius dixi.

4 Quia hæc clausula habetur ac si specificè facta
et sit

Tertia pars signaturæ.

estet mētio, & expressa teſeruatio, per tex. in l. omnes. C. de præſcr. 30. vel 40. anno. Bal. no. in titu. de pace Conſt. in verbo non obſtantē. Dom. in cap. 2. de præb. lib. 6. Iaf. conf. 217. col. 12. in 2. vol.

Dubius 5 *Etiam dispositiūē vel conditionaliter scīdū
modis ex- est, q̄ duobus modis loquitur signatura, seu bulla.
primitur a Primo conditionaliter, vt impletatur beneficium
itū, vel cō sancti Seuerini, cui forsitan cura animarum immi-
diunaliter, & forsitan parochialis existit, ecce conditio-
spōsitūē, & naliter, vel forsitan, per obitum in curia vacat.
qs effectus. 6 Nam dictio forsitan, vel forte, seu forsitan notat
Forsitan da- dubitationem l. omnes, vbi Lucas. C. de decur. li.
bitationem io. l. item si verberatū. §. i. ff. de rei vend. licet quā-
& conditio doque assertionem significet. ca. 2. de testa. scripsi
nē inducit. in verb dispositionem, in forma man. in concord.*

in verbis dispositionem, in forma manu in concordia.
7 Interdum dispositiue, vel impetro beneficium
sancti Seuerini curatu, & parrochiale ecclesiæ
existens: vel impetro talen dignitatæ, quæ est ma-
ior dignitas in ecclesia post pontificalem, hoc est
dispositiue loqui, ubi certò dico hoc esse, non per
dubitationem vel conditionem.

Expressum in signatura assertiuè non potest in bullâ cōditionaliter exprimi. 8 Vnde propter istam clausulam positam in supplicatione, in bullâ potero exprimere cōditionaliter, vel dispositiuè, & quia per istâ clausulam hoc mihi conceditur: quod tamen est intelligendum, quando sic conditionaliter erat in signatura expressum: secus si in signatura esset dispositiuè & assertiuè expressum, tunc in bullâ non posset cōditionalis fieri expressio.

9 Quia non potest à signatura recedi : tum etiā quia minus est exprimere conditionaliter ,quām dispositiūe : & melior expressio & maior fieri in bullā debet, quām in signatura, sicut in instrumēto ,quām in prima schēda, siue protocollo.l.contractus.C.de fide instru. & minus valet res vēdita cūm conditione retrahendi, quām simpliciter.c. cūm Ioan.vbi etiā iuriū interpretes de fide instru.
10 Ideo statutū est in regul.cācella.62,quod non detur aliqua generalis reseruatio dispositiūe in bullā, nisi in signatura expressa fuerit: vt si quis petat beneficium sancti Pauli Parisiensis,sibi conferri,vacans per obitum talis in curia, vel obitum, talis familiaris,&c. & tunc in bullā dicetur, prouidimus tibi de tali beneficio sancti Pauli vacante per obitum in curia,vel per obitum talis familiaris nostri,&c.

¶ Et si in signatura diceretur q̄ vacat forte per obitum in curia, vel forsitan est familiaris, tunc si alia reseruatione vacet, ut quia est maior dignitas post pontificalē, nō debebitur impetrati, nec poterit exprimi in bullā: quia non venit generalis reseruationis, nisi expressa: ut ibidē scribitur: nisi adiūceret hęc clauſula generalē reseruationē importanter de qua suprà dictū fuit. [Et de generali & ſpeciali reseruatione dixi suprà titul. de reseruatione.]

*De clausu- I Et cum clausula grati-
l grati- ficationis, &c. Quæ sic in bulla extendi solet, etiam
c u o n i s.*

propterea locus gratificationi exultat, & canticando eo casu Apostolic autoritate conferuntur decernentes, &c.

² Hæc clausula solet apponi in signatura, alioqui in bullæ suppleri non potest, teste dicto Philippo Probo in c. duob^o, de rescr. in ad di. ad Io. Monach.

3 Quæ prodest in impetracionibus, vt si duo fuerint impetrantes à Papa eodem die: tunc attendi-

tur is, qui fuit gratificat^s, quia ambo nō sunt pares ^{ad duo sunt}
ratione gratificationis, nec mutuò se impediūt. Fe ^{etdem die}
provis.

li.in.c.Rodulphus.de refcri.dixi in trac.de pacific.
posseſſo.in 17.limita. Calde.cōf.8.de refcri.ideo ad
hoc ista clausula eſt utiſis,nec eſt omittēda,ſi ſapiſ:
quia etiā ſi aquerſariuſ priuſis adeptuſ fuerit poſſeſſionem,tamen habens iſtā clauſulam,præferetur:
quia iuſhabit pinguiuſ,vt ſcripti in trac.de pacifi.
poſſeſſo.nu.300.in 12.limita.c.ſi à ſede.

4. Item prodest quando duo erant expectantes eiusdem dicti, & causa pendet coram uno iudice, ut Papa unum ex illis gratificare possit: ut docet Probus in dicto c. duobus.

Præterea ad aliud prodest, quod scribit Cappa-
do, in decif. 2. tit. de renunciat. vbi dicit, quod Car-
dinalis de Cibo cessit canoniciatui & præbendæ
in fauorem duorum diuersis diebus, & iuxta mo-
re solitum Papa eadē die signauit supplicationem.
Clavis ad
gratifica-
tum pro-
deß ultimo
refignata-
no.

pro vtroque, gratificauit tamen illum in favorem cuius vltimo resignauerat, ideo ratione huius gratificationis, præferendū esse censeret: licet cōsensus Cardinalis prius fuisset præstitus pro alio, tamen ille consensu trahitur ad diem prouisionis Papæ: nam plus juris dat Papa, quam pars resignans: vt dicit in simili tex. in c. dilectus, de offic. leg.

6 Imò nullum ius ex parte consequitur quis, sed ex superiori conferente & admittente resignationem, clém, vna, vbi doct, de renunciat.

Poteſt etiam prodeſſe ad vacatura, quādo ſunt
impetrantes mandata, ſeu expeſtatiuſ eiusdem
dici, vt iſi praferatur, qui clauſulā gratificationis
habet c. diuobus de reſcribit. lib. 6.

Alia clausula solita est ponit in supplicatione, vi-
delicet, quod litera in forma prouisionis gratioſa ſimpli-
cis vel noua expediri posint, &c. Aliae literae ſunt
gratioſa, aliae iuſtitie, vt ſuperius dixi; & quia mul-
tiplices ſunt literae gratioſe, Papa facultate impe-
trati cōcedit, vt in forma ſimplicis, ſeu noua pro-
uisionis expediantur: de his dicam inferius ſtatim
in forma bullæ.

Vel subrogationis , &c. Subrogare Papa po-

Vult Papa ut possint expediti bullae in vim subrogationis, si expedita parti de hac diceatur inferius in materia subrogationis, etiam quod ad possessionem: postea test est enim Papa subrogare erit quod ad possessionem:

testi enim i apalitibrogar etia quod ad possemonem.
teste Feli,in rub.de rescrisp.col.3,licet possessio sit
facti,l.denique ff.ex quibus eau.ma, quae nō trāsit
nisi apprehēdatu*r* cum h̄beredes ff.de acq̄ui poss.

Et quamvis in bulla esset quis subrogatus quo ad possessionem, nisi ea apprehenderet, in hoc regno vivi manu reineretur in possessione, imo alteri pos-

vix manuteneretur in possessione, immo alteri possidenti adiudicaretur possessori⁹ sententia: quia non reputamus posseforem cum, qui nō accepit possessio

Tertia pars signaturæ.

possessionem: ut scripsi in tracta, de materi possess. in ordi. Reg. & in 3. tomo nisi in locum possessoris su brogatus fuerit.

vnde non valet imperatio: vt plenè scripsi in trac. de pacific. possess. quidquid dicat Gomei. in reg. de triennal. q. 17.

Et gratiæ si neutri, si

nulli, vel si alteri. Concedit papa vt possint bullæ expediri in forma gratiæ si neutri, si nulli & de his inferiùs dicitur abudè: ideo hic plura nō addam, nisi quod in regula Innocentij cäcellar. 62. dicit, q. hac gratia si neutri, vel si nulli, si petatur subrogatio, nō debet dari nisi collitigati glo. tamē in d. reg. Innocentij 62. dicit hoc non seruari, sed dicit se vidisse alteri non collitiganti concessam esse, & quotidie sic ut inferius tractabo in eadē materia.

Perinde etiā valere, aut

alia dicto oratori vtiliore. Et cum haec literæ gratiæ sint frequentes, de his dicit, alia sunt non tam frequentes: & vult ut si vtilius sit parti, ut etiam possint expediri bullæ in forma si neutri, si nulli, vel alia vtiliore ideo poterit pars cōsulere super signatura, quæ formæ sit eidem vtilior, & secundum illa expedire bullam: & quandoque partes consulunt mensularios, qui ista non semper intelligunt: ideo perit super partes in quo luntur maximis fluctibus, & proceritate, sibū: quamobrem bonum est peritos super hoc consulere, qui pauci sunt: vidi multos amisisse beneficium ratione impetrationis nullius.

Cum derogatione præ-

*Clausula
cū deroga-
tione, &c.* missorum ac aliorum quorumcunque contrariorum, &c. Vult ut contraria nō obstant, & quod in bulla his derogetur: vnde in ea dicitur, non obstatibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ vestræ vel alterius ecclesiæ iuramento, confirmatione Apostolica, vel quatuor alia firmitate corroboratis, statutis, & cōsuetudinibus contrariis quibuscumque, &c. ut ibidem dicitur, quæ clausula ex hac concipitur.

*Regula de
annali pos-
sessor. de-
rogatori.* A regulæ de annali possessor. Quæ vult quod si quis impetreret beneficiū pacificè possessum per annum, debit exprimere nomen, gradum, & nobilitatē possessoris, & causam, ex qua clare possit constare, quod nullum ius ipsi possessori competat, & infra sex menses ipsum possessorē ad iudicem euocari facere, & alia not. in regula cancellaria. iulij 36. sed huic derogatur per haec verba. [Vide inferius in declaratione huius reg. de annali possesso.]

Vnde si quis impetraverit beneficiū, quod alius possedit sine canonico titulo: & impetrans nō expreßerit causam detentionis, si fuerit derogatum huic regulæ, ut hic, expedietur bulla sine exprefſione causæ, sine derogatione huius regulæ, dc qua Inferius dicitur in sua materia.

Sed si quis impetraverit beneficiū ab alio per plures annos detentum, & Papa tempus detentio- nos nō valeret illa impetratio, nisi possessor esset regule suæ triennialis: quia eo casu per reg. cäcel. non debet molestari possessor in possessorio, nec in pectorio,

*Clausula
iurispatro-
natus quod
est quatenus de illo existat, etiam si laicorum nobilium, natu de-
& illustrium personarum, etiam si ex fundatione, vel do gationis.
In hac clausula, debet repeti necnon cum derogatione iurispatronatus, quatenus de illo existat, &c. ut Papa illi velit derogare.*

2 Ius patronatus est ius honorificum, onerosum, & vtile, competens ei qui ecclesiam construxit, sit dotauit vel fundauit, vel ei qui ab eo caussam habuit: prosequitur Panorm. in rub. de iurepatron. & Roch. Curtius in tract. iurispatro. in princ. ac Lamberti. in suo magno tract.

3 Ethoc ius patronatus acquiritur ei, qui cōstruxit, fundauit ecclesiam vel dotauit, & eius successoribus. c. nobis. de iure patrona. ca. filii. & ca. pia mentis. 16. q. 7. sed post cōstructam ecclesiam non acquiritur ius patronatus. gl. in d. c. pia mētis, & c. fin. de reb. eccles. non alien. in 6. quia rei sacræ servitus imponi non potest. c. significatiū. de præben. Domi. conf. 32. nisi de Papæ consensu: nā aliis non potest ecclesiæ seruūtē imponere, etiā si eam dotauerit: vel nisi ecclesia esset penitus destructa. c. quoniam, de iure patro.

4 Quamuis summi pontifices ex gratia hoc ius laicis referuerint, vt eos ad cōstruendas, & fundandas ecclesias allicerēt, [& ne à fundationibus retraheretur.] ca. decernimus. 16. q. 7. c. 3. de iure patr. gloss. in c. nemo. 32. q. 4. [facit text. in l. 2. ff. de oper. public.]

5 Tamē postquam laicis ius patronatus competit, quia est eis à iure reseruatum: ob id Papa non solet cōferre beneficia sub iure patronatus laicorum existentia, nisi cum derogatione iurispatronatus: & nō est sū intentionis, ut valeat illa collatio non facta derogatione: vt dicit Ioa. And. se de hoc vidisse bullam dīrectam prælatis Angliæ alias prouisio Papæ tanquam subreptitia nō valet, quia nō citra intentionem Papæ.

6 Itaque derogatur hic, si ius patronatus cōpetat laicis: quia de iure patronat⁹ cōpetetē clericis nō est facienda mētio nec derogatio: sed Papa & legatus iure suo conferunt etiā sine patronorū cōfensiū. c. cū dilectus. de iurepa. Ioa. de Selua in tract. de benefic. in 3. part. q. 11. nu. 29. vnde non valet Papæ prouisio tanquam subreptitia, si nō deroga- rit iurispatronatus laicorū saltem conditionaliter, vt hic quatenus de illo existat, vel si de illo existat: sed vt itur quatenus de illo existat, vt hic constat.

7 Et dicitur patronus laicus, quando ecclesiam fundauit ex suo patrimonio, vel ius habuit ab eo, qui eam de patrimonio & bonis patrimonialibus construxerat. d. c. cū dilectus. & ibi docto.

8 Ecclesiasticus verò patronus dicitur, quod ex bonis ecclesiæ fundata est, vel cleric⁹ illud ius habebit ratione ecclesiæ. gl. in cle. vlti. de iurepatron. Panor. in ca. eā te. & c. illud. de iure patro. Curtius in tract. iurispatro. in verb. ius. q. 7. Fel. in suo tract.

quando

Clausula generalis ad derogationem iuris patronatus non sufficiunt.

9 Vbi plus dicit, q̄ clausula generales derogato-
riæ non sufficiunt ad derogationem iuris patrona-
tus, laicorum etiā si adesset clausula motus proprii,
vel clausula nō obstant, & alias ampliat. modis,
qui ibi videri possunt: & Dom. conf. 117. in quæst.
ficiunt.

Et sic extat regula, quod etiam Papa beneficiū
sub patronatu laicorum existens conferre nō so-
let, sine derogatione: alioqui collatio eis est subre-
ptitia: vt superius dictum fuit: diceretur tamen ille
prouisus coloratum habere titulum: vt fuisus scri-
psi in tract. de pacific. posse. quamvis quidam sto-
lidi censeant contraria.

10 Quod limitatur in sequentibus casibus. Primus
quod patronorū cōsensus acceſſit: vnde solet Pa-
pa in prouisione apponere, dūmodo dictorum pa-
tronorum ad hoc expressus accedat cōsensus: nā
cum agatur de præiudicio illorum, si consentiant,
non est derogandum: nam postquam partes sunt
concordes, quid ad iudicem? vt docet text. in l. 1. §.
inde ff. de noui operis nuncia.

11 Si autem tres patroni consenserint, & duo nō,
solet in prouisione Papa dicere: cūm trium ex di-
ctis patronis expressus ad hoc accesserit cōsensus,
quo ad reliquos ex patronis prædictis hac vice dū
taxat specialiter derogamus: nam postquam om-
nibus potest derogare, & aliquibus. ca. pastoralis.
§. item cūm totū de offic. deleg. & maximē dum
maior pars consentit.

*Minori numero patro-
norum solet Papa etiā in hac pa-
tria deroga-*

12 Etiam in hoc regno Franciæ solet Papa minori
numero patronorū derogare: quāuis de cōfue-
tudine nō recipiatur alia derogatio de patronatu
laicorum, in hac paria cōfuetudinaria: scilicet vt
omnino derogetur iurepatronatus laicorum.

13 Et si quis patronus Papæ [per resignationem]
præsentauerit, non dicet Papa, nos tibi, quem di-
cipiēta ad præsentatio[n]em patrōnus per publica instrumēta nobis, & c.
præsentauit, quia ante vacationem non poterat
nem patro- præsentare: ideo Papa dicet in bulla, tibi præsen-
tato N. cūm ad hoc dicti N. patroni per publica
instrumenta expressus, accesserit cōsensus, Apo-
stolica autoritate conferimus: & videatur bulla,
quæ sic solet confici, vt fuit dictum.

14 Et hæc præsentatio probatur per solam Papæ,
vel episcopin narrationē, factam in literis collatio-
naris, vel prouisionis. cle. vna. de prob. c. post cesso-
Papa vel nem. illo tit. quia vbi constat de duobus extremis
collatoris. ritè factis, debemus etiam præsumere de medio,
arg. c. cūm dilectus. de dona. c. accedens. vbi gl. de
conuersi. coniuga. fed de vacatione & institutione
constat: ergo & de præsentatione debemus præ-
sumere: & hoc firmat Feli. in d. ca. post cessionem.
col. 4. quem refert Roch. Curtius in d. tract. iurif-
pat. in verb. honorificum. q. 50.

15 Ideo qui præsentationem factam nō esse asse-
rit vel negat, hoc probare debet, cūm ex narra-
tione saltem præsumatur: securi si nihil esset enū-
ciatum in literis Papæ, tunc oportaret illum pro-
bare, qui præsentationem allegaret: vt plenè scri-
psi in tit. de subla. cle. literis. in Concordia.

*Iure deu-
luto Papa*

16 Secundò poterit Papa prouidere sine deroga-
tione patronatus, postquam deuoluta erat colla-

tio ad illum. vt pote si patronus laicus non presen-
tauerit intra quatuor menses, à iure illi præstitu-
tos. c. vno. de iure patron. li. 6. refert Staphil. in tra-
cta. de literis gratia, de hoc modo & forma impe-
trandi, versic. hinc est quod in prouisionibus: & si
ordinarius non prouiderat: per. cap. 2. de concess.
præben. & sic deuoluta erat collatio ad Papam, eo
casu: non est opus derogatione.

17 Debet tamen in literis prouisionis Papæ fieri
mentio de iurepatronatus: vt docet Geminia. cōf.
50. queritur.

18 Tertiò quando tempus patronis laicis ad præ-
sentandum à iure præfixum lapsum est, per d. ca.
vnic. & hoc est additum per Iulium Papam mo-
dernū in sua regula 44. sed proximus casus suffi-
cere, videbatur: nam quando patronus nō preſen-
tauit intra tempus, deuolutum est ius ad superio-
rem. cle. vna vbi gl. de supplen. negl. prælato. nī
dicas, quod elaplo tempore præsentationis nō est
deuolutum ius ad Papam, sed ad episcopum, vel
alium instituentem: quod si instituens non confe-
rat deuolutitur ad alium, donec ad Papam deuolu-
tum fuerit: & sic duo erunt casus sic intelligēdo.

19 Quartò quando patroni præsentauerunt, sed
nulliter: tunc etiā valet Papæ prouisio, etiam sine
derogatione, quia nō præiudicatur patronis, cūm
ipſi præsentauerint, & functi sint suo officio. ca. in
literis. de offi. deleg. & ratio e prælationis & præ-
rogatię Papæ conferre potuit. c. dudum. de præb.
in 6. dixi in §. declarantes, in ver. iure præuentio-
nis, de mand. Apost. in concord.

20 Quintò secundum quosdā si beneficium va-
cet in curia per obitum. Staphil. in d. tract. de lite-
ris gratia. verl. 3. an sit locus, sed contrarium teneo
inferitis: quamvis hoc sit in reg. cancella. Alex. 6.
statutū. & hoc probatur per doct. in ca. 2. de præb.
in 6. vbi communis opinio est contra.

21 Sexto quando patroni nolunt consentire sine
causa permutationi, poterit Papa etiam in hac pa-
tria cōfuetudinaria conferre, imo etiam in epi-
scopio consuluit Dom. conf. 50. queritur. inferius
dicetur abundantiū in tract. de permū.

22 Septimō quando Papa prouisio[n]e sibi retinuit
in fundatione, vt in decanatu ecclesię Alesti dio-
cesi. Nemau. tunc iute suo fine aliqua derogatio-
ne confert facta huius retentionis mentione.

23 Octauo si ius patronatus competeteret ex præ-
scriptione, vel priuilegio, tūc non erit illius facie-
cōpeten. ex
da derogatio: quia nō queritur ius patronatus his
modis, licet ius præsentādi acquiratur. Gemi. cōf. ne vel pri-
45. consuetude. col. 3. & Calder. conf. 19. isto titul. uilegio Pa-
Cardi. conf. 69. vacāte. col. 2. & Feder. conf. 65. vbi pa aerogat.
concludit etiam legatum posse conferre, quando
competit ius laico præsentandi ex consuetudine,
vel priuilegio: hoc etiam firmat Staphil. in tractat.
de literis gratia, de modo & forma impetrandi.
vers. quartò venditione.

24 Ego arbitrarer hoc casu etiā faciendam men-
tionem, qua Papa difficilius cōcederet; & illa sunt
exprimēda, vt per Fel. in c. nostra. de rescrip. Paul.
Paris. cōf. 46. videtur col. 3. vol. 4. sed habita men-
tione in hac patria vix conferret ratione cōtrarie
confue

Tertia pars signaturæ.

confuetudinis. [Nam in curia Rom. hodie nulla sit differentia an iuspatronatus sit quæsumum foundatione, an præscriptione, ut firma Decius, consi. 126. in causa. col. 2. nu. 3.]

Derogat. 25 Nonò si clericus erat in possessione præsentā Papa iuri di, & tamen iuspatronatus esset laicū, eo casu va- patr. laico letet prouisio facta à Papa nō factamētione, quia rum quan- possesso artēditur. ca. cōsultationibus de iure pa- do clericis tro, & Cardinal. consil. 69. vacante. col. 2. postquam est in pos- cōmuniter habetur clericus p. patrono, ille error se- fessione pra- communis excusat. l. Barbarius. ff. de offi. prator. sentiā.

26 Hoc tamen casu quia mens Papæ sine expres- sione nō est, vt conferat: ergo nō valeret prouisio ratione voluntatis deficiētis, & licet ille error esset,

Dispensat. 27 Decimò si Papa dispenset cum promoto ad tuncāur be. Episcopatum vt retineat sua beneficia, poterit re- ceptia sub tuncē ea etiam, quæ sunt sub patronatu laicorum: patronau. vt decidunt domi. de Rota decif. 33. Supposito in laicoru exi- no. [sub tit. de præbend. decif. 21.] quia non agitur

de præjudicio patroni, cùm non vacet beneficiū: & multa tenent facta, quæ fieri prohibentur. l. pa- tre. ff. de his qui sunt su. vel alien. iur. facit. l. secus. dc. iudic. docet Staphil. in d. tracta. de lite. gratiæ, ver. quartus & vltimus casus. Plura ad hanc rem accōmoda scripsi, & ibi senatus con. in §. præfatiq. ordinarij. in ver. viris graduatis, de colla. in cōcor.

28 Vndecimò poterit Papa imponere pensionē sine etiam consensu patronorum laicorum, quia plenaria beneficiorum dispositio ad illum perti- net. c. 2. de præb. lib. 6. alias limitationes tradit Fe- li. in d. tract. vbi videri poterunt.

Dispensat. 29 Duodecimò poterit Papa dispensare, vt litera- tus habeat duo beneficia, etiā sub patronatu lai- corum existentia, & sine patroni consensu: iuxta c. de multa, de præb.

30 Decimotertiò quando Papa derogat iuripa- tronatus laicoru, valet prouisio, quod potest, non autem legatus, vel alius inferior. c. dilectus. de offi. leg. ca. cum dilectus. de iurepatro. quod non solet in hac patria confuetudinaria.

Iuspatrona- 31 Et solet Papa huic iuri conditionaliter sic de- rogare: nos iuripatronatus huiusmodi, quatenus quādo cōdi- dīcta ecclesia de dicto iure sit, pro hac vice dero- gamus & c. licet pars debeat præcisè, & non con- ditionaliter exprimere in bulla: si iuspatronacus speget ad lacum: aliqui impenetratio non valebit.

32 Aliquando vidi partē conditionaliter expri- mere, etiam si de iurepatronatus laicoru existat: quod est verum, quando beneficium non est refer- uitum: sed si beneficium sit referuatum, vel ex loco, quia vacauit in curia, vel ex persona, quia familiari erat seu ratione beneficij, fortè quia maior dignitas post pontificalem, non poterit conditio- naliter iuspatronatus exprimi, quia sic tolleretur reseruatio: ideo necesse est in his saltē casibus, vt pars præcisè dicat, an sit de patronatu laicorum, vel non sit, vt reseruatio possit suum fortiri esse- sum. vt doct. scribunt. in c. 2. de præb. in 6.

In vacatu- 33 Idem in vacaturis, vt non possit conditionaliter exprimere quod beneficium, vt à nonnullis asse- debet iuspa- ritur de iurepatro. laicorum existit: sed debet pre-

cise dicere si sit, vel non propter reseruationem, *tronatus* quæ solet dari, quæ impeditur ratione iuspatrona- *expresum*. laicorum; ideo si hoc fuerit dictum condi- tionalicer, bulla erit rescribēda, alioqui non valebit.

34 Vnde non valet prouisio facta à Papa, in qua fit mentio fundatoris, & iuripatronatus: sed non est expressum quod esset de iurepatronatus laico- rum, quia in dubio intelligitur Papam voluisse de- rogare iuripatronatus clericorum, non laicorum: vt docet Feli. in tract. quādo literæ Apostol. col. 3. in 3. amplia. post Lappum. alleg. 84. Dominus Pa- pa. colum. 3. nam cùm iuspatronatus ad duo refer- ri possit, ob id in specie narrari debet, nō in gene- re, alioqui incerta & cōfusa est imperatio, & sub- reptitia, teste Oldra. consil. 81. quod processus. Ay- mo Crauette. consil. 68. proponitur. col. 2.

35 Item vbi est iuspatronatus, non ponitur clau- sulā ex quavis cauſā, nec generalem reserua- tionem importante: vt est statutum in reg. Alex. 6. tit. de signa. gratiæ.

36 Sed in Francia confuetudinaria, & in Norma- *In Francia* & Norma- nia nō solet Papa derogare iuripatronatus laico- *ma non de* *rogatur iu-* *ripatronat.* *lacorum.*

rum: nec eius derogatio recipitur de confuetudi- ne, quæ an valeat, tradit Collecta. in c. ex tenore. col. 1. de concess. præb.

37 Sitamen vacarēt beneficia per affectionem & constitutionem execrabilis, siue cap. de multa.

vel deuolutionem & alio quoquis modo beneficia habent possessores, quos oportet per lites expelle- re his casibus derogatur iuripatronatus laicorum

etiam principum, vt statuit Alex. 6. in tit. de deroga- *lio patro-* iuripat. vbi etiam derogari ait, quando Papa *conferat.*

confert filio vnius patroni, vel nepoti: & hoc æquum videtur.

38 Item quādo Papa ponit istam clausulam cum derogatione iuripatronatus, &c. debet pragmati- ci Romanii addere, quo ad gratiam si neutri, vel subrogationis duntaxat: sed nō dabitur derogatio

quo ad nouam prouisionem, nisi vt suprà dixi: &

hoc habetur in reg. Alex. 6. tit. de signatura gratiæ.

39 Quia in gratiis si neutri, & subrogationis iam

patroni consenserunt, ob id illis nō infertur iniuria,

quia præsentarunt, secus esset in gratia simpli- cis prouisionis, vel nouæ, vbi non præsentassent:

quod nota.

40 Etiam in permutatione requiritur consen- *In permu-* *tatione cō-* *senſus pa-* *tronis requi-* *ritur.*

as patroni, alias irritabitur prouisio: quia inimicus

fundatoris & ecclesiæ sic posset præfici. c. illud. de iure patro. Lappus alleg. 96. beneficia. in fi. gl. in c.

vno. de rerum permut. in 6. Feli. in c. cùm Bertol- dus. col. 5. de re iudic. Bertrand. consil. 273. etiā. col.

1. & 2. in 3. vol. ex prima editio. & Domi. consil. 45. confuetudo. Egid. decif. 179. & 171. permutatio.

41 Si tamen patronus nolit consentire siue cauſa, poterit episcopus permutationem approbare, teste Domi. consil. 50. queritur an Episcopus, & Staphil. in d. tract. ver. hinc est, post Panor. in ca. cùm accessisset. nu. 91. de constit. oportebit tamē prius audire patronū, & eius recusationem ac cauſam.

42 Nempe resignationis approbatio ad Episco- *pum pertinet, & non ad inferiorem. c. quæ situm.*

de re. permut. Ob id poterit Episcopus conferre beneficium

*permuta-
tiones ab-
que præsen-
tatione pa-
tronorum
fiant.*

beneficium causa permutationis cū patroni con-
fensus etiam sine præsentatione, quæ requiritur
quando vacat per mortem: vt afferit Felin. in d. c.
cum Bertoldo, col. 5. de re iud. refert. Curt. in tract.
jurispatronarus in verb. honorificum. in print.

43 Tamen de generali cōsuetudine ecclesiæ quasi
omnes Ep̄i tales expeditū permutationes abīque
patroni consensu, & vocatione patronorum. his
verbis vitur Aegid. Bellamer. in conf. 6. Factū pro
parte, col. pen. & valet præscriptio secūdum eūm.
vide quæ scripsi infrā de permūt. in 4. parte.

44 Si statuto ecclesiæ vel in fundatione statutum
sit, quod nullus præsentetur ad talem ecclesiā,
vel nulli conferatur, nisi sit talis ætatis, vel presby-
ter, tunc nullus poterit derogare illis statutis, nisi
Papa. cle. Quia contingit, de relig. domi. c. Si pro
clericis. de præb. lib. 6. nec valebit collatio contra.
statuta facta ab alio quam à Papa.

Fundationi 45 Et id si cautum sit, q̄ habens illud beneficium
non potest aliud habere non possit, tunc Papa fundationi de-
derogari, si
ne patroni derogare poterit, non aliud.

cōsenſu ab 46 Nisi de voluntate patroni, tunc ep̄s poterit
infrēdere, à conferre etiam non presbytero. vt visum fuit Pan.
Papa con- in e. cū acc. effissent, num. 5. de constit.
tra.

47 Sunt tamen qui dicant, quod si statuta loquan-
tur per verbum recipiatur, q̄ nullus recipiatur, nisi
sit presbyter, tūc valebit collatio: sed in receptio-
ne poterit se opponere is, qui interesse pretendit,
videlicet patronus, & nō recipiet sine suo con-
fensus: vt no. Inno. in c. quod sicut. de elect.

*Pensione sine
paroni cō-
fensiū à Pa-
pa impon-
tur.*

48 Tamen in creatione pensionis à Papa facta
non requiritur consensus patronorum: quia Papa
habet plenā in beneficii potestate. c. 2. de præb.
in 6. Feli. in d. tract. quando literæ Apost.

49 Quod limitatur si in signatura fuerit expres-
sum de patronorum consensu, tunc enim require-
retur & in bulla: nam postquam appetet Papam
voluisse illorum consensum interuenire, & bulla.
ex supplicatione cōficitur, vnde illud omitti non
debet, alioqui bulla ex omissione reprobaretur:
quem tamen consensu Papa requirere nō solet
in hac pensione.

Non valet 50 Et si quis impetraverit beneficium patronatu
bullo fa- laicorum affectum, si in signatura nihil dixerit de
cens men- patronatu laicorum, postea in bulla non poterit
tionem de exprimi, etiamsi vellat dicere, dummodo patrono-
patronatu, norum actedat consensus: nam postquam in sup-
plicatione non est facta illius mentio, sic in bulla.
fuerit in si- gnatūra ex non fieri, sed poterit de nouo impetrari beneficiū,
vel impetrari rescriptum perinde valere: quia pri-
ma impetratio tanquam nulla non impediet se-
cundam. c. ex tēnore. de rescript.

*Autorita-
te ordina-
ria prou-
ficiū dicuntur
cuam in iffi-
tu.*

51 Tamen si vnu in signatura dixerit sibi autori-
tate ordinaria fuisse prouisum, & quia dubitat ta-
lem collationem viribus non subsistere, supplicat
suis dicuntur. Papa sibi de nouo prouideri: si Papa prouiderit, in
bullo poterit exprimi se fuisse præsentatum & in-
stitutum: quia hoc autoritate fuit factum ordina-
ria, vt pote institutio. c. conquerente. de offic. ord.
& pet. totum. tit. de insti. & in institutione plus iu-
ris habet ordinarius, quam patronus. c. dilectus. de
offic. lega.

52 Secus si Ep̄s prouiderit sine consensu patro-
norū intra tempus quatuor mensum, si patroni ordinario
neglexissent intra illud tempus iuris prætentare, *facta inna-*
valebit collatio. c. illud, vbi doc̄t. de jure patr. Per. *tempus pa-*
Paris. conf. 144. scripteram, in 4. vol. vnde si in sup-*mons pre-*
plicatione non fuerit expressum de patroñis, hoc te-*stūm v-*
etiam non poterit in bulla narrari: quia nō potest
addi bullæ, quod non est in signatura expressum,
nisi sint clausulae, quæ ex consuetudine & style ap-
poni solent, quæ habentur pro appositis. l. si quis
donaturus. fl. de vsu fruc. l. certi cōditio. §. si nūc
mos, vbi Iaf. & alij, si certum petat,

53 Imò si in signatura vnu petat sibi prouideri, de
beneficio patronato, & in dispositione est, quod
dictus orator possit exprimere, an sit præsentatus, *verba si-*
& forsan institutus: postea in bulla virtute huius *beneficiū op-*
clausula poterit exprimere, se præsentatum, & re-*dictus vel uti-*
cūsatum, & appellasse, quia dubitatiū dixit, & c. *re-*
forasan institutus, &c. & dabatur noua prouisio eo
casu ratione illius clausula, non aliter. Et sicut va-
let collatio ordinarii, si patronus nō præsentauerit
intra tempus. d. c. illud, de iure patr. multò fortius
valebit collatio Papæ, si non sit subrepititia, ne sit
deterioris conditionis, & potestatis quam ordinarii,
sed ratione maioris prærogatiue. ea, si à sede,
de præb. lib. 6. & nisi istud esset tam cūdens bonis
& doctis, multis probarem, sed non addam lumen
Soli.

54 Notandum quod si præsentatus ante institu-
tionem ingrediatur, & accipiat possessionem be-
tus ante in-
neciij, eo ipso priuatus est iure, quod habuit ex posse: *stitutionem*
præsentatione. c. Auaricie. de elect. lib. 6. iuncta. gl. beneficij ac
in c. fi. illo. tit. hoc extendens ad præsentationem, cipiens est
quam probat Barba. conf. 68. col. 2. vol. 2. & Carde. priuatus
conf. pen. de elect. facit. c. qualiter. de elect.

55 Quia dispositio illius tex. est favorabilis ecclæ-
siis, licet alias dicatur poenalis, tamen extendetur
de electione ad præsentationem: vt docet Roch.
Curt. in tract. iuris patr. in verb. honorificum, q. 39.
licet contrarium velit tenere Aegid. Bellamer in
decis. 6. o. c. fi. de elect. nisi fuerit consuetudo.

56 Imò si ante institutionem perceperit fructus, *Recipi-ns*
fit inhabilis, quia sine titulo recipit, & indiget re- *fructus an-*
habilitatione: vt inferius dicet in materia dispela- *te institutio-*
ne nem fit in-
per ea quæ not. doc̄t. in c. dilectus. de offic. leg. idē *habilis.*
dixi in eo, qui recepit fructus post regiam nomi-
nationem ante Papæ prouisionem, vt sit priuatus
iure, si quod per nominationem habebat.

57 Vnde alia debet fieri impetratio à Pe. 9. & de- *Impetrari*
bet exprimi quod ante institutionem & post præ- *poteſt be-*
ficationem fructus recepit, & sic se intrusit. & in- *neſciūm il-*
lūs qui fru- *titus* qui fru-
habilitate reddidit. ideo Papa absoluēt eum, & te- *titus rece-*
habilitabit. ita docet D. Probus in c. fi. col. 2. de cōf. pit ante in-
stitutio-

nit. & si is q̄ recepit fructus nō impetraverit pote- *titus illius beneficiū impetrare vacās per in-*
trusionem. c. cū iamduū, vbi Pan. & alij de præb. *turis patro-*
laicoru m̄
58 Et non expedietur etiam signatura impetrati, *laicoru m̄*
niſi de fructibus componat perceptis, & dimidiā lis factū. &
partem fructuum perceptorum cameræ Aposto- *est nec ſu-*
licæ tradat. vt docet Hiero. in praxi Romanae cu- *ſecet dice-*
riæ. fol. 44. vers. consultus à quodam. & Domi. in *re ad pre-*
conf. 106. Super dicto dubio, ol. 3. Feli. in ca. in no- *ſtatutio-*
g. H

Tertia pars signaturæ.

stra, corolla. i. de rescrip. inferius abundantius exprimam.

59 Nota quod in derogatione primo debet fieri mentio iurispatronatus laicorum: ut dictum fuit, nec suffici exprimere ad quancunque collationem præsentationem, vel prouisionem pertineat: quia illa verba intelligenterunt de præsentatione spectante ad clericos, non ad laicos. Ioan. And. & alij in c. dilectus. de offi. leg. Staphil. in tract. de literis gratia. rub. de modo & forma impetrandi. vers. sed dubium est, & vers. patenti igitur:

60 Vbi limitat in duobus casibus quando acquisitionum esse eius præsentandi ex priuilegio, vel præscriptione, idem tenuit Lappus allegat. 96. beneficia. col. i. superiorius scripti in hac clausula.

Iurispatro- 61 Solet etiam exprimi, si ad nobiles spectaret: *tro. nobilem* quia solet esse difficilior derogatio, quando ad *fi. mentio-* istos pertinet. ea enim quæ notabiliter sunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta. l. it. apud. §. ait Prætor. ff. de iniur.

Regū & il- 62 Etiam debet fieri mentio regum, & illustrium personarum: quia derogando simpliciter iurispatronatus laicorum, non intelligitur derogatum, si *lustrī per-* rispatr. mē ad reges, vel alios principes pertineat. c. f. de offi. deleg. lib. 6. c. ne aliqui, de priuili. ibid. & ita est in regul. cancella. 40. declaratum. & Feli. in d. tract. ampliat. 7. quia sub clausulis generalibus isti sublimes sunt excepti, & non comprehenduntur. cap. sedes. de rescr. ca. de multa. de præb. Carol. Ruin. coal. 79. quæritur. in 5. vol. col. 2.

63 Vnde si prouisio à Papasuerit facta, nō obstante iurepatronatus laicorum, si spectaret ad Regem non valeret prouisio, & Rex se opponere posset: vt Innoc. in simili dicit in c. quod sicut de elect. gl. in d. reg. 40. & Fel. in d. tract. amplia. 8. & non censetur iuri Regis derogatum.

64 Inde si beneficia vacent in curia per obitum, regi. nun- quorum ad Regem præsentatio pertinet, Papa ea quād dero non cōferet sine Regis consensu. gl. not. in c. 2. de gatur, vñā præb. lib. 6. Lappus alleg. 96. beneficia. Rota decis. si in curia 266. in antiqu. sub titul. de concess. præb. decis. 46.] Curt. in tract. iurispatro. in verb. competens. q. 24. vbi multa adducit: & nūquād derogatur iurispatronatus Regibus competenti, etiam si beneficia apud fedem Apostolicam vacent: vt statuit Alex. 6. in tit. de deroga. iurispatr. nisi illi fuerit alias derogatum, quia tunc expressione facta illi poterit derogari. teste Petr. Paris. conf. 104. cum referuat. in 4. vol.

Dergatio- 65 Nota tamen quod iurispatronatus laicoru in. *iurispatro. lai-* corū, sc̄. con- bulla non requiretur aliqua derogatio, si omnia, sensu pā- vel maioris partis patronorum consensus interue- tronoru in- nerit, quia ab ordinario poterat institui sic præ- teruenitur, non requi- sentatus sine villa derogatione de iure. c. quoniam. de iurepatr. nam quod maior pars facit ratum ha- betur, ac si omnes fecissent. ca. cūm Bertoldus, de ie iudic. & in c. i. & per totum. de his quæ sunt à maio. parte. cap.

Dergatio- 66 Aduertendum est, quod si iuspatronatus spe- *iurispatro. reliquo. forū* c̄t ad religiosos, vel ad capitulum, solet Papa in- quāmodo signatura loco huius clausula de iurepatronatus inscribere, quod præsentatio persona idonea de

antiqua & approbata consuetudine ad ipsius ecclie capitulo, dum pro tempore vacat, pertinet: & de itylo curiae Romanae nō apponitur hæc clausula, cum derogatione iurispatronatus.

67 Derogatur etiam huic iuri si cōpetat ex fundatione, vel dotatione, seu emptione. c. Pia mentis. 16. q. 7. vbi gl. & c. Ex literis de iurepatr. idem si ex successione. c. considerandum. 16. q. 7. c. i. & cap. quoniam, de iure patro. idem si cōpetat ex donatione. c. ex insinuatione iuncto. c. vno. eo. tit. lib. 6. vel si permutatione nobis cōpetat. idem. c. nemini. 16. q. 7. & alias quomodocunque: vt superius declarauit.

68 Item siue in totum cōpetat laico, siue in parte: nam si laicus habeat partem iurispatronatus in iure patro. in pro ecclesia, etiam oportebit derogare, licet altera pars cōpetet ecclie. gl. inc. vno. de iurepatr. lib. 6. quamvis Rota decis. 266. in antiqu. sub titu. de concess. præb. decis. 46. teneat contra. primam tamē tenerit Feli. in tract. quando literæ Apost. noceant patro. in 6. ampliatione.

69 Et in hac patria sicut non recipitur derogatio iurispatronatus laicorum, quando in solidum spectat ad eos, ita nō recipietur, quādo competit illis pro parte: vt vidi feruari, & scripsi in gl. vnum collatorem. in §. 1. de mand. Aposto. in concord. Paul. Paris. cōf. 35. ad veram. nu. 16. & seq. in 4. voi. quamvis Alex. 6. statuerit hoc casu derogari posse.

70 Adhuc quamvis doctores afferat valere præ- *Dergatio-* uisionem beneficij factam sine derogatione, quād *iurispatro. feni-* per laicū ex consuetudine, præscriptione vel pri- *per in bul-* uilegio ius acquisiuit præsentandi: tum quia talis non est patronus, licet iuspatronatus acquisiuerit: *la facienda,* vt docet Cald. cōf. 19. concessum, hoc tit. & Gemi. conf. 45. consuetudo. col. 3. tum quia cessat ratio- *alias nō va-* ne retrahantur à fundatione, quia is non funda- *ter.* uit: docet Feder. conf. 65. & Card. conf. 69. vacante. col. 2.

71 Tamen ego in praxi non vidi fieri differentiā, sed semper derogationem in bulla vidi insertam, alias surepitiam iudicatam: quia praxis has non curat subtilitates: vt suprà dictum fuit.

72 Ultimè nota quod Papa solet etiam derogare fundationi beneficiorum, etiam si in illa caueatur expreſſe, quod obtinens tale beneficium teneatur in illo residere personaliter, & intra annum ad sacerdotium promoueri: vel quod teneatur in principio esse sacerdos, & cūm illo nō possit aliud obtainere beneficium.

73 Sed non solet Papa derogare, quādo derogari *Dergatur* petitur fundationi in totū, & quo ad omnes eius *fundationi-* partes etiam non expressas, vel exprimendas: pos- *in specie, nō* in genere. sunt enim esse tales quibus Papa nollet derogare: & hoc expressum firmat Staphil. in d. tract. de literis gratia. vbi suprà. versic. ultimè non omitto.

74 Et sic Papa exprimi debet, super quo peritior derogatio in specie, non in genere ratione confusio- nis vitanda. Haec tenus de iurepatronatus lai- corum.

75 *Et de speciali ad vitam,* *Clavis de speciali ad vitam* & quæ denotat impietatem minores & principales

pales obtinere posse dignitates, de quibus in corpore facta est mentio, & de speciali Papæ gratia, est in reg. Alex. 6. intit. de signatura gratia, & tit. de dispenso in princ.

Clausula q. I. Et quod præmissorum
venior ex-
pressio fie- omnium & singulorum denominationum, nominum, &
ri omnium cognominum, qualitatum, annexorum, situationis fructuum
possum.
de augendo & diminuendo, ordinum dependentium, an-
norum diacef. aliorumq. circa premissa necessariores
major, venior seu amplior expressio seu specificatio fieri
posset.

2. Ita clausula iusta est, & summa utilitas: nam interdum multa omittuntur in signatura, que non possent in bullæ suppleri, si non adesset ista clausula: nec valeret impetratio tanquam subreptitia, ideo ista clausula suppleri.

Quid om. 3. Primo vult q. omnia & singula verius exprimi posse: & nota quod quādo omnia sunt exprimēda, ac singula, tunc nō sufficit exprimere in generali debent re, sed debet fieri expressio cū omnibus suis quoniam suffici generali expressio. liratibus, & circumstantiis, per glōs. singul. in verb. omnia & singula, in c. vt circa, de electio. in 6. Barbera. in c. si quis presbyterorum. col. 2. de rebus eccl. non alien. & ita germinatio multi est momenti: vt doct. scribunt in I. balista. ff. ad Trebel. & Corse. in suo tractat. de germinatis.

Denomina-
tio venior
fieri potest. 1. **Denominationum.** Si re-
cētē nō
fuerit denominatum beneficium in signatura, ra-
tione huius clausulę exprimi verius poterit: voca-
ui enim sancti Ioannis, & erat sancti Petri: poterit
hēc denominatio corrigi, & verum nomen exprimi: nec obest l. Stichum, qui meus erit. ff. de lega. i.
vbi nominatio appellatiu nominis nō potest mu-
tari, quia fac esse, sed illud nolumus mutare, nēpe
si vocetur Sancti Seuerini, vt dicatur Sancti Ioannis:
sed volumus quod si per errorem expressero be-
neficium sancti Seuerini, vel sancti Iusti, vt verum
nomen & nominationem exprimere possem, & ad
hoc tendit ista clausula: nil enim est tam contra-
rium consensui, quam error, qui imperitiam dete-
git. l. si per errorem. ff. de iuris. om. iud.

Nominis correc-
tionis in pre-
minum. Haec clausula operatur, quia si quis im-
bendis fieri traret præbendam & canonicatum vacantem in ecclesia Paris. per obitum Titij, & tamen vacauit per obitum Ioannis, non debebitur impetrati: nec poterit corrigi, nisi ista clausula adfuerit, vel alia simili, videlicet quod nomen & cognome ultimi possessoris melius specificari possit: alibi de hoc scripti post Fel. in c. significante, de refer.

2. Diversum est in impetratio beneficij, in qua error in nomine possessoris defuncti non viriat, ideo in bulla corrigi error poterit: quia falsa demonstratio non vitiat. l. falla. ff. de conditio. & demonstra. abunde Paulus Paris. conf. 15. circa. col. 2. in 4. vol. num. 8.

3. Sed in præbendis non potest constare de corpore præbendæ, ideo est incertitudo, quæ vitiat prouisionem. c. 2. de elect. in 6. unde ad vitandum.

opiniones soler addi hæc clausula, vt verior specificatio fieri possit nominis & cognominis, &c. & si nō appareat de morte plurium canonicorum, nominis error & cognominis corrigi poterit: quia non potest intelligi, nisi de illo: sed si plures essent vacantes præbendæ per mortem plurium, non posset hoc corrigi, alioqui liberum esset aliquid quam præbendam vellet declarare, quod est absurdum, maximè, vbi præbendæ sunt inaequales: vt in ecclesia sancti Hilarij Pictaviensis.

4. Per hanc tamen clausulam non poterit corrigi Nomen im- nomen im- petrantis, nec cognomen: quia illud im- petratus & petrans scire debebat, & exprimeret: nec tam stul- cognomen per hanc fet. l. f. C. de hered. instit. licet apud Plinium. lib. 7. corrige non legamus Coruinum Messalam etiam proprij no- poterit minis oblitum. Et quando constat de corpore be- neficij, nomen & cognomen defuncti verius ex- primi potest per hanc clausulam, vel expressio vniuersi: ideo hæc clausula non debet omitti.

5. Solent etiam quidam addere, nominum patro- Nomen pa- ni, vel patronæ ecclesiar, seu patronorū verior ex- trii ecclæ presilio fieri possit: & hoc etiā bonum est, cum no- sic corrige men sancti in impetratio sit exprimendum. ca- non potest. quamvis, vbi gl. de præb. in 6. tamen etiam si non exprimatur, per hanc clausulam corrigetur.

I Qualitatum. Non solum qual- *Qualitates*
itas personæ debet que in bul-
la corrige
exprimi, vt si sit Archidiaconus, vel alia prædictus poterunt.
dignitate. c. Ad aures, de refer.

2. Sed etiam qualitas beneficij si sit curatum vel dignitas. c. cùm in illis, de præb. lib. 6. & glo. in reg. cancellia. 63. dicit quod vera qualitas tantum poterit exprimi, sed omnes simul non. & ita dicit se habere stylum curia Romana.

3. Et duplex est cura: vt patet per Pan. in c. dudu- nu. 9. de elect. post gl. in extra ag. Execrabilis, in verb. curam animarum, in extra. I. oan. 22. scripti in tract. nominat. q. 9. nu. 47. [Vide inferius in verb. etiam situationis, & hic conuenit.]

4. Imò si q. impetrat tale beneficium sancti Ioā- *Impetratio*
ni, si aliud non exprimatur, intelligetur negatiuē,
videlicet q. non sit curatum: & si impetratur prio-
ratus, in bulla dicetur nō curatus: hoc est expre-
sé statutum in regu. cancellia 63. Inno. & nunc est
repetitū in regula Iulij Pape moder. regu. 68. Ideo
non valebit impetratio, nisi ponatur hæc clausula,
quod maior expressio qualitatis fieri possit, non
obstan. regula cancellia. & tunc non intelligetur
negatiuē, sed exprimetur in bulla veritas.

5. Ista tamen clausula non prodest, si impetrat cū ratum minor sit 25. annis, & nihil dixerit de etate: quādo ve- Aetatis
rtat
vt in c. Super inordinata, de præb. ideo ego soleo
addere, q. etiā aetatis verior specificatio fieri pos-
fit, quādo impetratur beneficium pro minore vi-
ginti quinque annis: & multis per hanc clausulam
feruauit beneficia, quæ amississent in iudicio.

6. Non prodest etiā hæc clausula illegitimo, quia. Expressio
in supplicatione tenetur exprimere defectū nata-
lium, nisi & in corpore, & in his clausulis esset, nō
obstante defectū natalium: vt dicetur inferius in
dispensa. super defectū natalium: vel nisi diceretur

quod etiam defectus natalium verior specificatio & expressio fieri possit.

7 Imò per istam clausulā non posset exprimere, quod esset de coniugata genitus, vel de moniali, nisi hoc expressè dictū in supplicatione esset, & in corpore, & in dispositione: vt docet Felic. in c. Postulaisti, de rescr. ideo soleo addere hanc clausulā, quod defectus natalium, verior & maiorexprimi possit, etiam si de coniugata, vel moniali, vel alias quicunque etiam maior defectus adesset, &c.

Hac clausula an pro-
fit in secun-
da bullā q[uod] omnis actus & expressio debet intelligi de primo,
maior ex-
pressio fieri
test. de præb. libr. 6. ideo bonum est addere huic
posuit. 8 Præterea ista clausula non prodesset, si semel quis bullas expedierit, in secunda expeditione: nāda bullā q[uod] omnis actus & expressio debet intelligi de primo, &c. hoc sermone ff. de verb. signif. c. nō potest de præb. libr. 6. ideo bonum est addere huic regula: & sic placuit Alex. 6. in tit. de signa. gratiæ.

Annexa be-
neficia quā
do exprimi
possim &
debeant. 1 **Annexorum.** Etiam nō prodest hæc clausula, vt in bulla possint annexa beneficia exprimari: quia à iure regulariter non exprimuntur, quando sunt annexa accessoriæ, vnum videlicet alteri, secus si & quæ principaliter, doct. per illum text. in c. Super eo, de præb. lib. 6. Bertr. conf. 2. num. 44. in 3. vol. ex prima editio. Panor. & alij in c. extirpandæ. §. qui verò de præb.

2 Et quia posset aliud exprimere, quā de quo prius intellexit, ideo bonum est apponere hanc clausulam, quod etiam annexorum fieri specificatio possit, & proderit si sint annexa beneficia & quæ principaliter: de quo vide quæ not. in tractat. de vniōnibus, infrā.

Expressio
vniōne bene-
ficij non va-
cet, sed eius
re per affectionem alterius parochialis ecclē-
cui est vni-
tum. 3 Imò si quis impetraverit ecclesiæ parochialæ sancti Mauritiij, quæ tamē erat annexa ecclēsia parochiali sancti Juliani, & dixerit eam vacaret, sed eius re per affectionem alterius parochialis ecclēsia, non valebit imprecatio, quia nō expressit parochiale, quam debebat exprimere.

4 Nec poterit hoc corrigere in bulla, maximè post processum inchoatū, quia hæc nō est verior expressio, sed alia, quæ non potest fieri: ideo noua imprecatio op̄ erit, nisi forte hæc clausula pregnans in supplicatione scripta fuerit: & annexoru vtriusque, &c. Card. in cl. per literas. q. 17. de præb.

Maior di-
gnitas &
exprimi possint, non poterit tamen exprimi maior
principalis dignitas post pontificalem, nec principalis in ec-
clēsia collegiata: quia est ibi duplex referatio, &
primi h - illa non debetur, quando etiam prouideri man-
datur de ecclēsia. c. fi. de præb. 5 Item ratione huius clausulæ, quod qualitates exprimi possint, non poterit tamen exprimi maior principalis dignitas post pontificalem, nec principalis in ecclēsia collegiata: quia est ibi duplex referatio, & primi h - illa non debetur, quando etiam prouideri mandatur de ecclēsia. c. fi. de præb.

6 Nec poterit extensio fieri, quæ in aliam speciem extensio transeat. argu. l. si quis ex consensu. C. de epif. audien. sequitur Paul. Parif. conf. 42. quantum. nu. 23. in 4. vol.

Exten-
sio
7 Quod non procedit, quando clausula ista esset
quando iuri iuncta cum clausula generalem referuationē im-
portante ex quauis causa, etiam dispositiū in li-
teris exprimenda, &c. & hoc quod in corpore si-
gnaturæ de maiori vel principali erat expressum,
& in partis petitione: quia verisimile est, q[uod] cōces-
sio ad petitionem referatur. l. si defensor. §. 1. ff.

de interrogat. action.

8 Imò etiam si quis impetraverit omnia beneficia, quæ talis familiaris Card. &c. habebat cū clausula, quod qualitates exprimi possint: adhuc non poterit exprimi maior, vel principalis, vel quod sit conuentuale: & iste est stylus curiæ Romæ, quia iste qualitates specialius exprimi debent.

9 Poteſt tamen conſcribi in signatura, quod exprimi poſſit. ſi d. N. ep̄ſ fuerit familiaris, & continuus commensalis alicuius Cardinalis, dum in minoribus ageret: ſed non poſteſt dici, quod ep̄ſcopus ſit familiaris alicuius cardinalis, cū ep̄ſcopus in ordine ſit maior presbytero, vel diacono cardinali, & ideo Papa vocat ſe ep̄ſcopum: vt patet in proemio Decr. & lib. 6. ſcripti in §. ſi quis ve- rō, de colla, in Concord.

1 **Etiam situationis.** Non poterit quis ratione huius folius clausulæ, quod maior expressio, &c. exprimere hanc qualitatem, quod beneficiū est ſitū in ecclēſia, in qua impetrās aliud ibidē obtinebat: q[uod]a est alia incompatibilitas, quod duo habeat ſub uno & codē teſto. c. literas, de conceſ. præb. ideo noua imprecatio opus erit vel reſcripto perinde valere, quod ex hac signatura elicieſt.

2 Niſi fuerit additum huic clausulæ, quod maior specificatio fieri etiam situationis poſſit: tunc poterit exprimi quod beneficiū est ſitum in tali ecclēſia, in qua aliud, & tale N. habeo: quod est noſtandum: quia iſta non reperiūtur ſcripta à iurium interpretibus: qui iſtam praxim parum nouerunt. Vides igitur, quod clausula, maior expressio fieri poſſit, &c. non prodest, ſi habeas beneficium in ecclēſia, in qua aliud impetras: fecus ſi addas, etiam ratione ſitus vel ſituationis.

3 Exprimi ergo debet, quod beneficiū ſit curatum, per d. c. cū in illis, de præb. lib. 6. & ſuprā dictum fuit.

4 Limitant quidam ſi haberet curam iurisdictio- *Cura iuriſdictio-*
nalem, tunc imprecatio non viatatur, ſi illa cura nō *nō viatatur*, ſi impetratur archidiaconat⁹, non *non eiſi ex-*
exprimatur: vt ſi impetratur archidiaconat⁹, non *primenda.*
eft nec eſſe exprimere curam fori contentiosi, q[uod]a archidiaconus eam de iure habet. c. i. & c. adhæc, de offic. arch. & hoc docet Felic. in ca. ſuper literis, col. 5. num. 8. in ſecunda regula, de rescr. vbi etiam dicit illud non indigere expressione, quod à iure certum eſt: nempe ſummus Pontifex omnia iura in ſcrinio pectoris habet. c. i. de constitut. in 6. ergo in iure nemo potest illi imponere, maximè Iulio tertio nunc Pontifici maximo, qui in his maximè verſatus fuſt.

5 Nec talis cura inducit incor. patibilitatem cum *Cura fori*
alio curato, per dictum extraua. Execrabilis, in ſi. *comtentioſi*
nec gratia iudicatur ſubreptitia, ſi impetrans non *non inducit*
exprefſerit illam curam: ſed ſubreptitia eſſet, ſi nō *incompati-*
bilitatem.

6 Nam cōſuetudo facit in aliquibus ecclēſiis eſſe dignitatē, quæ non eſt in aliis. doct. in c. cum ac-
cessiſent, de constitut. & ca. de multa, de reſcript. cautiſis eſt tamen, ſaltem conditionaliter, exprimere per hæc verba: cui forſan cura impinet iuriſdictio- ne, ne de ſubreptione bulla arguarur: ſi tamen.

tamen archidiaconatus non sit dignitas, nō oportet hoc exprimere.

Plebania et hoc exprimere.
est exprimenda, & quis sit. 7 Ad hoc non sufficeret exprimere curatum esse beneficium, si esset plebania, quæ habet sub se capellas, in quibus perpetui clericij instituuntur. c.i.

7 Ad hoc non sufficeret exprimere curatum esse
beneficium, si esset plebania, quæ habet sub se ca-
pellas, in quibus perpetui clerici instituuntur. c.t.
ne cleric. vel monac. lib. 6. sicut est ecclesia parro-
chialis sancti Firmini Montispesulani, sed oportet
exprimere plebaniam, seu præposituram, cui cura
parrochianorum dictæ ecclesiæ, quæ etiam parro-
chialis existit, imminet animarum : & cuius fru-
ctus, &c. sed forte per istam clausulam, q. maior
expressio fieri posse omnium qualitatum, hæc
qualitas plebaniae in bulla exprimi posset.

8 Nec sufficeret dicere dignitatem, si esset curata, sed debet exprimi curata, nisi per istam clausulam suppleatur, per c. cum in illis, de præb. lib. 6. de Rota. decif. 202. in antiqui. sub tit. de rescript. dec. 37.

Impetratio 9 Si tamen alijs expresserit beneficium, cui im-
facta de cu minet cura animarum, & tamē est beneficiū sim-
rato si sit plex, non praedictatur impetranti, quominus va-
simplex va- let impetratio: qd Papa faciliū concessisset sim-
plex, quām curatum: ideo nō potest dici subrepti-
tia impetratio: vt docent Domini de Rota decisi-
562. Papæ supplicat, in antiq. sub tit. de rescr. decisi-
73. per cap. cui licet, de reg. iur. libr. 6. facit text. à
contrario in c. postulatis, in fi. de rescr.

Differat ut **Fructuum, &c.** Etiam ut verior expressio fieri possit
verus va- fructuum, de augendo videlicet vel minuendo, su-
lor augea- tur, vel ex- periūs explicatū fuit, ob id nō repetā. Sed nota, q-
primatur. si Papa cōcedat, ut verus valor exprimi possit, tūc
poterit exprimi quicūque valor, & ad quācunque
summā: secus si dicatur quod verior valor augeri
possit, eo casu augebitur sive ad tertiam tantum par-
tem: ut statuit Alex. 6. in tit. de deroga. iuris patro.

**Ordo quā-
do exprimi
possit.**

Ordinum. Etīa permittitur vt expref-
sio ordinū verior fieri pos-
sit, dixi beneficium esse ordinis sancti Augustini,
& est ordinis sancti Benedicti: hoc ergo in bullā
exprimi poterit: & istud non debet poni, quando
imperatur seculare beneficium, sed tantūm quā-
do regulare, quia non conueniunt seculari, cūm
nullius sit ordinis beneficium seculare: nisi dicas,
quòd expressio ordinis fieri possit, si in fundatione
requirebarur ordo sacerdotij, vel diaconatus, &
tunc huius clausulæ nomine poterit hic ordo ex-
primi: nota q̄ ordo debet præcedere diœcesim,
sed nō ciuitatem: vt est in stylo Hier. Paul. fol. 22.

Dependentium. Aliquando beneficium depé-
quido ex- det ab alio monasterio, & per hanc clausulam ex-
primi posse. primetur in bulla esse dependens à tali monaste-
Plures gra- rio. in c. cùm singula, de præb. lib. 6.
rio. in c. cùm singula, de præb. lib. 6.
rio. in c. cùm singula, de præb. lib. 6.

Item quando iunt patres gratia in vita supplicatione, quarum aliqua venit limitanda, tunc dicetur. Fiat, ut petitur, & in forma iuris, & sine praedium, & de consensu, & de uno curato, &c., ut statuerit Alex. 6. in tit. de signa gratiae, & mensu quando in Annorum. Etiam hoc verbum poniatur, ut anni senior specificatio fieri possit: ut si forte dixerimus anno trigesimo

ratione istius clausulæ potero : sed istud videt si-
perflium, quia annus vacationis non solet expri-
mi, sed q[uod] nuper vacauit, &c. sed forte annorum im-
petrantis expressio verior fiet, per hoc verbū, mē-
sis verò est exprimendus, q[uod] vacauit in mensibus
graduatis deputatis, ac nominatis, alias p[ro]missio ef-
fet subreptitia, ratione intentionis Papæ, q[uia] nō
intendit derogare concordatis: vt patet in titu. de
firma, & irreuocabili cōcor. stabilita, ergo oportet
quod Papa exprimat, q[uod] confert non graduato,
nec qualificato ratione præventionis, quod illud
beneficiū vacauit in mēsibus graduatorū & quali-
ficatorum, alias prouisio nō valebit, per §. declarā-
tes. de mand. Apost. in cōcor. vbi scripsi, & ibi alia
videri possunt huic rei affinia: & sic verior expres-
sio fieri poterit vel anni vacationis, vel fundatio-
nis, & mensis, etiam per hanc clausulam nota.

Dicecſis. Etiā vērior expreſſio fieri poterit, nā ſi dixerim beneficiū eſſe ſitum in dicecſi Parifiensi, & eſt in Aurelian. potero in bullā exprimere eſſe Aurelianen. error tamen in dicecſi beneficij non vitiabit impetratiōnem, ſi de corpore beneficij cōſtituēt ſecus eſt in errore propriaꝝ dicecſi impetratiſ. Fel. & alijs in c. ſignificante, de reſcr. arg. I. f. C. de harēd. iſtituti, fed per hanc clauſulam poterit etiam dicecſi impetrantiſ vērior expreſſio fieri, vt aliquid opere- tur. q. in I. I. ff. quod netus cauſa...

Aliorūmque circa præ-
*mīsa necessariorū verior expressio fieri posſit. hæc clau-
ſula generalis nō operat, vt quodlibet verbū mu-
tari posſit, ſed aliquod ad hœc necessariū, vt bulla
valeat, & impetratio, per l. quoties primam. ff. de
verb. obl. nam ſi certa actas narrata fuerit, alia ex-
primi nō poterit; vt ſtatuit Alex. 6. tit. de signa gra-
tiæ, vbi plus dicit delēdā clauſulā, quod actatis ve-
rior expressio fieri posſit, ſi in ſignatura ſit cōſcri-
pta: nā actas verè exprimi debet q̄a Papa infantulis
nutrices dare nō vult, ſed hoc relinquit matrib⁹.*

Maior, verior, seu amplior
expressio fieri posit. Maior dicitur, ergo minor fieri non poterit expressio: vnde si quis in supplicatio-
ne dispensationis dixerit se doctore, vel nobilem,
nō poterit postea dicere se scholasticum. c. ad au-
res, de rescr. vbi Pan. & alij: quia literatura & no-
bilitas inducunt Papam ad dispensandum. cap. de
multa, de præb. quæ si cessent non valebit dispen-
satio, quasi si ne causa. c. non est, de voto, vbi gl. no-
nec dicere poterit se simplicem clericum, si prius
dixerat se sacerdotem, & sic de similibus.

Irem dicitur major: vnde oportet aliqua prius expressisse, ideo non valeret haec clausula, si quis imperat et beneficiū vacans per modū in literis exprimendū: nisi alijs modus fuerit expressus: quia maior expressio fieri debet, non tota expressio: ut si prae dixi in vacādi modo, in hac forma signaturē

Maior etiā ratione fructuū fieri poserit, non mi-
nor: vt superius dictū fuit: & quāuis multis modis
dicatur maior, vt docet gl. in c. lex. 2. dist. Panor. &
Feli. in rub. & in ca. statuimis, de maior. & obed.
*Clavifolia
et omnia
mataripos-
fui non va-
let.*

Tertia pars signaturæ.

tamen hic accipitur maior expressio, id est magis ampla, & vberior: ergo omnia mutari non poterunt: immo si in signatura esset hæc clausula, q[uod] omnia nomina, cognomina dicecessis, &c. mutari posint, ista clausula deleri deberet: nec debet Papa ea clausulam approbare tāquam incertam ut statuit Alex. 6. in suis reg. de signa. gratia.

Specificatio & expressio quo modo intellegantur. Item dicitur specificatio: significat enim, quod generaliter dictum fuit supplicatione, vt in specie redigi possit in bulla: sicut dicit text. in l. aded. §. cùm quis ex aliena materia speciem aliquam suo nomine fecerit. ff. de acqu. rer. do.

Expressio fieri potest non omisita. Adhuc expressio fieri potest, ne ratione tacitur, nritatis, & nō expressionis, bulla sit subreptitia, sed nō dicit q[uod] fieri possit omissione: vnde ex expressis in signatura substatitalibus nō est omittendu in bulla, nec alijs ipsa debet expediri: q[uod] nihil est ex necessariis omittendu. l. Datus. ff. de in integr. ref. Aliaq[ue] p[ro]ut occurrit corrigi poterunt, secundū naturā & cōficiendū mensulariorum, & stylum, Cur. Rom.

De clausula in literis latissimè extendenda quid p[ro]st. Clausula, in literis latissimè extendenda, operatur: q[uod] Papa vult derogare regulis Cancellariae, oportet q[uod] in bulla inserat ad verbū illa regula, in narratione: vt docet Gome. in proœ. reg. Cancel. q. 6. Tamē si in signatura dicatur, cū derogatione reg. cancel. in literis latissimè extēdenda, tunc in bulla extēdi ad verbū poterit, & derogari: allegat Fel. in c. nonnulli, de ref. Etiā p[ro]dest h[oc] clausula, vt si q[uod] videat sibi utilius habere literas perinde valere, vt etiā extendi possit bulla, & confici, ex hoc scripto perinde valere, &c. Aliū effectū vide in bulla dispensationis in verb. ac constitutionibus, &c.

I Cum derrogatione statutorū priuilegiarū, indultorū, & literarū Apostolicarum.

Ex hac clausula cōficitur alia clausula in fine bullæ posita, non obstantibus statutis, priuilegiis, &c.

2. Debet tamē addi huic clausulæ cū derrogatione statutorū & priuilegiarū ecclesiārū, seu ecclesia, etiā in confectione literarū exprimendorū, &c. vt posteā in bulla exprimantur priuilegia, si opus sit.

Non cretur canonici ad effēctū, nisi in signatura hoc fuerit dictum. Per istam tamē clausulam nō poterit expediri bulla cū creatione in canonicū ad effectū, nisi in signatura sit expressum: nec creabitur quis canonicus in bulla, si in signatura hoc non fuerit dictum: vt scripsi in forma manda, in concord. &c. in tit. de ref. & per hoc vidi aliquid amississe dignitatem, quam impetraverat: quia nō fuerat in bulla, nec in signatura creatus canonicus ad effectū & consuetudo erat in ecclesia, quod non recipere tur quis ad dignitatem, si non esset canonicus: de quo ample scripsi in 8. fin. de ref. in concord.

4. Et si in prima bulla nō fuerit derogatum sufficienter statutis, nō poterit expediri alia bulla, nisi expediti vel ad partem, &c. de diri, vel ad partē, p[ro]ut utilius impetrati fuerit: q[uod] folio apponere, vt mihi & tutiū parti consulatur. Per derogationem omnis obstantia, nisi tollatur, illis tollendis sit expressū dictum: vt docet Aegid.

Bella. decif. 333. in causa. Card. & Feli. in ca. super literis, col. 6. num. 9. in 4. reg. de rescript. Aliasuper his dicam inferius in bulla.

6. Adhuc ista derogatio in literis executoriis ap- *Derogatio in literis executoriis ap-*
posita non sufficeret, per text. in cl. i. in fi. de præb. nam clausula adiecta in executoriis non ampliat gratiam. Cald. conf. 16. de præb. quē refert & seq. Francif. Curt. conf. 3. placet. col. 1.

7. Etiam clausula appositæ in executione nō ampliat principalem dispositionē, vt docet Petr. Paris. conf. 54. in præsenti, num. 36. in i. vol.

8. Ad hæc non sufficiet ista derogatio quod ad re- *Expressare regulas cancellariae, nisi dicatur cū derogatione re-*
gularum cancellariae: vt expressæ docet Gome. in proœ. reg. q. 5. & seq. vbi dicit debere apponi clausulam non obstan. reg. cancella. latissimè extenden. vel quorum tenores, &c.

9. Etiam hæc clausula non obstan. non operatur ultra narrata. Dec. conf. 10. vido puncto, col. 3. nec tollit alios defectus non expressos: vt plene docet Fel. in c. nonnulli, de ref. & Curt. conf. 49. refert & sequitur Paul. Paris. conf. 1. num. 90. cum seq. in i. volum.

10. Item nota quod si clausula deleatur in signatura, illa nihil p[ro]dest: vnde dicunt Dom. de Rota decif. 561. cancella. in antiqu. [sub tit. de ref. decif. 50.] p[ro]dest. quod si Papa aliquam cancellauerit clausulam in decisione, cōsetetur cōcedere omnia alia quæ alias ex regulis cancellariae per simplicem signaturam, viderentur concessa, quod probat Fel. in d. c. Super literis, col. 6. nu. 9. de ref.

11. Si tamē reformetur signatura cū omnib[us] clau- *Deletat clausula in literis non scripta habetur. l. i. & per totum. ff. de his quae in testam. delent. l. fi. C. de edit. diui Adria. toll.*
sulis, nō debet clausula deleta conscribi, quia pro s[ecundu]m literis non scripta habetur. l. i. & per totum. ff. de his quae in testam. delent. l. fi. C. de edit. diui Adria. toll.

12. Quod limitatur in sumpto signaturæ: nam si ex hac clausula mens Papæ cognoscatur, vel bulla ex hoc impugnetur, debet tota etiam cancellatio à Papa cōscribi in hoc sumpto supplicationis, in quo scribuntur omnia verba signaturæ ad hoc, vt intētio Papæ dignoscatur: vt deinceps ex illo libro omnia extrahi possint.

13. Vnde cū Papa nollet conferre prioratū sancti Martini de campis. Paris. alijs impetrauit prioratum sancti Nicolai, qui forsan est in suburbis Paris. h[oc] vera, Qui forsan, fuerunt à Papa deleta, tamen bullæ fuerunt posteā extortæ, & in illis fuit dictum, quod beneficium erat sicutum intra ciuitatem Paris. certè apparuit ex sumpto signaturæ delata in illis verbis, Qui forsan, &c. quod Papa noluit conferre illum prioratum sitū Paris. quia iam contulerat, ideo fuit ultimus exclusus.

14. Quod est notandum, quia debes videre signaturam, & conferre cum bulla, & poteris cognoscere in quo bulla excedat signaturam, sed pauci hoc intelligunt, vt verum fatetur: ideo ista scripsi: nam trapezitæ artem eorum secretam habent, que per ista patet, vide quae scripsi in gl. pro exprefsis, in vers. 30. in forma manda, in concord.

15. Notandum est q[uod] supplicatio signata per prædecessorē non solet mutari, nec corrigi à successore, q[uod] sunt plura verba, que non comprehenduntur suff.

Clausula et derrogationes post simili expediri vel ad partem, &c. de diri.

1. In prima bulla non fuerit derogatum sufficienter statutis, nō poterit expediri alia bulla, nisi illa re integra trascribas, & reformes: vel si in signatura fuerit, q[uod] h[oc] derogationes possint simul experiri, &c. de diri, vel ad partē, p[ro]ut utilius impetrati fuerit: q[uod] folio apponere, vt mihi & tutiū parti consulatur.

2. Item per hanc clausulam omnia obstantia gratia, que ex narratis collegi possunt, videntur taciti esse sublati, licet in gratia cōceptione nihil de illis tollendis sit expressū dictum: vt docet Aegid.

3. Per istam tamē clausulam nō poterit expediri bulla cū creatione in canonicū ad effectū, nisi in signatura sit expressum: nec creabitur quis canonicus in bulla, si in signatura hoc non fuerit dictum: vt scripsi in forma manda, in concord.

4. Et si in prima bulla nō fuerit derogatum sufficienter statutis, nō poterit expediri alia bulla, nisi expediti vel ad partem, &c. de diri, vel ad partē, p[ro]ut utilius impetrati fuerit: q[uod] folio apponere, vt mihi & tutiū parti consulatur.

5. Item per hanc clausulam omnia obstantia gratia, que ex narratis collegi possunt, videntur taciti esse sublati, licet in gratia cōceptione nihil de illis tollendis sit expressū dictum: vt docet Aegid.

6. Adhuc ista derogatio in literis executoriis ap-

posita non sufficeret, per text. in cl. i. in fi. de præb. nam clausula adiecta in executoriis non ampliat gratiam. Cald. conf. 16. de præb. quē refert & seq.

7. Etiam clausula appositæ in executione nō ampliat principalem dispositionē, vt docet Petr. Paris. conf. 54. in præsenti, num. 36. in i. vol.

8. Ad hæc non sufficiet ista derogatio quod ad re- *Expressare regulas cancellariae, nisi dicatur cū derogatione re-*
gularum cancellariae: vt expressæ docet Gome. in proœ. reg. q. 5. & seq. vbi dicit debere apponi clausulam non obstan. reg. cancella. latissimè extenden. vel quorum tenores, &c.

9. Etiam hæc clausula non obstan. non operatur ultra narrata. Dec. conf. 10. vido puncto, col. 3. nec tollit alios defectus non expressos: vt plene docet Fel. in c. nonnulli, de ref. & Curt. conf. 49. refert & sequitur Paul. Paris. conf. 1. num. 90. cum seq. in i. volum.

10. Item nota quod si clausula deleatur in signatura, illa nihil p[ro]dest: vnde dicunt Dom. de Rota decif. 561. cancella. in antiqu. [sub tit. de ref. decif. 50.] p[ro]dest. quod si Papa aliquam cancellauerit clausulam in decisione, cōsetetur cōcedere omnia alia quæ alias ex regulis cancellariae per simplicem signaturam, viderentur concessa, quod probat Fel. in d. c. Super literis, col. 6. nu. 9. de ref.

11. Si tamē reformetur signatura cū omnib[us] clau-

sulis, nō debet clausula deleta conscribi, quia pro s[ecundu]m literis non scripta habetur. l. i. & per totum. ff. de his quae in testam. delent. l. fi. C. de edit. diui Adria. toll.

sub verbi mutatis: sed debet impetrari literæ deperinde valere, cū clausula rationi cogruit, si quis dubitet de prima impetratione: nā si Papa destruet, quæ eius antecessores statuerunt, non cōstructor, sed euersor iustè comprobaretur. ca. si ea. 25. q. secunda: dixi in forma manda. in concorda.

16 Nec potest successor etiam declarare, non dicam mutare voluntatē prædecessoris. no. in l. Pōpo. §. fi. ff. de rei vēdic. & l. inter. §. i. de verb. oblig. quia plurium non est vna voluntas. l. quia poterat. ff. ad Trebel. capit. quia, de concessio. præbend.

17 Si autem omisla sunt talia, quæ cōmodè poni possunt ex verbis signaturæ, scū radendo, vel addendo, & tunc addi poterunt, cū error corrigi possit. l. si librarius. ff. de reg. iur.

Rasfera quā 18. Signa perpetuo, quod̄ litura seuraſura vitiat bullam, si in loco sit suspecto, alioqui, non, per cap. ex literis, & ca. inter, de fide instru: & si litura sit, præsumitur propter bullæ autoritatē facta per officiales curiæ Romanae. cap. fi. vbi no. de criminis falsi, hoc exp̄s̄ docet Āgid. Bellameria in c. in memoriam. col. 3. in 19. dist. & poterit quis Roma sciscitari, an hoc fuerit ab illis factum, si de hoc dubitetur.

Cora prn 19. Etiam contra reges & principes, vel magnos cipes rō cōduces non dantur literæ à Papa sine signatura. vt ceduntur li- docet Provincial. fol. 20. versi. contra Reges, vt in tere sine si- aliquo eis deferatur. c. fi. de offi. deleg. in sexto. gnaturæ.

In bullā nō 20. Preterea quādō proquidetur à Papa de beneficiis ad collationē inferioris ep̄i spectate, quāvis in- mi collator supplicatione exprimatur collator, in builla tamen nisi in vno non solet exprimi, nisi in vniōne perpetua, aliás m.

vnio effet subreptitia, non enim est dubium quin Papa saltē cum maiori difficultate, fecisset priuidiū perpetuo collatori. c. super eo, de offi. deleg. 21 Idem si quis haberet priuilegiū conferendi, nā & tunc illius mentio erit habenda, per notata in c. in nostra, p. Fel. de rescr. Ideo cū ad Hierosolymitanos spectet collatio ex priuilegio, hoc exprimi solet, & in noua p̄uissone (vt in bullā videre est infra) solet exprimi collatio alterius seu prouisio.

Vt in pars signature. I Datum apud, &c. De hoc di-

cā inferiū in bullā. Ista est ultima pars signaturæ de hac data scripti in forma manda. in fi. in Franciæ concord.

Signature an credatur, & in quibus casib. 2 Quero, an soli signaturæ credatur? breui resp. non esse credendum, vt statuit in reg. 25. cancel. Inn. 8. quia ibi signatura ante confectionē literarū vacatur informis: & hoc est hodie repetitū in illa reg. canc. Iulij Papæ 3. reg. 28. q. iudices nō debent iudicare secundum signaturam, sed iuxta bullam.

Bulla ex s. gnatua ex traibitor. 3 Quia quemadmodum scheda notarij non redacta in formā instrumenti nō facit fidem, quo usque fuerit de iudicis mandato in mundum, & ad longum redacta. l. contractus, & ibi Paulus Caſten. C. de fide instrum.

4 Vbi plus dicit, quod̄ si pars prius producat protocollum, non sufficit ad fidem faciendam, quia non est scriptura munda, nec extensa: sed requiritur ultima scriptura extensa, in qua actus ad longū deducitur: sic potest dici de signaturæ & bullæ, vt primò bulla sit producēda: & si de ea dubitetur

ad signaturam, ex qua extracta est, tanquam ad protocollum recurramus.

5 Primò fallit quando approbata per librum registri signaturū fuerit, quia tūc facit plenam fidem, sicut notarij protocollū. tex. in aut. de tabel. §. fi. col. 4. & eo catu habebo sumptum, & valebit quō ad probationē: nam ex stylo curiæ Romanæ gratiæ Papæ possum ex registro sumi, & aliter probari, quam per literas bullatas: vt habetur in proce mio Sexti Decretaliū, & hoc exp̄s̄ docet Antonius Butrig. in conf. 2. quod̄ est repetitum conf. 49. viis literis. col. 2.

6 Et isti registro ex stylo curiæ Romanæ nihil ad. Signatura didebet: & hoc etiā voluit Datarius Papæ Pauli iii. quando ap. nec dies in eo scriptus mutari, & quod̄ probet, cō- probari pos- sit. sūluit Paul. Caſtr. conf. 344. in praesenti. in 1. vol.

7 Secundò restringe quando alio modo fuerit, approbata, & aliis ad miniculis fulcita, vt pote per mensularios expertos, qui deposituerunt eam bonam & secundum stylum curiæ Rom. cōceptam. arg. l. instrumēta. C. de prob. vbi creditur scripturæ priuatae, si iquetur aliis adminiculis, & multo fortius signaturæ.

8 Præctica ergo est in Francia, quod̄ si non possum obtinere bullam obstante legitimo belli, vel alio impedimento, vt impētrem literas Regias, per quas impedimentum narrat, & petam mihi cōcedi, vt liceat approbare per experientes, dicta signaturam: & verificari, & concedi solet obstante & constate impedimento: & hoc vidi sapientius fieri, & hoc quandoque etiam sine literis per supplicacionem, quando est notoriū impedimentum, sed alias approba- re quādō signaturæ quibus sie.

concedi nō debet: & de ista approbatione traditū interpres, in authen. si quis in aliquo. C. de edend. maximē Purpur. & interdum vidi Cardinales quosdam approbare hanc signaturam, & permettere, vt ex sola signatura recipi fructus posset, quod nō potest fieri: vnde intrusus est, qui hoc facit, nec iste Cardinalis potest legē superioris iſtrin gere. cl. 2. de ele. sed mereretur priuari, qui hoc faceret, quia vult se cōstituere supra summū caput.

9 Tertiò fallit, quo ad cōficiendū bullā signaturę: creditur ad hoc vt bulla ex hac cōficiatur, sicut ex protocollo notarij instrumentū cōficitur: alias bulla confici non posset: nam Romæ abbreviator solet signaturam ad verbum describere in uno libro, si de ea dubitetur, ad illum librū recurremus tanquam ad prototypum, vt firmat An. de Butr. d. conf. 2. viis. col. 1. vbi dicit, quod̄ quando aliter est sumpta minuta per vice cancellarium, & magis stricte, vel largè, quam fuerat à Papa concessa, tūc recurrentum est ad originale, per c. quoniam cōtra, de prob. idem repetit conf. 49. viis literis.

10 Et ideo fuit iudicatum in hoc senatu pre- signatura contra bullam: nam in signatura erat cōfessio beneficij, prouiso quod nō esset de collatio cōfessio beneficij, prouiso quod nō esset de collatio Episcopi Pietauiensis, expedita erat bulla sine il- la clausula, sed producta fuit signaturā continens istam clausulam, prouiso quod nō esset, &c. & probarū beneficium esse de collatione episcopi Pietauien. certè fuit iudicatum pro signatura, vt nō valeat collatio, licet in bullā nihil dicceretur, quia

Tertia pars signaturæ.

signaturæ statut quò ad cōtentia in ea, & plus quò ad hoc, quam bullæ, ut prædicti: nā signatura quò ad se, est gratia Papæ perfecta: vt est text. in ca. institutionis, 25, q. 2. Rota decif. 882, nota quòd ubi gratia, in antiqui [sub tit. de rescript. decif. 87.]

Consentientibus partibus signaturæ statut.

ii Quartò tempora cōsentientibus partibus, quæ si velint ex signatura, quòd penitus debetur, vel credatur, exigi & credi poterit: vt scripsi in tract. de pacifi. poss. in nt. 137. quia quilibet potest renūtiare priuilegio, in fauorem suū introducto. l. pen. C. de paci. & hoc quotidie fit: vt dicit in similij tex. in l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cert. pet.

12 Quamuis d. Probus in ca. tibi qui. in addit. ad Ioan. Monac. nu. 13. de rescript. teneat cōtrarium, dicens esse scripturam priuatam, ideo non facere fidē, nisi in cæcellaria: vt super ea sumatur per officiales curiæ forma, quæ dat esse rei, & eam cōseruat inesse: absurdum enim esset secundum eum, si hoc esset per partes remissibile. l. nemo. ff. de leg. i.

13 Allegat simile de excōmunicatio: sicut enim excōmunicatio partium conuentione tolli non potest, nisi absoluatio sequatur. c. cū desideres. de sent. excom. Ioan. Monac. in ca. quicunque, col. 2. illo tit. in 6. hac d. Philippus Probus in d. c. tibi.

14 Ego verò dico, quòd si partes velint stare signaturæ, ei stabitur: nam cum partes sunt cōcordes, quid ad iudicē? quid enimaliud agit prætor, quam vt controversiam dirimat: l. §. inde. ff. de noui oper. nunc. & iudex nō supplet in his quæ facti sunt. l. vni. C. quæ defunt aduoca.

Partes unius testi credere possunt etiā odiose.

15 Et hoc est introductum in merum fauorē partium, & principaliter, ergo illi fauori renunciare, partes possunt. l. pen. C. de paci. possunt enim partes credere vel odiose, vel mediatori, seu alteri testi inhabili. §. Quoniam verò. in auth. de testib. col. 7. multò fortius poterunt credere signaturæ,

16 Item probatio imperfecta potest reddi de cōfensiū partium perfecta. l. f. C. de testib. & vni testi credere potest pars, licet aliás non credatur. l. Theopompus. vbi plenè Bart. ff. de dote. præleg. Felin. & alij in capit. veniens, de testib. etiam sine iuramento. gloss. in l. i. ff. de feriis,

Super damnis dicto alterius partis credere possit.

17 Imò possunt facere partes, vt dicto alterius partis credatur super damnis & interesse: vt Bart. firmat in l. f. ff. de prætor. stipula. & in l. iusurandum quod ex cōuenitione in princ. ff. de iure iuri. sequitur Ias. in repetit. l. admonendi. col. 90. nu. 200. ff. illo tit. & vt testi etiam infami adhibeatur fides. authen. si quis testibus. C. de testibus. facit gl. sing. in aut. de testib? §. & licet in gl. & supplicijs. vbi multa addidi. col. 7. doct. in c. caussam, illo tit.

Signatura non dicuntur scriptura priuata.

18 Et signatura non dicitur simpliciter scriptura priuata, quia est facta per officiales Roma. curiæ, ergo nō est priuata, sed publica, & si priuata esset, non signaret eam Papa, & signando videretur tacite mandare, vt literæ fiant secundum signaturā: nam postea Cancellari⁹ scribit per quē fieri debet, minuta, postea ingrossanda. His verbis vtricur Nicol. Milius in repe. in verb. gratia Apostolica. q. 36. & quāuis esset scriptura priuata, tamē ex cōuenitione partium faceret fidē inter partes: vt plenè probat Ias. in l. admonendi. col. 40. nu. 101, cū seq. ff. de iure.

reprobando Inn. & alios contrarium tenentes,

19 Nec refragatur d. l. nemo potest. ff. de leg. i. q. intelligi debet. de legibus introducētibus folennitatem vel ius publicū, quod per partes non posse renūciari: secus si ius aliquid in fauore partium introducat, tunc partes illi poterunt renunciare: nec obest allegatio facta de excōmunicato, quia excommunicatio non est in fauore partium introducta, cū sit medicinalis. c. i. de sent. excom. lib. 6. igitur partes non possunt ēa remittere, secus in signatura, vt possint illi credere, si velint: sicut possunt statuta etiam à Papa approbata reiçere, si in suā tendant utilitatem. gl. & doct. in c. cū accessissent, de cōst. & in c. 2. de verb. sign. in 6. [Et in facultate partiū nō est, aliquem excōmunicatum absoluere, sed eius qui ligauit. l. si puelle. ff. de spōl. sed credere alteri possunt, vel disponere, vel per se credere. l. Theopompus. ff. de dote præleg.]

20 Quintò fallit vt probet contra supplicantem, *Signature qui eam dedit, vt postea per illā præsumptiū probat con- betur, quòd beneficiū viuentis impetravit: & ita seruit Rota, vt docet Dom. Gome. in q. 5. in com- mētariis suis super regul. de impetra. beneficij vi- uentis, & pro hoc est text. in l. cum ptecum. C. de libert. cauf. vbi statut confessioni supplicantis in eius præiudicium.*

21 Et sic ex contētis in signatura iudicari poterit impetrans, forte si dixerit vacasse beneficium in mēse graduatorum, ergo probabit graduatis esse affectum: vel si dicat se obtinere beneficium, ex hoc condemnari poterit, quod in signatura dicit, nec poterit pro parte iuuari signatura, & pro parte non, postquam eam impetravit.

22 Sextò etiam si mea signatura per fiat, signata sit, & tua per concessum, ego præferri debeo, & illi signaturæ statur regula 31. cancel. vbi abunde scribitur: & superius dixi rationem in 2. parte.

23 Septimò si peratur aliquem in religiosum recipi, ac sibi de ecclesiastico beneficio prouideri: per simplicem signaturā fiet receptio, vt patet in reg. cancella. 65. & alia multa sunt, quæ per solam signaturam fieri possunt, quæ forte aliás scribam,

[Octauo ex voluntate Papæ, vt si ea dicatur, quod stetur soli signaturæ: & plenam faciat fidem, tunc per se faciat fidem, vt no. doct. in c. cum dilectus. de fide instru. per illum text.]

24 Notandum est quòd concessio facta à Papa in signatura, intelligitur secundū partis supplicationē, *Cōcessio pa- pe facta in c. inter dilectos. §. cæterū. de fid. instr. nā respon- signatura fiet interrogatus. ff. de inter. act. pulchrē paris sup- plicationē* Dec. conf. 33. viso puncto, co. i. & conf. viso cons. co. intelligitur. 3. nu. ii. vers. secundū presupponendū, & Sozi. conf. ii. viso processu, col. pen. & vle. in 4. vol.

25 Et quando supplicationis est certa, & limitata, & *Papa per responso ambigua: responsio & cōcessio declaratur, & intelligitur secundum supplicationem Bart. à duabus in l. si quis intentione. in ff. de iudic.* excommunicatiōnibus absolu-

26 Ex quo inferitur quòd si q. s. patet absolui à dua bus excōmunicationibus, & Papa dicat, fiat, vt pētit, si è par titur, videretur ab illis duabus absoluere, secus si vna te pétum fuetit expressa. arg. c. fedes. de rescr. Panor. sic fuit, in c. cum

in c. cum pro causa. in gl. vlt. de sent. excom.

Qualitas beneficij habet pro expressa.

27 Item si in signatura petatur, quod qualitas beneficij habetur pro expressa, vel aliud: & Papa si gnet, fiat, vt petitur, valebit gratia, ac si qualitas expressa esset vel aliud exprimendum. Ant. Burr. conf. 2. visis literis. col. 1. quem refert & sequitur. Fel. in ca. super literis. col. 6. reg. 4. num. 9. de resc. alias si expressio qualitatis omittatur, gratia est nulla. c. Ad aures. ibidem, vt supra scripsi.

Negativa intelligitur imputatio si simplex fuit expressa.

28 Et si qualitates non sint expressæ in signatura conditionaliter, vel affirmatiæ, in bullæ fiet expressio negativæ, videlicet talis impetravit beneficium sancti Pauli, non exprimens esse curatum. in supplicatione, in bullæ dicetur beneficium sancti Pauli non curatum, per reg. Inno. 63.

Dispensatio est nulla, in fationibus, in quibus si non fiat mentio qualitatis qua non sit dispensatio est nulla. c. nō est. de præb. in 6. quia regulæ in impetratio beneficij loquitur, non autem in dispensatione: ideo non valebit dispensatio in qua aliquis narravit se obtinere beneficium sancti Pauli, nec negativæ dicetur non esse curatum.

Cœssio ad tempus petitionis re feretur.

30 Et si pars narret beneficij vacasse certo tempore, videlicet in mense graduatorum, & petat si bi cōferri: & Papa dicat, fiat, presumitur facta cœssio cum eodem tempore, per text. arg. in l. quæro. §. fi. de ædil. edit. Bald. in l. i. col. pen. num. 13. C. de ædil. actio, sic consuluit Dec. conf. 103. in casu. col. pen. in 3. vol.

Principes simpliciter concedendo omnia petita concedere videantur.

31 Et si quis porrigit principi supplicatione multa petendō, si princeps simpliciter rescribat, omnia concedere videtur: vt cōsuluit Rom. cōf. 80. confirmanda. Idem videtur decidere in simili casu Alexand. in cōf. 84. in causa vertente, num. 4. col. vlt. in 1. vol. & conf. 94. in causa. num. 3. in 2. vol. & plura cumulat Hipp. conf. 75. Clepientissimi, nū. 8. cum seq. sicut quando plures postulant aliquid, & Papa simpliciter concedit, nempe omnibus concedere videtur: quia non est ratio eur vni potius, quam alij concedat. arg. l. cū vñus. in princ. ff. de bon. auth. iud. poss.

Reformatio ex una causa non cōgetur ex alia.

32 Sed si petam bullam reformari, ex una causa & ratione vñus defectus & dicatur, fiat: non intelligetur ex alia causa, vel defectu, per d. c. inter. Fel. in et alia. abundè in c. super literis. col. 6. de rescript.

Cancellatio Papæ proposita quo ad non cancellata.

33 Fallit quando Papa limitasset, vel cancellasset aliquam partem, tunc enim concessionem limitatae stabitur. Panor. in d. c. inter. col. 3. per illum tex. de fide instr. vnde quodam petitio indeterminata fuit, vt pote quia petitio secum dispensari de nō promouendo, & cōcessio fuit determinata, vt pote de nō promouendo ad duc annos, tūc concessio atten ditur. Panor. in c. 2. de treug. & pace. Fel. in d. cap. super literis. col. 6. num. 10. Ias. in l. Gallus. §. itē credendum. nu. 10. cum seq. col. 3. ff. de liber. & posth.

34 Vnde etiam si quis petat dispensationem ad obtainendum prebendam & dignitatem in eadem ecclesia, etiā electuam, si Papa cancellaret illa verba, etiam electuam, videtur alia cōcedere, & hoc cancellatum denegare. allegatur l. tribunus. in fi. ff. de milit. test. hoc nominatim concludūt Dom. de Rota. decif. 56. cācelaria, in anti. [sub tit. de rescr.

decif. 50.] nam quæcumque negat, aliud concedere videtur. l. cūm prætor. ff. de iud. ca. nonne. de præsum. Ioan. de Selua in tract. de ben. in 3. part. q. 12. in qual. 19. nutu. 33.

35 Secundò fallit in his quæ debent specialiter & *Quæ spē- expressæ concedi: tunc si non sit in signatura ex- cialiter con- pressum, cōcessum non censetur, sed neglectum: per verbū quia si Papa voluisse, concessisset illud. ca. Ad au- cedi debent- fiat non con- diétiam. de decimis, vt si petatur quod summarie ceduntur.* procedi possit, si Papa non dicat, audiat talis, & summarie procedat, nō poterit summarie procedere: vt extat decif. Rota 379. nota quod si in cōmissione, in antiqu. [sub tit. de rescript. decif. 10.] quia specialis commissio ad hoc requiritur. cle. se-pe. de verb. sig. & hic finis signaturæ esto. ad bullæ declarationem venire necesse est, vt acquirendi praxis compleatur, & demum conseruandi beneficia materia tractetur.

Bulla nouæ ac simplicis proutis cum suis clau- sulis summè utilis declaratio.

1 Vnc videamus de bullâ, & eius clausulis,

strumentum à protocollo. §. 1. & seq.

Bulla à no-

mune ponti- cula inci-

strumentum à protocollo. §. 1. & seq.

in authen. de tabel. coll. 4. & hæc bullæ la incipit à nomine illius pontificis, qui gratiæ con- cedit, vt Clemens episcopus, &c. Paulus episcopus &c. vt inferiùs ostendam.

2 Et quia debet secundum ius commune interpretari. cap. causam. de rescr. expressæ docet Paul. Paris. conf. 10. q. col. vlt. in 1. vol. ob id aliquas interpretationes iuri & praxi conuenientes conscribam, tu benevolè lector, boni consule quia super his pauca haec tenus reperiuntur scripta.

3 Et non dicitur bulla, nisi in ea appositū fuerit *Bulla post plumbum. gl. in verb. aurea. clemen. vnic. in fin. de plumbi ap- iureiur. & habetur in reg. cancella. 14. & 96. in gl. possum di- & pro his est tex. in c. licet. de crimi. fal. etiam bul- lam quidam plumbum vocat: vt in c. licet. de cri. fal. nos autem totam scripturam à Papa emanatam cñm plumbō bullam vocamus, & de hac sequentia intelligentur.*

4 Primò bullâ dicit Festus aureū insigne fuisse *Bulla olim quondam puerorum prætextatorum, quod de- fuit aureū pendebat eis à pectori, vt ostenderetur eam extra- rigore. ita demum se cogitarent homines, si corde præstarent: dicta est autem bullâ à Græco sermo- ne βαῦλα, quod consilium Latinè dicitur: vel quia eam partem corporis bulla contingat, id est pe- catus, in quo naturale manet consilium, hæc ille.*

5 Sed puto depravatum locum & corruptum, *Bulla unde quia βαῦλα consilium significat, sed si à βαῦλa bullâ di- dicta fu- cta sit, quod cum consilio & matura deliberatio- ne expediatur: ideo falsa latinitas eam vitiat. c. ad Audientiam. 1. de rescriptis.*

6 Vel dicit Macrob. li. Satur. primo. cap. 6. sicut prætexta magistratum, ita bullâ gestanien erat triumphantium, ad figuram cordis, teste Alexad. lib. genia. 5. c. 18. quam in triumpho veteres præ se gerebant inclusi intra eā remediis, quæ crederet aduersus inuidiā valentissima: & quia Pontifices summi

De noua prouisione.

summi triumphos obtinuerunt, nunc primam dignitatem polifidendo: ideo vt vntur bulla remedio valentissimo aduersus inuidiam: quia si princeps magnus illis inuidareret, mittendo bullam concilia- tione statim rumpitur inuidia.

7 Vel si dicamus eam deduci à *B. & d. o. u. a. y.* secunda persona *B. & A. y.*, quod Papa velit illud, quod scriptum est in ea, & quod ibi declaretur voluntas Papæ rationabilis, tamē i elinguo aliis pertinacibus, vnde hoc nomen sit deductum.

8 Nisi quis velit dicere bullam esse aquæ turgi- ditatè, quæ ex plumbâ mouetur, & cito deficit: nā cōmuni partem dicitur, vita hominis bulla est, quia fugit velut umbra: vt dicit Iob maximè in Pô- tifice R. Romano, cui fuit dictum: *non videbis dies Pe- tri*, sic bullâ veitur, id est breui illo insigni tamquam aquæ turgitate fluitante, & discedente:

In plumbo 9 Vel quod sit insigne summorum Pontificum: *bulla quid* quia in ea bulla, id est in plumbâ solent insculpi ca- *insculpen-* pita sanctorum Apostolorum, Petri in dextera, & Pauli in sinistra, & prima litera nominis Papæ, & ordo Pôtificatus: vt PP. 3. id est Paulus Papa tertius. I.P. 3. Julius Papa tertius, & quod sit illorū insigne videtur probare. c. licet, de criminis falsi plumbum vocat bullam, & Dom. in c. quis nesciat. II. dif. Fel. in c. 2. verf. stylus. col. 7. num. 18. eodem.

Bulla pro quibuslibet 10 Et quantum attinet ad hanc materiam, bulla generaliter accipitur pro quibusque literis Pa- *literis à Pa-* pæ autheticis plumbâ munitis, & maximè gratio- *pa eman-* lis; ve dixi in bullâ cœnæ Dom. art. 4. & hec in plu- *matis plumbâ* mbris diuiditur, vt inferius apparebit: & post descriptionem dicetur de noua prouisione & simplici.

Bulla quid sit. 11 Primò quero quid sit bulla? respon. bulla est scriptura in membrana descripta, plumbâ funibus pendente iure munita salutatione cū narratione,

*Bulla requi-
rit scriptu-
ram.* 12 ac Papæ cōcessione, aliisque necessaria cōtinens. Primò bulla dicitur scriptura descripta in membra, seu pergameno, ad differentiam signaturæ, quæ in papyro scribitur: vt superius dictum fuit: & sic in ea opus est scriptura: vt plenè scripta in §. i. de mand. Apostol. in verbo literas, in concordia, alias non vocaretur bulla, nisi esset conscripta & in membrana.

*Plumbum
bulla requi-
rit.* 13 Plumbâ pendente munita, ergo requiritur quod bulla sit plumbâ decorata, ante quam bulla dici pos- sit, per illam gl. in clem. vnic. in fin. de iure iuri. & c. licet, de crim. falsi.

*Funibus
plumbum
bulla reine-
tur.* 14 Funibus ejam dico quia plumbum est appé- sum chordis sericeis, si sit bulla gratiofa: si vero sit iustitia bulla, sive executoria, erit filii cannabis, in quo erit appensum sigillum, seu plumbum, cap. licet & ca. quam graui. de criminis falsi. dixi supe- riùs in 7. differentia inter literas gratiae & iustitiae.

*Apponens
plumbum in
bulla fal-
sum com-
mittit.* 15 Dico etiam iure munita: quia si aliquis sua au- toritate apponenter plumbum, bulla esset falsa, & nō diceretur propriæ bullæ. d. c. licet, de criminis falsi, grando ab una bullâ fuerit in bullâ omnium, tūc ipsa debet transscribi, & plumbum quod est in bullâ aufertur ab ea, & affigetur alteri: sed hoc sit ab officialibus curiæ à quibus R. Rom. ad hoc expresse destinatis.

*Plumbum
& alteri ap-
plicetur, &
hoc sit.* 16 Advertendū est, quod si per errorem aliquid afferatur, & plumbum quod est in bullâ aufertur ab ea, & applicetur, & aliquo qui auferens illud plumbum, & addes al-

teri bullæ igne implétatur, sicut falsarius. d. c. licet, & seq. de cri. fal. olim erat excommunicatus, qui recipiebat literas Apostolicas, nisi ab officialibus certis curiæ Rom. sed hodie illam non feruntur di- cunt curiales Romani.

18 Et hoc potest fieri quando aliquis defecitus est in bullâ, qui ex supplicatione refici potest: vt si qd impetraverit prioratum, seu parochiale ecclesiæ nancipatam prioratum: & poste in supplicatione dicebatur, quod possit exprimi prioratus, seu cura parochialis, si in bullâ fuerit nominatus tantum prioratus: est tamen ecclesia parochialis, illa bullâ à pragmaticis curiæ Romanae trâscribetur, exprimendo parochiale, & plumbum à pri- ma auferetur, & alteri applicabitur, & prima lace- rabitur & hoc est astuetum fieri secundū illorum stylum.

19 Vel si impetrans nolit vt ea transcribatur, po- terit impetrare perinde valere, vt perinde valeat prima imprecatio, ac si expressa fuerit inibi parochialis, vt dicam inferius tract. perinde valere: sed caueat hoc, eas ne alicui sit interim ius qua- situm: ideo tuus est vt transcribatur.

20 Papa salutationem cum partis narratione, & concessionem continens partis interdum narratio præsupponitur ex concessione, si nulla esset narratio: nam talis intelligitur petitio, qualis respōsio, & ecōtra. c. inter dilectos. de fid. instr. si defensor, primo. ff. de interro. & ita se habet regulariter ius canonici, vt responsio sine petitione ponatur: nō valeret tamē bulla, si nulla esset narratio, quæ est pars huius substancialis, & ita se habet stylus Curiæ Romanæ vt inferius dicam in divisione bullæ.

21 Alij dicunt bullam esse signaturam extēsam: *Bulla effi-*

*Bulla non
valeret
sine
narratione.*

*nam quod breui in signatura conscribitur in bul-
la extēditur, sicut notarii scheda. l. contractus.
vbi Paul. & aliij C. de fid. instru. & in auth. de tab.
col. 4.*

22 Aliaque continens necessaria, ponitur in bul- lâ descriptione: nempe si necessaria in bullâ non sint apposita, non dicetur bulla: vt habetur in procœm. Sexti Decret. §. fi. vbi etiam docet. verū, quia communiter venimus ad nouam prouisionem, ideo eam prius subiiciam, & simplicem etiam declarabo, vt differētia cognosci inter ista duo pos- sit: & pauci discernere ista possunt, ideo ad sequē- tia aduertendum est.

De noua prouisione & simplici.

1  Taque noua prouisio est prima Papæ *Nova pro-* prouisio ad alterius iam factæ ab alio *nisi quid* confirmationem: probatur in ca. post *st.* electionem, de cōces. præb. gl. in reg. cancel. 62. vbi dicit nouam prouisionem alium præ- supponere titulum: simplex verò non: sequitur Gomes. quā st. 2. regul. de annal. poss.

2 Noua dicitur quod ad Papam, quia de recenti *Nova pro-* ipse confert: quāvis collatio, præsentatio, vel elec- *nisi an re-* cōcio ab aliis anteā facta fuisset, sed impetrans eam *quirat du-* prouisionem, vel præsentationem dubitabat viri- *bitationem* bus non subsistere, notant doctores, in d. cap. post *prime pro-* electionem de conceff. præb. *nisi for.*

3 Aliquando etiā sine dubitatione solet concedi noua

Ad dies & du noua prouisio, si dicatur collationem ab episcopo, buso pr. vel eius vicario factam alternatiuè, & semper dame prouit tur ad maiorem securitatem.

noua prouisio facit ut valeat noua prouisio. 4. Etiā in noua prouisione quādō dicitur, quōd impetrans dubitat prouisionem viribus non subsistere, nō potest narrari casus, in quo nō sit aliquod dubium, vediēre de facto: quia si Papa scīūset primam collationem omnino nullam, forte non cōcessisset, vel nō de leui. c. postulasti. in fi. d. e. sc. modica tamen dubitatio sufficit: vt cōsuluit. Paul. Paris. conf. n. 8. Circa māteriam. col. i. in 4. vol.

5. Sed si semel summus Pōtifex prouiderit, etiā Papa pōf inutiliter, nunquam dabitus noua prouisio, sed suam prouisio mun- perinde valere impetrabitur, vt perinde valeat sionē nūn- quā nouam talis prouisio, ac si rite id temporis facta fuisset: vt prouisionē est in prouincial. fol. 60. ver. itē super prouisione concedut. & Paul. Parif. Cōf. n. 8. māteria. nu. 25. in 4. vol. quia si secundo concederet, non posset dici noua prouisio, id est primo facta: vt dico in l. Sylua. §. noua- ualis. ff. de verbo. signif. vbi pluribus modis scripti vocari nouum.

Non annul 6. Adhac regulariter noua prouisio non datur, laur pri- nis qui dubitet collationem, vel prouisionē or- ma collatio dinarij viribus non subsistere: vnde si quis nouam prouisionē impetrat super beneficio reseruato, & narret sibi collatum beneficium ab eo qui dicit se super hoc specialem prouidēdi facultatem habere, sed dubitat non valere, ideo petit sibi prouide- ri: tunc Papa primam collationem non annullat, cū ille dicat se specialem conferendi potesta- té habere, sed dubitet, nec debet in bulla annul- lari seu infici illa prima collatio: nec dicetur dis- positiuē reseruatio, sed quod à nonnullis affe- tur, &c. ita seruat stylus cur. Rom.

7. Idem de electione, quæ si fuerit facta de digni- tate reseruata per regias cancellariae, & vigore induiti dicatur ad eligentes spectare, non annul- labitur dicta electio: quia multa sunt à Papa con- cessa, de quibus non est memor ca. ex parte. i. de offic. deleg. c. prætereā. 23. dist. ideo super hoc noua potest dari prouisio.

Modus va 8. In nouis prouisionibus si quis narrare velit cōdī in no- modum vacandi, potest, quamvis Papa habuerit nū prouisio illum modum pro expresso: quia in fauorem im- mībus an sit exprimen- petrantis concessum est, cui fauori derogare pars poterit. c. si diligēti. de fo. cōp. & hoc quotidie fit.

9. Melius est secundum quosdam quod hoc non exprimat: quia Papa videtur ei cōcedere siue uno modo vacet, siue alio modo, vt constat ex expre- sione facta in prouisione: tamen quia Papa omnes ferē modos cōplete solet, ideo de stylo est quōd verus vacādi modus primus ponatur, & poste a generalis clausula subiiciatur vt inferius dicetur.

Electione que veniat pro- nūis prouisio- nes ne- minis. 10. Aliquis in signatura petit sibi de beneficio prouideri, dicēs iam sibi de eo autoritate ordina- ria fuisset prouisum: Papa concedit, & quōd expe-

diti possint literē in forma simplici, vel nouę prouisionis, nūc in bulla vult exprimere se electū, an possit respon. posse, quando beneficium eligendo conferebat: quia tunc à noua prouisione nō di- feeditur, & vere prouisus fuit autoritate ordinaria: & collatio verius dicitur, quām prouisio. ca. cū

nostris. & c. post electionē, vēt. c. cum igitur. de cō- ces. præb. & super hoc aliās consului, etiam scripsi in trācta. nomi. q. 15. nu. 26. versic. decimoquinto.

11. Sed si electio requirebat confirmationem, & quis vult, vt expeditatur bulla informa nouę prouisionis, cum narratiua electionis: hoc nō poterit, quia facilis obtinuit signaturam & prouisionē à Papa is, qui dicit se prouisum, quām is qui diceret se electum: quia prouisio ius plenum confert, nec requirit confirmationē, secus in electione, de qua est facienda mentio. clem. i. de præb. scripsi in §. præfatiq; ordinarij. de collat. in concord. & in §. i. de nominatio. reg.

12. Vnde si velis in istis prouidere, apponas clausula in signatura, quōd bulla possit expeditiri in forma nouę prouisionis, vel simplici, absque dicta ponenda prouisionis narratione, & tunc poteris electionem quācunque exprimere, & ita soleo apponere post mensularios, qui ignorant communiter effec- tum clausularum.

13. Adhac annullata principali collatione facta ab Si prima ordinario, non annullatur hēc noua prouisio facta ad corroborationem primæ collationis, sed rema- nebit: vt docet Gomez. in reg. de annal. posse. q. 78. in fi. nec videtur hēc noua prouisio accessoria prouisio. ad primā collationem, sed per le subsistit: licet Go- mes. dicat eam esse accessoriā, quod mihi vix pla- cet, cū prima possit esse sine hac noua prouisio- ne, si sit validā: & licet hēc fortè accedat, tamē est & quē principalis, & ad primā prouisionis confir- mationē: ideo vtraque subsistere potest, & altera etiam: vnde annullata una, altera subsistet, & qui poterit vtraque iuuari, vel altera tantum. cap. post electionem. de conceſ. præb.

14. Notandum est quōd regulariter in curia Ro- mana mandatar noua prouisio, & confirmatio. c. usus & cō- firmatio nō quia. & c. post electionem. de conceſ. præb. nisi in datar. nūc tribus casibus.

15. Primus est in vniōibus, ipsa enim facta confir- mari à Papa potest, si defectus ei narretur. ca. ex- posuit, vbi nō. de præb.

16. Secundus est in beneficiis seu præceptoris Hierosolymitanis, in quibus datur confirmatio con- cessionis, non autem collationis: nec ponitur clau- sula, suppletives omnes defectus.

17. Idem in beneficiis aliarum militiarum, vt san- ti Iacobi, & aliis: & hoc de stylo curiæ Romanæ.

18. Tertius in prouisionibus monasteriorum mo- nialium, vnde electa poterit confirmationem elec- tionis, & nouam prouisionē simul petere, & ipsis conceditur: quia illarum electiones communiter non sunt firmæ, nec iure factæ. ca. indemnitatis, de elect. lib. 6. ideo, confirmatione indigent.

19. Sed non habebit locum in prioratu monasterij per priorissam gubernari solit, quia non iudicatur monasterium quo ad hoc, sed vt aliud beneficium: & non dabut confirmatione, sed noua prouisio. hoc foler in curia Romana seruari, quod notes, quia ab interpretibus omisla, qui hanc praxim Rom. parum nouerant.

20. Etiā electiones abbatiū non poterint confirmari à Papa: possent enim esse nullæ, sed noua dabut prouisio.

Clausula

nov. ab. in si- lam in signatura ap-

ma noua prouisionis, vel simplicis, absque dicta ponenda.

prouisionis narratione, & tunc poteris electionem

quācunque exprimere, & ita soleo apponere

post mensularios, qui ignorant communiter effec- tum clausularum.

ad primā collationem, sed per le subsistit: licet Go-

tebu.

mes. dicat eam esse accessoriā, quod mihi vix pla-

cet, cū prima possit esse sine hac noua prouisio-

ne, si sit validā: & licet hēc fortè accedat, tamē est

& quē principalis, & ad primā prouisionis confir-

mationē: ideo vtraque subsistere potest, & altera

etiam: vnde annullata una, altera subsistet, & qui

poterit vtraque iuuari, vel altera tantum. cap. post

electionem. de conceſ. præb.

Nous pro- mania mondatar noua prouisio, & confirmatio. c. usus & cō-

firmatio nō quia. & c. post electionem. de conceſ. præb. nisi in

datur. nūc tribus casibus.

Primus est in vniōibus, ipsa enim facta confir-

marī à Papa potest, si defectus ei narretur. ca. ex-

posuit, vbi nō. de præb.

Secundus est in beneficiis seu præceptoris Hierosolymitanis, in quibus datur confirmatio con-

cessionis, non autem collationis: nec ponitur clau-

sula, suppletives omnes defectus.

Tertiū in prouisionibus monasteriorum mo-

nialium, vnde electa poterit confirmationem elec-

tionis, & nouam prouisionē simul petere, & ipsis

conceditur: quia illarum electiones communiter

non sunt firmæ, nec iure factæ. ca. indemnitatis,

de elect. lib. 6. ideo, confirmatione indigent.

Sed non habebit locum in prioratu monasterij

per priorissam gubernari solit, quia non iudicatur

monasterium quo ad hoc, sed vt aliud beneficium:

& non dabut confirmatione, sed noua prouisio. hoc

foler in curia Romana seruari, quod notes, quia

ab interpretibus omisla, qui hanc praxim Rom.

parum nouerant.

Etiā electiones abbatiū non poterint confirmari

à Papa: possent enim esse nullæ, sed noua dabut

prouisio.

Denoua prouisione.

Prouisio: vt voluit Alex. 6. in tit. de signa. gratiae.

Confirmatio in beneficiis non datur ex stilo curiae Romanae c. fin. de confit. vtil. sed perinde libris non datur valere: quod differt a confirmatione, quia confirmatur a Papa, matio non trahitur retro, sed valet a die confirmationis tantum. cap. quia diuersitatem, de concessione inter confirmationem & probab. doct. in c. i. & per totum, de confirma. vtili. perinde: va.

22. Perinde valere trahitur retro, si non erat a. quod situm ius tempore impetrationis huius rescripti: vt inferius dicetur, & sic quod duo extrema sunt habilia: vt docet Bart. in l. 1. qui ff. de vscapio.

23. Nec obest tex. in cap. secundo. ne sede vacante. vbi Papa confirmat ecclesiam ei, cui donauerat: sed regulariter non confirmatur collatio facta ab altero, de quo supradixi: immo si confirmetur ibi reprobatur, dum dicit, non obstante confirmatione nostra, si qua in forma communis appareat: & quoniam olim posset dari confirmationis collationis etiam ordinarij, tamen quia proprius est procedere rescriptum perinde valere: ideo hodie ita proceditur: & si hodie peteretur a Papa collationem ordinarij confirmari, Papa hoc non concederet, nisi quatenus respicit rescriptum perinde valere.

Concordia 24. Confirmatio tamen concordia inter partes confirmationis fit a Papa: sed sola confirmationis non fit in cancellaria. si cancellaria non conferat beneficium, sed non a cancellaria ad cameram remitti, vel narratur concordia, sed non approbarunt: quia ista confirmationis est de meo imperio maximo. cap. quod translationem, de offic. legat. doct. in cap. quod sedem. de offic. ordin. cum sapientiam. ca. ex parte, primo, de offic. delegat. c. cum pridem. de pac. ideo a Papa tollitur. Dec. in rubric. de simo.

Obligatus 25. Vidi dubitari, conuentio fuit a Papa approbata, qua ego tenabar dare beneficium sancti Victori, non beneficiis talis N. intra annum, eo quod suum beneficium cū an possest dare alterum sine aliud beneficium detur: quāsim fuit, an requireatur approbatio: quidā requiratur probatio, tur, cū partes nullā conditionē adicere possint, fine Papae beneplacito. c. fi. de pac. ideo dicebant simoniā esse, si aliud detur etiam beneficium.

26. Ego contrarium dicerē: quia postquam in favorem partii Papa approbavit cōditionem, huic fauori partes poterūt renunciare. c. fi. diligenti, de foro competent. & postquam cōuenient iam: a Papa approbata, si vnum pro alio detur, hoc respicit partes: nam principale est approbatū in favorem partium, si vnum pro alio detur, [etiam approbarum censetur.]

27. Verisimile est quod si Papae hoc fuisset expostum, quod etiam approbassem: cū hoc sit accessorium, ergo debet regi secundū naturam principalis. l. cū principalis. ff. de reg. iur. etiā quia dari beneficium vnu pro alio potest sine labe simonie. c. final. de rerum permutatione, ergo partes po-

Partibus terunt vnu dare pro alio, & accipere sine labe si an liceat a monia, quicquid in contrarium dicatur.

28. Nec refragatur de conditione, quod sit reprobata, quia in hoc casu non est alia conditio, quam approbata a Papa: ergo Papahoc videtur appro-

basse: nec requiritur noua approbatio, quæ requiri rareretur, si noua cōditio eueneret, videlicet quod pro beneficio daremū pecunia: secus si beneficiū pro beneficio. c. ad quæstiones, & c. fi. de rerū permitt. possunt tamen partes in signatura clausulam adiicere, vel in approbatione cōcordia, quod pertinet approbari tantum conuentione, vel li. de cōfessu partiū ab ea discedatur, & aliud seu illa beneficia detur loco illius quod etiam licet: & hoc videtur necessariū, quia partes sibi aliter consentiunt, & conueniunt: & oportet quod istorum illa conuentio approbetur a Papa, nisi illa clausula adiecta fuerit, quam soleo adiicere.

29. Transactio & concordia inter duos litigantes facta sine Papae bener lacito inducit specie simoniae, non tamen ob hoc quis est beneficio illo, vel alius priuatus: nec ideo illa impetrari: vi docet Panor. & alij in cō. constitutus, de transactio cap. ex parte, primo, c. de offic. delegat.

30. Ideo si in sua natura petantur omnia in instrumento concordia approbari, debet addi quatenus iusta & honesta sunt: vt statuit Alexan. 6. in suis regulis, titul. de signat gratiae.

31. Etsi quis illa beneficia impetraverit, solet Papam dicere, siat vel concessum vt petitur, prout de iure, quia Papa non intendit cōferre si de iure non sint priuati: ideo illam clausulam addit prout de iure: hoc tamē rārum est, nisi quando de priuatione iuris dubitat.

32. Et de illa clausula prout de iure, vide per gloss. & doct. in Ledita. C. de edend. & Bar. in extraua. Ad reprimendum, in verb. prout.

33. Et si dicatur, q. hic venit priuandus, ergo hæc clausula p̄t de iure, debet intelligi, id est secundū quod ius disponit. & si ius non disponat, nec Papa priuat. [vt dicitur infra in 3. parte tit. de symo.]

34. Tertiū resignasit beneficiū causā permutationis. Beneficiū nis, quod fuit Seio collatum: sed quia beneficium permittātū Seij erat alteri⁹ diocesis longè distatis, Seius possest sedit per mēsem vel duos vtrumque beneficium: nūc quidam tertius impetravit primum, tāquā vacans per adoptionem secundi, per c. de multa, de præbend. & per extrauag. execrabilis. Demum Seius pro cōplemēto permutationis resignat primum beneficium: quāritur an valeat ista collatio vltima resp. valere, quia erat iam affectum: compermutanti & illa dilatio duorum mensium non fecit illud vacare. c. vno, de rerum permutat. in 6. vbi doct. Feder. in tracta de rerum permutatio. in 11. q. quod est notandum, sapientia super hoc vidi dubitatum: nec obest illa extra. execrabilis, quia dicit si pacificē possederit, noiens vnum dimittere: sed hīc volebat dimittere causā permutationis.

35. Etsi nota, quod sine Papae beneplacito non licet cōuenire super beneficiis, alioqui simonia est: vnde quando partes cōueniunt, semper adiicere debent, cū Papae beneplacito. c. Ex parte, i. de offic. dele, c. fi. de pac. & c. vno, vt ecclesiastica beneficcia debet cōuenire a Papae beneplacito.

36. Etsi postea illa cōuenientio approbata sit a Papa sine aliqua simonia labe, obtinetur illud beneficium: quia potest Papa dispensare super illis quæ ipse inducit. doct. in rubric. de simo. & in summa, prima

*Cōcordia
firme. Popa
beneplaci-
tū. mēsu-
tū. simoniam,
qua non pri-
uati benefi-
ciis.*

*Clausula
firme prout
de iure,
quid profi-
ciat.*

*Beneficiū
permittātū
non potest
impetrari,
si statim per-
mutatio nō
perficiatur.*

*Partes su-
per benefi-
cias semper
debet cōve-
nire a Pa-
pa benepla-
cito.*

prima quæstio ne prima.

Simplex 37 Simplex autem prouisio dicitur, quando alia prouisio non narratur collatio, nec prouisio; sed simpliciter que dicitur beneficium vacans per obitum, vel alias, catur. & sic conferrur, in noua autem prouisione regulariter præsentatio, collatio, electio, vel alia prouisio narratur: in hac vero simplici nullus aliud narratur titulus, sed a Papa conferre petitur vacans beneficium. hoc docet glossa in reg. cancella. 62. & ego signaturam superiorem scripsi ad hoc ostendendum.

38 Ideo subrogatio dicitur simplex prouisio, quia non præsupponit aliud titulum, vt docet Gomez. in regul. de subrogat. collig. q. 19. in fin. post Aegid. Bellameram, conclusio. n. 16. si petens, in fin.

Si prouisio fuerit narrata, non potest in bulla omitti. 39 Vnde si in signatura dicatur, vt expediatur in vim nouæ, vel simplicis prouisionis, si quis narraverit in ea se præsentatum, & institutum: & Papa de novo sic eidem prouiderit si posteà impetrans velit, vt eidem expediatur bulla in vim simplicis prouisionis, non potest hoc fieri: quia Papa motus fuit ob illam narrationem, ergo non debet mutari, alioqui bulla non conficeretur ex signatura, quod fieri debet: vt superius dixi, & hoc pauci intelligunt.

40 Simplex prouisio etiam diceretur, quando si ne prima narratione concederetur: quod non solet fieri: ideo si in prima dictum fuerit, quod impetrans fuit de illo beneficio prouisus, & illud acceptavit, & illa velit omittere in bulla, non potest: quia hæc prouisio induxit Papam ad sibi facilius proutidendum, quam si non fuerit prouisus: ergo hoc est in bulla exprimentum. c. Postula stis, in fin. de rescripto.

Clausula 41 Nisi in dispositione & ad partem addatur hæc absque ratione qd clausula, quod hoc possit expediti in vim nouæ, vel simplicis prouisionis, etiam absque prædicta narratione, & huius clausula ratione poterit bulla absque narratione in signatura expressa expediti.

42 Quæ clausula non solet apponi per ignaros, ideo posteà opus erit impetrare rescriptum perinde valere, si prædicta clausula non fuerit in signatura conscripta.

43 Non poterit tamen impetrans nouam facere posteà narrationem, & alia à dicta signatura, alioqui conformis non esset bulla signaturæ, quod esse debet: vt superius dictum fuit: sed omitti poterit illa narratio.

Narratio 44 Etiam poterit aliquid addere vel detrahere in proposita primæ narrationi, sed nō totam omittere: vt si dimittit, & xerit se præsentatum & institutum in signatura, in simplici prouisione poterit omittere se institutum: secus si vellem dicere beneficium vacare per incapacitatem, & tamen expresseram vacasse per obitum: hoc valde alienum est, ideo nō expediens.

Simplex dum tanquam in signatura non comprehensum. 45 Sed nō impetrare beneficium in vim simplicis prouisionis, & in signatura addatur, quod etiā in riparij ex vim nouæ prouisionis expediti possit: si posteà expediti in pediam bullam nouæ prouisionis, in qua narrem, in hi cille prouisum per ordinarium de illo bene-

sicio, & illud acceptasse, valebit in bulla: quia hoc est in præjudicium partis, cum ipse hæc prouisio nem probare habeat, ergo illi fauori renunciare potest. i. penult. C. de pacts: capituli si diligenter, de foro competenti: etiā potest exprimi id, per quod facilius Papa concessum est, si fuisset expressum: unde qui simpliciter expedit, potest posteà collationem sibi factam narrare in bulla, quam dubitat viribus non subsistere, &c. si hoc fuerit in signatura dictum, quod in forma nouæ, vel simplicis prouisionis expediri possit.

46 Simplex prouisio etiam dabitur præsentatio ad beneficium dummodo non fuerit institutus: & si prouisio post episcopum vellet proponere edictum: iuxta. c. fin. præsentatio de elect. in 6. quia parum iuris habet ex præsentatione. c. dilectus, de offic. legat.

47 Idem in prouisione monasterij pro electo, qui electioni consensit: vt detur simplex prouisio ante confirmationem, posteà noua prouisio: qui ante confirmationem non est ius perfectè acquisitum, sicut ex collatione. d. c. fin. de elect. in 6.

48 In noua prouisione si fuerit expessum bepe- *Suppleri* ficium certo modo vacasse, poterit in bulla sup- *an possum in* pleri eo modo quo vacauit, licet non fuerit in si- *simplici pro* ugnatura dictum, quod verus vacationis modus pro *ru vacan-* *expessō* habeatur: vt superius scripti in signatura: *di modis*, sed hodie communiter solet apponi.

49 Secus in simplicibus prouisionibus, in quibus non exprimitur modus vacationis, si in signatura, dictum non fuerit: hoc habent Romani dicani ex stylo, qui est tamen contra ius, in capitulo, Susceptum, de rescriptis lib. 6. Sed resp. quod hoc est intelligendum in simplici prouisione: sed non in noua, sed nullam assignant differentiam, nisi quod hoc est de natura primæ prouisionis: alibi forte dicam: quia semper vidi apponi clausulam, quod verus vacandi modus exprimi potest: & hoc est tuus.

50 Postremò vt bulla melius intelligi possit subiiciam formam eius ob oculos, & demum illius elucidationem: vt paruo negotio quisque eam intelligere posset: ad rem ergo accedamus.

Forma nouæ prouisionis.

VLIVS, &c. Dilecto filio Anto- *Principi* nio Odo in rectori seu perpetuo pars. vicario parochialis ecclesie san- eti Iohannis Baptiste de Chaufo- not, prope Stampas Senonen, dioces. salu- tem, &c.

Vitæ, ac morum honestas, aliisque laudabili probitatis, & virtutum merita super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales.

Exhibita siquidem nobis nuper pro parte *ij pars.* tua petitio, continebat, quod alias parrochialis ecclesia, seu perpetua vicaria sancti

Forma nouæ prouisionis.

Ioannis Baptista prope Stampas Senonen. dioeces. quam quondam Gulielmus Dauid ipsius ecclesiæ rector, seu perpetuus vica- riū dum viueret, obtinebat per obitum di- cti Gulielmi, qui extra Romanam curiam diem clausit extēmum, vacante: dilectus fi- lius Gulielmus Cuniō presbyter prēceptor domus S. Ioānis Lateran. hospitalis eiusdem S. Ioānis Hierosolymitani dictæ vel alterius dicēces. vel ciuitatis, cùm ad pro tempore existent. dictæ domus prēceptorem collatio, prouisiō, & omnimoda alia dispositio dictæ ecclesiæ seu vicariæ, dum pro tēpore vacat, de antiqua & approbata hastenūq; pacifice obseruata consuetudine pertineat, ecclesiā seu vicariam prædictā (vt præfertur) vacan- tibi ordinaria autoritate contulit. & de illa etiam prouidit, tuq; collationis & prouisionis prædictarum vigore possessionem dictæ ecclesiæ seu vicariæ forsan assecutus fuisti: cum autem sicut eadē petitio subiungebat, tu dubites collationem & prouisionem prædictas ex certis causis viribus non subsistere: & sicut accepimus, dicta ecclesia seu vicaria adhuc (vt præfertur) seu aliās certo modo vacare noscatur, Nostib⁹ præmissorum me- ritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volentes, tēque à quibusuis excom- municationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnīs à iure, vel ab homine quavis occa- sione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentiu duntaxat consequendum harum seriè ab- soluentes, & absolutum fore censentes. Nec non omnia & singula beneficia ecclesiasti- ca cum cura, & sine cura, quæ etiam ex qui- busuis dispensationibus Apostolicis obtines, & expectas, necnon in quibus, & ad quæ ius tibi quomodolibet competit, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque sint, eorumq; fructuum, reddituum, & prouentuum, veros annuos valores, ac huiusmodi dispensatio- num tenores, necnon verum & ultimum di- ctae ecclesiæ seu vicariæ vacationis modum, etiam si ex illo quævis generalis reseruatio, etiā in corpore iuris clausa resultet, præsen- tibus pro expressis habentes, ecclesiā seu vicariam prædictam (quamvis & illi forsan annexorum fructus, redditus & prouen. vi- gintiquatuor duca. auri, de carne. se. co. ex

val. an. vt assiseris, non excedant, siue vt pre- mittitur, siue aliās quoquismodo, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per liberam Gulielmi Dauid, vel cuiusvis alterius resigna- tionem, de illa extra dictam curiam, etiam coram notario publico, & testibus sponte factam, aut constitutionem felicis recorda- tionis Ioannis Papæ 22. prædecessoris no- strī, quæ incipit, Execrabilis, vel assecutio- nem alterius beneficij ecclesiastici dicta au- toritate collati, vacet, etiam si tanto tempo- re vacauerit, quod eius collatio, iuxta Late- ranen. statuta concilij, ad sedem Apostolicā legitimè deuoluta, ipsaq; ecclesia seu vicaria dispositioni Apostolicæ specialiter reseruata existat: super ea quoque inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisā, dummodo tempore datæ præsentium non sit in ea ali- cui specialiter ius quæsumum) cum annexis huiusmodi, ac omnibus iuribus & pertinen- tiis suis Apostolica tibi autoritate confe- mus & de illa etiam prouidemus. Quocira ^{iiiij. pars.} Dilectis officialibus, &c. mādamus quatenus ip̄i, vel duo, aut vñus eorum per se, vel aliū, seu alios, te, vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem dictæ parochialis ecclesiæ seu vicariæ, & annexo- rum, iuriūque & pertinen. prædictarum, inducant autoritate nostra, & defendant inductum amoto, exinde quolibet illici- to detentore, facientes te, vel procurato- rem prædictum ad ecclesiam huiusmodi (vt moris est) admitti, tibique de illius parro- chialis ecclesiæ & annexorum huiusmodi fructibus, redditibus & prouentibus, iuri- bus & obuentib⁹ vniuersis integrè re- sponderi, contradictores, &c. prout iustitia sua dedit ad hoc compescendo. Non ob- stan. piæ memorie Bonifacij Papæ 8. etiam prædecessoris nostri, & aliis constitutioni- bus, & ordinationibus Apostolicis contra- riis quibuscunque, aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales, vel speciales dictæ sedis, vel le- gatorum eius literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decreū vel aliās quomodolibet sit pro- cessum: quibus omnibus, te in assecutio- ne dictæ parochialis ecclesiæ, seu vicariæ volumus

volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quò ad affectionem beneficiorū aliorum præjudicium generari, se usi venerabili fratri nostro Archiepiscopo Senonen. & pro tempore existente dictæ domus præceptorii, vel quibus suis aliis communiter vel diuisim ab eadem sede sit indultu, quo ad receptionem vel prouisionem alicuius minimè teneatur, & ad id compelli, aut quòd interdici, suspēdi, vel excommunicari non possint, quòdq; de huiusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticiis ad eorum collationem, prouisionē, præsentationem, seu quamvis alias dispositio nem, coniunctim, vel separatim spectan. nulli valeat prouideri per literas Apostoli cas, non facientes plenam & expressam de verbo ad verbū, de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali, vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam præsentibus nō expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomo dolibet, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis: nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli, &c. Datum, &c.

6. & septi
ma pars.

Bulle dini
so continē
septem par
tis.

Quarta bullæ pars est,

In qua Papa quibūdā mādat, ut mittant in possessionem impetrantem, sic dicens: *Quocirca dilectis officialibus, &c. mandamus quatenus ipsi duo, aut unus eorum per se, vel aliu seu alios, te vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem parochialis ecclesie, seu vicarie, & annexorum iuriūmque pertinen. predicti, inducent autoritate Apostolica, & defendant induc- clum. Notandum quod in literis Apostolicis semper gratiosa debet esse per se & executoria in aliis quando si mul ponantur.*

Executores li- gratia Pa- ti existentes in dignitate ecclesiastica, vel dignita- pa in digni- tem habentes ecclesiasticam. ca. statutum, de re- tate offe- script. lib. 6. & hodie stylus est curia Rom. ut hic videtur. & hoc docet Collecta. in c. proposuit. col. j. de cōcef. præb. licet Fel. teneat contrariū in c. Postulasti. col. 3. ver. dū declarat Abbas, de rescr. scripsi plenè in forma litera. exec. in cōcord. Franciæ: & si iste executor non seruet formam traditā sibi à Papa, quod faciet nullū erit tāquam à priuato factū, & caretne iurisdictione. l. 3. de offi. præf. Petr. Paul. Paris. confi. 31. circa præsentem. nu. 26. cū seq. in 4. vol. monachi ecclesiarum. cathedralium seu canonici non solent de stylo committi executores, ut docet Hier. paul. in prouincial. fol. 16.

Officialis & vicarius executores possunt cō- mitti, si sit principalis officialis secus si foraneus, gratia pa- id est foris extra ciuitatem in aliqua parte diœcep- pac esse pos- sis præfectus clé. Et si. principalis de irescrip. etiam sum. & quo vicarius Episcopi potest esse gratia Papæ executor. gl. & docto. in d. cle. Et si principalis.

2. Et interdū constituitur unus & idem officialis & vicarius, qui multò magis executor Papæ fieri poterit. & in Gallia, Germania & Hispania executores cōstituuntur officiales episcoporū: in Italia vero vicarij, ut est in prouincial. fol. 14. vbi dicit

alias esse falsum vel errorem.

3. Requiritur tamē executor si certus, & expre- cōrtus esse fin nominatus, vr officiali Episcopi Parisi. & idem debe, nec si plures sint: c. tibi qui, de rescript. in 6. ibi certo valeret si executor: c. si Apostolica, & de præb. ibi.

4. Nec valeret, si cōmitteretur omnibus & singulis canonicis ecclesiæ. Parisi. quibus mandatum præscibitur sicut litera iudicū secularium. Domi. confi. 75. in causa, col. 2. vnde si Papa committat officiali Parisi. & sin plures, intelligitur de principali, per d. clemen. & si principalis.

5. Item hic tex. vult, ut impretrans inducat in possessionem: nam accipiens propria autoritate mihiendus possessionem prædo est. l. si ex stipulatione. ff. de est. acqui. possessio. ideo debet quis mitti per alium, si tamen quis iustum habeat titulum, & propria au- toritate ingrediatur possessionem, non dicitur intrusus, nec priuatur iure, quod in beneficio habet. c. eum qui, vbi Domi, & Franc. de præb. in 6.

6. Prius tamē debet fieri collatio, & postea mis- Collatio an- fio in possessionem, non econtrario. text. in cap. 2. in posses- te. missione ibi, donationis nostræ gratiæ præcedēte præbēdæ nem facien nomine de mādato nostro Capuan⁹ Archiepisco- da est. pus inuestiuit, ne sede vaca. suprà dixi in ti. de mis- fio. in posses. ad purificandā tamen gratiam nō est terminus præstitutus à lege, nec ab homine, ideo est in arbitrio executorū, ut est in prouinciali. f. 33.

7. Et si quis acceperit possessionē ante collatio- nem, est intrulus. c. cūm iamdudum, de præb. vbi Panor. dicit, quod si post adeptam possessionē si- neti. quis impetret non facta mentione istius iam adeptæ possessionis, & intrusionis, non valebit im- petratio, minus rescriptū confirmationis. l. autoritate. C. vnde vi, quod est notādum: quia vidi que- dam ordinarium, ut præueniret legatū, missile in possessionem, ante expediatam collationem ab eo prouisum, qui ex eo succubuit, quia erat intrusus.

8. Imō debet in possessionē mitti autoritate Ap- Exprimi de- stolica, ut hīc, & nō valeret, si hic executor mitte- bai, qua au- ret istum in possessionem sua autoritate, vel auto- toritate ordinaria, quia hīc dicit autoritate Aposto- in posses- licā, facit text. in c. 2. ibi, de mādato nostro Capua- nem mitti- nus Archiepiscopus inuestiuit, ne sede vacan.

9. Si autem in vim collationis ordinarij ponatur in possessionem, debet hoc exprimi: & interdum collatio potest esse canonica, & possessio eiit vitio- fa. cap. si quando, de offi. deleg. & tunc alia posses- sio est capienda: alias pars succumbet in posses- sio, & econtrario. l. i. §. si vir. ff. de acquir. posses. vbi plenè doc. scribunt, acquiri possessionem vtilē ex. tit. in ualido, dummodo sit coloratus: ut in tract. de pacifi. posses. scripsi, & in tract. de missio. in posses. superius.

Quatenus ipse vel duo

Ciuitatis fi- ano, quod si gni. ut. &c. Si duobus communis sum fuerit, si autem tribus, dieutur, quatenus ipsi tres, aut duo, aut vni corū &c. de quo in c. prudentiam, de offi. deleg. & prodest hēc clausula: quia vni vel duo altero vel aliis impe- ditis exequi poterūt, si tamē se excusauerint c. sci- scitatus, de rescr. & d. c. Prudētiā, sec⁹ si hēc clausu la nō adfuerit, & sic Papa ea solet inferire in suis literis

literis, etiam in quibus mandat, ut de causa cognoscant, ut ibi: & quamvis ad summum non so-
leant de stylo dari à Papa nisi tres iudices d. capit.
prudentiam prouinciale. fol. 22. tamen executo-
res quatuor dari possunt.

Executores Poterunt etiā ipsi subdelegare, quia delegatus
Papa subdæ Papæ subdelegat.c.Pastoralis, de offi. deleg. & te-
legare pos- nentur subdelegare. His etiā qui in dignitate sunt
sum, & qui ecclesiastica, nisi nudum ministerium committe-
rent, cle. i. vbi gl. sing. de offic. deleg. Rota dec. 392.
in antiq. [sub tit. de rescript. decis. 31.] per text. in
d.c. statutum. in fi. de offi. deleg. lib. 6.

Nec obest regui, cācella. 46. quia loquitur quā-
do Papa dat iudicē super expediendis negotiis cū
signature, quia videtur tūc electa industria perso-
næ alias secus: vt ibi gl. etiā docet, & text. sequens
permittit per aliū exequi, ibi, per se, vel per aliū.

Executor Postea dicitur per se , vel
per se, vel alium nego-
tium exe-
guuntur. alium. Quia iudex delegatus debet cū reverētia
rescriptū Papæ recipere, & illud exequi. c. si quā-
do, de rescript, vel debet se excusare, si nolit, vel
non possit. c. sciscitatus, de rescript. alioqui puniri
debet vt ibi not. nisi Papa hoc concedat, vt hīc.

Ideo Papa permittit quod per se faciat, aut per
alium, vel alios: poterit enim hic executor vñū,
vel plures delegare, & eos compellere, vt manda-
tū Papæ exequantur. c.Pastoralis, in princ. de offi.,
deleg. quod hodie seruarinō vidi quo ad coactio-
nem: sed officium recipere cuique erit liberum,

Intrusus di- Item vult vt prouisus mittatur in possessionem
cetur qui d- per se, vel per procuratorem, quia dicunt Panor.
pria autori & alij in c. Cūm iam dudum, de prab. & Feli. in
estate benefi- c. in nostra. de rescr. & in c. veniens. nu. 2. de ac-
cii accipit. cusa. quod intrusus dicitur, qui intrat possessionē
beneficij propria autoritate. Idem Petrus de Pe-
rus. in tracta. de vñion. q. 2.

Accipiens Etiā si cūm signature ingrediatur, vt ibi, & Ioā.
possessionē de Selua in tracta. de benefic. in 3. parte. q. II. n. 10.
estim simili sed contrariū est verum: quia per verbū fiat, per-
ci signatur fecta est gratia. c.institutionis. 25. quæstione secū-
ra non est da. gl. in regul. cahcella. 25. & 29. glo. singul. in cap.
intrusus. Dudum. in glo. in verbo. de sepultur. & ista seruat
Rota, vt firmat Gomes. in questione 5. in regul. de
non iudicādo, iuxta formā supplica. & Cassador. in
decisio. vlt. de restitu. spolia. scripsi in tracta. de pa-
cifico. posse. in 6. amplia. nu. 50. & seq. & ista seruat
mūs in Francia. vt scripsi supra, de missio. in posse.

Executor Si tamen executor erat excommunicatus eo tem-
pore, quo prouidit, forte per mandatū, tunc impe-
trat id debet literæ, vt perinde valeat dicta collatio
facta mādaratio, & inde secura, ac si prædict⁹ ex-
ecutor vinculo excommunicatiōnis publicè innoda-
tus nō ex. citaret: & ita quādoque vidi in executo-
re mandatū: quod est notandum, alias collatio non
valebat. c. Postulaſtis. vbi scripsi de cleric. excom.,
mi. & in tit. de excom. non vitand. in concord. &
quāuis mādaratio impetratum ab excommunicata
to valeat ratione huius clausula, tēque absoluentes,
&c. tamen ab ordinatio, vel executore collatio fa-
cta mādaratio nō absoluto non valet, vt plene
scripsi in forma manda. in verb. absoluenteſ,

Et defendant inductum.

Clausula Item vult Papa, & idem executor defendat inductum
definaciōes in possessionē, sicut dicitur in l. prima: & per
manūstū. totū. s. ne vis fiat ei, qui in possessionem misus est.

Executor Et olim hic executor datus à Papa autoritate A-
postolica, defendebat ipsum possessorem, si quod
impedimentum eidem afferebatur, etiam a ter-
ritorio, licet sine ista clausula non haberet iurisdictionem
in tertium. c.i. de offi. deleg. c. pro illorum. de
prab. vbi doct. dicunt, quod commissus ad ponen-
dum aliquem in possessionem non habet iurisdictionem in contradicto-
rem in contradictione, nisi ista clausula pona-
tur: ideo Papa hīc apposuit, vt executores ponant
in possessionē, & inductum defendant. Staphile. in
tract. de liter. gratia, de vi & effectu clausula. ver-
si. sequitur postmodum.

Hodie in hoc regno Frāciae postquam inductus
fuerit prouisus in possessionē, si turbetur, agit pos-
sessorio coram iudicibus laicis Regiis: & hic dele-
gatus Papæ non amplius aliquid exercet. vt plenē
docui in forma māda. in gl. defendantē, &c. sed
hēc clausula in patria obedientiē adhuc prodesset.

Amoto exinde quolibet

Clausula illico detentore Hēc clausula prodest: nā si aliquis
amōto quo, iniustē detinebat beneficium, habebat tamen co-
loratā possessionē, si illius non siebat mētio, impe-
tratio erit nulla. c. cū nostris, de concessio. prab.
sed ista clausula habet vim expressionis coloratæ
possessionis, per c. proposuit, de concessio. prab.

Quod est verum, si apposita sit hēc clausula in
literis principalibus gratia, vt hīc: secus si tātū in
literis executoriis, per cle. primam, in fi. de prab.
Panor. in d.c. cum nostris. & Geminia. consi. 86.

Nec virtute hui⁹ clausula poterit executor amo-
uere de possessione colorata, nisi aliquis fuerit intru-
sus, de Rota dec. 56. no. quod aliquis in antiq. [sub
tit. de cōf. poss. & decis. n.] & decis. 429. in eisdem
refert Staph. in literis gratia, de vi & effectu clau-
sula, vers. vltiū sciendum est, & de hac clausula
est tex. in c. vniuersorum. in fi. de rer. permu. & de
ea scripsi in forma de litera. exec. manda. in verb.
contradictores, in concorda. vbi dixi executores
in hoc regno non posse exercere iurisdictionem.

I Faciens te, vel procura-

Clausula torem prædictum ad ecclesiam huiusmodi (vt moris est) ad
faciens te mitti, ubique de illius, & annexorum fructibus, redditibus
& prouentibus, iuribus, & obventionibus, vniuersis inte-
grè responderi.

In hac clausula Papa vult, vt pūisus admittatur,
vel pro eo procurator, & recipiatur ad ecclesiam
collatā, alioqui prouisus cum effectu non dicere-
tur: & quia clericū fortē nollent talem admittere,
ideo Papa hac vtitur clausula, vt executor faciat
eū pūisus admittere, & de fructib⁹ sibi respōdere,
vt gaudeat fructib⁹ illius beneficij, & de perceptis
corā executore respondeat is qui eos percipit, &
deinde subeat condemnationē, si iniustē recepe-
rit. c. fin. de confirma. vtil. cap. præsentium. §. præ-
terea, de testib⁹. lib. 6. in regno, vt dictū fuit, nullam
subit

subit iurisdictionem executor.

Clausula 2. Vnde haec clausula admitti solet, & apponi in admitti, in bullis rectoris ecclesiarum parochialium, vbi est quibus literis vicaria perpetua: quia forte vicarius nollet istum. *confer.* rectorem admittere, ideo Papa adiicit hanc clausulam, vt admittatur, prout moris est.

3 Etiam in bullis decanatus ruralis vidi apponi ratione presbyterorum, qui in ecclesia esse posse sunt, qui habent istum recipere, & nolle: ideo ponitur haec clausula admitti, &c.

4 Idem in prioratibus dependentibus ab alio regulari loco, qui habent superiorem, illum à quo dependent, & is habet eos prouisos admittere, ideo haec clausula necessaria est, vt habetur in provincial. fol. 54. item omnis prioratus.

5 In prouisionibus hospitalium solet etiam haec clausula conscribi propter pauperes, qui istum forte hospitalarium possent non admittere, vel propter administratores, qui istum hospitalarium recipere solent, quod forte recusarent: vnde Papa scribit, vt admittatur, & illi de fructibus respodeatur, vt praedixi: & nota, quod ubique preceptum superior de iure, vel de facto, debet ponere haec clausula admitti: & quando requiritur alicuius, vel aliquorum consensu ut docet Hier. Paul. fol. 53. verb. quando prouidetur.

6 Idem in portionibus locorum, monasteriorum, vel collegiorum: sed in his, qui non sunt in aliqua ecclesia, non apponitur haec clausula admitti, ex quo non est persona, quæ habeant illos admittere, ideo superflua non sunt in hac bullæ conscribenda: cum Papa in proce. Decre. tollat superflua, & Imperator, in prima constit. Cod. vides hic tamen, qd; hodie fere in omnibus prouisionibus inferi haec clausula solet, sed hic executoribus dirigitur, in casibus vero supradicatis dirigebatur illis, qui recipere prouisum habebant, vel quod executores illos compellerent ad admittendum.

Cofuetudo recipiendi prouisum seruanda est. Ut moris est. Etiam addit hic Papa, vt iste prouisus admittatur prout moris est, & sic non vult tollere consuetudinem, si qua esset in recipiendo istud prouisum, in dubio Papa consuetudinem, quæ facti est, quam ignorare videtur, tollere non censetur. c. i. de constit. in 6. & ista clausula est summè utilis, qd; continet requisita ex consuetudine, licet non sint alias expressa, vt seruanda sint, quæ inualuerunt ex more: vt docet Pet. Par. conf. 20. gratia. in 4. vol. scripti. in l. Labeo. ff. de verb. signifi.

Contradictores prout iudicentur. *Contradictores compescitia suadet ad hoc compescendo.* Dicernit etiā hic Papa, vt executores compescant contradictores, & contradicentes huic prouiso: & intellige si qui contradicere velint sine causa, & de facto, si vero de iure, vt si iustum allegent causam, ut pote aliam collationem priorē, illos cōpescere non poterit: vt hic innuere videtur, & cōpescere eos debet, put iustitia suadet: & de hoc est text. in c. is cui, de præb. lib. 6. gl. in c. Pro illorum, illo. tit. in Decreta.

Vnde non tenetur possessor ad præceptum executoris possessionē dimittere, nec ob hoc poterit

excommunicari, si offerat se iuri stare paratum. c. licet, de præb. in 6. Feli. in c. causam que, col. 12. nu. 10. de rescr. scripti in forma litera. exec. manda. in fi. in conc. Francia. & vide hanc clausulā positam in eisdem concord. in tit. de firma & irreuoc. corda. stabilit. circa finem.

Etsic per istā clausulam executor habet iurisdictionem, nō solum inter partes, sed etiam contra extraneos cōtradicētes de facto, licet regulariter delegatus nō habeat iurisdictionem nisi inter partes, & cōtra eos impediētes. c. i. de offi. deleg. Stratophil. in tract. de literis gratiae. in rub. de vi & effetu clausula. versi. Sequitur postmodū, & ver. 3. dicit, &c. sed hodie, vt dixi supradicte executores nullam autoritatem literarum istarū exercēt iurisdictionem, sed collationem, & fulminationem faciūt & si iurisdictionem exerceant, appellaretur ab eis tanq; ab abusu ad senarū, per titulum de causis in. cotic. qd; auferrent iurisdictionē ordinariorum in episcoporū: quod est prohibitū in d. tit. de causis.

Non obstantibus *pia memoria Bo-*
nifacij Papæ 8. la. non ob-
stantiam predecessoris nostri, & alijs constitutionibus, & or-
ganizationibus Apostolicis contrarijs quibuscumque. Ista est quinta bullæ pars, in qua Papa tollit ea quæ bullæ obstante possunt: possunt enim obesse constitutio-nes d. Bonifacij, quæ disponunt, vt beneficia in curia vacanta non debeantur alicui, etiam per literas Papæ nisi specialis & expressa sit facta men-
tio, quod beneficium vacavit in curia. c. 2. de præb.
in 6.

Et de hac clausula est tex. in c. cum aliquibus. de Regulis cō-
rescr. in 6. & in c. fi. de sent. exco. lib. eo. & plenior cōfiliaria per
text. in c. quia sāpe. in fin. de elect. cod. lib. Et per obstan. non
istam clausulam generalem non obstan. non cen-
cētur derogatum regulis cancellaria, nisi hoc ex-
rogatum. pressè dictum fuerit, vt docet gl. regula cancellaria, & per Io. de Selua in tract. de beneficio. in 4. part.
q. 46. in 4. col. quem refert & sequitur Gomes. in
tract. super reg. cancellaria. in proce. q. 5. & q. vlt. in reg.
de infirmis reignantibus: quia postquam non sunt
in corpore iuriis clausa, possunt ignorari. cap. 1. de
cōf. in 6. ideo de illis debet fieri expressa mentio.

Notandum est quod ista non obstan. debet con-
scribi, p. qualitate personæ, pro qua scribitur: nam
plura minori obstant, quæ non obstant maiori, &
vni, quam alteri: ob id debent concipi prout sua-
debit qualitas personæ: persona enim prius legiti-
mada est. l. si queramus. ff. de testa. Barb. in rub.
C. qui admittit.

Etiā consideranda est materia, de quo agitur: &
ad tollendū priuilegia plura derogatione ampla.
opus est, teste Bart. in extrau. Ad reprim. in ver. nō
obstantib[us]. [quom. in lege maiest. crim. proceda.]
Hinc est quod in prouisionibus simplicib[us], vel
nouis, vel si neutri, subrogationib[us], commendis, &
aliis prouisionib[us] beneficiorū, nō ponitur clausu-
la non obstante tali regula: sed fere ad verbū infi-
ritur, & postea alia sequitur obstante quæ Papa tollit.

In dispositione autē signature ponitur nō obstat.
reg. de annali posses. vel alia, cui derogari neccesse
est, & ita seruat stylus curiæ Romanae, vide tamē

Forma & declaratio

De clausula ceteris contrariis.

quæ superi⁹ dixi, vbi ex stylo curie hodierno Papa solet narrare regulā ad verbū, cui vult derogare.

nū à rege factū, nisi fecerit mentionē primi, etiam si à prædecessore primum factum fuerit, nū dictum fuerit, non obstan. donis alijs sibi factis.

Solet interdū Papa apponere clausulā, cæterisq; contrariis quibuscunque, sed nunquam subnecti debet, qñ alius sequitur cōtrarium: sed debet ponni, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscūque, & nō debet dici ceteris: vt docet Hie. Paul. in stylo curiæ Rom. fol. 54. vers. clausula, cæterisq;

nū à rege factū, nisi fecerit mentionē primi, etiam si à prædecessore primum factum fuerit, nū dictum fuerit, non obstan. donis alijs sibi factis.

Aut si aliqui super prouisionis tibi facienda de huiusmodi, vel alijs beneficijs ecclesiasticis, in illis partibus generales, vel speciales dicta sedis, vel legatorum eius literas impetraverint etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decrem, vel alijs quomodolibet sit processum, quibus omnibus volumus te in affectione dicte parochialis ecclesiæ seu vicaria anteferriri. Per istam clausulam tolluntur reseruationes, & expectatiua tam generales,

nū à rege factū, nisi fecerit mentionē primi, etiam si à prædecessore primum factum fuerit, nū dictum fuerit, non obstan. donis alijs sibi factis.

quām speciales, vt expectanti licet deberetur beneficium, tamen Papa vult, vt impetrans præferatur, etiam si expectanti acceptauerit, sed non fuerit ei facta collatio, etiam si ad inhibitionem per executorum fuerit prouisum. c. tibi qui de ref. in 6. & hoc ratione istius clausula anteferriri, quę tollit ius ad rem, nō in re. c. quodam de præb. in 6. Fel. plenē de hac regula anteferriri. in c. capitulum, col. 7. nu. 6. cum seq. de ref. plura hic scribere possem, sed parum in Francia nobis prodest hæc clausula, quō ad præiudicij mandatariorū & nominatorū proper. §. declarat, de mand. Apost. & per cōst. regiam, quæ declarat Papam præuentum per solam requisitionem mandatarij: ob id alia hic non scribā de ea: etiā quia aliqua not. in §. 1. de mand. Apost. in gl. in forma. quæ ibi videri possunt.

nū à rege factū, nisi fecerit mentionē primi, etiam si à prædecessore primum factum fuerit, nū dictum fuerit, non obstan. donis alijs sibi factis.

Clausula non obstante collatione, vel cōcessione alteri facta, intelligere de collatione recollatione & concessione inualida, per tex. in c. 2. ibi, nō obtemperatur. Etiam si facta alij, seu confirmatione nostra, si qua in forma cōmuni appetet obtenta, ne sede vacā. Fel. licet non alleget illum. tex. in c. causam quæ. col. 11. nu. 9. vers. non obstante, de ref. nec Iaf. cōf. 232. col. 7. in 2. voi. nec cuiquam fit præiudicium. c. super eo. in fi. de offi. deleg. c. quamuis. de ref. lib. 6. sequitur.

nū à rege factū, nisi fecerit mentionē primi, etiam si à prædecessore primum factum fuerit, nū dictum fuerit, non obstan. donis alijs sibi factis.

Prijudicij fieri ex parte cōfessiū p[ro] a affectionem beneficiorū aliorum prijudicium, generari, pa nō vult. Et quamvis Papa velit prouisum à se præferri ex expectantibus quōd ad hoc beneficium, tamen non vult quōd eis præiudicetur quo ad alia beneficia vacatura: nam posset opponi istis expectantibus q[ue] primum eis debebatur, & ipsi fuerūt negligētes: ideo ius illarum reseruationum, vel mandatorum amiserunt, per c. si clericus, de præb. li. 6. sed. Papa. ius eis reseruat, quo ad alia beneficia, adeo ut mād[ic]tarij alia postcā vacātia beneficia reqrere possint, nō obstante collatione facta à Papa, quæ eis nō præiudicat, q[ue]a non sunt negligētes: ob id præiudicatio Papa istis expectantibus nō debet præiudicare: vt abūde scripsi in §. Declarat. de mād. Apost. in concord. Franciæ. vide Probū in addit. ad monachū, in c. eum cui. de præb. in 6. [Sic Rex Philip- pus. decreuit anno 1333. non valere secundum do-

nū à rege factū, nisi fecerit mentionē primi, etiam si à prædecessore primum factum fuerit, nū dictum fuerit, non obstan. donis alijs sibi factis.

Sed si venerabili fratri nostro Archiepiscopo Senonensi, & pro tempore existens, dict. e domus præceptoris, vel quibus suis alijs communiter vel di-

uisim ab eadem sit sedis indultum, quod ad receptionem,

vel prouisionem alicuius minimè teneantur, & ad id com-

pellī, aut quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non

possint, quodq[ue] de huiusmodi, vel alijs beneficijs ecclesiasti-

cis ad eorum collationem, prouisionem, presentationem,

seu quamvis aliam dispositionem coniunctim, vel separa-

tim spectan. nulli valeat prouideri per literas Apostolicas,

non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad ver-

bum de indulto huiusmodi mentionem. Derogatur hic

indulto, per quod effet concessum episcopo, & vel

alterius non teneatur aliquem recipere, vel alicui

prouidere per literas Apostolicas, non facientes

mentionem de suo indulto, vt olim habebant car-

diniales Franciæ: sed multi illo abutebantur, ob id

iustè fuit reuocatum, vel reuocari potest, & mira-

dum est de summo Pontifice e quomodo hisce in-

indultis teneri vult, & quomodo ea facilè cōcedati-

nam ea facilis concessio contemptum generat, &

quosdam eorum beneficiorum mercatores facit,

& in omnibus resignationibus Papa solet deroga-

re his indultis: in aliis potest, quia maiorem sibi

retinuit potestatem, quām concesserit. c. dudū de

præb. quamvis dixerit se nolle aliquo modo deroga-

re, quia faciendo huius clausula mentionē, de-

rogare poterit. Bar. in l. si quis. in prin. ff. de leg. 3. &

Fel. in c. nonnulli. de ref. & quamdiu est Papa,

priuilegium à se datum reuocare potest. cap. i. de

conf. lib. 6. nisi ad instantiam Regis & Reginæ cō-

cessum fuerit: tunc Papa derogare illi non solet: vt

statuit Alex. 6. in suis reg. tit. de cessio. Etiā per

clausulas generales illis non derogaretur: vt con-

faliuit Rom. conf. 393. quo ad primum, in fi. & refert

Paul. Paris. conf. 140. inspectis, col. i. in 4. vol. [Sic

etiam consului pro dom. card. Lotaringo.]

Etiā si effet in indulto expressum, q[ue] nō possit

compelli, excommunicari, vel interdicti: nisi hoc

expressum sit, nō solet sedes Apostolica indulgere

nō potest alicui, ut ex-

communicari cōmuni, ut ex-

communicari pro tali caufa, vel

nisi facta priuilegij mentione, vt hic: vel vt nō pos-

sit ab alio excommunicari quām à Papa, prout est

concessum (vt fertur) Regi Franciæ: vt est in libro

liliorum Reg. Franciæ 6. per Ioān. Feral. & dicunt

Prag. Rom. quod dispentatio datur in his quæ sunt

contra iuris cōmuni dispositions, in his vero quæ

sunt contra statuta vel regulas datur indultum.

Et quando alicui effet indultum simpliciter, q[ue]

non possit excōmunicari, adhuc si insurgat cōtra

matriē sedem Apostolicam, excommunicari po-

terit, quia non potest esse sine capite. c. cūm non

liceat, de præscrip. nec valeret tale priuilegium.

doct. in c. cūm instantia. de censib.

in

*Indulto car-
dinali Pa-
t[er] deroga-
re potest.*

*Indulgeri
nō potest a-
licui, ut ex-*

communicari

non possit.

licui, ut ex-

communicari

non possit.

in fi. qui dicit hanc clausulam generalem equi polare expressioni de verbo ad verbū, ex quo hanc loco illi^o Papa subrogat: & hoc solet Papa addere.

Ista tamen clausula non obstan. non derogat priori dispositioni fortiores clausulas habenti: ut docet Card. conf. 166, factum sic se habet. col. pen. Refert & sequitur Petr. Paul. Paris. conf. 42. quantum, nu. 18. in fi. vol. 4.

Et qualibet *alia dicta sedis indulgen. generali, vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam, vel taliter non insertam, effectus huicmodi gratia valeat impediri quomodolibet, vel differri: Et de qua cuiusque, toto tenore habenda sit in nostris lisaris mentio specialis.*

Hec clausu. Facit text. in c. cum nostris. circa finem. ibi ex initia tollit. sicut dulgentia sedis Apostolicae speciali, de concefa. tuta impre. preb. & d.c. ut officium. ista ergo clausula tollit statuta, non solum quae impediunt effectum gratiae, differencia sed etiam si differant: ut pote si dicatur, quod si va- cet beneficium excedens ducentas libras non debeatur impetranti, sed antiquiori, & impetratis habebit aliud, tunc per hauc clausulam habebit impetrans illud, quod impetravit: nec impetrant, nec differetur sua prouisio. ista scripti in form. mand. in conc. & Dom. in d. cap. si propter, & Gomes. in proce. reg. q. 6. quod facit pro ecclesia Tholosana simile ferè habente priuilegium, ut beneficia certa meliora canonicis debeantur antiquioribus.

Sacerdos si. Etiam hæc clausula prodest, quod si statuta col- quis non sive legij essent, ut qui non recipere tur ad tale beneficio obstante cium: nisi sit sacerdos: per hanc clausulam recipi statuta re- debet, si sit ætatis legitima, in qua possit per annum cipitur per hac clausu- lam.

Fundationi quando cen- featur dero- gatum. sed non censetur per hæc verba, derogatum fundationi requirenti sacerdotium ante receptionem: nisi fuerit expresse facta in media fundationis laicorum, secus in clericis. Domini de Rota decisi. 3. Si statutum, in no. sub tit. de præb. decisi. 1. Staphil. in tract. de literis gratiae, rub. de vi & effectu clausula. vers. post prædictas clausulas.

De constituti- tione Papa Pij in britan- nia vigeatis. Etiam per hanc clausulam derogatur constitutioni Papæ Pij, que vult quod vbi impetrantur beneficiia in Britannia, que alii per annum pacificè posse derint, vel ex pretempore titulo, vel per viam criminum, commissio fiat ad partes cum clausula, vocato possessore, &c. & impetratis literas huiusmodi intra bimestre ab earum data iudici presentare, &c. de qua per Pet. Paris. in conf. 49. ad primum, in 4. voi.

Nec tollitur optio per has clausulas, si nominatio hoc non sit in gratia expressum. ca. si. de con- fuet. lib. 6. & quæ ibi addidi.

Clausula de creti quid operatur. **Nos enim ex** *nunc irritum decernimus & inane, si secus super hje a quoquam quevis autoritate sive teneri vel ignoranter co- tingerit attentari. Per istam clausulam decreti aqñul- latus collatio ordinarij in contrarium facta, & alius actus contrarius prouisioni, per clem. primam, de elect. vbi Barb.*

Imò dicunt doct. non valere actum in contrarium, etiam de cōsensu partium factum, per text. & ibi

glo. in c. Statutum, in verb. cōmittatur, & in ca. di- spendia. de rescr. in 6. gl. in l. à Diuo Pio. ff. de ritu nupt. gl. in verbo clausula. c. dilecto. de præb.

Quia illa clausula data videtur pro forma. Bal. & alij in l. ff. de lib. & posth. Ias. in l. nō dubiū. 8. not. C. de leg. nu. 17. & vbi aliqd est pro forma statutū, nō potest hoc cōsensu partiu. tolli: Bart. in l. de his. ff. de transact. Barb. cōf. 43. præclarè. col. 13. in 1. vol.

Collatio or- de cōsensu im- pectatis valere, licet in bulla sit ap- cōsensu im- positū decretū, quicquid dicant doct. quia clausula perrans ipsa la decreti semper intelligitur valida, si illa impec- cta valeret. trās vt velit, teste Ioan. Monach. in cap. statutū de obstat. de crete, præb. in 6. allega. Lproinde. ff. si cert. pet. idē probat gl. in verb. irritū. in §. q. si quis. de col. in prag. scripsi in §. si q. sive. in verb. ipso iure. de col. in conc. facit tex. in l. ff. de fer. vbi sententia iata tempore feriato est nullius momenti, de consensu tamen partiū valebit: hoc pbat Barb. in cle. 1. col. 9. de ele. plus dicēs, q. licet per clausulā decreti liget igno- rans: hoc est verū quod ad dispositionē, vt non va- leat, sed non ligabitur ignorans quo ad pēnam, si sit adiecta, quia non est in culpa pēca. tibi qui, de rescr. l. ex maleficis. ff. de actio. & obli. vide alia per d. Barbā. facie. gl. in c. constitutionē. de verb. sign. & per doct. in c. cūm accessissent. de constit.

Nulli ergo hominū liceat *Clausu. bec- nulli homi- han paginam nostræ prouisionis, decreti, mandati, volu- num, &c. tatis, & dispositionis infringere, vel ei aucta temerario cō- traire, si quis autem hoc attentare presumperit, indi- gnationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se neuerit incursum.*

Ista est sexta pars bullæ, in qua Papa commina- tur poenam contradicentibus huic bullæ, & non parentib⁹: de qua poena habetur in c. 1. de majori, & obed. scripti in q. 19. in tract. nomina.

Imperator quādoque hac vitritur clausula: vt patet in tit. q. sunt rebelles. in fi. sed solet addere indignationē nostrā, & pēnam mille librarum nostrę cāmerę soluendarum te nouerit incursum. ita ibidem scribitur, idē habetur in fine. confir. cōstit. Feder. scūdi & Carolinæ gl. in d. extrau. Qui sint rebelles, in ver. indignationē, dicit se huius verbi nullum effectum inuenire, nisi q. Imperator iudi- gnatus ex hoc facto non exhibebit se gratiosus,

Bal. verò & ibi Barb. in addit. ad eum putat illum *Priuandus* priuandum beneficio, qui indignationem dñi in- *beneficio* currit, in c. vno. §. porrò, col. 2. quæ fuit prima cau- *est qui do-* sa benefic. amittendi, quem sequitur Aluaro. in §. *mni indi-* Sed & qui delaçor. col. 2. ibid. Fel. in c. veniens. col. *gnationera-* 1. de præscr. quamvis contrarium teneat conf. 12. *incurrit.* princeps. primam tamē sententiam sequitur Socin. conf. 87. visis. vol. 3. & Iacob. in tract. de feudis, in verb. dictiq; vassalli. col. 11. in 13. cauſa. Ias. in l. 1. in princip. ff. si quis ius dicent. qnō obtemper. vbi dicit hæc verba importare comminationem pri- uationis beneficiorum ecclesiasticorum.

Ego autem putarem eum peccare, qui cōtraue- *Peccat qui* nit, vel contrarium facit. probatur in c. qui resistit. *vel latuit pa-* n. q. 3. & Paul. Rom. 13. *Qui resistit potestati, ordinatio-* *pa non ob-* ni Dei resistit. Itaque humano more loquendo indi- *temperat.*

Opponi quæ contra, &c.

gnatur eo casu Deus. Hier. 23. *Ecc turbo diuinc indignationis egreditur: & tempestas erumpet super caput impiorum.* & Abach. 3. *Nunquid tu in fluminibus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus?* vel in mari indignatio tua: & Rom. c. 2. *Qui nos acquiscunt veritati, credunt astem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & angustia.* Quasi velit Papa comminari his, qui non parent præceptis, & mandatis suis, ut non solùm peccent in illum, sed in Deum Opt. Max. Dicit enim Chrysost. *Nemo contemnat ecclesiastica vincola: non enim homo est, qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatem dedit, & dominos fecit homines tati honoris.* cap. nemo. II. q. 3. Imò si quis non obtemperet, credens Papam ligare non posse, hereticus est censendus, quia errat in potestate data Petro, & successoribus. Math. 16. & c. quodcunque. 24. q. 1. gl. & doct. in c. generali. de elect. in 6. & gl. pen. in extraug. Execrabilis Ioan. 22. & hodie multi iuuenes in hoc errant, & stolidi, qui vtinam ob oculos haberent illud not. dictum, *Obedite prepositis vestris etiam discolis, &c.* [Scindendum est hanc clausulam non solere in licentiis apponi, nec in facultatibus, literis Papæ secus est si dicatur, indulgemus, ex stylo curiæ Romanæ apponamur.]

Datum, &c. De hac data scripsi in forma mand. in fin. & aduertendum est, ut prolixitatem vitem, non affera aliarum bullarum excepta dispensationis forma, sed clausulas illarum & intellectum: vnde lector beneuole, poteris ex his materiam beneficiale amplecti, & non solùm theoriam, sed & praxim. curiæ Romanæ, quam haec tenus tanquam cabalisticam tenuerunt dicanici ipsius curiæ, & mensularij. [Notandum quod fallitas in data, licet probetur, si nemini præiudicet, non annullat rescriptum, nec nocet, per gl. in l. damus. C. de falsis. ut consuluit Dec. conf. 175. in cauf. nu. 7. diuersum est quando agitur de priore collatione, vel prouisio. ne. c. eam te. vbi doc. de rescr.]

Opponi quæ contra bullam possint.

Notandum est quod contra bullam multa opponi possunt, quæ non possunt euitari, si verum sit: quædā vero alia opposita euitari possunt, forte transcribendo bullam, & corrigendo. Primo videamus quæ euitari vix possunt.

Diversa 2. Primo opponi contra bullam potest, quod in ea scripturaan sit diuersa scriptura, ideo non valet. c. licet. de crimine falsi, sed hoc euitari potest, & excusari, si in prima linea (vt solet) sint literæ magnæ, aliæ vero literæ eadem & conformes: ut scripsi in forma manda. in princ. sequitur Dom. Philippus Probus, in c. si Apostolica, de præb. in 6.

3. Idem si in supplicatione, & in subscriptione Papæ sint diuersæ literæ, videlicet fiat vt petit: vel si in data, quia ista diuersa manu scribi solent: ob id diuersa: idē si correctio sit alterius literæ, seu characteris: nam hoc est necesse sic esse: q. diuersitas manus, & quandoque atramenti diuersam facit scripturam. §. i. in auth. de instr. cautel. & fide. col. 6. & vbi possunt multi scribere, ibi diuersa scriptura non vitiat: vt in signatura potest esse fiat data, &

correctio alterius scripturæ ut supra diximus.

4. Secundò opponi potest, si sit ibi litura, seu ratu. ra. c. inter dilectos. de fide instr. & maximè si sit in loco suspecto, quod tunc vix euitari potest. cap. ex literis. ibid.

5. Suspectum locum dico, quando est in nomine beneficij personæ, situs, vel in alio loco substantiali, doct. in l. fi. C. de edict. diui Adriani toll. Corneus conf. 18. alias, in 1. vol.

6. Idem si aliqua fuerit scriptura inter media, vel addita, quæ vocatur superlinearis in c. cum venerabilis. de relig. dom. facit d. l. vlt. C. de edict. diui Adria. toll. l. fi. vnu. de testa.

7. Euitari tamen potest, qn̄ litura, seu rasura est in loco suspecto: si notarius qui confecit instrumentum, vel alias officialis ad hoc præpositus attestatur hanc lituram, vel additionem factam de partii qui hoc potest, & sic conscriptam, vel de necessitate factam per eum, qui hoc potuit facere: nam illi creditur. l. i. vbi Bart. ff. de his quæ in testam. delen Pan. in c. cum venerabilis. in fi. de relig. dom. Ias. in d. l. fi. vnu. col. fi. C. de testam.

8. Nam quando rasura est in loco suspecto, à parte facta censemur. c. fi. de crimine falsi, cum in eius commodum resulteret. c. Constitutus. de test. & cancellatio vel additio præsumitur facta ab eo, apud quem reperitur instrumentum. l. maiorem, cū gl. C. de falsis. Ias. in d. l. fi. vnu. C. de testam. col. vlt. & hoc euitatur, quando attestatio fit, sed melius est hoc casu bullam transcribere. Petr. Paris. conf. 42. quātum. nu. 11. in 4. vol. ne quis expectet infinitos processus, qui alias insurgerent ex hac bulla.

9. Tertiò opponi potest, quod bullæ est additum: nam punctum etiam additum bulle, vitiat bullam, & addens est excommunicatus in bulla cœna Domini. c. licet. de crim. fal. scripsi in bulla cœna Dom. & hoc si verum sit, non poterit euitari, & excusari, nisi dicatur de mandato Papæ, seu officialiū factum, vel coacte: quod enim metus caus. gestum est ratum non habet prætor. l. i. & per totum. ff. quod metus causa.

10. Quartò subreptio & obreptio solet cōtra bullam opponi, in c. Ad aures, & c. Super literis, de re-script. & superius dixi in prima differentia inter literas gratiæ & iustitiæ: & ista oppositio, si vera sit, non potest euitari: nam secunda gratia non faciens mentione de prima est nulla. c. in nostra. de rescr. etiam si im petrans velit primæ renunciare, & il-lam dimittere, vt docent ibid. doct. & sic cōsuluit Paul. Paris. conf. 74. gratia. col. 1. in 4. vol. etiam si ignorans fuisset im petrans: vt doct. asserunt in ca. gratia, de rescr. in 6. & Paul. Paris. conf. 96. pro lupo. nu. 27. in eo. vol. 4.

11. Quintò si Papa loquatur in plurali vni, videlicet vobis Ioanni, & c. bulla est suspecta. c. quæ graui. de crimine falsi: & est contra stylum curiæ: ideo non valet, & vix euitari potest nisi transcribatur: secus est in literis Regiis, quia hoc non est in illis statutum, sed potius cōtrarium. l. Imperator. ff. de statu hom. Pet. Paris. conf. 20. gratia. col. 1. in 4. vol. papæ epis. 12. Idem si Papa vocet episcopū filium, quia episcopum, archiepiscopū, vel patriarcham fratrem. lius vocat.

vocare

Notarius;
at. glauar
rasforam fa
clam ab eo

Nil à pri
nato addi
bule potest.

Secunda gra
tia non fa
ciens de pri
ma mentiu
ne, non valet
etiam si pri
me renun
ciatur.

Papa vni
in plurali

non liqui
tur.

Papa epis
copus fra
tre.

lius vocat.

vocate solet, & alios filios, licet sint cardinales. d.c. quam graui, vt ista euites, oportet emendare & corrigerem in hoc bullam: & officiales Romani eam corrigent suis etiam impensis, quia error est eorum.

*Ordo in pro
uisione be-
neficij ex-
primendum.*

13 Sexto, si quis non expresserit ordinem in prouisione beneficij regularis. c. cum ordinem. de rescr. opponi poterit, vt tale beneficium regulare ordinis S. Augustini. Prouinc. fol. 22. & poterit transcribi bulla, si expressio ordinis in signatura facta erat, alioqui reiicitur, & nulla erit.

14 Septimo opponi potest bullam esse falsam: vt per totum, ut de criminis falsi, & per Spec. in ti. de rescr. praesenta. §. 1.

*Falsa lati-
nitatis tribus
interuenientibus.*

14 Octavo dicunt doct. opponi posse in ea falsam esse latinitatem, & eo dicunt non valere Papæ rescriptum, per c. ad audientiam. i. de rescr. sed ego ibidem vi-
ciat.

15 Primò quando est vitium, alioqui si excusari possit, etiam per figuram, non erit bulla suspecta. c. foris de verb. sig. vbi gl. & doct.

16 Secundo requiritur vitium esse in constructione, secus si in litera, vel syllaba. tex. in d. ca. Ad audientiam. & c. ex parte. de fidè instru. & l. qui habebat. ff. de manu. testa.

17 Tertio quod illud vitium sit manifestum, & notorium ex ipsarum literarum inspectione. d. ca. Ad audientiam. licet doct. dicant ibi, quod falsa latinitatis vitium non recipiatur in curia Rom. de consuet. quod verum intelligerem, nisi praemissis concurrentibus: & tunc vix euitaretur: nisi bulla reformaretur ac transcriberetur; nec nocebit vitium in orthographia literis Apostolicis: vt docet Bald. in Marg. in verbis literar. q. 9. nec ob hoc vitiatur rescriptum. de Ripa in c. i. nu. 38. de iudic.

*Rescriptū ab
deuīas ab
stylo est fa-
spectum.*

18 Idem dicendum est, si non obstante vitio colligeretur mens Papæ, adhuc rescriptum suspectum diceretur, quia non praesumitur sic emanasse à cancellaria, vt scribitur, in integra. d. ca. Ad audientiam. & quia deuīat ab stylo. c. ex literis. de consti. sic consuit Rom. conf. 326. quæstio est, col. penul. vbi dicit rescriptum nullum, in quo dicitur, prouideas de beneficio ad te pertinente: debebat enim dicere ad tuam collationem, presentationem, & quamvis alias prouisionem pertinente, per cap. Cū in illis. §. i. de præb. in 6. patet in forma mād. in Concor. Franciæ.

19 Et sic patet rescriptū, in quo est falsa latinitas, non esse nullum ipso iure, sed tantum suspectum, ideo illi non esse credendum, donec consulatur Princeps, arg. l. Ex facto. ff. de vulgar.

*Suspectum in parte om-
nino reiect-
tur.*

20 Etsi fuerit suspectum in parte, in totum erit suspectum, quia non praesumitur sic à Cancellaria. emanasse, vt est in integra. d. ca. Ad audientiam. & gl. in ca. Apostolicæ 35. q. 9. & quia fides scriptura est indiuisibilis. l. in hoc. ff. fami. ercisc. f. & suspecto rescripto non creditur. l. fi. de fide instr. 6. nec debet quis parere rescripto suspecto, & impetrans puniri falsi potest. vt docet. c. porrecta. de confirmat. vtil. & ibi Pan. in 2. not. & plenè de ripa in c. 2. nu. 33. & seq. de rescr.

21 Licet alia consideranda essent capita separata, per c. si cotempore, de rescr. in 6. & Fel. & Dec. in

d.c. Ad audientiam, quicquid doct. in contrarium afferant: quia si vitium respiciat totam bullam, erit tota nulla, si partem, illa tātum pars diuisibilis, per d.c. si eo tempore.

22 Nono opponit etiā, q. bulla est imperfecta. Bulla im-
ideo nō est valida, nec ppriè bulla vocari potest, perfecta nō
sicut testamentū illud ppriè nō dicitur quod iure creditur.
perfectū nō est: sed abusu testamēta ea quoque
vocamus, quæ falsa sunt, vel iniusta, aut irrita, vel
rupta. l. 2. §. 1. ff. quemad. test. aper. l. Polla. infi. C. de
his quibus vt indig. l. fi. quemad. testa. aper. Alex.
conf. 215. Visis probatio. in prin. vol. 2.

23 Nec olim imperfecta dicebatur, si litera prima proprij nominis impenitantis tantum apponebatur, secus in cognomine. c. cū M. de const. ea. Cū dilecta. de rescr. quia ad impenitantem spectat declarare rescriptum ambiguum. ca. pastora-
lis. in fi. de rescr. c. 2. illo. tit. in 6.

24 Hodie verò de consuetudine & stylo curia. *Nomen* Romanæ nomē impenitantis scribitur extensem: vt petratis ex-
docent Imol. & Fel. in c. cū accessissent, col. i. de tensè scri-
confit. & multò fortius cognomē: nec valeret res-
criptū, si una tātum litera nominis, vel cognomi-
nis esset conscripta, & hoc sine transcripto non
euitaretur: vt si in bulla diceretur, tibi P. Rebuffo.
conferimus: quia nomen Petrus extensem scriben-
dum est, sicut cognomen, alias bulla non valet.

25 Et si Papa decernat irritum & inane ex nunc, quod factum fuerit, intelligitur ex nunc, id est ex
hoc tempore, quo literæ erunt perfectæ, & expe-
ditæ, nō incœptæ, vel imperfectæ: quia factæ non
consentur, quādo sunt imperfectæ. l. pen. C. de his
quibus vt indig. Staphi. in tract. de literis gratiæ. in
princ. verl. & tenende, fol. 4.

26 Decimò opponi potest contra bullam, si non
fuerit data apposita: vt infi. Sexti Decret. appearat
in l. Generali, de tabula. lib. 10. l. si qua. C. de diuer-
rescr. & hoc euitaretur rescribendo bullam, & di-
cunt Romani eam rescribendam.

27 Undecimo opponi potest stylum cancellariae. *Stylus im-*
omissum, vel immutatum. & stylus cancellariae nō mutatus vel
seruatus facit literas suspectas de falsitate. c. quam omis-
sus vi-
graui. de crim. falsi. vnde potest tunc iudex se in-
formare à pragmaticis de illo stylo, per text. & ibi
Bart. in l. 3. in fi. ff. de testib. plenè scripti in tract. de
confuet. art. 2. gl. 13. nu. 52. & nu. 32.

28 Ultimò opponi potest contra bullam accele-
ratio temp. 1. is: vt si hodie prima Iunij quis moria-
tur Paris. & cras Romæ impetraretur beneficium à
Papa, illa imperatio non valebit: quia non est ve-
risimile impenitantem ita celeri gressu adire potuisse Papam: & ita est in reg. cancel. 28. Innoc. 8.
quia hodie est adhuc à Julio Papa 3. approbata: &
quia est in iudiciis frequēs, ideo eam cum aliqua
elucidatione inferius subiciam, declarata prius
bullæ reformatione.

29 Alia quibus impugnentur rescripta, scripti ip-
tract. rescr. q. 12. in 2. tomo. c. off. reg. & multa pote-
ritlector elicere ex decla. nouæ pruisionis, quæ su-
periū conscripsimus, & in tract. nom. q. 22. & seq.
huc alia multa adderē, quæ ne prebeat materialm
cauillandi sycophantis quibusdam, missa faciam.



De reformatione & correct. bullæ.

De reformatione & correctione bullæ.

Reformatione
de quando
fin. bullæ.

In terdum opposita contra bullæ eui-
tar possunt, si forte bulla corrigitur,
& emendetur, &c. ut Romanus dicunt,

reformetur: ideo de ista reformatio-
ne dicendum est. Primo iustum esse hanc corre-
ctionem certum est fundatum, eo quod magna
sapientia est revocare, quod male erigeris. c. Magne
22. q. 4. & dicitur officialibus Rom. si contra formam
& ordinem tanquam homines excessisti, non pu-
deat vos errorem vestrum corrigerere, qui positi
estis, ut aliorum corrigatis errores. c. qualiter pri-
mo, de accusa.

Tra scriben-
de sum lue-
benda: Resp. quando per præoccupationem vel
re, quando alias minus bene expedite reperiuntur: vt docet
non sum be-
ne expedi-
te, nec secu-
dū signatu-
rū. Papa Iulius 3. in reg. cancel. 28. & quando nō sunt
conceptæ iuxta signaturam, sicut quando instru-
mentum non respondet protocollo. §. i. in auth. de
tabellio. col. 4. doc. in l. contractus. C. de fide instr.

3. Vnde si impetrans dicat in signatura se pati de-
fectum ætatis, vel natalium, & poste à hoc in bulla
omittatur, bulla erit reformanda, & rescribenda,
nisi in casu, quando purgatum erat vitium, ut pote
adueniente atate, aut contractu matrimonij: vt
scripti in materia dispensationū infra, & vide mul-
ta de errore corrigoendo per notarium, per Bar. &
Dec. in l. si librarius ff. de reg. iuris. quæ poterunt
seruari ad bullæ correctionem.

A quibus
debeat bul-
la reforma-
ri. 4. A quibus reformandæ sint respondetur ab of-
ficialibus curiæ Romanae, ad hoc præfectis: vt ha-
betur in d. reg. cancel. Iulij 28. in fi. qui poterunt hu-
iusti modi forma & tenores restrigere, & ad for-
matam debitam reducere: sicut dicitur de notario,
qui clausulam & cætera, & alias clausulas potest
addere instrumento, & extendere secundum stylum
communem illorum: vt doct. asserunt in cap.
Quoniam contra, de prob. & in l. Gallus. §. idem.
creendum. ff. de lib. & posth. scripti in l. cætero-
rum. ff. de verb. sign.

Correctio
bulle, que-
modo fieri
debeat. 5. Forma reformatiois bullæ est, quæ sit post bullæ
productionem, oportet quod is, qui produxit bullam
correctam, producat & signaturæ sumptum:
vt iudex videat, an bulla reformari potuerit & an
eo modo, quo est nunc facta: & hoc est statutum.
in ord. reg. ti. des reformations de provisions: art. 8. ideo
iudex debet esse doctus, alias ignatus quomodo
poterit hæc dignoscere.

6. Vnde antequam bulla tradatur corrighenda,
oportet quod pars eam consulendā ostendat do-
ctis, super quibus corrigi debet & quomodo: sed
quia in hac materia pauci docti reperiuntur, vt
quilibet ea, quæ ex longo vsu & exercitio discer-
peruit, facile cōsequi possit, hoc volui utilitati pu-
blicæ conscribere: tu lector boni consule: multa
enim detexi, quæ non erunt grata mēsulariis, om-
nia quæ sciunt occultantibus lucri causa.

Omni de-
ficiens refor-
mari debet. 7. Et si bulla sit ex pluribus causis reformanda, si
ex una causa petam, & mihi concedatur: non po-
terit aliis defectus tolli, & refici, nisi petitus sit: quæ
responsio ad interrogationem refertur. c. inter, dc

fid. instr. dixi in expositio. supplic. supra in fin. Ideo
vterque defectus peti debet, ut corrigitur & re-
formetur.

8. Et in hac reformatio. bullæ non requirit par-
tis citatio, q. a inuita per te fieri potest, multò ma-
gis ignorante ea, & absente. l. qui potest inuitis. ff.
dere. iur. l. 4. §. i. de fideicom. libert. l. Nec igno-
rante, de tur. & cur. dat. ab his, poterit tamen pars
opponere, si signatura hoc non patiebatur: & ideo
ista reformatio non nocet parti in eo, quod fieri
non poterat. doct. in l. Imperator, prima. ff. de sta-
tu homin. & in Lerrore. C. de testam.

9. Adhac licet motus proprius in literis sit expri-
mendus. c. si motu, in fi. de præb. lib. 6. tamen si pri-
ma supplicatio sit signata motu proprio, & deinde
fiat reformatio illius, quæ signatur per concessum,
vt petitur, vel simpliciter intelligetur hæc sec un-
da concessio etiam motu proprio, licet non fuerit
expressum: quia fit relatio ad primam, secundum
quam ultima intelligetur. l. asse toto. ff. de hæc.
inst. l. ait prætor. §. i. de re iud. & sic limitatur d. ca.
si motu proprio.

10. Et ita bulla expedietur motu proprio, se ad
primam referens signaturam, vide reg. cancel. 42.
vbi hoc exprimitur.

11. Quæ literæ sint corrighendæ, & reformandæ?
Litteræ ad
resp. literæ tam gratia quam iustitia, quando non
sunt secundum formam & stylum curiæ conce-
pta, & litteræ gratia tam ad vacaturam, quam ad va-
cantiam: vnde sapientis consului mandatum de prouid-
endo transcribendum, in quo erant clausule quæ
non debet apponi ex forma solita regni Franciæ,
posita in concord. in forma mandat. vnde cum
quoddam mandatum haberet clausulam, quod
duxerit acceptandum, dixi esse transcribendum,
& illam clausulam expungendam: alioqui manda-
tum non valebit.

12. Item sicut in beneficialibus non datur confir-
matio, ita nec in pensionibus: fed si is, qui imposuit pensione in
pensionem coram legato mortuus fuerit, & sic non
possit nunc consentire, cautela erit, quod fiat co-
ram Papa bullæ reformatio, attento quod inter-
uenit consensus illius, qui tunc solliere pensionem
tenebatur: & quod litteræ expediantur sine novo
consensu, cum derogatione regulæ de consensu,
quæ est Innoc. 8. nu. 43. & repetita à Iulio 3. Non
nego tamen electionum confirmationes fieri pos-
se ab his, ad quos de iure spectat: vt c. fi. cum simil.
de elect. lib. 6.

13. Alios casus in quibus bulla sit transcribenda,
scripti in præcedente quæstione, quæ contra bullam
opponi possint, & vbiunque non sunt secundum
signaturam concepta, & est in ea aliquis de-
fectus, tunc rectè transcribi cura, antequam in-
choatus sit processus, vel poste à filiceat: sed facili-
lius est ante.

14. De nominationibus corrighendis id dici pos-
set, vt quando secundum stylum non sunt conce-
pta, corrigi possint: & si error appareat, aliæ regu-
lariter non: vt docui in tract. nominatio. q. 9. nu. 6. pos-
siperest vt regulam cancella explicemus, quam
subiicio.

Correctio
bullæ quan-
do partu-
ceat.

Motus pro
prius in re-
formatio-
non expri-
mendus.

Litteræ ad
vacaturam
& ad vaca-
tia refor-
mandæ.

Casei ap-
pensio in
terposta fe-
nc. consensi.

Nomina-
tiones quæ-
do corrige-
biles pos-
sunt.

Regul.cancel.de verisimili notitia.

115

Regula cancellaria de verisimili notitia, cum suis scholiis. Item voluit & ordinavit.

GLOSSA PRIMA.

Ista regula est recepta & in curia parlamentorum rege Nouembri. & vbiique in regno Franciae recepta strata, & in forensi iudicio ad vnguem seruatur, est quod lex regni effecta, adeo quod sicut Imperator legem facta.

L Sta regula secundum numerū regulæ cancellariae est 18. Innoc. 8. & est vtilis, sicutque recepta & registrata in Parlamento Parisi. anno 1493. die 20. regni effecta, adeo quod sicut Imperator legem facta (vt dicunt) canonizatam & à canonibus approbatam non potest reuocare, licet eam legem ex libro tollat. docet Geirard. de Petra singul. 28. pro hoc facit glo. in verb. capitali, in c. imprimis. 2. q. 1. & glo. in verbo, annuerfarie. C. de coll. donato. lib. 10.

2. Sic nec Papa regulæ incorporatam & deferritam in regeltris curiæ, etiam si tollat illam, nam eo casu seruabitur tanquam lex regni, non tanquam Papæ regulæ: hoc afferit Bened. in repeti. c. Raynati, in verb. si absque. in 2. de substitu. fideic. num. 4.2. & seq. de testa. scripti in tract. nominata. q. 5. nu. 15.

3. Et qui prius eam condidit, fuit Ioan. 23. vt docet Gomes. in hac reg. estque à iuris viscerib⁹ extracta. maximè ex c. 2. de concessi. præb. vbi beneficia antequam videntur non debet. impetrari: & nisi vacatio peruerterit ad notitiam conferentis, vel peruenire potuerit. c. quia. illo tit. c. 2. & 3. illo tit. in 6. nam collatio quæ non est verisimilis, nō est credibilis, nec facta creditur. l. Cùm de indebito. §. 1. ff. de probal. Mæuius. in princ. ff. de leg. 2. & quod longè est à verisimili, est falsitatis quædam image. Bad. in l. 1. col. 3. de scrulis fugi. quem referit. Feli. in c. quia verisimile præsumptio.

4. Verisimilitudo enim est cognata naturæ. Bal. in conf. 180. mortuo. col. 1. vol. 3. contra quam non facile recipitur etiam Papæ dispensatio, tanquam contra naturam quis statuere non possit. §. minor. rem, de adoptio. in institutio. Panor. in c. debitum, 2. not. de baptis. vix potest quis facere quod quis citius veniat, quam naturæ possibile sit: & ideo derogatio huius regulæ non recipitur in hoc regno, nisi vt inferius dicam, cum naturam seu naturalia nullus mutare possit. §. sed naturalia, de iur. nat. in instit.

5. Nec probatio contraria in hoc casu recipitur: vt in c. filii, de hereticis. in 6. etiā si quis vellet probare se per necromanticum & dæmonem adlatum intra unum diem quia tantummodo verisimile admittetur, videlicet quod eques cursor Romanus potuit ire sex diebus ex Lutecia, vel ex Lugduno quinque, hoc recipietur. Ex Tholosa autem octo, vel septem: distinguenda autem sunt tempora æstatis, videlicet & hyemis: in legato tamē inspicitur, an equi celeres essent designati ad illum locum, in quo ipse degebat, & ex loco in quo obiit beneficiarius: & tunc cursus velox recipietur, alioquin non: unde in praxi vulgo solet dici, sily & postes affigentes: vt quantum possunt celeriter currere:

alioqui per dietas computabitur, vt scripti in l. 3. ff. de ver. fig.

6. Itaque si inueniatur collatio præmature facta tanquam nō verisimilis excludetur: vt vidi in practica seruari: nec est aliqua dispositio tam generalis, quæ ad non verisimilia trahi debeat, teste Ang. conf. 249. super primā, col. 2. vers. pro hac parte. & Iaf. conf. 141. in ista. col. 8. vers. sexto prædicta, in 1. vol. quāvis Panor. & alij, in d. c. quia verisimile, de præsumpt. dicant probationem regulariter contra verisimile admittendū: licet clariores probations & duriores requirantur, non tamen in hoc causa ultra quam per naturam fieri potuit.

Collatio nō verisimilis excluditur.

Quod omnes gratia.

GLOSSA SECUNDA.

1. **R** Equiritur ergo in hac regula: quod *Omnia gratia fit gratia, & habet locum in quacunq; verisimili que gratia per istum tex. omnes gratias efficiat: qui totum dicit, nihil excludit.* l. à procuratore. C. mād. siue fuerit collatio, præsentatio, siue institutio, nominatio, vel alia quæcunque prouisio noua, vel simplex, vel perinde valere, si neutri, subrogationis, seu alia, de quibus inferius dicetur, cùm omnes gratias dicantur, clement. gratia, de rescripto.

2. Etiam procedit hic tex. si motu proprio gratia facta esset, tum vt evitetur fraus, quæ fieret apponendo hanc clausulam: tum etiam quia hæc clausula non tollit ambitionem impetrantis, nec votum caprandæ mortis: adhæc quia eadē ratio procedit in collatione proprio motu facta, quæ ad petitio- nem quo ad istam regulam, ergo idem ius erit. l. illud. ff. ad leg. Aquil. & hoc afferit Gomes. in hac reg. q. 2. & maximè quia hæc clausula metus proprij non potest immutare naturam, nec facere plus quam natura facere possit: vt scripti in forma man. in gl. motu proprio. in concord.

3. Primo iste text non habet locum in gratia delinquenti facta, quia hæc regula de hac nō loquitur: & cùm de ea hoc non inueniam statutum, hoc non extendam: nec est aliqualex tale quid dicēs, tex. in §. si autem in authent. de non eligendo se- cundò nubentes. col. 1. quia gratia appellazione venit Papæ concessio in beneficiis. c. gratia. de re- scri. in 6. clement. gratia. illo tit. Archid. in c. gratia. 1. quæst. 1. & sic gratia concessa delinquenti non impugnat ob hoc, quod præmature fuerit concessa: quia homicidam illum furit Orestis te- nebant, & illum præcurrete faciebant: vt dicitur etiam de Cain, postquam occiderat fratrem, Ge- oes. 4. & in verbis. seq. declaratur de beneficiis ecclesiasticis.

4. Secundò non habet locum in resignatione verisimili causa permutationis, quia non est simpliciter gratia, cùm collator teneatur conferre permutanti. ca. vno, de rerum permutat. in 6. & in clement. & quia hæc regula loquitur de vacatione per obitum, vt dicitur: & hoc docet Cassidor. in decisio. 1. su- per hac regula.

Gratia de- linquentis an vicietur per non- verisimile.

Verisimili- tudo nō vi- tiat permu- tationem.

Glossa III.III.IV.

*Quas de quibus suis beneficiis ecclesiasticis cum cura,
vel sine cura secularibus & regularibus.*

GLOSSA TERTIA.

*In officiis
Regis non
habet loci
regia ista
de verisimili.*



Eritio nō habet locum in beneficio, seu in officio Regis, vel Imperatoris, seu aucto-
ratus principis, cūm hic in beneficiis ecclesiasticis tantum statuatur: de qui-
bus in rub. vt ecclesia, beneficia sine diminutione
confer, & beneficium ecclesiasticum non potest
obtineri sine canonica institutione, reg. i. de reg.
iur. in 6. & c. Felicis de p̄cenis illo lib. & sic est di-
stinctio inter beneficium ecclesiasticum & tem-
porale, & in officio Regis non fuit recepta huius
regulae allegatio a senatu, sed status adiudicatus
officij apparitoris illi, qui celerius officium à Re-
ge impetraverat anno 1542. die 22. Decembris: &
pronunciatu fuit in d. curia: non esset tamen ma-
lum quod etiam sequaretur in officiis Regiis pro-
pter magnas ambiciones continentium ante tēpus,
& rationes supradictas.

Arestum.

Habent tamen locum hec regula, siue beneficia
ciis iō re-
gularibus, siue regularia, siue sint curata, siue
non, vt hic dicitur, etiam comprehendit hic di-
gnitates & officia ecclesiastica, licet hic non ex-
primantur nominatim: sed quia text. dicit de qui-
busuis beneficiis ecclesiasticis, & appellatione be-
neficij ecclesiastici: & dignitates & officia eccle-
siastica continentur. c. Postulasti, de rescri. in glo.
in ca. i. de reg. iur. in 6. & in cle. Auditor, de rescr.
scripti in concor. tit. de col. §. volumus, in verb. be-
neficia, & suprà in princ. huius lib. & quia est eadē
ratio & maior in dignitatibus & officiis ecclesi-
asticis, quam in aliis beneficiis: ergo eadem decisio
locū habebit, per l. illud ff. ad leq. Aquil. & si qua
fuerit antiquioribus causis similis, seu major ratio
habebit locū. ex. in §. Porro, quæ fuit prima cau.
beneficii. & in istis maior est ambitionis ratio,
& votum captandæ mortis alienæ, ergo in illis ha-
bebit locum, postquam in illis nō inuenitur statu-
tum contrarium, etiam propter verbum quibusuis,
quod est generale per text. in l. proinde. 2. §. i.
ff. ad leg. Aquil. & 1. 3. §. quacunque, de noxa scri-
pti in l. sex editorum. ff. de verb. sign. & quia fauora-
bilis est haec regula: vt suprà dixi: & quia non po-
test immutare id, quod est naturale: vt suprà dixi.

Per obitum quarumcūque personarū vacantibus.

GLOSSA QUARTA.

*In priuatio-
ne, vel alia
vacatione
non prece-
diu hac re-
gula.*



Vero non habebit locum, si alio modo
væget, quam per obitum, vt pote per pri-
uationem: nam si sciream quendam Ar-
chidiacomum priuandum die 10. Iulij, &
mitterem cursum ad Papam, qui die 10. priuatio-
nis mihi illum conferret, valeret collatio, etiam si
illo die moriatur priuatus: quia beneficium non
vacavit per obitum, sed per priuationem: nec da-
tur occasio captandæ mortis hoc casu. Ratio di-
uersitatis est: quia posset quis machinari in morte
alterius, & ideo vt votum captandæ mortis aufe-
ratur, iuxta ca. 2. & 3. de cōcess. præb. in 6. huius
sententiae est gl. in verb. faciēdas. §. neque, de coll.
in prag. quā ad verbum more solito trāscribit Io.
de Sel. in tract. de benef. in 3. parte. q. 46. & idem
consulen

in illis locum non habebit, etiam si iudex proche-
raisset p. iuationē, quia priuatus potest appellare:
adhuc etiā regula nō haberet locum, nec proce-
der ista regula, si falso rumore perlato de morte
alicius, aliquis cucurrerit, & impetraverit, perl.
ff. de hære. inst. sed à die obit: s computabitur
tempus, vt hic alioqui posset qui: illum falso rumor
morem inscrere, & currere, & posteā talem in-
terficere, vel procurare vt ille falsus rumor alle-
getur.]

Quintò non proderit haec regula, cūm illi per
Papam sit derogatum: ob id si resignans moriatur
antequām Papa cōferret, tunc si procurator resi-
gnat post illius obitum: & Papa conserat, etiam si
per obitum vacer derogando huic regulæ, valebit
illa collatio: quamvis de hoc Gomesius multū du-
biter & distinguat: aut impetrās per resignationē,
esset impetratus, etiam per obitum, & tunc res
est expedita, quod haec regula locū habet, secus
si nō esset impetratus: & stabilit iuramēto pro-
curatoris: haec ille. Sed haec conciliatio non sapit:
quia verisimile est, q. omnis impetrās per resigna-
tionem esset impetratus etiā per obitum: & stare
iuramēto procuratoris de eo, quod ignorat, est
periculosu: ob id ego puto duos esse hic casus, pri-
mus si constituens procuratores ad resignandum
mortuus fuerit ante resignationem, non valebit
collatio P. p. per resignationem tantum facta,
quia non vacavit per resignationem. c. Susceptū,
de rescr. lib. 6. tamen si hoc casu huic Papa etiam
per obitum conferendo derogauerit regulæ, valebit
sua collatio: quia iustafuit itineris arreptio
ante mortem, cum haberet procuratorium ad re-
signandum: & cest' antrationes regulæ, ergo & di-
spositio: & sic consuluit Aymo Crauet. conf. 88.
queritur, in 2. q. & ita seruamus in regno, dūmo-
do à tempore mandati seu procuratorij verisimi-
liter potuerit cursor accedere ad curiam.

Secundus est casus à quo tempore cōpuretur,
& respondet infra die obitus: nisi quis anteā iu-
stam habuerit causam: vt inferius dicetur: & de
hoc scripti in §. declarantes, in gl. iure præuentio-
nis, de mand. Apostol. in concordat.

Sexto non habet locum haec regula in deuolu-
tione, quia statim finit in sex mensibus valebit Pa-
pæ prouisio, per c. 2. de concess. præb. quia cessant
hoc casu rationes huius regulae: nam iuste potuit
sibi prouidere intra sex menses, vt iter pararet, &
postea impetraret.

In anteā fecerit.

GLOSSA QUINTA.

Tsic loquitur in Papas fed quia eadē ratio
versatur in legato, & ordinario, ob id etiā ordinario
in illis locum habebit: posset enim quis in huc locum
mortem alterius machinari, & posteā ad Ordina-
riū currere, & petere ab eo beneficium, certè vt
mortis captiæ occasio tollatur: quod hic in Papa
statuitur, & in aliis ordinariis seruabitur, & vt am-
bitio vitetur per c. 2. & 3. de cōcess. præb. in 6. huius
sententiae est gl. in verb. faciēdas. §. neque, de coll.
in prag. quā ad verbum more solito trāscribit Io.
de Sel. in tract. de benef. in 3. parte. q. 46. & idem
consulen

Glossa VI. VII. & VIII.

117

Arcela. consulendo tenuit Dec. cōf. 398. in causa, in si. dīcēs ita fuisse iudicatum in Parla. Delphi. Et idem consuluit de Ripa respon. 16. regu. & in c. 2. in si. de rescri. Sic etiam fuit s̄ap̄ius iudicatum in Parlamentis Fran. maximē in Sena. Pari. anno 1537. die 29. Augusti, in causa vnius præbendæ sanctæ Radegundis Piastriæ. & pro magistro Germano Cornu, contra Tristandum Fretar. & idem fuit Tholosé iudicatum: vt scripsi in procem. concord. in verbō fati, idem tenet Ias. conf. 104. circa vlt. q. in 1. volu.

Prauenientes non verisimiliter. Et ideo præuentiones Papæ non valent, nisi tam tempus effluxerit, quod interim vacationes verisimiliter potuerint peruenisse ad notitiā Papæ: vt declaro in proce. conc. etiam si in ea adiiciatur clausula generalis, & quo quis alio modo valet, etiam si per obitum: vt solet poni de stylo curiae Romanæ teste Cassadore in decif. 29. super regul. cancellariæ, siue impetratio fuerit facta ab eo qui nimis properè impetravit, siue etiam ab alio, vt vitetur fraus: quia is qui curret, impetraret prius alteri & postea sibi: vnde huic fraudi obuiandum est. & ita iudicavit senatus Paris. vt suprà dixi, & in §. declarantes, in verb. iure præventionis, de manda. Apost. in concorda.

Comm̄da cōcessio non valeat si non sit verisimili. Etiam procedit hæc regula, si qui habebat beneficium in commendā, moreretur ex mente regulæ: & quis illud beneficium præproperè impetravit per obitum commendatarij, tunc quia sic vacat, cum cōmenda sit titulus canonicus: vt scribā inferius in materia commēdæ, & in tracta. de pacif. poss. in §. ampliat. & Gome. h̄c. q. 4. quamuis Cassa. decif. 30. in hac regula dubitet, tamē nō est dubitandum: quia iste tex. loquitur de gratia in beneficiis ecclesiasticis facta: sed commēda in beneficiis dicitur gratia, quia gratis fit. ca. gratia, de rescr. in 6. ergo hæc regula locum habebit in cōmenda cessante: & quia eadem rationes habent locum in eo qui præuenit tempus in commendā, sicut in alio tit. propter ambitionem. & votum caprandæ mortis, ergo in ea locum habebit iste tex. siue commendatarius mortuus fuerit, & quis illius beneficium præproperè impetraverit, siue habens in titulum obierit, & alicui fuerit conendum beneficium, vtroque enim casu iste text. procedet.

Nullius roboris vel momenti sint.

G L O S S A S E X T A.

Collatio nō verisimilis est nullā, ideo non collatorata. **T** sic cūm penitus nullæ sint collationes, istæ priores non proderunt etiam post triennium, tum quia nullæ, vt h̄c, & sic nō coloratæ, vt decretum de pacific. poss. requirit: tum etiam quia nullū momentū vel commodum afferre possimus, vt h̄c. Vide And. Tiraq. de his verbis plenè scribētem in interpret. l. si vñquam, in verb. reuertatur, in nu. 81. C. de reuoc. donat. nec processus in vim talium factus valebit, nec fulminatio, nec alia: vt not. doct. in clem. i. de præben. in verb. momenti.

Nisi per obitum, & ante datam gratiarum huiusmodi tantum tempus effluxerit.

G L O S S A S E P T I M A.



T sic computatur tempus à die obitus: *Tempus vero* vnde etiam si quis currat habens procul *verisimiliter quo* ratorum ad resignandū, computabitur *modo com-* tempus à die obitus, per hunc text. nisi *per eum.*

fuerit huic derogatum regulæ: quia in hoc casu cōputabitur tempus à die procuratorij, tum quia ad alium modum vacationis procurator Romam iuerat: tum quia fraus cessat, & non datur occasio mortis caprandæ: adhæc quia origo priuisionis aspiciēda est. l. 3. C. ad Maced. & sic intelligi debet gl. in d. verb. Faciendas. §. neque, de colla. in prag. & solēt hodie cursores, qui ante diem procuratorij currere cōperint, impetrare beneficij pluribus diebus: & postea impetrans habebit illam impetrationem, quam voluerit: sed hoc est iniquum: ideo bonum esset statuere, ne in vim vnius procuratorij plures siant prouisiones: quia per procuratoria aliquando post decem annos prouisiones expediebantur, bonum est quod post annum nō valeant: vt fuit Tholosé iudicatum, & etiā in hoc regno statutum in ord. Reg. tit. *De la reformation des prouisions.* art. 10. quia obliuio presumitur. l. p. regr. ff. de acq. pos. & si iste memor esset procuratorij, verisimile est, quod recuocaret illud, cūm non sit verisimile, quod quis velit resignare beneficium, quod multis & laboribus, & expensis, quod sustentari valeat, acquisiuit. c. super hoc, de renūcia. Pleniū tractabo in 3. parte. tit. de procur. ad resignand. constit.

Quod interim vacationes ipse de locis in quibus persone predictæ decesserunt.

G L O S S A O C T A V A.

Omputabitur ergo tempus ex illo loco, *Locus in* in quo decessit, non in quo valetudine *quo quis de* prius affectus fuerit per istum text. *cessis inspi-* si reperiatur impetratio & obitus codē *civis.* *Collatio an-* die: Respondeo, præsumetur quod mors præces- *valeat die* serit, & sic valebit impetratio, & collatio: quia in obitus fa- *dito.* dubio. illud præsumitur præcedere, quod ad vali- *to. §. haec verba. ff. de hæred. inst. & ibi Bal. & præ-* ditatem actus est necessarium. l. cūm in testamē- *sumi debet vt actus potius valeat, quam pereat. l.* *Collatio an-* *to. quoties. ff. de rebus dub. hoc expressim deçidit* *valeat die* *Cassador. in dec. 21 super hac regu. cācell. & Card.* *obitus fa-* in rub. de præb. dicens hoc yerum, dummodo sit *ta.* huic regulæ derogatum: ergo impetranti non in- *Collatio an-* cumbit onus probādi, quod mors præcesserit, te- *valeat die* ste Gomef. q. 6. sed valebit etiam sine derogatio- *obitus fa-* ne: quia si iuxta curiam Romanam quis decesserit *ta.* intra vñ dietam, & quis eodem die impetraverit, *Collatio an-* valebit impetratio sine derogatione: quia verisimiliter potuerit peruenire notitia ad Papam, & tūc *valeat die* non est contra regulam: & sic non requiritur il- *obitus fa-* lius derogatio: etiam valebit collatio facta at ordinario eodem die quo quis mortuus est, si notitia obitus verisimiliter potuerit ad eum peruenire il- *ta.* lo die, alioqui nō: vt h̄c etiam si probare quis vel- *Collatio an-* let illum fuisse mortuum longè post meridiem: & ab eo tempore non potuisset peruenire ad ordi- *valeat die* narium, verisimiliter, vt h̄c.

Ad

De Deuolutionibus.

Ad notitiam eiusdem domini nostri verisimiliter poterit peruenire.

G L O S S A N O N A.

Cerptū est quod si quis promiserit mihi dare Tholosæ centum, inest tempus quo illuc proficiſi possum, & antea non potero illum conuenire: text. in l. Continuus. §. i. ff. de verbo. oblig. text. in l. Si periculum. §. idem dicendum, de stat. libe. & cœratus sine termino tenetur quanto cœtius potest cōparere, reseruato sibi tempore, quo possit proficiſci. cap. Cū parati, de appellat. vbi Panorm. in vti. nota.

Et quamvis ante istam regulam collationes factæ à Papa, vel eius executor de beneficio vacante, licet vacatio ignoraretur, valeret: vt scribit Io. Monach. in c. Si tibi absenti, de præbend. in 6. Rotra decif. 172. nota quod vbi executor, in antiquis. [sub tit. de præb. decif. 36.] & idem est dicendum in ordinario, qui poterat conferre beneficium, si vacat glo. in c. 2. de elect. in 6. & Lapis allega. 6.

Collationes Tamen hodie istæ collationes sunt nullæ, à quo-
si vacat ho-
die non va-
lent si non
sunt verifi-
miles.
cunque factæ fuerint: tum quia hoc est irritu per
hanc regulam. Et concupiscitiam nesciebam peccatum
esse, nisi lex prohibuerit. cap. nam concupiscentiam,
de cōstitutio. idem in ista præcoce collatione, nisi
fuerit per hanc regulam prohibita: & sic non est
opus ad iura contraria respondere, quæ nō habet
locum per istam regulam: am esto quod ordinari-
us possit confert e, si vacat, & Papa: tam illa colla-
tio non valebit, nisi tantum tempus effluxerit,
quod collationes verisimiliter potuerint perue-
nisse ad notitiam collatorum: alioqui nonquam.
Papa iure præventionis conferret singula episcopatus
beneficia, si vacarent: & postea quando audiret
mortem alicuius, expediret collationem ab illo
die mortis: & infinitæ fraudes fierent, ac falsitates,
quibus obviaatur per istam regulam: necesse est
igitur, vt ista regula serueretur in quocunque colla-
tore. Si vis multa videre de verisimilitudine, lege
do. Andream Tiraquel. in interpret. l. si vñquam,
in princip. C. de reuocand. dona. vbi multa more
suo congerit, non tamen loquitur de ista regula,
quod miror, cū omnia penè videatur perlegisse.

Verisimili- Eth habet locum hæc regula, siue iter factū fue-
tudo an per rit per mare, siue per terram: nam si quis diceret
mare ha- se ex Actu mortuis iuuisse Romanum vñ die, nō est
beat locum. verisimile: & ideo posset opponi hæc regula, licet
aliter fieri debeat cōputatio per mare, quām per
terram. docto. in l. i. ff. si quis cautio. scripsi in l. in
iūtere, de verb. signific. ff. alia licet perlegere per
Gomes. ne plura.

De Deuolutionibus.

*P*ropositio 1.
quid.



Escriptū deuolutionis est, quād q̄ im-
petratur à Papa beneficium, quod lon-
go tempore vacauit, in quo sic dicitur.
Quod beneficium vacauit tanto tem-
pore, quod secundum statuta Lateranen. concilij
ad nos sit collatio illius deuoluta: quod p̄bat text.

in c. Cum nostris, & c. literas, de cōcess. præbend.
c. vnic. veri. portò, vt ecclæstica beaſt. nō quod
Pap. non possit anteā conferre: vt infrā dicam: &
abunde scripsi in §. Si quis vero. de colla. in cōcorda.
quam deuolutionem Budę. in foren. caducum
vocat, quod alibi in tit. de verb. signif. explicò in
l. silua. §. glans caduca. [Hoc verbo deuoluſi, vt titul
iuriscon. in l. i. ff. de bonis damna.]

2 Primò quaro. intra quod tempus beneficiis *Quelibet
benificia in
tra quodibet
opus confe-
renda.*

prouidendum sit? Respon. Mandatarius, quando
vacant duo beneficia per obitum vnius, si in suo
mandato habeat clausulam motus proprij, habet
decem dies ad eligendum, utrum velit beneficium
aceperare, c. si pluribus. de præbē. in 6. qui tamē
nō potest requirere beneficium in hoc regno si
bi conferri ante mensem præsentationis finitum:
vt est in forma māda. in cōcord. Is vero qui optio-
nem præbendā habet, intra viginti dies optare
debet, c. fin. de consuet. lib. 6.

3 Patronus vero laicus intra quatuor menses
præsentare potest, ecclæsticus autem patronus
intra sex menses. c. vno, de iure patr. in 6.

4 Maiores vero dignitates, vt episcopales &
alii, debent intra tres menses tribui. c. ne pro defec-
tu, de elect. c. Postquam. §. o. dist. Aliæ vero digni-
tates inferiores, & quilibet beneficium regulariter
debent concedi intra sex menses, siue per electio-
nem. c. cum nostris. c. dilectus. & c. Postulatis. vbi
Panor. & alij de concess. præb. siue per collationē.
c. 2. illo tit. & ram à primo collatore, quām ab alio,
c. fin. de supplen. neglig. prælat.

5 Papæ vero nō est aliquod tēpus præfixū, cū non
habeat superiorē, qui possit eius negligentia sup-
plere. c. aliorū. 9. q. 3. nī in c. statutū, de præb. in 6.

6 In institutione vero & confirmatione quo ad
confirmantem certum tempus non est præstitu-
tum. gl. & doct. in c. Cū in cunctis. §. i. de elect. c.
quām sit, cod. tit. in 6. gl. in reg. cancel. 40. idem in
permutatione quo ad approbationem. gl. in §. vi-
sum, in verb. respectiuē. de colla. in prag. multa su-
per hoc scripsi in tit. de nominatio. Regia. §. i. in
gl. intra sex menses.

7 Et notandum est quod gradatim quilibet col-
lator sic confert, sed si negligat, fit ad superiorem *Gradatim
fit deuolu-*
proximū deuolutio. §. si quis vero. de colla. in con-
cord. Qui superior non solum beneficium deuolu-
tum ad eum cōferre potest, sed etiā in possessio-
nem illius inducere, per text. in cap. Ex parte Ha-
stenſis, de concess. præbend. vbi Panorm. in l. no.
quia vbi vñ concessum est, & omnia sine qui-
bus illud consistere non posset. l. 2. de iurisdict.
ompium iudic.

8 Secundò cur inuentū sit ius deuolutionis: Re-
spon. multis de causis, tum ne ecclæsa diu rema-
nerent in suspenso. d. c. 2. quia diutina beneficiorū *Deuolu-*
vacatio disp̄ediosa est ecclæsi. c. quām sit. de elec.
in 6. nam interim gregem dominicū lupus rapax
inuidit. c. ne pro defectu, de elect. Tū etiam pro-
pter utilitatem publicā: ne iura & ecclæsa in incerto sint, & p̄reāt. arg. l. i. ff. de vñsc̄a. Et vt actus
executioni mādetur: quod nō fieret, quia primus
collator nunquam conferret, vt semper fructus
reciperet.

reciperet.ca.vno. Vt ecclesia sit beneficium maximè Reipub. interest, autem hoc amplius.C. de fideic. vbi si haeres negligens fuerit soluere legatum, deuoluitur haereditas ad cohaeredes, vel substitutos, & alios descriptos in §. si quis autem non impletus, cum multis §. seq. in auth. de haered. & Falc. coll. i.

Deuolutionis tempus quando currit incipiat. 9. Et si mater fuerit negligens in petendo tutorum, deuoluitur ad proximiores.l. 2. §. si mater ff. ad Territorum facit l. i. & per totū ff. de successu edict. scripsi in gl. deuoluuntur §. si quis vero de colla. in concor.

10 Tertiò quando incipiat currere hoc tempus? Respon. non à die vacationis, sed à die scientia & notitia, vè à die quo scire debuit collator. c. quia diuersitatem, de concess. præb. c. vno de iurepatr. in 6. c. licet de supplen. neg. prælat. Rota dec. 263. Si propter in antiquo. [sub titul. de causa posse. & proprie. decif. 8.] quia vbi non est scientia, non potest esse negligentia. gl. & doct. in d. ca. 2. & d. cap. licet de supplen. neg. præla. gl. in c. si clericus de præben. in 6. & in c. si pluribus, ibidem. Calder. in tit. de elect. conf. 4. Bal. conf. 469. Sanctissime. in 4. vol. vbi concludit, Impeditis tempore belli hoc tempus non currere. Et Rochus Curt. in tract. Iurispatron. in verb. honorificum. q. 27. post Felinum in c. à nobis. col. 2. de except.

11 Item currithoc tempus sex mensium à die, quo capella vel ecclesia fuit facta, & consecrata, quia dicitur tunc vacans. c. quoniam. & eap. Cùm propter de iurepatronat. Lopus alleg. 95. quædam ecclesia. Refert. Decif. conf. 135. Ad iustificationem. in fi. docto. in clem. fi. de refcript.

12 Et qui allegat scientiam, eam probare debet, quia ignorantia praesumitur, per reg. iuris in 6. & hoc docet Nicol. Milius in verb. Patronatus. q. 5. vide Bart. in genero. ff. de his qui not. infam.

13 Imò etiam impedito collatori non currit hoc tempus, si fuerit juris impedimentum, siue factis ut si fuerit suspensus, vel excommunicatus etiam sua culpa. d. c. quia diuersitatem. Alex. conf. 58. vi. fo. in fi. in v. volu.

Impedito non currere. 14. Et quamvis regulariter contra impedimentum impedito facti currat præscriptio, tamen si iustum prescriptio fit impedimentum, datur restitutio, non aliás. I. Et Atrilicinus. in fi. ff. de seruitu. rustic. prædior. glos. in c. actione. 16. q. 3. l. 2. §. si quis ff. si quis cautio. Barbara. conf. 41. circa. in 2. vol.

Adie vacante tempus quando collatori currit. 15 Tamen hoc casu est speciale, vt non currat tempus quan præscriptio. no. Panorm. & alij in cap. i. de præscri. & Ias. in §. Rursus. colum. 6. num. 27. de act. in inst. Limitatur non procedere, quando fuisset tempus statutum in alicuius favoré, vel quando esset expressum, tunc currit à die vacationis. vt in cap. statutum. de præbend. in 6. & in clem. viii. de cōcess. præben. scripsi in §. i. in glo. à tempore vacationis, de nominat. Regia. in concor. quāuis contrarium teneat ibi Ioan. Dayma, & Philp. Probus in addit. in §. cui rei, in ver. iurisdictio. & in §. quod si quis. i. in verb. superiore, de colla. in Pragm. vbi à tempore vacationis computari scribit.

16 Sed Papa postquam statuit sex menses, & voluit illos à die scientia computati decisioni Papæ stare debemus, nisi in exceptis, vt dixi, itē quia, in

§. si quis verò de colla. in cōcord. statuitur, vt currat tempus, ab eo die, quo collator dispositus contra qualificationes prædictas. id est à tempore, quo contulerit alius, quam graduatis: tunc ius ad superiorum deuolutum est, si graduatus prosequatur: vt scripsi ibidem.

17 Quartò videndum est, ad quem fiat deuolutio? *Ad quē de Respon. facienda sunt cōclusiones sequentes.* Pri-

Deuolutio fiat in cathedralibus.

ma est, in ecclesiis cathedralibus deuolutio quæ propter negligētiā accidit, fit ad proximum superiore: vnde si volentes eligere episcopum neglexerunt, ad Archiepiscopū deuoluitur. Et si ab Archiepiscopo negligentia processerit, ad Papam fiet deuolutio. c. quanquam, vbi doct. de elect. in 6. Panor. & alij in c. cum in cunctis, in fi. de elect.

18 Et propter negligentiam collegij, vel per mortem omnium de collegio ius prouidēdi deuoluitur ad eum, qui habebat potestatem confirmandi electū, siue sit episcopus, siue alius prælatus: & docet Panor. in c. i. nu. 10. col. pen. de electio.

19 Si verò propter delictum omniū fiat deuolutio, tunc ad summum Pontificem fiet, non ad proximum superiore: vt docet tex. in d. c. quanquam, & gl. Panor. & alij in c. Bonæ. i. in fi. de electio.

20 Si autem aliqui tantum deliquerint, vt potest quia pars canonorum elegit indignū, vel omisit formā. ca. quia propter de electio remanet penes illos, qui nō peccarūt: quia delinquētes pro mortuis habentur, per c. Gratū. de postula. prælat. vbi doct. & in d. c. cùm in cunctis, in fi. Panor. in c. bonæ. i. in fi. & c. Dudum, i. col. 3. de elect. Mandagot. in tracta. de elect. c. 9. vbi Boët. in additio.

21 Secunda conclusio. Quando ad episcopum & *Deuolutio eius capitulum spectabat collatio, siue coniunctim, siue diuīsim, tunc vno negligēte ad alterum de episcopo deuoluitur collatio. per d. c. 2. de concess. præb. vbi ad capitulum vel econtrario.*

22 Nisi in denolitis ad episcopum, quæ post episcopi negligentiam ad Capitulum non deuoluuntur: quia in illis non est ista cōmunio inter episcopum & Capitulum, ideo deuoluentur ad superiore episcopi. arg. c. ne pro defectu, in fi. de elect. Innocen. & Panor. in d. c. Cùm in cunctis. in fi. gl. in §. item circa. in ver. Visam, in verb. Legatorum, de colla. in prag. Ioan. Franci. in tract. de offi. & potestate c. sede vac. in 2. q. partis. 2. Auffr. decif. 434.

23 Hodie ex consuetudine generali rotius Regni, quia parua est cōmunio inter episcopum & suum Capitulum, sed frequētius rixæ & controversiae: quando collatio spectat ad episcopum & Capitulum, vel archiepiscopum, deuoluitur collatio non ad Capitulum, sed ad Archiepiscopum, & ab archiepiscopo ad alium superiore. Imol. in clem. Si de beneficio. q. 2. de præben. per c. licet. vbi dicit deuolui de archiepiscopo ad Papam, non autem ad Patriarcham.

24 Limitatur in Patriarcha Lugdunensi, ad quem ab archiepiscopis fit deuolutio, & semper est sic solitus conferre de consuetudine generali regni Francie: sed si collatio spectat ad solum Capitulum, tunc deuolutio fiet ad episcopum. d. ca. 2. vbi doct. vel ad archiepiscopum, si sit Capitulum Ecclesiæ

De Deuolutionibus.

clesiae archiepiscopalis: & nisi sit contraria consuetudo: vt in Ecclesia Carnoten.

De inferiore ad episcopum sit deuolutio. 25 Tertia conclusio, quando collatio ad inferiores respectat, tunc deuolutio fit ad episcopum, nisi consuetudo, vel priuilegium sit in contrarium: vt in exemptis, cle. vna. de supplen. neglig. prælat. vbi Cardinal. & in cle. si de beneficio, dc præb. & tunc fit deuolutio ad episcopum loci, vbi situm est beneficium. glo. & doct. in cle. vna, in verb. locorum. de supplen. neglig. prælat.

26 Nisi inferior aliquid haberet facere, vt si Capitulum presentaret, & Abbas institueret, tunc ad instituendum sit deuolutio. glo. in verb. dispositio nem, in d. cle. vna. de Rota decif. 278. in antiqu. nam dicit Panor. in c. i. col. pen. de elect. quod patrono negligente, seu mortuo sine herede, ius puidédi deuolutum ad illū, qui potest instituere. per d. glo.

Post tempus sex mensium non valer collatio. 27 Quinto elapsō tempore conferendi non potest amplius episcopus cōferre purgando moram, vel alias. Et idem in alio collatore, quia ipso iure deuolutio facta est: ideo nō valer collatio, etiam si primo die post sex menses cōtulisset. gl. & doct. in c. 2. de concess. præb. Cardina. in cle. si de beneficio, in 2. not. de præb. licet alias possit quis moram purgare: vt probatur in ca. Potuit, ibi. Celeri satisfactione, de locato. & in l. & si post tres. ff. si quis cautio, ac in l. si insulam, de verb. oblig.

28 Tum quia tempus præfixum ad cōferendum censetur esse de forma: nam vbi tempus in cōstitutione apponitur, censetur appositiū pro forma text. in authen. Quę supplicatio. vbi Bald. & Salic. C. de precib. Imperat. offer. facit l. scire oportet. §. consequens. ff. de administ. tut.

29 Maximè tempus est de forma, quando adiicitur clausula, quod post tempus quis nō audiatur: vt consuluit Rom. conf. 23. nescio quid dubitatio nis. in f. & conf. 66. vir eximie. ideo collatio facta etiam extra statuta tempora non valet, quia forma nō est seruata: vt docet Albert. Brun⁹ in tract. de forma & solennita. actus Rubr. quando aliquid censeatur traditum pro forma in 16. conclus. scripsi in tractat. nomi. q. 14. etiā si archiepiscopus non conferat, non poterit sustineri collatio post sex menses per prædicta.

30 Limita nisi archiepiscopus concederet eidem episcopo aliquod tēpus, vt pote duos menses post sex mēses. tunc poterit cōferre iure archiepiscopi, non suo, cūm iam sit exclusus: vt no. in c. Vintonien. de elect. hoc etiā nominatim docet Alberi. in l. si cūm dies. in f. princ. ff. de arbitrio, per illū tex.

31 Item episcopus adhuc post deuolutionem unire beneficium poterit: teste Feder. confi. III. quæfatio talis. colum. 3. quia diuersum est ius vniendi & conferendi: quod vocabulorum diuersitas ostendit. l. si idem. C. de codicil. & hoc firmabo infrā, in mater. vnio.

Collatio in 32. Sexto collatio facta ante deuolutionem non. ie deuolu- valet, quia antea collator nullam cōferendi poten- tionem non statem habebat in illo beneficio nō deuoluto, nec valeat.

conualescit, si primus non conferat, nisi de nouo conferatur post tempus. doct. in ca. 2. de præb. in 6. Fel. & alij in c. cūm ex officij, de præscrip. Bočr. in

decif. Burdeg. q. 70. quæritur. Scripsi in tract. nom natio. q. 17. nu. 12. quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, quinō potest de iure donare. c. quod autem in fi. de iure patrona. nec ista collatio coloratum præberet titulū quia omnino est nulla. doct. in c. cum nostris, de concess. præb. & Panor. in c. 2. ne sede vacan.

33 Septimò poterit episcopus ex causa assignare Sex mēses terminum collatori, seu electoribus, intra quē ha- breuari nō possunt a su beant prouidere de ministris: alioqui si nō prouiderint, poterit episcopus conferre. argu. c. irrefragabilis. §. excessus, & e. quanto. & ca. ad reprimen- dam. de offi. ordi. Panorm. in ca. Cūm ecclesia, in glo. i. de electio.

34 Sed non poterit terminum iuris auferre, cūm indultum à iure beneficiū nemini sit auferendū. reg. indultum, de reg. iur. in 6. sed prædicta locum habent in quibus non est terminus prefixus.

35 Octauo si collatio non fuerit sortita effectum, Terminus ut quia is noluit acceptare, vel post cōsensum iu- sex mensū ri suo renunciavit. Tunc idem collator conferre poterit alteri, & terminus nouis datur, ac si de no- uovacasset, per c. si elec̄tio. de elect. in 6. Panor. in c. cūm Vintonien. illo tit. nume. 13. decif. Rotæ. 283. & decif. 882. in antiqu. & decif. i. de iure patro.

36 Non nō si episcopus sit exemptus, ab eo deuolu- tio ad Rom. Pontificem fiet, per c. licet. & c. sicut. de supplend. neglig. prælat. Roman. cōf. 361. in ca- fa. scripsi. in §. si quis verò. in verb. Ad aliū de col- la. in concord.

37 Ab exemptis regularibus ad episcopū deuol uetur, qui autoritate Apostolica conferet. c. cum singula. de præb. in 6. cle. vna. de suppl. negl. prælat. nec poterit tunc legatus cōferre: quia specia- liter data est potestas episcopo, & vnius actus, ob id data potestas legato non derogat isti speciali. c. Pastoralis. in f. de rescrip. c. Dudum. & ca. Quamuis. de præben. in 6. facit l. si hominē. ff. manda. nisi expresa fuerit data illipotestas.

38 Nec quidem legatus poterit ratione concur- sus conferre beneficia, quę deuoluuntur ex alia. prouincia, quę non est sua legationis. licet deuol uantur ad Archiepiscopum sua prouincia, vt de episcopo Viuarien. ad Archiepiscopum Viennen. tunc legatus Auenionen. intra sex menses nō cō- ferret, quia non concurrit in his deuolutis, licet in aliis seculis. c. 2. de offi. leg. in 6. gl. in verb. legatorū. §. visum. de colla. in pragm. & lo. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. q. 66. nisi data ei esset specialis potestas à Papa ista etiam beneficia confe rendi, vt fieri solet.

39 Decimò is episcopus conferet, in cuius dice- cesi sita sunt beneficia, ideo si Abbas sancti Ger- mani sit negligens ad conferendū beneficiū si- in quo be- tum Aurelia, deuoluetur collatio ad episcopum nesciū sūn. Aurelianen. per glos. in cle. vna. in verb. locorum, de supplen. negl. præl. scripsi in §. Si quis verò. in verb. deuolutio, de colla. in concord. & hoc est no- tandum. facit l. si prædium. C. de prædis minor. quia omnes basilicæ conferenda sunt ab eo epi- scopo, in cuius territorio sunt. c. Regeda, & c. no- uerint. i. q. i. c. omnes Basilicæ. 16. q. 7.

Deuolusio 40 Vndeclimò, deuolutio fit cum qualitatibus & si cum pri- personis, quæ in prima erant collatione, per tex. in maqualita cle. vna. de supplen. neg. prælat. quia restans cum te & regu- sua causa. l. alienatio. ff. de contrah. empt. l. traditio. de acquir. rer. domi. Et ille qui substituit furioso, debet substituere illas personas, quæ furiosus, si sapiens est, instituisset, l. humanitatis. C. de impu. & subrogatum debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui injuriarum. ff. si quis caurio. facit. l. ff. de solut.

41 Vnde si episcopus conferre debebat nominatio, ita tenebitur Archiepiscopus, ad quem ius deuolutum erit: alioqui collatio non valebit. §. si quis vero, vbi dixi, de colla. in concord.

42 Idem si quis debebat conferre alicui de genere fundatoris, vt is ad quem deuolutio facta est teneatur sic conferre, per d. cle. vnam.

Tenus con- 43 Duodecimò, quamvis in beneficiis sit præstigiendi officium conferendi tempus, vt in d. c. 2. de concess. clia regiano præb. & superius dixi, tamen in officiis Regiis nō, est taxatū. ut videtur innuere glof. in c. ad Apostolicę, in fi. de re iudic. in 6. licet iura disponentia de beneficiis, regulariter trahuntur ad officia secularia. vt fentit Bart. in l. 2. §. data. ff. de optio. leg. & Lucas de Penna in l. annonas. C. de eroga. militar. annonę. lib. 12. & expressę. Io. Luper in repet. cap. per vestras, in princ. nu. 6. De donatio. inter vir. & vxor. etiam iuria loquentia in officiis trahuntur ad beneficia, si in illis eadem sit ratio, & nisi contrarium inueniatur statutum.

In collatio- 44 Decimotertio notandum est, q. Curia Rom. ne iure derogatur in his deuolutis, vt soleat derogare fundationi beneficiorum, etiā in illa caueatur expressę, q. obtinens tale beneficium teneatur in illo personaliter residere, & esse sacerdos, vel ad sacerdotium intra annum promoueri, ac quod cum illo nō possit aliud obtinere.

45 Secus quando petitur fundatoriis derogatio quo ad omnes eius partes, etiam nō expressas, vel exprimendas, quia illa nō datur: possunt enim esse tales, quibus Papa non derogaret: vt scribit Staphil. in tract. de literis gratię, rub. de modo & forma imperandi, ver. vlt. non omitto vnum, &c.

Papa tri- 46 Decimoquartò addendum est, q. Papa semper modis per conferre beneficiū vacans, & maximè tribus beneficia cōmodis poterit, primò iure preuentio, c. dudum fer, primo de præben. in 6. dixi in §. declarantes, de mandat. per preuen. Apostol. in concord. quæ præuentio fuit illi tantū riferuata in beneficiis qualificatorum: sed in alijs nihil immutatum inuenio in Francia, nisi in rubr. de nominatio. Reg. in episcopatibus, Abbatibus, & Archiepiscopatibus, ac in prioratibus: ideo cōferre semper potest, prout iura statuant.

Cōferre tri- 47 Secundò Papa etiam confert concurrendo neficia per cum alijs collatoribus præter desidiam illorum, concussum text. in c. quia, vbi Panor. not. 5. de cōcess. præben. Papapoteſt ac legamus. vnde si Papa velit cōferre, potest semper conferre ratione illius concursus, quia concurredit cum quolibet ordinario in potestate, & iurisdictione. c. si eo tempore, vbi Io. Mona. de electio. in 6. & d. c. quia. est enim ipse ordinarius totius orbis. c. cūcta. 9. q. 3. 48 Nam quamvis potestatem ordinarii dederit,

maiorem tamen sibi retinuit. ca. dudum. de præb. in 6. ideo bonum est in bullis exprimere, quia si conferret tantū iure deuolutionis, nō posset conferre ante tempus elapsum, sed ratione concursus semper potest: vnde multæ clausulae solent in bulla app. ni, & illa claus. vel alias quoquismodo vacet, hoc significare potest.

49 Et notandum est, q. vbi cuncte aliquis collabor potest cōferre beneficium iure ordinario, vel deuoluto, poterit & Papa illud conferre ratione concursus, quem habet cum quolibet ratione superioritatis. d. c. cūcta per mundū. 9. q. 3. & hunc cōcursum Legato à latere Papa, vel iura cōcedere solent. c. si à sede, vbi doct. de præb. in 6. multò magis sibi regnent, cum nisquam tantā cōseatur dare potestarem, quin maiorem semper retineat, d. c. Dudum, de præb. in 6. scripsi in §. si quis vero, in glo. vlt. de colla. in concord.

50 Et quando beneficiū est sub patronatu laicorum, Papa non intendit cōferre nisi apponat illam clausulā, q. tanto tempore vacavit, q. eius collatio est ad fedem Apostolicam legitimē deuoluta: vt est constitutū in regula Pauli 3. cancell. 40. & tūc non derogatur iuripatronatus laicoru, sed de illo iure debet fieri mentio, teste Domin. cōs. 50. quæritur an episcopus. Sequitur Staphil. in tract. de lit. gratia, fol. 57. vers. hinc est quod in prouisionibus, scripsi sup. in tracta. signature.

51 Tertiò Papa etiā confert iure deuoluto, vt hic: *Iure deuo-* & inc. cūm nostris. & c. literas. de cōcess. præb. quā- *tuto a Pa-* uis episcopi & alij superiores iure suo, & pleno iu- *pa provide-* re ac deuoluto conferant, nō tamē iure concursus tur *benesi-* nī Papa & legatus à latere ex cōcessione. d. c. si à *ciss.* sede. de præb. in 6. c. 2. de offic. lega. in 6.

52 Decimoquintò si episcopus iure deuoluto cōferat, cūm non ita vacaret: sed præfatus episcopus iure quidem ordinario cōferrē poterat, non valebit talis collatio, per text. in c. ex parte. infi. de cōcess. præb. quia quod noluit, potuit, & quod voluit, adimplere nequirit: cap. cūm super. de offic. de le. l. multum. C. si quis alteri vel sibi.

53 Sic dixi in episcopo, qui in mensibus graduatorum contulit alicui tanquam graduato, qui tam non erat, licet potuisse: & valuerit collatio si dixisset tanquam idoneo: tamen nō valebit collatio postquam iste non est graduatus, quia illi tanquam graduato facta fuit, quia non erat illius qualitas. §. teneantur, in gl. alteri, de colla. in concord. facit quod plenē scribit Roman. conf. 496. primus. & Io. de Selua. in tract. de benefic. in 3. part. q. 41.

54 Decimo sexto fit deuolutio de patronis ad episcopum, vel alium habentē instituere, gl. sing. in clem. vna. in verbo dispositionem, de supplen. neglig. prælator. & si duo præsentauerint indignum, & vnius dignum, non remansit ius in illo solo, licet in electionibus secus. ca. bona. & c. in Genesi, de electio. nam quando electio fit, illa competit eligentibus ut vniuersis, sed præsentatio. vt singulis ca. 1. & 2. de iure patro.

55 Ideo non potest remanere apud duos, vel minorē partem sicut electio, videte tameq. Panor. & alios in d. c. 3. & Paul. de citad. in tracta. de iure

*Collatio si-
cia in re de-
voluto cum
non sit, non
vixit.*

*Pronisfa-
cita in re de-
voluto cum
tanquam gra-
duato, qui
non est, non
valeat.*

*De patro-
nis ad quæ
devolutio
fit.*

De Deuolutionibus.

patro. in 6. part. q. 28. & in 13. part. quia nō videtur ratio diuersitatis inter istos.

56 Decimo-septimō si patronus præsentauerit ei, cui non debebat per ignoratiā: & postea ī posseferit beneficium, quod permittuit cū alio accedente autoritate Episcopi, an valeat huiusmodi permutatio: quia videtur deuolutum ius ad Papā ex eo, q̄ patronus nō præsentauit ei cui debebat. Contrarium tamen docet Lapus allega. 95. quædām ecclesia, eō scilicet quōd patronus tunc diciatur negligens, ideo nec fit deuolutio, per c. 2. & c. quia de concess. præb. suprā dixi.

57 Decimo-octauā quamuis apud iurium interpres sit controuersum an capitulū sede vacante fungatur vice episcopi generaliter, vel in casib⁹ à iure tantum expressis. Et Panor. & alij in ca. 2. per illum tex. dicunt Capitulum non succedere in ius episcopi, nisi in casib⁹ à iure expressis, ponderando text. ibi, cū nusquam inueniatur: sed ille text. loquitur in collationibus, secus in aliis, vt inferius dicetur.

*Regula affirmitativa
vice episcopi* 58 Ego autem putarē statuendā regulā affirmatiua, videlicet q̄ Capitulū fungatur vice ep̄ tam in quod cap. spiritualibus, quam in temporalibus. c. pen. & vlt. sede vacante supplen. neglig. præla. li. 6. & c. is cui. de elec. in te fungitur 6. maximē in his quā spectant ad iurisdictionem episcopi, etiam in omnibus necessariis capitulum in locum ep̄i succedit, & est necessarius administrator. gl. in verb. Capituli. cle. 1. §. 1. de hæret.

59 Vnde omnia quā ad merum & mistum pertinent imperium (paucis exceptis) administrare potest. l. 1. C. de offic. eius qui vicem alterius gerit. c. ad obolendam de hæret. Nam postquam in spiritualibus & temporalibus ministrat capitulū, ergo generaliter: quia vicarius generalis dicitur, qui in temporalibus & spiritualibus est creatus. c. fin. de offic. vicar. lib. 6. dixi suprā in materia vicariorum: hoc etiā probatur in d. c. 2. ne sede vacan. sumendo à contrario: nam ibi dicit, nusquā inueniri iure cœcum, quōd episcopus vice capituli in collationibus beneficiorum fungatur: ergo in aliis inueniuntur, & hoc etiā sequitur Federic. confil. 30. ad capitulum. col. 2. & Io. Fran. in tract. de offic. & potesta. c. sede vacan. in 1. q. 1. partis.

60 Speciale est in collegio Cardinalium, vt certos casus mortuo Papa pertradere possit. cle. Ne Romani de elec. ergo in episcopo, & suō capitulo ius est contrarium.

61 Item quando episcopus à Paganis est captus, Capitulum in spiritualibus & temporalibus nullis exceptis administrat, sicut si per mortem vacaret. c. pen. & vlt. de supplen. neglig. prælat. lib. 6. ergo per mortem sede vacante capitulum generaliter administrat, tam in spiritualibus quam in temporalibus, nisi exceptū fuerit: quia in permissionis omnia concessa censemuntur, quā non sunt prohita. c. inter. de transla. episcopi.

Vicarius & officialis à ca. sede vacante crea- ri possunt. 62 Vnde sede vacante poterit capitulum consti- tuere vicarium in spiritualibus & temporalibus, qui ista administret, alioqui si perperam & negli- genter administret, poterit creari visitator. c. vlt. de supplen. neglig. præla. li. 6. & officiū eius cōscribit

Io. Fran. in d. tract. de offici. in q. vlt. secunda partie. *Officiū vi- caris & of- ficialis cap- fide vacan-*

63 Et iste vicarius & officialis capituli poterit funspendere, excōmunicare, interdicere, priuare, & absoluere. c. his quæ. in fin. de maior. & obed. cap. vno. illo. ti. lib. 6. poterit ergo capitulū creare p. r. - 12.

nitentiarium, cū u. absoluat in casib⁹ etiam ep̄o referuatis. Panor. in d. c. his quæ. de maior. & obed. Io. de Selua i. tract. de benefi. in 2. part. q. 11. glo. & doct. in c. 2. de penit. & remiss. Io. Fran. vbi suprā, q. 6. partis secunda, tract. de offici.

64 Poterat etiā hic vicarius disp̄sare in casu necessario, & cum causa. vt cum scholastico causa studij poterit dispensare de non promouendo ad septenniū suscep̄to subdiaconatu, c. cum ex eo de elect. in 6. Fede. dict. conf. 30. an capitulū. Io. Fran. q. 5. partis 1. vbi suprā. dispensare tamen super defectu natalium non potest, nec in casib⁹ in quibus ep̄s non posset. Fel. in d. cap. Cūm olim. q. 8. dc maior. Petrus Parif. conf. 96. pro Lupo. col. pen. nu. 25. col. 4. & conf. 136. stante defecta. col. 1. ibidem.

65 Poterit quoque visitare ep̄o mortuo, vt criminaria corriganter. Panor. in c. cūm olim. de maio. & obed. quāuis gl. in d. cle. 1. dubitet, dicens indigere declaratione superioris: itidē congruam portionem assignare: vt per gl. in verb. dicecefani. cle. 1. de iure patro. scripti in trac. de congr. portio. q. 7.

66 Limitatur non procedere in his quā sunt ordinis, quā non potest vicarius per se tractare, sed poterit conuocare ep̄icopum vicinum, qui ordines conferat cum cautelā studio, id est præstabilit. cautionem ep̄icopūs, quōd ex hoc nullum ius sibi, nec possessionē acquiret. facit. e. Suffraganeis, de elect. c. Pontifices. 7. q. 1.

67 Dat etiā literas dimislorias Capitulū. c. cūm nullus. §. episcopo. de tempor. ordinatio. lib. 6. episcopos facit consecrari, & clericos ordinari. dicit Federic. d. conf. 30. col. 2. d. c. is cui. de elect. in 6.

68 Secundō non procedit in his, quā competūt episcopo iure delegato, vel ex priuilegio singulati, tunc Capitulum sede vacante nō fungetur vice illius. gl. & do. in cle. 1. in verb. Capituli. de hæret. c. fin. de priuilej. lib. 6. quam sententiam probat Federic. d. conf. 30. col. 2. & Panor. in cap. cūm olim. vers. 5. de maior. quia in his nullam cōmunionem habent canonici cum Episcopo: & priuilegium personale non egreditur personam. reg. priuilegium, de reg. iur. in 6. c. fane. de priuilej. lib. 6.

sessio: sed si cum possessione concurrat titulus vel fa-
ma tituli, tunc quadraginta sufficiunt anni. vide
Parif. conf. 36. quod prætenſa. in 4. vol.

De vniōnibus beneficiōrum.

139

Capitulum 36 Poterit etiam capitulum sede vacante auctoritatē vniōni præstare, dummodo per eam iuri vniōni p̄r episcopali nihil detrahatur, aliás fecus: quia ea quā facere potest. sunt iurisdictionis ad cap. sede vacante transeūt. c. vno, de maior. & obc. lib. 6. loan. Franc. de Paninis, in tract. de off. & potest. cap. sede vacante. in 2. parte. quæst. 3. colum. penul. nam qui ecclesiæ suæ ius detrahit, iniustiam facit cap. i. distinc. 22. & superius in materia deuolutionis scripsi.

Vicarius e- 37 Idem in vicario episcopi, si hoc illi cōmissum p̄scopi vniōni fuerit ab episcopo, vt vnire possit, teste Perus. in re an possum.

Quibus ex causis vniōni 38 Sed videndum est, ex quibus causis vniōni fieri possit. resp. duabus, videlicet si euidentis sit necessitas, vel vtilitas. cap. exposuisti. de præb. Guid. Pap. cōf. 134. circa quæst. i. & facta sine causa non valet, quia est contra ius, volens quod quilibet ecclesia suum rectorē habere debeat, capitul. cūm non ignore, de præb.

Necessitas que su vniōni ex cōf. 10. quæst. 3. ca. postquam. 16. quæst. i. cle. ne in agro. cōf. 1. adhac. de statu monac. [Vnde sancta Romana ecclesia sua auctoritate cōgregata valet disiungere, & disiuncta cōgregare, rationis tamē æquitate cōsiderata, vnde vel pietatis, vel necessitatis intuitu semel à se concessa, valet vel in totum, vel in partem commutare. capitul. postea. §. fin. 25. quæst. 2.] & quādo dicatur ecclesia pauper, declarat gl. incap. clericus. 21. quæst. i. dicens eam esse pauperem, quæ non potest aliquem honeste & sufficienter alere, & hospites pauperes superuenientes non recipere, & quādo sibi & suis non sufficit, ibi vide fūsus, & per. gl. in authen. præterea. C. vnde vir & vxor. iudicis arbitrio relinquitur quis dicatur pauper.

40 Idem si sit destructa per hostes, vel defolata ecclesia, cap. 2. de religios. domib. vel propter populi decrementum, c. ad audientiā. 2. & capit. fin. de eccl. adi. & quādo ecclesiæ sunt vicinæ, & populus mortuus est, & nunc sunt pauci, & c. tēporis 16. quæst. i. vnde apparet hostilitatis, vel paupertatis necessitate sedes episcopales in vnam redigi. cap. fi. vers. hostilitatis. 25. q. vlt.

Vtilitas vniōni quā doſit. 41 Vtilitas est quāndo propter tenuitatem fructuum non inueniuntur idonei ad deseruendū illi beneficio, vel ecclesiæ cathedrali. d. c. exposuisti. vbi Panor. & alij. & ca. i. ibi, ne plus fauissæ persona quā ecclesiæ videremur, ne sede vacante.

42 Ergo cum causa tenetur episcopus hāc vniōnem facere, & si recusaret, posset adiri superior. c. nullus, de iure patronatus Petri de Perus. exp̄f̄s̄ ita tradit in d. tract. vniōni. c. tertio, & decimo, & Cacciap. art. 5.

Cause cognitio in vniōne requiri vniōni. 43 Et sic requiritur causæ cognitione in vniōne facienda, cūm causa in ea requiratur: in qua causæ cognitione vocandi sunt quorum interest, coram ritur. ordinario loci, qui vniōnem facit. cle. fi. de reb. eccl. non alien.

Dispositio in concil. Confian. Triāt. 130. 44 Et si Papa illam faciat requiritur quād etiam de causa inquiratur in partibus, aliás non valebit

vniō: vt est in regul. cancel. 21. & ibi dicam, saltem annullabitur: vt est in concilio Conſt. verba ipsius hæc sunt. Vniones & incorporationes à tempore obitus Grego. ii. factas seu concessas, cum certa regula dari non possit, ad querelas eorum, quorum interest, nif fuerint impretrates beneficia ſic vnitæ personæ, ſi non ex rationalibus causis & veris factæ fuerint, licet Apostolicæ ſedis autoritas interuenerit, reuocabimus iuſtitia mediante: ergo concilium reuocabit per iuſtitiam.

45 Praxis Gallorum est, vt ſol. eant appellare tanquam ab abuſu, vt inferioris dicā: & iſta vniōnes ſine cauſa factæ p̄ſumūtur ſubrepitiæ: vt fuit in concilio nouissimo Tridenti. in 7. ſectione dictum.

46 Hodie ergo in hoc regno Franciæ poſt concilium illud Conſtan. nullæ recipiuntur vniōnes ab abuſu factæ in fauorem personarum, ſed ſi ſint factæ, ab monis per eius appellatur tanquam ab abuſu: & ſenatus eis per am ſe abuſuas & irritas pronunciavit.

47 Item appellatur tanquam ab abuſu in hoc regno ab vniōnibus factis ſine cauſa cognitione, à quoconque factæ fuerint: & nullæ ſolent pronunciari, & irritæ per curias ſupremas: nec habetur ratio temporis, quia abuſus non potest p̄ſcribi: & iſta eſt praxis regni.

48 Inſuper omnes vniōnes, quæ nō fuerunt ſorritæ effectu, reuocantur, in regul. cancel. 11. & hodie in concilio Tridentio, ſive fuerint ſorritæ, ſive nō ſi à 40. annis factæ fuerint: quod ſtatutum ſi ſerueretur, videbim⁹ multos ſeculareſ apostatas, qui olim erant ordinis sancti Auguſtini, vel ſancti Benediçti. nunc verò ſunt ordinis mendicantium, bonis nudi & deſtituti beneficiorū: quia in his vniōnibus fuerunt multæ ecclesiæ regulares in ſeculareſ redactæ, & beneficia vnitæ.

49 Effectus vniōnis eſt, vt ille episcopus vel curatus vniōni loci ſit episcopus vel curatus loci vniōni, & ſic vtriusque i. ne ſede vacan.

50 Secundò vt deinceps iurisdictionem habeat Episcopus iurisdictionis, etiam contra habitantes in loco vniōni, cūm iurisdictionem in quolibet loco ſui episcopatus habeat. c. cūm episcopus. de offi. ordi. in 6. & visitatio nem.

51 Tertiò poterit visitare etiam locum de nouo vniōni, ſicut aliud quem priū habebat, & procurationem ab iſtis vniōniſ in episcopatuſ existentiibus accipere. c. cūm Apoſtolus, de censib. & per totum, & tradit Soc. in ſuo tract. de vita.

52 Quartò conueniri poterunt iſti vniōni coram magistratibus illius ciuitatis cui vniōni ſunt, ſi libidē degant docto. in l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. cap. vii. de constit. lib. 6. clem. i. de reſcript.

53 Quintò iſti vniōni, ſi non erant regnicoles poſt tur. vniōnem erunt, nec indigebunt literis naturalitatis, ſicut veri filii regni: vt ſcripsi in tracta. de literis naturali. in 2. tomo conſtitu. Regia.

54 Sextò iſti vniōni poterunt munera obtinere in loco cui vniōni ſunt, & ſic poterunt ibi eſſe aſſeffores & alio fungi munere. i. ſi eadem. ff. de alle.

55 Septimè in linodo tenebuntur comparere coram episcopo, cuius episcopatuſ vniōni ſunt, & ad iura quæ alij primi episcopō tenentur, & ipſi vniōni p̄ſtare debebunt c. conquerente. de offi. ordi.

Regula de vnionibus.

56 Octauo negotia istius loci vnti tractari poterunt in ciuitate & loco cui vnitisunt. c. noui vbi. doct. de offi. leg. doct. in d. l. vna. C. de Metrop. Berito lib. ii. [Et illa pars populi quæ nouis ecclesiis supponitur à iure prioris ecclesiæ absoluuntur cap. præcipimus. 16. q. 1.]

Privilieg. eccl. principali vni
57 Nonò vt semel dicam, omnia priuilegia isti vnitis accessoriæ habebunt quæ alijs dantur: vt docet Bart. in l. si cōuenierit. §. si nuda. ff. de pign. act. quæti habebut. sequitur Curt. cō. 57. & Albert. in tract. de augmēto. an 9. conclusio. vbi alia videri poterūt: quia hoc limitat ibid. & alijs effectus ex præmissis hic addi poterūt. doct. in l. ff. de leg. i. [differentiam inter vniōnem & incorporationē scribit Angel. in cons. 24. 7. vniōrum. colum. 2.]

Regula cancella. 21. de vniōnibus
explicatur.

Item voluit quod petentes.

GLOSSA PRIMA.

Motu proprio & ad petitionem vniōis.

Rquisita ad ritè conficiendam vniōnem in hac regula scribuntur. Et primò requiritur, quod quis petat vniōnē fieri, ibi, Petentes: potest tamen fieri ex certa scientia, & motu proprio: & tunc non habebit locum hēc regula, sumendo argumentum à contrario quod est in iure validum. l. i. ff. de officiis, cap. cūm Apostolica. de his quæ fiunt à prælat. in Francia tamen quomodo cuque fiat, requiruntur solennia, quæ inferius dicentur.

Beneficia.

GLOSSA SECUNDA.

Benef. maiora & minora vniōis possunt.

Svorum appellatioue veniunt omnia beneficia, tā maiora, quām minora. gl. in. c. i. de regulis iuris in 6. cūm hic sim pliciter loquat. & vniōnes sint odiosæ: doctor, in clem. ff. de reb. eccles. non alienandis, & superius in definitione scripsi: ideo non extēndax. regula odia, de reg. iur. in 6. tamē de omnibus intelligetur hic propter indefinitam elocutionē, quæ æquipollit vniuersali. c. vt circa. de elec. in 6. & quia verbū beneficij, est generale: vt superius scripsi in princ. huius libri.

Ecclesiastica.

GLOSSA TERTIA.

Imperator & Rex ali quādo vniō nem facit.

ET sic non habet locum intemporalibus vt in Feudis. c. felicis. de pœnis. in 6. scripsi in tractatu nominatio. q. 21. & iure Canonico regulariter nomine beneficij venit ecclesiasticum, licet aliquando exprimatur: vt in tit. vi. ecclesiastica benef. & in regula i. de reguli. iur. in 6. quātatis Imperator aliquādo vniat duas dignitates: vt in §. illud in authēt. vt iudic. ces sine quoquo suffrag. collation. secunda, tamen non seruantur requitalia in hoc tex. sed facta vniōne per Regem vel Imperatorem, tunc illi habitantes in ciuitate vniata, habēt priuilegia etiam

ciuitatis, cui vnitis sunt, & ibi conueniri poterunt, & subiicientur magistratibus illius loci: vt patet in l. vna. C. de Metropol. Berito. lib. ii. & ibi iurium interpretes.

Aliis vniōi.

GLOSSA QVARTA.

ET sic ecclesiastica ecclesiasticis vniōi *Ecclesiastici debent, & temporalia temporalibus non ca ecclesiastici, ca. fi. de rerum permitt. hēc pro- ficitur.* bat dictio aliis, quæ similitudinem denotat. c. sedes, de rescript. clem. i. illo tit. gl. in authen. sed nouo iure. C. de seruis fug.

Teneantur exprimere verum.

GLOSSA QVINTA.

ET sic aliud est, requisitum, quod in vniōnibus verus valor exprimatur: nec in Frācia sufficeret exprimere cuius fructus 24. ducatorum auri, &c. quoniam ille non el- set verus valor licet in impetracionibus regulari- tractat. de signatura, non tamen in vniōnibus.

Norandum est, quod ea quæ exprimenda sunt *Subreptio in prouisionibus, & ferè in vniōnibus, quæ scribit vitia vniōis Feli. c. in nostra. de rescript. & ego in cōcord. Frācia in ea finit. cit. in forma mandat. in verb. pro expressis, & sub- reptio virtut. ipso iure vniōnem, teste [Panor. conf. 10. in questione. col. 24. in 1. vol.] quem sequitur de Ripa. in lib. 2. respond. c. 10. incipient. Et si vniōnis, & Nicol. Mil. in verb. vniōis, primo. & Felin. in ca. postulasti. col. 7. vers. potest etiam inferri de rescript. Quando fit à Papa, secus si ab ordinario, quia tūc erit annullanda. arg. c. fi. de offi. lega. in 6. & clem. fi. illo tit. quia in rescripto Papæ intelligitur clausula, si preces veritate nitantur. cap. 2. de rescript. Card. consil. 96. Papa vniuit.]*

Annum valorem.

GLOSSA SEXTA.

ET sic non tenetur exprimere valorem vniōis diei, vel mensis, vel duorum, sed annum valorem, id est cuilibet anni quantum in anno quolibet valet: & si pluris sit vno anno quam alio debet exprimere: vt sequitur vide quæ docto. dicunt in rub. ff. de annis leg.

Secundum communem astimationem.

GLOSSA SEPTIMA.

Vlt hēc regula quod exprimatur secundum communem astimationem, & non secundum sterilitatem, vel vbertatem. l. pretia rerum. §. fin. ff. ad legem Falcidiam. plenè scripsi in interpret. l. vnicx. C. de sent. quæ pro eo quod interest profer. & quamvis coniunctitudinarius valor 24. ducatorū soleat exprimi in Francia in omnibus beneficiis, tamen in vniōne verus valor est exprimēdus, vt hēc: quia nō agitur de annata, ideo non est hodie huic expressioni veri valoris in vniōnibus derogatū, quominus verus valor ex primi debeat, & idē in nominationibus vt scripsi per illum text. in §. volumus. de coll. in Concord. Tam

*Tam beneficia uniendi, quām illius cui
vniri petetur.*

GLOSSA OCTAVA.

Valor utriusque bene-
ficij exprimendus
debet.
Tem debet exprimi valor tā beneficij
uniendi, quām eius, ad quod vno fieri
debet: vt docet Fel. in ca. ad aures. colu.
vlt. in 15. conclus. de rescrip. nam cūm
vno fiat ex causa necessitatis, vel utilitatis, vt su-
perius dictum fuit, si non sit necessitas, fieri nō de-
bet, vel ex aliis causis expressis ibi: quamobrem vt
hoc sciat, vult quōd fiat hæc expressio: quamvis in impetracionibus non soleat valor beneficij, iam
obtenti exprimi, sed valor illius tantum quod im-
petratur. Sed quando fit vno mensa non requiri-
tur bonorum seu beneficiorum mensa vnitorum
expressio: vt decidunt dom. de Rota decif. 169. no.
[sub tit. de reb. eccl. non alienand. deci. 8.] quōd
vbi, & decif. 442. not. vtrum, in antiq. [sub titul. de
reb. eccl. non alien. decif. 13.]

Prædictus sūt id est verus valo-
rum Imò quamvis signatura expediatur cum dero-
gatione huius regulæ, tamen non valebit quoad
fructus, adeò quōd bulla non expeditur sine fru-
ctuum expressione: & ita ob hoc sapientis vidi bul-
lam reculati Romæ.

Adhac si in signatura fuerit conscripta clausula, quōd obstante oratoris habeantur pro expres-
sionib; tunc poterit bulla expediti sine fructuum ex-
pressione derogando huic regulæ cancellariæ, &
si valebit, sed in Francia vix reciperetur ratione
consuetudinis contrarie.

Idem si fructus habeantur pro expressis, tunc
etiam dabitur derogatio regulæ huius, sed non
quōd fructus possint exprimi in bulla: quia illa
clausula non obstante, ad hoc non tendit, idcove-
rus valor exprimetur.

Alioquin vno non valeat.

GLOSSA NONA.

Vno ipso iure quia forma data est, quæ si nō
serueretur, actus est nullus. ca. cūm dile-
cta, de rescr. & beneficium sic vnitum
potest impetrari: licet contrarium te-
neat Old. consil. 262. in si. quē sequitur Boët. in de-
cif. But. q. 345. an vno. q. 1. dicens ante declaratio-
neni nō posse impetrari, & multos allegat pro sua
sententia comites, maximè Dec. consil. 233. vñlo. col.
2. Ego verò hos duos semper constituerem casus:
primus est, vno facta non vocatis vocandis, & si-
ne causæ cognitione est ipso iure nulla, vt hic: quia
actus omnia forma conceptus non valeret. ca. cūm
dilecta, de rescriptis, l. cūm hi. §. si prætor. ff. de trā-
actio. vnde hoc casu poterit beneficium impetrar-
i etiam ante declarationem, & appellari ab vno
ne abusua: vt scripsi superius.

*Vñlo be-
neficij an-
te decla-
rationem im-
p. venit reuocanda. gl. in summa, & in ca. siue exce-
pcione. 12. q. 2. de Rota decif. 59. vñlo. in nouis, [tit.
de excep. prælato decif. l.] & 168. cum seq. [sub tit.*

de reb. eccl. non alienand. decif. 2.] & 511. in antiq. [sub. tit. de reb. eccl. nō alien. deci. 12.] & sic
debet intelligi sententia aliorum contrariam opini-
onem docentium, facit. §. semel, quib. ex caus.
ma. licet, nisi subreptum esset Pape, Cassado, dec.
1. in reg. cācel. rubr. de vñlo. vnde si vñlo facta fue-
rit propter vicinitatē, & paupertatem ambarum
ecclesiarum, si hæc causa fuerit falsa dissoluetur
vñlo, sed ante dissoiuram vñionem non impetra-
bitur beneficium, si solemnitates interuenierint.

Nec creditur instrumento vñonis dicētis fo-
lennitatem interuenisse, nisi illæ solemnitates ap-
pareant: quia instrumentum non debet contine-
re verba iuris, sed facti: vt Innocētius in c. quoniā,
de probationibus. hoc nominatim probat Oldra.
consil. 262. in quæstione, numero 4.

Imò facta sine hac forma non posset prescribi,
nisi per tempus cuius memoria, non est in cōtra-
rium. Oldrad. consil. 296. de iure. vide Maleretū in
tractat. de electione. folio 25. dicentem, quōd licet
nullo spacio temporū possit induci vñlo ecclesia-
rū, secundū Hostiensim, in c. quoniā. de vit. & ho-
nestate clerico. & in sūma, de vita & honesta. cleri.

Tamen si probetur quōd ecclesia sic fuerit diu
possessa tanquam vñita, probata erit vñlo presum-
ptiæ, Joan. And. in regul. qui contra iura, in fin. in
Mercurial. Cardinal. in clementi. i. in princ. in 20.
q. de supp. neglig. prælat. Anch. consil. 162. in quæ-
stione ecclesiæ, in fin. refert Fel. in c. causam, col.
2. de præscript. [vt superius dictum extitit.]

Ei semper in vñionibus commissio fiat ad partes.

GLOSSA DECIMA.

Té requiritur quōd cōmissio & cause
verificatio fiat in illis partibus, vbi vñlo
fieri debet: & ista practica vñiones faciē
di: nā veritas melius scitur per vicinos,
quām alios, l. i. ibi, estimatione circum colentū,
præb. bonustex. in ca. quanto, extrā de præsumpt.

Si tamen fiat per Papam in forma gratiola, non
requiritur clausula vocatis vocādis: sed derogatur
huic regulæ de vñionibus committēdis ad partes,
& ipse Papa facit vñionē: sed hoc non recipitur in
Francia, propter cōciliū generale, quōd dispositū
non valere vñiones, nisi sint factæ cum causæ co-
gnitione: vt superius scripsi.

Item in vñionibus consistorialibus non deroga-
tur huic regulæ: quia hæc fiunt cū causæ cognitio-
ne, nī separatim detur bulla super derogatione:
vt interdū vidi: sed tu si sapis, adhibeas semper fo-
lennitatem hic requisitam.

Vocatis quorum interef.

GLOSSA Vnde CIMA.

Tis in vñione requiritur, vt vocē-
tur hi, quorum interest, vt episcopus
quia sua interest, eò quōd collatio-
nem amittet ratione vñionis: quia
amplius beneficium non vacabit. d. cap. sicut vni-
re, & doc. in c. i. ne sede vacan.

2 Etiam requiritur cōsensus capituli ecclesiæ ca-
thedralis: quia vñlo alienario est in qua cōsensus
capituli interuenire debet. tex. in cle. vlt. de rebus
ecclesiæ

*H. quorum
interest in
vñione re-
candi.*

*Episcopus
& capitu-
lum in vñio
in eo s. n.
e deb. ut.*

ecclesia non alienan : & clemente in agro §. adhuc, de statu monach.ca. sine exceptione. 12. q. 2. Bald. cōf. 1. vol. 1. Dom. conf. 88. appetet, inz. quæstione, & in 2. dicit, an interueniente præsumatur, & cui in- cumbat onus probandi: vide Alex. conf. 219. pōde- ratis, col. 1. & seq. in 6. vol. & poterunt consentire etiam si aliquod cōmodum sentirent. de Rota decif. 859. præposicuræ, in antiq. [sub titul. de reb. eccl.] non alienand. decif. 3.] & decisio. 4. rub. de re- rum permuta. [Bernard. de Bisiignet.] Oldra. cōf. 182. licet. non requiritur tamen tractatus, sicut in vera alienatione. dict. c. sine exceptione, vbi scri-psi 12. q. 2. & quia ind. cie. fi. d' cerebus eccl. non alie- nand. non exprimitur de tractatu, sed de consen- fū: hoc tenet Rota decif. 166. no. quod vbi est vno, in antiq. [sub titul. de reb. eccl.] non alien. decis. i. [Boer. decisio. Burdegal. 345. an vno.

*Consentire
nolentes v-
niioni cogni-
tus.*

3. Et si nollent hi, quorum interest, consentire: caussa existente posse compelli: immo ipsius in uitio Papa fieri posset, per c. cum dilectus, & ibi nota de his quae vi metuive caussa fiunt. Inno. in cap. in Lateranen. de præbend. Panor, & alij in c. nullus, de iure patro.

4 Alias si causa non subesseret, vnius contradictionem vitiarebat, teste Caccialup. in d. tract. vno. artic. 6. in prin.

Causa in 5. Ista etiam causa est probanda. Oldra. consil.
unione pro 250. quod vno. & cons. seq. & Cardinal. consil. 96.
banda & Papa vniuit. & de Ripa. li. 2. respon. c. 10. si vnionis:
quomodo. quomodo haec sit probanda docet Oldra. consil.
266. & seq. de iure. & Alex. conf. 79. in causa. col.
3. vol. 3. & consil. 101. circa. in 6. vol. & Dec. consil. 233.
visio tenore. col. 2.

Consensu 6 Item requiritur consensus patroni, & ideo *voparioni* in candis est. ca. suggestum, de iure patro. Cardin. d. *vnione ex- consil.* 96. Papa. in 2. q. & Rota decisiō. 229. in dimē- *petendus.* bratione, in nouis & in 2. caussa. in vltimis Thomae fastoli decisiō. & 80. caussa. 2. dubio ibidem. & Cas- fador. decisiō. 3. de iure patro. Soci. cons. i. nu. 6. in 3. vol. Deci. cons. 148. reuerende. colu. i. Petr. Paul. Paris. cons. 328. in capella. col. pen. in 4. vol.

7 Ecclitandi sunt alij omnes, quorum interest.
& quòd illis vocatis fiat d.cle.ne in agro. §. adhæc,
& doc. tradūt in d.c. sicut vnire. & Petr. de Perus.
in d.vnionis. tract.c. §. quod est verum si non fiat à
Papa. quia ille hoc potest facere etiam in uito epi-
scopo. c.2. de religio. domib. de Ripa in lib.2. resp.
c.18. nihil proponitur, hodie in Francia solennitas
inquisitionis causæ est facienda etiam à Papa, si-
cuit ab inferiore, alias facile relictur: sed Papa
solet committere in partibus vi inquisitio fiat de
causa, & de commido vel incommodo; & postea
istæ inquisitiones ad eum mittuntur: & iste vni-
nem probat si causa fuerit, alias reicit.

Rectoris vel cursu*cō*sensus non requiritur tamen cōsensus rectoris, sed ei ad suam vitam non praeiudicatur, ideo non votatur, c. vlt. de rebus eccl. non alien. nec est ei requiritur, dem insinuanda dicta vniq; postquam illi non praeiudicat, nūl ut ignorantiam non possit prætendere ad hoc, ut permutare, vel alias resignare istud beneficium nō possit. c. ad hoc. de postula prælati.

dec.160.nota quod beneficium, in antiquis sub tit. de
rer. permuta. dec.3. & dec.1. rub. de rerum permu-
ta. [Bernard de Bissignier: Oldra. c.615.257. factum,
& Paul Castren. confi.437. in quæstione, vol.1.

9 Nec cōsideratur quād rector potuisse illius be
neficium resignare in favore nepotis, quia hoc nō
est cōsiderabile: cū beneficia consanguineis nō
deserantur consanguinitatis iure. c.i. de præb. &
illa resignatio pēdet à superioris facultate, qui per
vniōnē iam declarauit nolle illum rectorem resig-
nare posse: vt in cap. ex. parte. i. de offic. delega.

io. Et quia multi affectu carnis solent suis prouidere cum præiudicio animæ. cap. i. ne sede vacant. ca. graue. de præb. ideo ille rector non poterit etiā permutare illam ecclesiæ sic vnitam, vt consuluit Oldra. cōsil. 157. factu tale, col. 5. nu. 16. & 20. & seq.

ii Plebs etiam ad viuiores non debet vocari, licet videatur quodam modo sua interesse: sed episcopus protegeret plebem. Cardinal. consil. 65. Pro decisione & Boet. dict. decisio. 345. quia plebs interdum laborat contra sua propria commoda, sicut l. pen. C. de sponsal & nescient quid peterent mulieres. sicut mater filiorum Zebedæi.

12 Audirentur tamen, si cauillam rationabilem allegarent impeudentem vunionem fieri, per text.in cap. si quis presbyterorum, vbi doct.de reb.eccle. non alienand. Icripsi in glos. à die recusationis, in §.i. de nomina, reg. in concorda.

*Etiam notandum est, quod per unionem factam
per Papam vel legatum non prejudicatur episco-
po in iurib⁹ suis, videlicet in visitatione, subiectio-
ne, & aliis iuribus. c. cum dilectus, vbi gloss. quod
met. cauf. 2. de religios. dom. glos. in cle. fin. de re-
bus ecclie. non alienand. secus in collatione, & aliis
iuribus, quae salua esse non possunt valida existen-
te vnione; quia illis censetur derogatum propter
repugnantiam. l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur.
Caccialupi in d. tract. vnio. artic. 8. q. 16.*

14 Sed si fieret vno ab episcopo, tunc videretur tantum sua iura remittere. ca. Pastoralis, de dona. Cardinal. in dict. clement. vt. Perus. in dicto tract. de vno. c. io. vbi dicit quod episcop⁹ in cuius diœcesi est ecclesia vnitæ adhuc iurisdictionem in illa habebit, & iura episcopalia de quibus in ca. Conquerente, de officio ordinari. nisi ea ipse remiserit.
15 Solet itaque Papa in hoc rescripto post narrationem sic scribere. Nos igitur super hoc prouidere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, dictam parochialem ecclesiam cum omnibus iuribus & pertinentiis suis eidem monasterio authoritate Apostolica in perpetuum incorporavimus, anneximus & vniuumus.

16 Ita quid cedente vel decedente rectore dicto
ecclesiæ, qui nunc est, vel alias ecclesiæ ipsam quo-
modolibet dimittente, liceat abbatissæ pro tempore
existenti, & dilectis in Christo filiabus conuentui
dicti monasterij, per se, vel aliū, seu alios corpora-
lem possessione ecclesiæ parochialis, iuriū inique
& pertinentiarum predicatorū propria autoritate
apprehendere, & tenere, fructusque redditus, & pro-
uentus, ac iura vniuersa eiusdem ecclesiæ in mona-
sterij & ecclesiæ predicatorū virilitate conuertere
reservata

*Legatus nō
potest in
re iudicium
episcopi v-
ire.*

*Formula
unionis à
Papa fa-
ciende.*

*Clausula
no. in unio-
nibus con-
fribende.*

referuata tamen de fructibus, redditibus, proueribus iuribus, & obuentibus huiusmodi provicario perpetuo in ea instituendo congrua portione, ex qua idem vicarius commode sustentari valeat, iura episcopalia soluere, & alia sibi incumbentia onera supportare, dispositioni apostolicae referuamus, districtus inhibentes fratrem nostro episcopo N. ac illi, vel illis ad quam, vel quos collatio, prouisio, presentatio, seu quaevis alia dispositio pertinet communiter, vel diuissim, ne de huiusmodi parochiali ecclesia disponere quoquomodo presumant, ac decernentes ex nunc irritu & inane, si secus super his a quoqua quavis auctoritate scienter velignoranter contigerit attenari, non obstante, &c.

Possessio 17 Hic concedit Papa, quod auctoritate propria possint possessionem recipere, alioqui non possint, nisi concederetur, per tex. in c. pastoralis. de propria p*ossessio* in vno. ut*te* non sit*in* vno. *apprehendit*

Item vno fieri non potest lice pendente, & si

vnius colligas petat illud vniuerso beneficio: nec

valebit illa vno nisi in euentum, quod videlicet euincet, & sententiā pro se obtinebit: & tunc Pa-

papa vniuersit, sed dicet quod in euentum euictionis li-

ceat possessionē, &c. vniuersis vigore apprehendere:

19 Vel alij dicunt, quod Papa non vniuersit in euen-

tū euictionis, sed melius est quod vniat & posses-

sionem differat ad euentum euictionis: & ita solet fieri, & est melior praxis, vel mandet Episcopo seu

iudici, & de causa cognoscenti, vt lata sententia, in utilitatem consentientis vniuersi eam faciat. De

clausula cedente vel decedente, scribit Paul. Ca-

stren. consil. 271. viso tenore, in primō volu.

20 Iste consensus potest interuenire ab his quo-

rūm inter est, & ante vniōnem, & post eam, etiam ex interallo cap. cūn nos, & c. cura, de iure pa-

tro. Egid. Bellamer. decis. 504. & Alex. conf. 219.

in 6. vol. ac Soci. consil. 15. col. 13. versi. demum sup-

ponend. in primo volu. & Boer. in decisio. 345. an

vni. col. 2. refert.

21 Vnde si vniuerio fuerit facta non vocato episco-

po, si posteā consentiat, valebit, si solēnitates fue-

rint adhibitae: vt supra dixi.

*Et idem voluit obseruari in confirmationib*nibus* vniōnum factar*um*.*

G L O S S A V L T I M A .

In confirmationibus vniōnum fo-
lennitatis re-
quisitatur. *Idem quo-*
modo acci-
piatur.

ET sic non valet confirmatione vniōnum, nisi supradicta interueniat: quod est nota & intelligi nullam esse confirmationē vniōnis: quāvis gl. in hac regula teneat contrarium: tum quia tex. idem est si voluit in confirmationibus, & non esset idem, per l. seruitutes. & si sublatum ff. de seruitu. vrba, præ. quia dictio idem significat eandem in pluribus censuram. glo. in l. cūm hi. §. si vni. ff. de transact. iuncta gl. idem scilicet per omnia. & sed si est testamento, in fin. de fatisdat. tuto, in instit. l. si ante. ff. soluto matrimonio, & hic versic. ad omnia referri debet, prout plenē

scripsi in interpreta. l. vnicæ. in gl. & non ex qui-
buīdam. C. de fent. quæ pro eo quod interest.

Idem potest tripliciter dici, in genere, in specie, & in numero: vt per docto. in l. i. ff. de vulgar. & maxime quia hæc confirmatio solet a Papa fieri, & subreptio vitiaret hanc confirmationem, sicut annulat vniōnem: vt supra dictum fuit: & sic eadem solennitas requiritur in confirmatione vniōnum, que in vniōne, quam superioris vidimus.

Suppresso
Idem dicunt in suppressione, seu dissolutione vniōnis, & applicatione fructuum: vt si fructus vniōis beneficij alteri applicentur, derogandum sit isti regule, vel faciendum secundum regulam, ne aliqui fiat iniuria: & in præiudicium alicuius nihil fieri debet sine vocatione. l. de vno. ff. de re iudic.

D e vicariis perpetuis.

VNIS vniōibus etiam considerandum est, quod quando vniuerio sit accessoriæ, in beneficio vniuerio relinqui solet vicarius perpetuus, qui illi deseruit beneficio: & vel curatus is qui habet beneficium vniuerium, non poterit illi de beneficio seruire per se inuito vicario perpetuo, per tex. in c. extirpanda. §. qui verò de præbend. c. i. illo tit. in 6. & c. vnic. de capell. monacho. illo lib. Panor. in cap. 9. perpetuus, de fide instrument. doct. in cle. vnic. de offic. vicar.

2 Nisi in vniōne fuerit dictum, quod non constitutatur vicarius perpetuus, sed per se deseruire is, qui vniuerio habet possit: nam fundationes & constitutiones in vniōne apposita seruandæ sunt: & hoc decidit Bonifac. in d. cle. vnic. col. vlt.

3 Si verò fuerint duas parochiales ecclesiæ vni-
tæ equè principaliter, tūc vnuis est curatus vniuersitatis, principali-
que, & non tenerit constituere vicarium perpe-
tuum in altera, sed ad tempus, videlicet quando ipse illi non seruiet ca. & temporis. 16. quæstione prima. c. i. vbi doct. ne sed. vacan.

4 Et interdum Papa dispensat, vt habens istas duas ecclesiæ tenuies diebus tūcis & festis duas dicat missas, vnam in vna, & alteram in altera: vt docet Hosti. & alij in c. a. consuluisti, de celebrat. missa, licet alias regulariter presbyter non possit duas celebrare eodem die missas, quia Christus semel passus est c. sufficit, de consecra. dist. i. d. ca. consuluisti, de celebra. missa. vbi scripti.

5 Etiā non constitutur vicarius perpetuus, quādo vniuerio beneficium simplex, sed tantum quando vniuerius ecclesia parochialis. gl. & doct. in cle. vnic. de of. perpetuus vicar. & Genii. consil. 86. in causa Traiecten.

6 Item quando beneficium est vniuerio mensa capitulo, vel episcopi, potest deseruiri per temporalem vicarium. glo. in verbo ad mensam. cle. prima de excess. prælat. gl. & doct. in clem. prima, de rescri. & in clemen. vnic. de suppl. negligen. prælat. dom. de Rota decision. 260. nota glo. in antiquis [subtili. de offi. ordin. decis. i.] & nisi in vniōne fuerit creatus vicarius perpetuus poterit constitui temporalis, ideo vniuerio videenda erit, & deseruendi cōsuetudo.

7 Ad mensam censemur vniuerio beneficium, quando spiritualia & temporalia sunt annexa. gl. in dict. verbo

De vicariis perpetuis.

verbo ad mensam & doct. in c. vt super , de rebus eccl. non alienas. vel quando hoc exprimitur in vniione, vel ex obseruantia, & consuetudine longissimi temporis, scilicet per quadraginta annos. c. cum de beneficio, de præbend. in 6.c. de quarta, vbi doct. de prescript. gl. in clement. per literas, de præb. & superiorius dictum fuit.

Ad mensā 8. Vide an possit dici vnitum beneficiū ad men-
quādo uni-
sum censē
tur,

fālati quando concessum fuit ut is viuere cum suis posset; olim pauperes erant abbates & prelati qui cum suis religiosis nō poterāt in mona-
sterio sustentari: ob id procurauerunt boni viri, vt eccl. vni entur mensē illorum, vt ex fructibus viuere possent: quod hodie trahunt quida sc̄elesti ad capes, vt maiorem numerum canū & falconū alant, quam pauperum: sed postquam ad mensam est vnitum, ad hominum mensam vniū censetur, non canū, quibus mensa non est necessaria; & ob ea cauſam alimentorū quando beneficium vni-
batur, & spiritualia & temporalia cōcedebātur: ideo declarat gl. spiritualia & temporalia esse annexa.

*Vna deduc-
ti impen-
ſiſſi.* 9. Et sic quādo sive vno, debet intelligi deductio-
impensis necessarii in vicario, quam pro aliis, ca-
præsenti, de offi. ord. in 6.c. si propter de rescr. ibi.
& c. si tibi concessio, de præb. illo lib. quia fructus, intelligitur deductio impensis. I. fructus. & ibi doct., ff. solu. matr. l. i. C. de fruct. & litium expen. scripsi in gl. fructus. §. volumus, de collat. in concorda.

10. Nisi in vniione esset referuata tercia pars: vel quarta fructuum vicario tunc intelligetur non fa-
cta expensarum deductione, sed de integris fru-
ctibus illius tertiam, vel quartam partem habebit vicarius, instar decimæ, in c. tua, &c. pastoralis, de deci. & scripsi in tracta, meo de deci. & in tracta, de congrua portio.

*Vicarius
perpetuus
confitui in
prioribus
curatis re-
gularibus
debet.* 11. Item debet cōstitui vicarius perpetuus, quādo religiosi vel seculares ex dispensatione habēt prioratus regulares, quibus est annexa cura animarū: cle. vnic. de supplen. negli. præla. cle. ne in agro. §. curatis re-
gularibus debet. 12. Et hic vicarius perpetuus interdū ad præsen-
tationem prioris constituitur. d. cle. ne in agro. §.
seu vica-
rius. 13. Et aliquando pleno iure vicariam Episcopus confert, per c. omnes basilicæ. 16. q. 2. & quādoque non recipi in fundatione referuatur collatio priori, sed tamē tūc sine epi non debet recipi vicarius ad curam, nisi de Episcopi auto-
ritate. c. cum satis, de offi. archidia. c. ad-
hæc, de offic. vic. c. ex tua. de filiis presbyter. Imol. in rub. de institut.

Iura que lo 14. Item iura, loquentia in beneficiis habent lo-
quuntur in cum in vicariis perpetuis. cap. postulastis, de rescr.
beneficiis etiam illa que in parochialibus loquuntur, habent locū etiam locum in his vicariis, cle. vnic. de offic. vicar.
seu vicariis. facit c. Michael. de filiis presbyt. vel filiis presbyt.
non potest ordinari ad vicariam perpetuā, in qua pater ministravit, sicut non potest ad illud beneficiū in quo pater ministravit, præfici.

15. Adhaec vicarius perpetuus nō potest remoue-
ri, euī si rector principalis moriatur. c. adhaec, de
offi. vica. Panor. & alij in c. extirpāt. §. quiverō,
de præbēd. quia vicaria est beneficiū. d. cle. vni-
ca: & beneficia perpetua esse debet. c. iāctorū,

*Vicarius nō
remouetur
per rectoris
mortem.*

70. dist. gl. & doct. in c. fi. de tépo. ordi. in 6. & datur vicario in titulum: vt dicunt doct. in d. ca. ad hæc, quicquid dicat gl. ibi, potest etiam Papa illam vi-
cariam dare in commendam, sicut alia beneficia.

*Vicarius
gaudere pri-
uilegiis, quibus
gaudet mo-
nasteriū & ecclēsia, cui
est beneficiū vnitū: quia qui adharet Deo vñ*ipis-
tus* est cum illo. c. damnamus, de summa trinitate
& quæ religiosis adhæret, religiosa sunt. I. quæ re-
ligiosis ff. de rei vendica. & locum tenens deputa-
tus ab eo qui posuit rectorem, vel iudicē, eodem
gaudet priuilegio, quo rector. I. sed si hac, in fine,
vbi laſon. ff. de in ius vñcando. Bart. & alij in l. ii fi-
lius. de legatio & si ecclēsias sit exēpta, & vicarius
erit. c. per exemptionem, de priuileg. lib. 6.*

16. Et vicarius iste perpetuus debet gaudere pri-
uilegiis, quibus gaudet monasteriū & ecclēsia, cui
est beneficiū vnitū: quia qui adharet Deo vñ*ipis-
tus* est cum illo. c. damnamus, de summa trinitate
& quæ religiosis adhæret, religiosa sunt. I. quæ re-
ligiosis ff. de rei vendica. & locum tenens deputa-
tus ab eo qui posuit rectorem, vel iudicē, eodem
gaudet priuilegio, quo rector. I. sed si hac, in fine,
vbi laſon. ff. de in ius vñcando. Bart. & alij in l. ii fi-
lius. de legatio & si ecclēsias sit exēpta, & vicarius
erit. c. per exemptionem, de priuileg. lib. 6.

17. Si præstimonium vniatur alteri beneficio, nō
est opus derogare statutis de obseruandis præsti-
moniis, quia per vniōnem desit esse beneficiū, vt
membrum tenebitur, nec illud obtinebit tāquam
præstimonium, sed tanquam vnitum: ideo non est
opus in vniōne de eo facere mentionem: quod est
notandum, vt superiorius dixi de bonis.

18. Si vnitum sit beneficiū, non poterit is, qui illud
possidet permuttere: quia postquam vnitum est, nō
est amplius beneficium, sed membrū eius, cui est
vnitum nec dicitur vacare, teste Feder. in tracta,
permuta. benefic. q. 33. & suprā dictum fuit.

19. Sed an possit is qui resignauit illud beneficiū, fit.
postea ad illud redire postquam permutatio non
potest sortiri effectū: respond. posse, si fuerit igna-
rus illius vniōnis per c. si beneficia, de præbend. li.
6. Panor. & Felin. in ca. cūm venerabilis, de rerum
permuta.

20. Si verò tuerit vnitū, & in instrumento vniō-
nis fuerit scriptum, quod per cessum & deceſsum
vniōis sortiretur effectū, tunc non poterit ad siū
redire beneficium, quia non est vñus concessionē
iuris, cle. vna, de rerum permut.

21. Clausula bullæ vniōnis hæc addi solet, quando *Clausulacō*
sit vno parochialis ecclēsia, cōgrua portione ex *gra. paro-*
fructibus, &c. eiusdem ecclēsia parochialis pro
perpetuo inibi vicario per loci ordinarium insti-
tuendo, ex qua se commodè sustentare, episcopalia iura soluere, & alia eidem ecclēsia incumben-
tia onera supportare valcat, referuata.

22. Nisi in ea adsit clausula, quod per presbytum
ad nutum amobilem deseruire possit: & regulariter
sue sit prioratus, cui imminet cura animarū,
ultracuram conuentus, vel aliquid beneficiū cura-
tum, semper solet illa clausula congrua portione
referuata describi: de qua plenē tractauit in tract.
meo de congrua portione.

23. Sed si vniatur beneficiū non curatum, non so-
let poni ista clausula, nec affirmatiū, nec condi-
tionaliter: quod est notandum pro vniōnibus.

24. Et quando vno sit à capitulo retenta pēſione
alicui, tūc debet poni in bulla clausula: quod si per pnuo.
tex

Ex mensis cessauerint à solutione pensionis, tūc rectores ecclesiæ, ac singulare personæ capituli sententiam excommunicationis incurràt, elapsis dictis sex mensibus: & vnio, annexio, & incorporatio prædictæ dissolux sint, & esse censeatur, dicta q̄ parochialis ecclesia in pristinum statum revertatur, & per dissolutionem eandē vacare censeatur eo ipso, ac rectores præfati, eadem parochiali ecclesia perpetuò priuati existant, & similiiter illa vacare censeatur, eo ipso & cætera. Et eo casu metu amissionis, & excommunicationis solutio pensionis non differetur, quia Oderunt peccare malit formidine pœna. c. eum qui vbi glos. de præb. lib. 6. & l. i. in fin. ff. de iustit. & iure,

De vniōnis reuocatione.

Ex quibus causis vnio reuocari posse.



Ro complemento huius materie vñdium est, quibus ex causis vnio reuocetur: Relp. quando est facta ob certam cauſam, belli forte deſtruſionis, paupertatis, vel aliam finalē: nūc ceſſante iſta cauſa ceſſabit vnio, cle. ne in agro. §. ad hæc de ſtu monacho, vbi ſi facta ſit propter paupertatem, ſi eſſet, diſſoluetur vnio ſuper excreſcenti- bus fructibus. c. cūm N. de conſtit. [abundè Card. conf. 96. Papa vniuit.]

2. Vel quando fuit facta ob bellum, & deficiente populo, poſteā reuero populo ceſſabit. c. quia de religio. dom. c. f. de paroch. & c. i. de verb. ſig. l. i. 6. quod enim atrocitas ſeu calamitas belli intro- dixit, pacis lenitas ſopire debet. l. vna, in princ. C. de caduc. tollen. & ſicut neceſſitatem patientes ceſſante neceſſitate benefiциis renunciare coguntur qua eis miferationis includit intuitus. c. f. 25. q. vlt. verſ. ſed obiicitur.

Renocada 3. Secundò diſſoluitur vnio, quando redundant in vno, ſi in præiudicium ecclesiæ, & eius ruinam. ca. i. ibi, ecclesiæ veſtra ruina poterat reuelari, ne ſede vacan. vt ſi diſſoluatur religio, vt ibi, conſuetudines enim, quæ in eccliarum vergunt grauamen, reuocantur. c. i. de conſuetud. c. f. de reb. eccl. non alienan.

4. Si fraudentur eleemosynæ. d. c. i. nam peccata eleemosynæ ſunt redimenda. ca. quamobrem, de pœn. diſt. i. & duæ ſunt eleemosynæ, videlicet cor- diſ, alia pecunia. c. duæ. 45. diſt.

5. Et ſi tollatur hospitalitas. cap. de monachis, de præb. ad quam præcipue clerici tenentur in summa, & per totum. 42. diſtinctione. c. Florentinum, 83. diſt.

Ex cauſa 6. Tertiò reuocari vnio poſte ex cauſa neceſſitatis, & vtilitatis, ſicut facta eſt. c. expoſuisti, & cap. vacante, de præb. nam omnis res per quacunque naſcitur, per eadē & diſſoluitur. c. i. de regu. iur. ca. cūm accessiſſent, de conſtitut. & alij cauſa ferē comprehenduntur ſub iſtis. c. i. de reb. eccl. non alienan. lib. 6. Petr. de Perus. in traſlat. de reuoca. vniō. c. i.

Vno per fi- 7. Quartò adde poſſe reuocari, quando ſcandalū immineret. d. c. i. quia nihil cum ſcandalō facien- dum eſt. c. nihil. de præſcr. vbi plenē Fel. c. cūm te- neamur de præb.

8. Quinto reuocatur, ſi fuerit facta per ſimoniam,

etiam ſi iusta & legitima cauſa fuerit vniōdi- vnde ſi fuerit per pecuniam datanu vñienti facta, illa ſimonia vitiat actum in ſpiritualib⁹. cap. f. de rer. pertinet. & per totum. tit. de ſimo, & hoc expreſſe afferit Oldr. conf. 262. in quaest. in fin. cogitate an aliquæ ſint in Francia vñiones, & reductiones in ſecularitatē per pecuniam datam Epifcopo pro- curanti, & aliis vnde reuocari poterunt, nec per- petuū durabunt illæ: diſſicile enim eſt, vt bono peragantur exitu, quæ malo inchoata ſunt princi- pio. c. principatus. i. q. i.

9. Et breui dicendum eſt, quod ex quibus cauſis ferē vnio fieri poſte, & diſſolui: nihil enim tam naturale eſt, quam diſſoluere eo genere, quo li-

gatum eſt. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. c. i. il- lo. tit. Caccialup. in tract. de vniō. art. 9. & Dec. cōf. 233. viſo. col. 3. & conf. 275. viſo.

10. Et cauſa debet allegari, & probari, vt docet Petr. de Perus. vbi ſupra. c. 2. ac Oldra. conf. 261. nec crederetur epifcopo, vel alteri facienti vniōnem, vel illius reuocationem de cauſa vniōnis, ſi non exprimatur. c. nuper. & c. licet. de teſtib. ſic conſuluit Paul. Parii. conf. 36. quod præten/a. in 4. voi.

11. Quis iſtam vniōnū reuocationem petere poſſit resp. is cuius interest, videlicet Epifcopus: vt

Reuocatio- nem vniō- nis quis pe- terre poſſit.

docet Perus. in tract. de reuoca. vniō. c. i. & mona- sterium vnitum. c. i. ne ſede vacan.

12. Capitulum etiam ecclesiæ cathedralis. c. i. cir- ca finem, ne ſede vacan. vbi dicit poſſe reuocari etiam ad petitionem epifcoporum, & abbatū pro- uincia, in qua ſita eſt ecclie, etiam ad petitionē Regis, & patroni vt in d. c. i.

13. Quarto quando hæc reuocatio vniōnis poſſit petiſ resp. quando in præiudicium ecclesiæ tēdit, quando pe- etiam vacante ecclie, ramen defenſore illi dato, ii. poſſit. clem. f. vbi gl. & doct. de rebus ecclie. non alie. ſu- mendo à contrario: quia ſi vacante ecclie fieri vnio poſſit, multo fortiū & eius diſſolutio: cūm omnis res per quacunque cauſas naſcatur, per eaſdem & diſſoluatur. c. i. de reg. iur.

14. Quod nō proceſſit in ecclieſis cathedralibus, quia eis vacantibus non eſt, qui eas tueatur: ideo non poſte reuocari vniō ſede vacante. d. c. i. ne ſede vacan. ſecus in ecclieſis inferiorib⁹, quarum eſt tutor & defenſor generalis prælatus & Epifco- pus: atramen dabitur adhuc ſpecialis defenſor ecclieſis qui recte poterit eam defendere. ſecus in cathedrali. doct. in d. cl. fin.

15. Dicamus nunc quis vniōnem factam reuoca- re poſſit resp. certum eſt Epifcopum poſſe illam cauſa exiſtente diſſoluere, quia quod iuſſit, ve- tuīte prætor, contrario imperio tollere poſte. l. quod iuſſit. ff. de re iudic. vbi ſcripsi. & qui poſte condennat, poſte abſoluere. l. 3. ibid. & is poſte repudiare, qui & adire. l. i. poſte. ff. de acquir. he- red. ſic & qui vniōne poſte, & vniōnem diſſoluere, qui poſte inſtituere & deſtituere. ca. cūm ex in- iuncto. de hæret.

16. Poſte inquam, Epifcopus vniōnem non ſolū à ſe factam, ſed etiam à Papa vel legato reuocare cauſa ſuſiſſente, teſte Petr. de Perus. in d. tract. c. 4. nam Papa vniendo noluit tollere poſteſtem

De Reuocatione vniōnis.

ordinarij.c.2. de relig. domib. Fede. conf. 263. præsupposito:& Episcopus vniōnem factam à priore, vel aliās male factam reuocabit. text. in d. ca. sicut vnire, de excessib. præla.

17 Etiam si esset facta suā mensa: quia non est in proprio facto autor: vt in d. clem. fi. dicitur, & non est verisimile, quod eam reuocare sit paratus, sed vnire sic: quia in suum commodum tendit: & ne mo suū presumitur iactare. l. cūm de indebito. ff. de probationibus.

Episcopus 18 Itē hoc poterit facere episcopus in cuius dicēt in eius cœfītū est beneficiū, quia omnia beneficia sunt diœcēsi sūb eius potestate. c. nouerint. & c. regenda. 10. q. est beneficiū. i. c. omnes basilicæ. 16. q. 7. facit. l. si prædiūm. C. de cœmū sicut præb. minor. & si ecclēsī sūt in diuersis diœcēsi, sicut vñiōnem, sicut vñiōnem reuocat, potestatē vñiō dare, qui nomine vtriusque hoc faciat gl. & doct. in d. c. sicut vñire.

19 Poterit etiam capitulum sede vacante reuocare vniōnē cum causa, quia succedit epo in iurisdictione: & illa iurisdictione, quæ est apud episcopum vñientem, est apud capitulum sede vacante. c. cum olim. de maio. & obed. & c. i. eo. lib. 6.

20 Inferior tamen licet præscripterit vñiendi potestatē, non tamen reuocandi vniōnem, quia sunt diuersa. ca. auditio. de præscr. & sic vniōnem. reuocare non poterit, nisi præscripterit: & reuocanda vniōnisi potestatē, quod est difficultē.

21 Limitatur in cathedralibus. d. c. i. ne sede vacante vñiō Papa solus reuocat vniōnem, sicut eam facere potest. d. c. sicut vñire. de excessib. præla.

Beneficia 22 Secundò si beneficia erant exempta, tunc ad solum Papam pertinet vñio, & reuocatio illorum. c. autoritate, de priuile. lib. 6. quia Papa est ordinarius exemptorum. clem. vna. de supplen. neg. prelat. scripti in §. si quis verò de colla. in concor.

23 Tertiò, quando essent specialiter reseruata à Papa, non impeditur reseruatio: vt inferiùs dicit. Vñio à Papa non reuocatur si ne episcopi domi. cle. fin. de reb. eccl. non alienan. quia non confitit. 24 Quartò sine capitulo cōfensu non poterit Ep. vñionem reuocare, sicut nec facere. c. 2. de relig. ne episcopi domi. cle. fin. de reb. eccl. non alienan. quia non potest sine capitulo ardua, vt alienationes facere. c. nouit. & per totum de his quæ sunt à prælat. & solētatis quæ in construendo requiritur, & in destruendo, auth. contra. C. de repud. multa allegat Petr. Gerard. sing. 3. ibid. & vide, &c.

Causa 25 Et in reuocanda vñione requiritur causæ cognitio, sicut in facienda: de quaupræ dictum fuit, nōcada vñione, bi per tex. in d. c. i. in fi. ne sede vacante. ibi, ius vestrum apud fedem Apostolicam prosequendi libram facultatem habeatis.

Vocandi in 26 Vnde citari debent illi, quorum interest vñio. reuocatione nem non reuocari. c. fi. de elect. li. 6. Et primò prælatus vtriusque diœcēsis, si beneficia sunt in diuersis diœcēsibūs, q. de eorū præiudicio agitur. d. c. i. ne sede vacante. & c. sicut vñire, de excessib. præla.

27 Patronus etiam est vocādus, quia sua interest cūm ad eum redeat ius patronatus. c. piæ mēti, & c. filii. 16. q. 7. collegati, & bursarij, de cuīs collegio agitur, gl. in c. & temporis. 16. q. 1. & tam is qui ecclēsiam possidet vñitam, quām etiam vicarius in ea residēs, quia vtriusque interest. doct. in c. super

eo. de præb. lib. 6. & generaliter ali j omnes.

28 Sed hi citandi sunt nominatiū & ali j per proclama. Auth. si omnes. C. si minor se ab h. x. absti. d. c. fi. de elect. in 6, quia eadem solennitas requiriatur in destruendo vt diximus, quæ in construendo. auth. econtra. C. de repud. ideo in bulla reuocationis vniōnis debet conscribi illa clausula, vocatis his qui fuerant euocandi, &c. sicut ponis solet in vñione facienda.

29 Si tamen Papa vniōnem parrochialium ecclesiārum dissoluat, solet adiicere clausulā, dummodo quælibet earum sit sufficiens ad sustentandum sacerdotes: per ea quæ not. doct. per illos tex. in c. vacante, & c. exposuiti, de præb. & in c. cūm M. de constit. & statuit Alex. 6. in tit. de reserua. iurispat.

30 Nostamen solemus in praxi, quando vñio non valer impetrare beneficiū vñitum, & postea ageare super possessorio: & si opponatur esse vñitum, replicatur non valere vniōnem: & ab illa vñione appellatur tanquam ab abusu, & pronunciabitur irrita, & demum si vñio non valeat, possessoriū adiudicabitur impetranti.

31 Si verò valeat, sed debeat reuocari ex causa, seruabitur praxis superiū scripta coram episcopo, vt peratur reuocari: & ante reuocationem non valebit beneficiū vñitum impetratio: vt supræ scripti in reg. cancell. quādō vñio ipso iure valeat vel ne, in gloss. 9. ibi vide.

32 Poteſt tamen Papa beneficium vñitum non obſtance vñione conferre, ſuspendendo vniōnem ad vitam eius, cui confert illud beneficium vñitū, non verò diſſoluit: licet in vñione dictum fuerit, quod vñio fiat cedēte vel decedente eo, qui poſſidebat beneficium, & hoc plenitudine potestatis, quam in his beneficiis habet. c. 2. de præb. li. 6. vel cauſa permutationis cōferre licet episcopus hoc nō poſſet: vt docet Oldrad. conf. 257. factum, vt ſuperiū dictum fuit: Papa tamen non ſolet cōferre, aliās vñiones eſſent inutiles, quia ſemper poſſet ita confeſſe: ideo ſolet caſſari illa clausula, quæ in ſignatura impetrationis poni ſolet, & cum iuſpensione quarumcūque reſeruationum, vñionum, &c.

33 Quia ius acquisitum per vniōnem nō vult tolle, ſed vult vt vñio ſortiatur effectum: & illa verba cedente vel decedente important conditionē quia ablatui ſunt abſoluti. l. ab emptione. ff. de pactis. l. à testatore. de cond. & demonſt. intelligūtur enim quod cedēte illo, qui poſſidet beneficium, id eſt, ſi cedat & resignet, q. vñio ſortiatur effectum: vel decedente, id eſt, ſi decedat, antequām resignauerit, quod vñio obtineat per deceſſum.

34 Quamuis Staphil. in ſecunda forma mand. in tractat. de literis gratiæ dicat contrariu, versiſculo dubitatur: nam licet certum ſit poſſefforem. cesserum, vel deceſſurum, tamen incertum eſt, ſi cedat ante mortem, ob id cōditio fit: vt scripti in tractatu de pacificis poſſefforib.

35 Item ſi canonicus cōſentiret diſſolutioni vñionis ecclēsiae parrochialis ad vitam Titij, quæ erat vñitam ſuę præbendæ, poſteſt ſibi referuare penſionem, & regreſsum de iure, ſi alter cedat, vel deceſſure.

Canonicus
conſentitus
diſſolutioni
vñionis poſ-
teſt ſibi pen-
ſionem re-
ſuare.
dat,

De Erectione ecclesiæ in cathedralem.

147

dat, aut aliter dimittat, sed tutius est, quod in bulla prouisionis ponatur, quod cedente vel decedere eo cui est prouisio ecclesiæ parochialis facta, quod vno iam facta teneat, & eo ipso facta censetur: & quod retineatur ecclesiæ parochialis vigore vnonis, quam Papa dicat eo casu probamus, & robur habere volumus.

36 In Francia periculosis esset consentire isti dissolutioni ad vitam, quia sapit resumptionem & regressum, qui sunt in Francia reprobati, & vnones ad vitam, & sic dissolutiones, ut superius dixi.

37 Sed vidi aliud fieri, ut is canonicus det fuctus ecclesiæ parochialis vnitæ loco pensionis perpetuae Titio: sed adhuc non recipetur in Francia, cum in tribus tantum casibus pension proberetur: ut scripti in tract. de pacifi. possesto. in 17. amplia. & timida esset hoc casu appellatio tāquām ab abusu, qui abusū retractaret: ut scripti in tit. de refer.

Efectum re 38 Ultimò vnone reuocata effectus est, quia eccl. reuocata vna remanebit in illo statu antiquo, in quo erat antequam vna fuisse. ca. ne sede vacante. & ideo si erat monasteriū sub abbatis regimine, postea etiam erit: vel si erat parochialis, postea etiam erit.

Vnione re 39 Itē si collatio spectabat ad prælatum, reuocata an ta vnone, etiam ad eum spectabit, & ad patronū patrōnū præsentatio, si anteā patronus præsentationē habebat doct. in d. cap. i. nec videtur patronus ex simplici cōfensus vnonis remisisse ius patronatus.

Ec regula abundē per Gomes. dotata est per questiones quæ inter regulas inn. 8. est 27. & duæ rationes ponuntur in initio: prima est vt litium anfractus succindantur, qui anfractus maximi, & tanti sunt, vt vix par aliquis quantumcunque diues esse pos- sit. Crede mihi, vt si possit cōponere, nunquam litigies, & puto quod Deus optimus maximus per- mitit lites, vt flagella durissima contra magnates, & vtrorqueantur. Nam per pestem, cūm fugiant, vix torqueri possunt, per bellū minus: per famem nequaquam, cūm semper habeant frumenta, sed lites evitare vix possunt, quæ valde torqueat, maxi- mē quando agitur de capite. Et quamvis lites sint procuratoribus & aducatis cibaria dulcissi- ma, tamen ipsis partibus sunt valde amara. Et fa- cerdotes cum partibus solent dicere, extinguere flamas litium sed nostrum erit orare Christum, vt nobis pacem temporis, pacem pectoris, & pa- cem æternitatis concedat. Amen.

Lites flagel- la hominē durissima: ideo non est ligandū.

Regula de subrog.collit.&c.

Et ne non colligit in aliis aduersarij dentur, prouidere voluit, statuit, & ordinavit, quod quoties deinceps aliquem super quoniam ecclesiastico beneficio colligit antem.

GLOSSA SECUNDIA.

Secunda est ratio huius regulæ, quæ elicatur ex cap. vi. ut lit. pen. in 6. vbi si unus colligit in aliis aduersarij dentur, non poterat beneficium conferri, nec de eo per electionem, aut alias prouideri: nisi lis finita fuisset, & de iure defuncti apparuerit, c. 1. & 2. ibidem, vbi sunt hæc verba, si hi, contra quos super dignitatibus personatis, vel alii ecclesiastici beneficiis, que possident, litigatur, lice pendentem cedant, vel forte decedant: ne propter nouos aduersarios, qui malitiosè intendunt penitentibus subrogantur, litigia in ecclesiasticum dispendium prorogari contingat, statuimus, ut dignitates personatus, vel beneficia cuiusmodi &c. hic non requirunt finis litium, sed imperatio colligitur valer, si intra mensam à die cessationis, vel obitus impetraverit: ita quod colligitur præferatur alteri cuicunque impetranti, dummodo impetraverit intra mensam: & sic omnes aliae impetrations factæ, etiam anteā non valebunt per predictas rationes. Et loquitur de impetracione facta à Papa: & sic habet hic unum casum mirabile in quo ultimus impetrans præfertur priori, contra cap. vi eo tempore, & cap. duobus, de rescript. in 6. c. cum cui de præbend. ibidem. vide alios casus per gl. in c. quia sape, de præb. lib. 6.

Volumus im
petras, pro
ri prefer
per.

In iure vel ad ius, se quod forsitan eius aduersario in dicto beneficio competierit, subrogari concederit.

GLOSSA TERTIA.

Sic habet locum hæc regula, siue quis subrogetur ad ius, siue in iure, dummodo is, qui obiit, acceptauerit: nam si nominatus antequam beneficiū acceptet moriatur, vel mandatarius: non poterit alius ad ius istius subrogari, quod extinguitur per istius obitum: sicut dicitur de canonico, in ca. dilectio de præb. c. quodam illo tit. in 6.

*Colligitur
intra men
sen subro
gatione pe
tere debet.*

Ego intelligerem hanc regulam, quod si colligitur in data priores, ne noui aduersarij colligatibus dentur: & impetraciones aliorū nullius sint momenti, dummodo intra mensam colligitur, impetraverit, quod si postea, non, & idem vult dicere huc textum, dum dicitur, in iure vel ad ius ad rem non potest impetrari, cum extinguatur per mortem. c. fi. de cœcessu præb. Bonif. in cle. i. in 3. concl. ut lice pente. Non tamen est absurdum quem subrogari ad ius mortui, utpote si mandatarius post beneficium vacans acceptatum moriatur: ad illud enim ius quis poterit subrogari, quia non est simplex ius ad

*Ius in re
vel ad iem.*

rem, sed est iam radicatum in persona morientis: & hoc docet hic Gomez. q. 6.

Et potest quis etiam lite pendente cedere, c. per tuas. i. infi. de simo. sic & appellatione pendente, tamen si postea pronuncietur bene iudicatum, revocatur illa renuntiatio tanquam attentatum, gl. in verb. interponi. rub. de causa in Pragmatic. faction. doctores in l. quæ à tronibus. §. fi. ff. de testam.

Dummodo præfatus colligitur in dicto beneficio intrusus non fuerit.

GLOSSA QUARTA.

Vobus modis potest iste tex. intelligi. *Intellexus* primò quod impetrans colligitur in *dicto* *beneficio* *intrusus* *ad* *prefatum* *mense* *omnibus* *preferetur*, ut gratia aliorū nullius sit momēti: nisi colligitur intrusus, ut pote quia videt quendam capularē senem citio moriatur, mouit ei litem, & possessionē beneficij de facio. preterea tamen cuiusdam friuola, collationis accipit, ut post ipsius senis obitum, beneficium impetraretur: certe sua impetratio sic fraudulosa nullius erit momenti: & gl. dicit in hac regul. saepè fraudem huius regulæ fieri, quia impetrans est intrusus.

2. Secundò potest intelligi, quod colligitur præferatur alteri impetrati: dummodo is cuius beneficium impetravit, non fuerit intrusus, quia nō poterit ius alius habere, quam haberet is, in cuius locum subrogatus fuerat, sed intrusus nil iuris habebat, c. cum iadudum de præb. ergo nec iste subrogatus in locum suum: prior tamen magis conuenit.

3. Limita nisi purgatum fuerit vitium, quia non dicitur amplius intrusus, licet à principio fuisset d. c. eum qui de præb. lib. 6. Nam qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, l. in dictis. §. si detracta. ff. de noxal. actio.

4. Intrusus autem dicitur, qui sine autoritate illius, ad quem collatio beneficij spectat, illud accipit *quis dicitur* *dicto* *beneficio* *intrusus* *ad* *excessib.* *prælato* *tur*.

rum, & qui nullum habet titulum, cap. quia diueritatem, de concessione. præb. gl. in verb. metuebant. c. boni. i. de ele. & c. nisi de renuntiatio. idem in offi. l. non aliter. C. de palat. sacra. largit. li. ii. vel qui sine titulo ingerit se administrationi beneficij. Pan. in c. cū iamdudum. de præb. per c. auaritiae, de elect. in 6. 5. Vel qui sine canonico titulo beneficium occupat, & non intrat per ostium, nec habet canonico ingressum. cap. relat. de iurepatronat. Bal. in cap. nihil. col. 2. de electionib. Et qui sine titulo sedem inuidit intrusus est, & falsi crimen tenetur. l. eos. §. qui se pro. ff. de falso. Bald. in c. pastoralis. col. i. de except.

6. Ex quo infertur, quod qui per vim occupat beneficium, dicitur intrusus. c. eum qui de præb. in 6. gl. in verb. violentus. de pacific. posse. in pragm. nec valebit collatio, etiam si postea impetraverit non facta mentione illius intrusionis. d. cap. iamdudum. Panor. & alij in d. c. i. de concessione. præb. quia nō videtur Papa remittere intrusionem quam nescit, l. mater. ff. de inoffi. testa. text. aureus in l. autoritate. Cod. vnde vi, quem notat Anch. consil. 92. & Felin. in c. postulasti, col. 18. de rescript. & Barba. conf. 63.

*Intrusus im
petras be
neficium n
trusibus me
tionem fa
cere debet.*

conf.63.col.10.in 1.vol.

*Adminis-
tratio ante
confirmationem
et in
rebus.*

7 Secundò etiam vocant intrusum, qui post elec-
tionem, & ante confirmationem administrat, quia
ipso iure est priuatus sic administrando. ca. auari-
tia, de electio. in 6. nisi esset alias actus à superio-
re procedens, & hunc repræsentans, Oldrad. cōf.
146. factū est tale, in fin. vel nisi administrauerit ob
necessitatem ecclesīx, vel utilitatem, Oldrad. cōf.
9. posito.

8¹ Nec valet consuetudo, vt quis ante confirmationem administraret, vel ante prouisionem, quia est contra bonos mores: nam hoc modo posset haereticus, excommunicatus, & incapax praesesse ecclesiarum. Old. 191. nullo modo. col. i. per textum in auth. vt nulli iudi. §. i. col. 9. & c. vlti. de consuet. quae videtur esse corruptela, ac sacris canonib⁹ inimica. c. cùm venerabilis, de consuetudin. Sic consuluit Petrus Anchara. conf. §. i. consuetudo, ybi tamē dicit administratē ratione consuetudinis antiquę non priuatum, nec villam pati debere pœnā, per glo. in d.c. cùm venerabilis. quia non debet puniri, qui communī iudicio non peccat. ca. inter corporalia. §. sanè ibi, & quamuis. &c. de translat. Epicopi, idem est priuatus, qui lite pendente administrat. c. 2. de in integ. restit.

*Adminis- 9 Idem si post præsentationē, & ante institutio-
tratus ante nē quis administraverit: vt firmat Roch. de Curt.
institutio-
nē
nē
in tract. iurispatronat, in verb. honorificum. q. 39.
et intrusus.
Et his casibus ipso iure priuatus est, qui sic prope-
rē administravit.*

10 Tertiò qui beneficiū post priuationem, & de-
positionis sententiam adhuc retinet, à qua nō ap-
pellauit, secus si appellauerit. Innocētius in c. qua-
liter. 2. col. 3. n. 10. de accus. Maleret. in tract. de ele-
ctio. in fi. q. 17. Præpositus in ca. fi. 19. distin. [Diuer-
sum est si retineat post sententiam super possessio-
nem latam, quæ non respicit titulum, & sic semper
habet titulum nisi à iudice ecclesiastico priuatus
sit. c. cum non ab homine. & ibi. Doct. de iud.]

ii Quartò qui beneficium iniuste alteri ablatum,
& omissione iuris ordine detinet, quamvis habuerit
collationem. c. tanta de excesso prælator. Domi. &
Præposi. in c. propter infi. 19. distin.

Intrusus 12 Quinto quia superiore excōmunicato, vel
qui collatio suspenso collationem habuerit, vel ab eo, qui non
nem & non habet potestatem cōferendi. c. finali. de excessib.
habente po pralat. & ideo is qui accipit per deuolutionē, aut
testam ob aliam collationem ab eo, quem scit nō posse con-
fere, est intrusus. Dom. in c. fi. in fi. 19. distinct. &
sapiū videmus istos deuolutarios volantes ad in-
finitas lites, & malignitates, qui grauissimis peccatis,
vt temerè litigantes multis plectendi essent: vt di-
xi inferiū de deuolutio.

13 Sextò dicunt illum, qui commisit crimen dignum depositione, dici largè intrusum, vel qui habet vitiū, ob quod priuandus esset beneficio, licet gl. in c. cùm super de caussa posse. dicat eos quasi intrusos. Io. de Selua in tract. de benefi. q. ii. n. 9. in 3. parte. Feli. in c. veniens. 2. not. de accus. extrà.
14 Quod mihi partū probabile videtur, quia interim habet titulū, antequām priuetur. Ergo intru-

sus non dicitur, nisi commisisset crimen, per quod

fuisset ipso iure priuatus, veluti hæresim, vel simoniæ: de quib^o scribit Feli. in c.2. de rescr. extr. Casus autem quibus ipso iure quis priuetur, cōscripti in tractatu de pacific. posse. in 4. limitatione, in fine. & inferius in 3. parte, super iure amittendi.

15 Septimò dicunt intrusum eum qui cū simpli-
cī signatura beneficij possessionem adipiscitur, al-
legatur Extraugan. initia, de electione in com-
munib. que loquitur in dignitatibus maiorib. sed
hoc asserit Fel. in c. in ca. in nostra, correlario 2. de
rescripto. Sed ultra eū facit l. fin. C. de officio magi-
stri officiorū, versiculo sed sciat, ibi, is qui sine fa-
cro rescripto peruenit ad militiam, ea priuatur.

16 Sic & quis sine literis Papæ, sed habendo signaturam non videtur omnino capere sine literis Papæ, quamobrem nec priuadus: immo ex consuetudine Francicæ nullus priuatur ob adeptionem professionis cū simplici signatura: sed in instrumento folet dici in vim certæ prouisionis Apostolicæ.

17. Verum idem si diceretur, in vim signaturæ: quia dum aliquis violentiam non committerit, licet propria autoritate ingredetur beneficium, non tamē ideo priuatur suo iure, teste Nicol. de Milis, in repert. in ver. beneficij. q. 58. incip. Beneficij possessionem. Domi. & Franc. in c. eum qui de præb. in 6. imo in curia Romana non datur priuatio illius, qui cū sola supplicatione se intrusit. sunt verba Joan. Staphil. in fact. de literis gratia. titul. de rescr. in forma brevium. versic. confuerunt.

18 Et hoc statuit Alexand. 6. in tit. de signat. gra.
multò minus debent iudices Francie de possecllo-
rio beneficiorum cognoscentes priuare cum pos-
sessione, qui ea adeptus est vi simplicis signatur,
dum alias canonicum habeat titulum, vnde in pa-
tria obedientia cautela est, vt non tenearis leuare
bullam, sed impetres breue supplicatione inclusa,
per quod mandetur executori, vt mittat te in pos-
sessionem, & tunc omnia cessabunt: de quo breui
inferius circa finem scribam: sed interdum recu-
fatur: ideo iudices sequentes constitutionem Alex.
6. non debent timere.

19 Item si quis receperit indebet fructus, videlicet cum simplici signatura, est intrusus, & priuatus iure quod habet, c. avaritia. de elect. in 6. & hoc quo ad illud beneficium, cuius fructus percepit, non quo ad alia. c. si cōpromissarius, de elect. in 6. quia pena non debet egredi mensuram delicti, l. facimus. C. de vœnis.

20 Si tamen modicitatum fructus essent percepti, non sit priuatio, teste Gundisaldo, in tractatu de legatis. car. 30. licet Cancellaria etiam in modicis feruerit priuationem per distam decisionem videlicet ut vacet.

²² Sed si quis receperisset fructus, quos cōuerterisset
in ecclesiā vtilitatem, quia illos nō videtur perce-
pisse, non erit iure beneficij priuatus: nec quidem
erit facienda mentio illius perceptionis: vt docet
Gundisal. in d. tractat. quod est notandum.

22 Octauo intrusio dicitur, qui cū simplici nominatione sine Papæ prouisione acministrat, & ob id est iure, quod habet in episcopatu, prioratu, vel beneficio priuatus. d.c. au. ait: ita de elect. in 6. quia

nominatio nullum iustribuit.capit.quod sicut, de elect.hoc exp̄sē docet Ioān. Boreus in tract.de Synod.episcopi.i. parte.num.36.

23 Et tenetur tāquām prādō restituere illios fructus, quos ex re nō sua recepit:quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui nō potest de iure donare.c. quod autē.in fi.de iur.pat.sue per se receperit,sue per interpositam personam,fortè per commissarios, vel alios in d.c.auaritia. imō prouisio postea facta isti non facta expressione fructū, quos recepit, nullius est momenti: vt inferiū dicā in mater.dispen.

24 Limita non procedere in eo, qui perit subrogari in locum eius, qui beneficium reseruatū per regulas cancellariae, obseruerat à Papa, nam is nō erat intrusus, quia iuste hanc reseruationem ignorare poterat: led si reseruatū fuisset de iure commun. vt in c.2.de pr̄eb.in 6.tūc is, qui ab ordinario obtineret esset intrusus, & aliis non posset in eius locum subrogari:nam iura communia omnes scire tenentur,nō iura singularia l.leges.C.de legib, gl.singularis.inl:quod te.vbi doct. ff.si cert. pet.

Intrusus nō 25 Intrusus etiam nō potest subrogari in ius alterius habentis ius bonum in beneficio.c. cūm iam dudum,vbi docto.de pr̄ebend. Sed aduertēdūm, est, quod si quis dubitat se intrusum, debet possessionem quam habet dimittere, antequām se in ius alterius petat subrogari, sicut olim quilibet dimittebat possessionem in manibus iudicū, vt nunc agunt resignantes beneficia in manibus collatorum.c.admonet. & per totum, de renunciationi, & sic dimittendo possessionem,purgatur intrusio: quod est norandum.

Intrusus an 26 Quāro, an intrusus sit inhabilis duntaxat ad illud beneficium, in quod se intrusit, an ad omnia alia respond. quod ad illū tantum, in quo est intrusus.c. si compromissarius, de elect. lib.6. imō si inhabilita. petrauerit illud non facta mentione intrusionis, non valebit in petratio: vt firmat Felin.in c.postulasti in fi.de re script. quem sequitur Ioān.de Selua in tract.de benefi.in 3.part. quāst. ii. in 5.qualitate & Maledict.in tract.de elect. in fi. quia non incurritur inhabilitatis p̄cēna, nisi à iure exprimatur, ca. ff.vbi gl.de iure patro.

27 Fallit quando esset iure ipso factus inhabilis, vt in c. quisquis.de elect. & in Extraug. execrabilis, de pr̄ebend.Ioān.22.dicam inferiū in materia dispensationis. An verò gesta per intrusum valeant vide per Panor. & alios in c. nihil. de elect. Gemi, & pr̄epos.in c.fi.19.dist. & per doct.in c.ad probādūm.de re iud.ac in l.Barbarius. ff.de offi. pr̄etor,

Nec super eo contra dictū aduersarium, postquam illud per triennium pacifice possederit, ius tunc mota fuerit.

G L O S S A Q U I N T A.



Ecūdus casus, in quo denegatur subrogatio, scilicet quando mota fuerit lis illi, qui iam possederat beneficium pacifice per trienniū: quia non debet

quis molestari post triennium, vt infrā regul.36. ergo lis non est, vel esse non debet, & sic nec subrogatio: alioqui molestaret quis possessorum, etiam post decem annos, vt postea subrogationem impetraret mota lite: quibus hominum malitiis est obuiandum.c.sedes.de rescript. Ergo lis iusta esse debet, id est iuste & recte mota: alias repellere debet iste subrogatus, nisi in subrogatione fuerit facta huius iniusta litis mentio: quod vix faciet cauta. vulpes beneficia impetrans.

Et per hoc ponderatur iste tex. vt non procedat quando lis esset nomine meo mota, per aliquem *ste* projectum non habentem mandatum, etiam si esset ratificata *quē an pos* per me ante obitum collitigantis, tamen ego non *si subroga-* debeo preferri postea, tum quod nō dicor aduersarius, nec collitigās: de quo loquitur iste tex. quia non mouilitem, tum quod text. requirit veram litē non fictam, & ne detur ansa fraudandi super hoc Gomes.q.3.in fin.idem, quando lis esset mota in vim rescripti inutili. Gomes.q.ii.Ego verò dicere utroque casu pr̄efatam regulā habere locum: quia aduersarius sue collitigans dicitur, qui mihi aduersatur, & meū litigat sue iure sue iniuria.l.cūm aduersari^o.C.de paet.c. i. vbi plenē de Ripa de iudi.Nam cūm tāta sit hominum φλαντία, vt cuncti ius optimum sese fovere dicitent; nec contrarium suaderi possit, quo usque miserrime succubunt: ideo putarem hic debere solū excipi eos, qui scienter mala fide & sine iuris ullo pre-textu litigant: hi enim ron debent subrogari; alij verò sic, & aliis pr̄feruntur vt dicit iste text. [I]deo anno 1552.die 2.Decembris, fuit repulsus à subrogatione in magna classe quidā decani Pictauien. famulus in ecclēsia S.Hilarij, qui impetraverat beneficium per incapacitatem sui domini, eo quod non erat dispensatus, sed quia is poterat surripuisse bullas disp̄sationis, & res erat mali exēpli: ideo non fuit receptus, sed ratione delicti huius fuit dictum vt fieret processus criminalis contra eum, licet post mortem decani veniret.]

Aliorum quorūlibet de premissō iure sue tunc vacet, vel cum vacauerit impetrations vel concessōnes, etiam motu proprio infra mensē ante concessōnes: huiusmodi facte nullius sunt roboris, vel momenti.

G L O S S A S E X T A.

IMpetrations aliorū ante mēsem factae *Mēsi quo* nullius sunt roboris, quando collitigans *mōdo com-* impetravit: secus ergo si non impetrā- *pucetur.* uerit: & hīc mensē computandum à die obitus vel à die quo sciri potuit, conclusit Gomes.q.10.cui in hoc non cōsentio. [Quia hīc non agitur sine scierit, sine non: nam sufficiet beneficium esse impetratum ante mensē à die obitus, postquam annullatur, & scientia requiritur in eo qui impetrat per obitum, vt cap.2.& c. quia de concess. pr̄ab. sed non quantum ad regulā quē annullat impetrations ante mēsem: ergo nō requiritur scientia, cūm lex operetur sicut scripsi in ti. de nomina.

Subrogatio non fuit contra eū, qui possedit pacifice triennio beneficium.

nomina regia in §. i. gl. à die vacationis in concordia: & tempus non fuit h̄c statutum in odium, sed in fauorem colligantis, & sic currit ignorantia. c. oblatæ de appell.]

Et sic postquam sunt nullæ aliorū impetratio-
nes, si iste colligans subrogatus fuerit, vel eidem
data subrogatio fuerit, non cōualescunt, licet hic
colligans moriatur, vel non prosequatur, per re-
gul. quod in initio ff. de regul. iur. & regul. nō fir-
matur, illo tit. in 6. sed noua impetratio opus est:
vt dicitur de eo cui facta fuit collatio ante men-
sem Papæ datum in beneficiis vacantibus in cu-
ria. cap. 2. de præb. lib. 6. & in cap. auditio, in fin. de
præscript.

*Et nihilominus felice recordationis Pauli 2. Innocen-
tii. Adriani 6. & Pauli 3. Romanor. Pontifi prædecessorum
nostrorum vestigia inherendo, cupiens eorum fraudibus
obuiare, qui viuentium beneficia, illorum presertim qui-
bus aut propter senium aut propter infirmitatem immi-
net vita periculū, impetravit, ut illis decedentibus tāquā
colligantes in illorum iuribus faciliter subrogentur, vo-
luit ut deinceps nullus in iure, vel ad ius in beneficio
defuncti, quod illo viuente in casibus premisis vel si-
milibus impetravit, aliquo modo subrogetur: ac subro-
gatio, & gratia si neutrī, si nulli, seu non a prouisionis,
aut perinde valere taliter impetranti nullatenus suffra-
getur.*

G L O S S A S E P T I M A .

*impetrans 1 **E**rti⁹ hic casus ponitur, & est additio
beneficium viuentis eo
monuo ad ius illius
subrogari non potest.*

*Et hoc casus ponitur, & est additio
Paul. 2. Quod null⁹ subrogetur in ius
illius defuncti, cuius beneficium in vita
impetraverit, maximè propter se-
nium, aut infirmitatem, vt eo mortuo in ius illius
subrogaretur, tunc vt fraudibus obuietur: & vt
votum captand⁹ mortis auferatur, iuxta c. 2. & 3. de
conces. præb. lib. 6. non proderit huic subrogatio,
nec alia prouisio.*

*2 Sed quomodo hoc sciri potest, cum solus Deus
sit cordium scrutator? Respon. si appareat de pri-
ma impetratio beneficij viuentis, tenis, vel infir-
mi, & postea de ipsa subrogatione in ius illius mor-
tui: tunc probatum erit quod hic dicitur: quia ex
prima prouisione & 1. presumendum est impetrati-
tem habuisse illum animum: cum ex præteritis
præsumamus ad præfens. l. si qui adulterij. C. de
adulter.*

*Requisita
antequam
aliquis sub-
rogetur.*

*3 Et sic ex hoc textu patet, quod si quis vult in
alterius locum subrogari, oportet quod iuste, aut
saltem coloratè cōperit litigare, alioqui si iniuste
& incoloratè, nō poterit subrogari, per istum tex.
& ideo dixi oportere eum bona fide, vel iuris ali-
quo prætextu mouere processum.*

*4 Secundò requiritur, quod defecitus potuerit in-
quietari, alias si possedisset triennium, non posset
molestari, per regul. & decretū de pacific. posses-
sor. de quo plene scripsi in tract. meo de pacific.
posses. in Concord. Franc.*

*5 Tertiò, status litis & causæ exprimi debet, vt
hic, & cap. inter. de re iudic. dixi superius in signa-
tura gratia.*

6 Quartò coram quo lis pendeat, & introducta
sit, an coram iudicibus laicis super possessorio, an
coram ecclæsticis super petitorio exprimen-
dum est.

7 Quintò requiritur quod h̄c in signatura ex-
pressa sint, aliás non supplebuntur in bulla: nisi in
signatura esset clausula, Statū causæ pro expref-
so habentes, vel ut exprimi possit, nonobstante re-
gul. cancel.

8 Sextò quia multi alienum fati munus optātes
impetrant beneficia viuentium, ut demum subro-
gari possint. Et quia ista materia est frequens, (que
vtinam dormiret) ideo eam per regul. cum am-
plia. & limitat. tractabimus.

De reprobata beneficij viuentis impetratio.

*1 **R**egula q
quis impetrare beneficium viuentis,
nec in illius locum substitui, alioqui viuentis ne
est ab ecclæstica cōmuniōne pel- mo impe-
lendus. c. i. de concess. præb. Communionem dicit tr.
ibi text. ecclæsticam, id est sacramētorum per-
ceptionem, quia horum communionem in eccle-
sia habemus. c. sicut alterius. 7. quæst. i. & tex. in c.
si episcopus. 8. distin. & c. seq. dicit cunctorum
episcoporum charitatis communione priuetur,
facit c. fi. de clericis excommunicis. ministr. alibi sa-
cris altaribus est amouendus. c. sicut. i. q. 6. dixi in
gloss. fati, in procœm. Concord.*

*2 Sanctam communionem ergo sacrosanctum
Christi corpus vocat tex. in c. ad eius. in fi. 5. distin.*

*ibi sanctæ quoque communionis mysterium in
eisdem diebus percipere non debet prohiberi.*

*3 Item quād Papa communione fidelium quem
priuat tunc censem illi excommunicatus. c. 2. de
except. c. illud. §. licet. de clericis excōmunicis. mi-
nist. ibi, communioni fidelium se ingessit.*

*4 Secus quando priuat communione etiam
totius ecclæsiae. ca. fi. 90. distin. quia tunc intelligi-
tur de perceptione sacramentorum, vt dictū fuit.*

*5 Interdum Papa simpliciter communionē re-
stituit, vel ad communionem, id est excommuni-
cationem & societatem, sive consuetudinem, quā
habebat, qua fuit priuat per inobedientiam, vt
in c. ex literis, de constit. c. cognouimas. 16. q. 6.*

*6 Ratio prædictæ regula multiplex est, tñ quia Ra. iōnes
beneficia perpetua esse debent. c. sat. 56. distin. pr. prohibita
& beneficis non est quis priuandus sine causa. i. n. beneficij
ca. inuentum. 16. q. 7. Ideo illa quis impetrare non
debet viuente possesso, alioqui perpetuū non
essent apud illum.*

*7 Secunda, Quod ius in aliena re darinon po-
test. l. 2. ff. de pignorat. a. c. glo. in l. 1. ff. de pigno.
& in l. 2. C. si res aliena pignori data sit, sed istud be-
neficium est cius, cui collatum primò fuit. cap. si
tibi absenti. de præb. in 6. ob id nec alteri concedi
poterit. Non refragatur, quod res aliena potest
vendi. l. rem alienā. ff. de contrah. empt. quia tunc
per venditionem non transfertur ius in re, sicut
per beneficij collationem. glo. in d. l. rem. c. fi. de
concess. præb. in 6.*

168 De reprobata benefic. viuen. impet. &c.

8 Adhuc quia votum captandæ mortis induitur, exosum etiam ipsis gentilibus. c. 2. de concessione. præb. gloss. in reg. cancel. 20.

Pœna impe 9 Item ad tollendam ambitionem illius, qui sic trahit bene peti prouiderisibi de beneficio nō vacate. c. quia si dicuntur vivere instantum, de præb. facit cap. sicut. i. quæst. 6. sic dicens. Sicut is qui iniuratus renuit, quæsitus refugit, sacris altaribus est remouedus, sic qui vltro ambit vel importunus se ingerit, est proculdubio repellendus: nam qui sic inititur ad altiora confundere, quid aliud agit, nisi ut crescendo decrescat & ascendiendo exterius, interius in profundum descendet? Hæc igitur est prima pœna, vt communione ecclesiastica priuetur.

Impetrans be 10 Secunda pœna est, quia isti in locum viuentium substituti sumus filii & latrones. c. non furem & latronem est tronem, qualem Gillandū esse sentimus in Namfir, latro, ietica fede, qui viuentis, quod non licuit, locum. *infamis.* non timuit usurpare. 7. q. i. quia furtum est contrectatio rei alienæ iniurio domino. l. i. ff. de furtis, & q. i. de oblig. quæ ex delicto nascentur, in Instit.

11 Tertia pœna est, vt sit infamis. c. audiuiimus. 3. q. 2. & c. infames. 6. q. i. ibi, qui indigna sibi petut loca: & infamibus portæ dignitatis clausæ sunt, reg. infamibus, de reg. iur. in 6. l. 2. C. de dignita. lib. 12.

Deponitur 12 Quarta, sunt deponendi. c. imprimis. 2. q. i. vers. quæ viuenti pœpi persona: ibi is episcopus, qui eo superius beneficite peruersè, & contra canones in ecclesia eius ordinari presumpserit, sacerdotio priuat⁹ ab omni ecclesiastico ministerio repellatur: intellige depoñendum ab eo honore & beneficio, in quo fuit præfctus. c. eum qui. 7. q. i. ibi, ab Archidiaconatus honore deponimus, non ab officio: vt declarat d. Bernard. de Loco in sua practic. criminali. c. 45. in verb. viuis possessoribus.

Qui beneficium viuen 13 Quinta est, quia non potest habere illud beneficium amplius propter iniuriam & culpam suam, quod viuentis impetravit beneficium. Ancha. & Panor. in c. i. de concessione. præb. d. facit c. nullus Pótifice. 79. distin. vbi si duo fuerint electi in vita, nullus illorum habebit. ca. seq. vbi noua ordinatione vtendum est: quia bonum est argumentum de matrimonio ad beneficia. ca. inter. de translatio. episcopo. sic arguit c. sicut. 7. q. i. & c. sicut 21. q. 2.

14 Sicut non potest quis habere eam uxori, cum qua viuo marito contraxit. c. 2. & fin. de eo qui duxit in matrimonio, quam polluit per adulterio. sic nec beneficium, quod altero viuente obtinuit. Et ista est communis & virginis ratio, teste d. Philip. Probo in additio. ad Ioan. Monach. iii. c. fi. de constit.

Secunda pro 15 Ideo si is, qui beneficium viuentis impetravit, postea impetrat etiam à Papa rursus beneficium, ne collatio: illud, non facta expressione collationis sibi prius nisi factæ de beneficio viuentis, non valebit secunda cij viuentis prouisio: tum quia subreptitia: & quia iam est innon valer: famis, & inhabilis ad illud, per supradicta.

16 Nec etiam valebit collatio ad ordinario facta, per text. expellum in c. post electionem. de concessione. præbend. vbi Panor. in 4. not. hoc asserit, quia hoc Papa declarauit in regul. 20. & quod ignorat non videtur Papa remittere. l. mater. ff. de inofficio. testamen. & sic non potest subrogari postea in

locum illius, cuius beneficium impetravit: vt supra dictum hinc. & videtur alia pœna. Decius in l. in. n. 17. Cod. de pacis.

17 Sexta pœna, Quod nullus potest dispensare cum isto, cui collatum est viuentis beneficium præterquam Papa: vt docent Panorm. & alij in d. c. i. & sic collatio ab ordinario, vel legato illi facta non valebit: vt firmat do. de Loco venerand. & admirabilis, ac viræ intemerata episcopus in d. c. 45. in sua præxi criminali: nisi legatus à Papa haberet hanc potestatem.

18 Septima pœna est, quod collatio illi facta nullius est momenti. cap. consultationibus. de don. & nullitas actus plerumque inducit ad pœnam. gl. & doct. in c. a. translato, de const. scripti in §. monemus. de coll. in Concord.

19 Octava pœna est, quod ad collatorem, vt si scienter contulerit beneficium viuentis, dum vacabit, non poterit illud amplius conferre, quia deliquit: & delinquens priuatur collatione. ca. cùm in cunctatione. eti. in fin. & ca. super eo, de elect. text. in l. quidam in fin. cùm sequent. ff. de dona. vbi donans bona proximi viuentis priuatur illius bonis tanquam indigens. Idem in l. 2. §. fin. ff. de his quib. vt indig. vt priuatur, in quo deliquit. c. postulatis. de cler. ex. com. mini. & ibi dixi in interpret. ad illum text.

20 Hoc tamen egeret declaratione, quia non est à iure expressum: & pœna priuationis non imponitur nisi exprimatur. gloss. & doct. in c. a. fin. de iure patrona. & quamvis videatur expressa in iuribus præallegatis superius: tamen Innocen. & Panor. tenent illos non priuari, in d. c. bonæ 2. circa fi. de electio. quod fortè verius est.

21 Excusat verumtamen episcopus, si contulit beneficium absens, qui longa fuit absentia deterritus, vt ignoraret, an viuus esset an mortuus. gl. fin. in capit. non oportet primo, de consecratione, dist. 5. & Corset. in singul. incip. vagabundus, si tamen ei resuertatur, recuperabit suum beneficium etiam absque alia collatione & solennitate.

22 Item non procedit in Papa, qui poterit iterum eidem conferre, dum tamen hoc ei fuerit expellsum, quia in beneficiis habet plenissimam potestatem, c. 2. de præb. in 6. non valeret tamen collatio nisi prima beneficij viuentis facta à Papa sine causa, sine qua nec foleret quem depónere, & priuare, cum sit fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam: vt plenè scripti in tract. nomina. q. 21. nu. 54. cum seq. & est verisimile quod fuit circumventus: vt dicit Bal. & alij in c. cùm olim, de re iudicat.

23 Iam vero ad ampliations veniendo, primùm Vicarium non extenditur hæc regula, vt non possit etiam quis constitueret procuratorem, vel vicarium, ad cōfereendum beneficium certum, vel ad acceptandum, nisi ipsius interueniat viuentis consensus: vt quia forte per permutationem, aut resignationem est aliud beneficium habiturus: vt in c. cùm vniuersorū, de rerū permuta. c. licet, illo tit. in 6. & inferius dicitur, ne captandæ mortiis occasio detur. c. detecta, & c. ne captandæ, illo tit. in 6.

24 Quandoquidem non potest quis iubere seruo, vt hereditatē certi viuentis adeat. l. si quis mihi. §. sed vtrum

De reprobata benefic. viuen. impet. &c. 169

Accepto. sed utrum ff. de acqui. h̄eredit. sic nec constituere procuratorem, vt accepteret beneficium nondum vacans, & illud resignet, vt docet Ioan. Dayma. in procēm. Concord. in verb. adiunctū fol. 105. vers. 10. sed forsū formidares: ideo debet constitui procurator generalis ad acceptandum quācunque beneficia, ne possit insidiari vite alicuius. glo. in §. statuit, in verbo, procuratorū, de collat. in Pragm.

Constitutio procurato- 25 Secundō non valet cōstitutio procuratoris facta de p̄äsentando ad beneficium, quod non vacat Guido Papæ conf. 189. circa, & Dec. conf. 172. nec dari potest facultas cōferendi certum beneficium. c. constitutus. vbi docto. de concess. præb. nisi fiat generaliter: vt per Pan. in c. fi. eod.

26 Per quem tex. probetur, non valere etiā p̄äsentationem de beneficio viuentis: & per c. illud, de iure patro. docet Ludo. Roma. conf. 46. in re p̄äsenti, & Roch. de Curte in tract. de iure patr. in verb. honorificum, q. 53. & Paul. de Citad. in eo. tract. in 6. parte, art. 3. q. 41. quia rationes supradictæ habent etiam locum in p̄äsentatione. gl. in c. fin. de elect. in 6. Petr. Parīs. conf. 112. in hac materia, col. i. in 4. vol.

Presentatio- 27 Itaque si tempore p̄äsentationis non vacabat
tio de bene-
ficiū, sed tēpore institutionis sic, an valeat
ficio viuen-
tis non va-
lent. prouisio? Resp. fac casus sequentes. Primum si in-
stitutio facta sit ad solam p̄äsentationem patroni, tunc non valebit institutio: tū quia fundamen-
tum deficit. c. cūm Paulus. i. q. i. tum voluntas collatoris, quia noluit conferre nisi ad p̄äsentationē: ideo non valet sua collatio, nec firmatur tractu tē-
poris, quod de iure nullum est. reg. quod in initio.
ff. de reg. iur. & reg. non firmatur. & quod potuit,
noluit, & quod voluit, implere nequivit. l. multum.
C. si quis alteri. c. cūm super, de offi. delega.

Institutio
an valeat
facta ad
p̄äsentatio- 28 Secundus casus est, si patropus p̄äsentauerit
ad beneficium viuentis vel constituti it procura-
torem ad p̄äsentandum, si ordinarius tempore
nem beneficiū. institutionis (quo quidem tempore mortuus fue-
sij non va-
canis, licet
vacaret tē-
pore institu-
tionis. hic nec voluntas deficit, nec potestas, qua in literis
institutionis declaratur, quippe iure pleno &
deuoluto conferre potest. gl. & doct. in clem. vna,
de supplen. neglig. præla. etiam alteri, quām p̄äsentato, multò magis ei qui fuerit p̄äsentatus. Conferre enim hic poterat absque p̄äsentatio-
ne: hoc igitur casu p̄äsentatio quamuis virtuosa,
non vitiabit collationem ordinarij, glo. & doct. in
leg. vinum. ff. si certum petat. Adhac quid non
conquerente patrono collatio est valida. ca. illud,
de iure patro.

29 Tertiō non valet etiam tractatus habitus de
conferendo beneficio viuentis, vel de eligendo
ad illud. c. bonæ. 2. vbi Inn. & Pan. de elect. Bertæ.
in tract. de episcopo, in 1. q. 2. partis.

30 Quartō non valet acceptatio beneficij ante-
quam vacet, ne captandæ mortis inducatur occa-
sio. c. ne captadæ, de concess. præb. in 6. Cle. vna, de
concess. præb. Dom. de Rota. dec. 431. si impletans,
in no[n] sub tit. de concess. præb. decil. 14.] & Guido

Papæ, cōf. 107. ex facto, quia in hoc casu est eadem ratio, vt sequitur.

31 Quintō ibidem dicemus in nominato consti-
tuente procuratorem ad acceptandum & resi-
gnandum, vt in vim illius procuratori, procurator
non possit resignare quod constituens non habet, accep-
& sic non potest constituere huiusmodi procura-
doct. & resi-
tores. leg. qui superstis. ff. de acqui. h̄eredit. abunde
scripti in tract. nominat. q. 14. nu. 112. & hodie extat
super hoc lex Regia.

32 Sextō non valet citatio facta viuente benefi-
ciario de eligendo post illius mortem. c. bonæ. 2. de eligendā an
elect. quia postquam initium est inhabile, non fir-
matur tractu temporis, quod de iure ab initio non
subsistit, per regul. iuris. Et citatio facta tempore
feriato ad diem non feriatam non valet, teste Bar.
in l. i. S. nunciato. ff. de noui oper. nuncia. facit. l. si
minor. ff. de seruis exportan. l. quod sponsæ. C. de
dona. ante nuptias, & cap. si eotempore, de rescr.
in 6.

33 Septimō idem in electione, vt electus ad bene-
ficiū non vacans puniatur, cūm text. in d. c. i. di-
cat generaliter in locum viuentis nullum ponen-
dum, & eadem rationes in electo habeant locum.
ca. bonæ. 2. de elect. vbi citationem ante mortem.
factam remerariam vocat.

34 Octauō idem in nominatione Regia, vt non
possit fieri de beneficio nondum vacante, siue sit tio ante va-
Episcopatus, siue quāvis alia dignitas. §. i. in verb. cationem
occorrente huiusmodi vacatione, vbi scripti, de non valer.
nomina. Reg. in Concord. [& si facta fuerit, non
valet.]

35 Nonò etiam beneficium non vacans nec qui-
dem promitti potest. c. 2. de concess. præb. abunde
scripti in gl. fati, in procēm. Concord. Franciæ.

36 Decimō quamuis hic text. dicat ponantur, & Collatio ff.
sic videtur, quid debeat in possessione esse cōtra.
riū tamē dicerem: quia per solam collationem
ponitur quis in locum alterius: & hic text. dicit. in ne possesso
verbis finalibus, qui passi sunt se adhiberi succes-
sores viuīs sacerdotibus: & sic sufficit sola patiētia
illius, cui est collatio facta, licet non sit missus in
possessionem.

37 Et iura alia dicunt, ne obrepant in locū viuen-
tis, id est, per obreptionem habeat locum viuentis,
dicens illum fortè mortuum. ca. sicut. in fine. 7. q. i.
Sed in c. seq. ibid. dicitur se prouehi consenserit, &
in c. post electionem, de concess. præb. & in cap. in
apiibus, & c. seq. ibid. 6. q. i. substitui scribitur.

38 Et sic requiritur tātum collatio: imo dicit tex-
tus in ca. infames 6. q. i. qui indigna sibi petit loca-
ergo sufficit sola petitio, per c. sicut vir. 7. q. i. nam,
si non petereatur, Episcopus non conferret: & pro-
hibitivo, prohibetur omne, per quod perueni-
tur ad illud. leg. Oratio. ff. de sponsal. & quā per
eum non stat, cūm id procuret petendo, quoni-
mūs habeat.

39 Undecimō procedit etiam in officiis Regiis, Officiū vi-
vt conferri non debeant, antequām vacent: vt est uenit. i. n.
i. r. rub. De donner benefice ou office, ne confisication anat
la vacation, ou declaration, vbi scripti in 2. tomo. in 2.
ordi. Regiis.

40 Et istem statuitur in stylo Parlament. rub. de concess.beneficij,vel officij nō vacantis: vt pena etiam habeant locum in prouiso à Rege:cum bonum sit argumentum de beneficiis ad officia. Bar. in l.2. §.data.ff.de optione leg. Lucas in l. annonas. C.de erga.militar.anno lib.12. referr.Ioan.Lupus in decre. per vestras,in prin.col.2.de donatio ne inter virum & vxorem,quod non probo in pœnis,qua non sunt extendenda.l. interpretatione. ff.de pœ.salem omnes.

*Ante vaca
tionem non
debet bene
ficium im
perari.*

41 Duodecimò procedit etiam , si de proximo beneficium esset vacaturum,putà per nō promotionem,vel alias.c.licet canon. & ca.commissa.de elect.in 6.vel esset in fine temporis de non conferrandis in c.cùm in cunctis. §. cùm verò,de elect. velesset morti proximus.cap.bonæ.2.vbi doct.Sic consuluit Ancha.conf.397.apparet,col.1.facit.l.nō ideo ff.de rei vendic.& d.c.commissa.vbi totum tēpus elapsum esse debet antequam beneficium. vacet: alioqui beneficium viuentis impetrare quis dicitur.

*Coresuendo
imperandi
beneficia vi
uorum non
valer.*

42 Decimotertiò amplia, etiam si cōsuetudo es fet in contrarium,quia non valet, cùm sit contra bonos mores.Imol.in c.2.de concess.præb.Gomes. in regul.Cancel.20.q.3.in fi.Curt.in ca. fi. de con fluend.vnde mirum est hodie tot homines sic beneficia viuentium ambire,& maximè curiales.

*Subrogari
non abet
quis in lo
cum viuen
tiis.*

43 Decimoquarto extende quoque in subrogatione,nam si quis petat subrogari in locum viuentis,his peccis puniri debet.Imol.in d.c.1.not.1.quia patitur se successorem dari viuo sacerdote: quod prohibet ibidem tex.& ista regul.Canc. quod est verum inuito eo,qui beneficiū possidet, fecus eo contentiente, & resignante ut suprà dictum fuit.

*Episcopatu
vinentis,
vel aliud
beneficium
quis obire
re nō potest.*

44 Decimoquinto habet locū etiam iste text. in quocunque beneficio,sue sit Episcopatus.c. præsentium.7.q.1.sue sit beneficiū curatum,vel aliud simplex,regularē,vel seculare,per c. sicut alteri, in fine.7.q.1.ibi,hec nō solum de episcopis,verū etiam de quibuslibet ecclesiæ ministris in locū viuentis alter obirepat.Nec obest verbum facerdotibus,quod est appositiū in d.c.1.gratia frequentioris vñs, sed ob hoc nō excludit alios,per text.in c. quamvis,de dec.& text.in auth.caſſa.C.de sacro ſanct.eccel.gl.in cle.1.in verb.présidentes,de refra. quam ibi not.& ſcripsi in tract.nom.i.q.5.

*Viuentis be
neficium non
debet ali
cui commi
dari.*

45 Decimosexto extéditur ad commendam, vt beneficium viuentis alteri commēdari non possit quando commenda facta erat à Papa. Caſſador. decisi.3.rub.de præb.fecus si ab ordinario facta es fecit ad sex menſes:quia nihilominus cōferre poterit ordinarius illud beneficium ſic commendatiū. c.nemo deinceps.de elect.in 6.

46 Nec dicitur ordinarius tunc conſerre beneficium viuentis, cùm post tempus prefatum ſex mēſium ille commēdarius nihil iuriſ in eo habeat: ſecus in commēda Papæ,qua fit ad vitam,& habeatur protitul.gli.in pragm.rub.de pacific.poffſell.in cauſſa bene verb.titulum.facit. c. dudum.2.de elecſ.ſcripsi in ſic ſum viue tract.de pacific.poffſor.in concord.in 5.amplia. riſ impensa nu.35.& seq.& ſuperiū in tract.de commenda.

47 Limita quando quis impetraret beneficium.

viuentis ex iusta cauſa, vtpote quia vacat per non promotionem.c.licet canō,de elect.in 6.vel ſi per hærefim,aut per ſimoniam vacet,vel alio modo.vt per totum tit.de ſimo. & c.ad abolendam,de hæreticis.& c.beneficium,de regul.in 6. vel ſi impetratur poſt professionem..

48 Et his caſibus nō videtur cōferri beneficium viuentis,quia iam eſt priuatus iure,quod habebat in eo : & ſic vacabat beneficium, & licet haberet ius retinēdi ex aliqua cauſa, tamen collatio valeret,c.licet Ep̄s,de præb.in 6.c.1.in fine de homic. ibid.Pan.in c.de multa,de præb.facit.ca.poſt elec tionem,de concess.præb.

49 Secundò non procedit, quādo motu proprio *Motu pro* conſerretur gl.in reg.Cancell.20.per tex.in l.1.C. *prio non po* de petit.bonor.subl.lib.10.Anch.conf.397.quia nō *teſſerifor* impetravit,tamen Gomes.in d.reg. tenet contra *vuentis be* tum quād motus pprius ſoleat impetrari:& quia fieret fraſs regulae, etiam quia de ſtylo debet ex pressè derogari.d.regul.Cancellaria, quod non fit per clauſulam motu proprio.

50 Sed ego dicerem penas non habere locum quo ad illud,cui ſic fuit collatum ſi illud non acceptauit, quia non videtur eſſe paſſus nō acceptando:de quo loquitur.d.c.1.alioqui contrā:nempe ſi viuentis beneficium etiam motu proprio collatum acceperauerit,pœniſ ſuperiū contentis ſaltē multa tenetur:quia conueniunt verba,ergo & diſpoſitio.l.4.§.totiens ff.de damno infect.c. indemnatiſbus. §.supradicta,de elecſ.lib.6.

51 Tertiò nō habet locum , quando probabiliter ignorās eum viuere illud impetravit, vel ei collatum fuit.gl.& doct.hic , quia ignorātiā nolumus *per trationē* obligare.l.genera.1.C.de Tabular.libr.10.l.fi. ff.de *benificij vi* decreti:ab ord faciend.ibi,huiusmodi penas aduersus ſcientes parata..& Oldr.cōf.304.infra ſcripta.nu.7.& Iaf.cōf.64.in cauſa.col.5.in 3.vol.quo prætextu ignorantia voluit omnes ſe excuſare.

52 Quamobrem intellige iuſtam credulitatē ex- *Iusta credu* cuiſare à poena : vt ſi fama publica fuerit illum eſſe mortuum.l.cùm quidam. §.quod dicitur,&l. ſi q. ſi qui dem,& ibi gloſ.& doct.C. ſoluto matrim.l.fi. ff. de hæred.inſtit.l.2.quis ordo in bonor.poffſeruerit. vt conſuluit Dec.conf.398. in cauſa. & Ioan.de Selua in tract.de bene.in 3.parte.q.ii. & Sylueſter in verb.beneficium,in 3.q.18.in ſua ſumma.

Quia ſicut iſ,qui vult hæreditatē adire, & ſuccedere alicui,debet eſſe certus de morte,& cauſa additionis,nec debet de his dubitare.l.nec nos, de captiuis.C.& l.q ſi dubitet. ff.de acqui.hæredit. ſic impetrās debet eſſe cert⁹ de morte priuquam perat,vel impetrat ſicut adire volēs.Iaf.in d.conf.64.col.6.in 3.vol.& cōf.127.in cauſa.col.3.vol.4.

53 Et licet igorantia nō debeat puniri, intelligit gloſ. quādo nihil egit,in l.ex maleſiciis. ff. de actio. & oblig. ſecus ſi aliquid egit,vtpote quia impetravit viuentis beneficium: nam iſta impetratio facit, vt debeat exprimere,& exprimēdo ſibi prouideſt: nec ignorantia puniſt, ſed oneratur ad collationem beneficij viuentis exprimēdam,vt Papa vi deat,an illi conſerre debeat:& an inueniatur ma gna

*Ex iusta
cauſa bene
verb.titulum.
ſcripsi in ſic ſum
viue tract.de
pacific.poffſor.in
concord.in 5.amplia.
riſ impensa nu.35.
& seq.& ſuperiū in
tract.de commenda.*

gna vel parua ambitio: & sic nō est poena sed on⁹.
54 Deber etiam collator esse certus de vacatio-
ne & morte, antequām iure conferat, licet possit
conferre, si vacat, gl. in c. 2. de elect. in 6. arg. auth.
hodie. C. de repud. c. in præsentia, de sponf. A. g. id.

Leges ad bellandum ambitionem. Leges ad
acceptatio: & optarem legem fieri, vt si collator
(nisi iusta credulitate ductus esset) conferret ante
mortem, vt suspendetur à conferendo per mē-
sem vel annum, quæ collatio ca. daretur illius ec-
clesie, in qua est episcopus, & quod impretrans be-
neficium viuentis esset perpetuò inhabilis ad illud,
& ad alia quæcunque beneficia, priuatus etiam
esset ipso iure beneficiis, si quæ habet, vt ambito
& habito careret. c. pen. de transla. episcopi: alio-
qui facile ambitio sedari non poterit.

55 Quartò quando expressit in supplicatione, q
iam fuerat ei collatum beneficium viuentis: quia
Papa huic tex. derogare potest, cùm plenitudinē
habeat potestatis. c. proposit, de concess. p̄bēn.
clausulam apponēdam describit d. Philippus Pro-
bus in addit. ad Ioan. Monach. in d. cap. f. col. 2. de
constit. lib. 6.

Vniri portf. beneficium viuentis. 56 Quintò limita per vniōnem, quia beneficium
viuentis vniiri potest ecclesia, sed absque prejudi-
cio possidentis. ca. consultationibus, de donat. cle.
vlt. de reb. eccles. non alienand. nam quod datur.
collegio, nemini datur. c. Episcopus. §. qui manu-
mittitur. 12. q. 2. & sic nullus viuentis mortem des-
iderabit. gl. not. in c. cùm venisset, in gl. 1. de restit.
spolia.

57 Sed fortè omnes de collegio id desiderabunt:
ob id melior videtur ratio, quia per vniōnem non
fit præiudicium viuenti, ideo vniō valēt: sed im-
petratio non potest ab alio fieri, vel collatio sine
viuentis præiudicio: ideo, prouisio prohibetur, nō
vniō: vt plenē scripsi in tract. de vniōnibus.

Ex cōfēnsiōnē. 58 Sextò non procedit, quād ista collatio bene-
ficium suū ficij viuentis fieret ex consensu illius cuius est be-
neficium, tex. in c. beneficium, de regul. in 6. quia
volenti non fit ipsiuria, nec dolus. l. 1. ff. de iure iur.
tex. in c. sicut alterius. 7. q. 1. & sic non haberet lo-
cum, quando is priuō in infirmitate constitutus
resignalset, & mortuus fuisset intra viginti dies,
quia tunc per obitum impretrari poterit.

Coadiutor. 59 Septimò quando esset senectute, vel morbo
vniō dari perpetuo detentus, fortè lepræ: quia tūc ei potest
potest vniō dari coadiutor, vel administrator. c. de rectoribus,
rūe vel ad & c. pen. & c. fin. de clericō ægrotan. c. qualiter, &
seq. & c. nihil. in f. & c. seq. 7. q. 1.

60 Item præsule ab hostib. capto datur à Papa
vicarius in temporalibus, & spiritualibus, quo us-
que durabit impedimentum. cap. si Episcopus, de
supplenda neglig. prælat. in 6. facit. clem. 1. de foro
compet. & de hoc scripsi in tract. nomina quest. 8.
num. 27. sed eo reuerso cessabit potestas huius vi-
carij.

Transferri. 61 Octauō nō procedit in translatione: nam Papa
potest vniō ex causa necessitatis, vel velitaris transferre ali-
m aliud b: quem potest, c. in apibus, in f. 7. q. 1. Sed secundum
ne. cōfēnsiōnē. rei veritatem non viuenti, sed defuncto quodam-
modo Episcopo probatur quem substitui. text. ibi

& superius scripsi, de transla.

62 Nonò cum aliquis relicta priori Cathedra, sua
autoritate ad aliam trāsierit, & alias ei substitutus
fuerit: licet illi priori ecclesia Episcopus esse non
desierit, substitutus tamen Episcopatum habebit
[quia deliquit qui sua autoritate se transtulit,] cap.
Pastoralis, in fine. 7. q. 1. & c. seq. & cap. penult. de
transla. Episcopi.

63 Item beneficium viuentis impretrans censetur,
qñ tantum tempus nō erit lapsus, intra quod po-
tuerit verisimilis notitia mortis haberit: vt per reg.
28. de qua inferius scribam in tract. renuncia.

64 Item collatio facta de beneficio non vacante *imperatio*
non conualefecit, si postea moriatur is, cuius colla-
tum fuit beneficium: quia non firmatur tractu tē-
poris, quod ab initio de iure non subsistit. reg. non
firmatur, de regul. iuris, in 6. leg. quod in initio, illo
tit. ff. & sic docet Barb. in c. cōsultationibus, not. 1.
per illum, text. de dona. facit quod not. in ca. f. de
iure patro.

65 Decimò non procedit in beneficio vacante, *Beneficium*
non tamē libero, vtpote, quia est collatum absen-
ti, si is non acceptet, vel moriatur, mihi cōferri po-
test etiam ab ordinario: quia rationes regulæ locū
non habent: vt docet Anch. in cap. si tibi absenti,
col. 2. de præb. in 6.

66 Undecimò limitatur in eo qui conuertit ad fi-
dei unitatem aliquem locum, quem si postea te-
nuerit per triennium, nemine ab eo illum repe-
tente, vteriusab illo non repetetur. c. 1. de prefcr.
sed ibi hoc est in fidei fauorem: vt ibi scripsi [in
meisinterpret. ad ius cano.]

67 Vltimò non obtinet locum præfara regulæ, *Pena non.*
quando collatio fuerit facta procuratori meo, & *incurret do-*
ego nō acceptauerim: tunc nullam penam patiar *minus pex-*
ante ratihabitionem, quia nullus præbui offen- *collationē*
diculum, nec culpam: ergo sine causa puniri non *procuratori*
debeo, reg. sine culpa, de regul. iur. in 6. Anch. cōf.
397. apparet, col. 1. & quia non videor passus me
substitui, postquam non acceptauī.

68 An verò sufficiat derogatio generalis? Resp. *Derogatio*
putarem non sufficere, tum quia ex stylo apponi *specialis est*
solet: & iste casus est ignotus Pontifici, ergo nō vi-*facienda*
detur illi derogare, nec tollere, quod ignorat. 1. *nec genera-*
mater. ff. de inoffic. testam. & quia non recipiatur *li. efficit.*
derogatio regularum, nisi expressæ fuerint. Gom.
in proc. regul. Cancell.

69 Alioquin nihil prodesse ius, nec regula: quia
semper derogatio generalis apponi solet, & sic
nunquam procederent ista penæ, contra benefi-
cia viuentis impretrantes: quod nequaquam est di-
cendum: ob id sentirem hodie etiam hoc obseru-
ri in hac pena, vt nō valeat collatio facta ab ordi-
nario ei, cui semel collatum fuit beneficium viuen-
tis, nec quidem si à Papa, nisi fuerit expresse de-
rogatum, quia subreptitia diceretur hujusmodi
prouisio, teste Petro. de Vaxio, in tract. de elect. 1.
parte, cap. 10.

70 Et an supplicatio Papæ probet impretrans? *probari*
probari decidit Gomes. in d. regul. 20. q. 5. & si pars
neget eam impretrans, quis habeat probare, ibi-
dem vide.

Sed Subrogatio & gratia si neutri, si nulli, seu noua prouisionis, aut perinde valere taliter impretranti nullatenus suffragetur.

GLOSSA OCTAVA.

P. tñier nō
d-bet subro-
gari.



Ntellege non valere subrogationē, nisi sit regulē isti derogatum: & Papa solet derogare potentibus, usi inifferenter, ut vidi, quod potentiori denegaret per rub. C. ne liceat potentiori: & lvnā. C. si quacunque prædit. potesta. hocq; fuit denegarum tempore Inno. 8. Cardinali sancti Petri ad vincula, teste Io. Staphil. in tract. de literis gratia fol. 165. de literis iustitia.

2. Vnde dicit in supplicatione debere apponi ista verba, Attento quod Orator non est cedente potentior, &c. licet derogetur, etiam pro potētiorē, & favorabilius: tamen si non sit expressum in supplicatione, quod est potentior, non valet derogatio, per not. in c. i. de aliena iudic. mutan. causa facta, & l. i. & per totū ff. illo. tit. plenē scripti in scholasticor. priu. 177. & in constit. Reg. tract. de cef- sio. in 2. tomo. Gomes. q. 15. dicit hodie inifferenter Cardinalibus concedi derogationem: ideoq; prælati per saxa, & per ignes ad Cardinalatus apicem aspirant, & quandoque pecunia: quod est testabilius: & hic est quartus casus in quo regula flectit.

3. Si tamen unus colligans obtinuerit sententiam in sui fauorem, quæ in rem transiuerit iudicatam, poterit etiam potentiori cedere, cum derogatione regulæ: tunc enim omnis præsumptio malitia cessat: nam tunc nō videtur inductus, quod de iure suo diffideret: ut doct. not. in c. 2. de alien. iudic. mutandi, sed hoc casu requiritur, q; sententialata fuerit contra omnes colligantes: nec sufficeret cōtra unum latam esse, quia cum illo collusio posset esse, test. Gomes. in q. i. super hac regula.

Subrogari: 4. Quintus casus quando quis petit subrogari in locum illius, qui tres sententias conformes obtineat, & antequam executioni de mandata efficiat: nō sent. mortuus fuerit: tunc ei qui in locum talis pēcatis qui tres tit. subrogari, necesse nō est, quod petat derogari isti regulæ: quia hic casus in ea nō comprehenditur, cum lis iam sit finita, per clem. i. de re iudic.

5. Et idem si finita erat per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam per tex. in c. i. de litis cōtest. in 6. Et sic cūm lis sit finita, non præfertur colligantis impetrans, etiam si huic nō sit derogatū reg. Gomes. q. 14. gl. & doct. in c. fi. vt lit. pend. in 6.

6. Sextus casus quando duo super beneficio litigianti mortui gabant, ambobus mortuis non potest subrogari tertius, quia lis est iam finita ideoq; prosecutio liti. tertius tis finitæ fieri, non potest, leg. cum lite mortua. ff. subrogari. iudic. solui. Bonifa. Vital. in cle. i. in 4. concl. vt lite penden, non prohibetur tamen hic tertius beneficium illud de nouo impetrare, cūm vacet.

7. Septimus casus quando lis esset iniuste mota contra mortuum fortè triduo antequam deceperet tunc illa motio litis non inducit virtum litigio. si. l. i. ff. de litig. plenē scribit. Cassador. decil. vlt. de dolo, superius dictum fuit.

Quod etiam strictissimè obseruari mandauit in impetracionibus beneficiorum per priuationem, & amotionem ex quibus suis criminibus, & excessibus forsitan perpetratis, etiam si usque ad definitiū sententiam, que tamen in rem non transferit iudicatam, processum foret.

GLOSSA NONA, & VLTIMA.



Ctauus casus, est in quo nō potest subrogari is qui beneficiū impetravit tanquam vacans per crimē: nam si postea is moriatur, etiam post sententiam priuationis, nō poterit iste impetrans subrogari: nisi sententia priuationis transiuerit in rem iudicatā, ad hoc vt fraudibus obvietur: quia posset aliquis accusare senē, aut valetudinarium, vt cūm pendente processu contingere eum mori, colligas iste fraudulentus subrogaretur: quamobrem secundum hunc text. non valebit subrogatio, nec prouiso noua, nec gratia si neutri, aut si nulli.

2. Idem statuit Alex. 6. in suis regulis, tit. de signa.

Subrogatio grā. videlicet non dari subrogationem vbi lis est impedita,

super priuatione: quia tunc beneficium non est li-

mis: principalius, sed persona videlicet quia nō differit

de titulo beneficij, sed de persona: & q; a nisi prin-

cipaliter agatur de beneficio, impeditur subroga-

tio, Do. & Franc. in d. c. fi. vt lite pend. in 6.

3. Et idem Alex. statuit in tit. de derog. iuris p. nisi

obtineatur à Papa rescriptum, in quo mādetur iu-

dicibus de causa cognolcentibus, q; adueniente

priuatione prouideatur dicto impetranti, adiecta

clausula Decreti: & postea scribatur sic, quod si d.

talis delinquens metu priuati us interim benefi-

cacia in fauorem alterius etiam unibus nostris

cesserit resignatio huiusmodi.

Oratoris sit, & esse censetur post priuationem. sententia Do.

Probūs in c. p̄f. sū, dē offi. leg. lib. 6. Gomes. q. 7.

4. Sed in hoc regnum parū prodesse hoc rescri-

ptum, quia inducit reseruationem, quæ omnino

prohibita est in regno Franciæ: ideo iste vix pro-

hiberetur à resignatione coram Papa, si faceret

mentionem istius reseruationis.

5. Et sic nota quod nō datur subrogatio, nec gra-

tiā si neutri, vel si nulli, perinde valere, vel noua

prouisio, vbi contra aliquem agitur de crimine, &

is moritur: tūc antequam priuetur, nō subrogatur

alius in locum illius: quia beneficium non est litigiosum, sed persona accusata: & ideo pendente pro-

cessu accusatus poterit cedere ante sententiam

priuationis. gl. in d. verb. finita. c. vlt. vt lit. pen. in 6.

c. Per tuas, in fi. de sim. nec poterit eo mortuo pro-

cessus prosequi contra mortuum ad effectum priu-

ationis, quia crimen extinctum fuit morte. I. defun-

cto. ff. de pu. iud. Austr. in dec. Tholof. q. 436.

6. Non potest tamen ille accusatus lite pendente

permutare: vt abunde tradit Bočr. in dec. Burdeg.

q. 205. tractatus, alibi tamen dicam.

7. Item non datur subrogatio in beneficiis consi-

storialibus, hoc est in monasteriis virorum valorē

ducentorum florenorum auri cōmuni xstima-

tionē excedentium quia talia sunt reseruata suprā

Accusatum

pendente ac

cusione ce

dere potest.

In benefi-

cis confi-
ffis

ralibus nō

datur subro-

gatio.

in

in regul. cancellariae.

8. Et de illis solet Papa prouidere consistorialiter: ideo in illis non datur subrogatio, nisi præcesserit alia prouisio, vel commenda consistorialis. & ita seruat stylus curia Romana, teste Staphil. in tract. de liter. grat. tit. de liter. iustitiae, super commissiob. Eſt & alius casus plus dicens, videlicet non admitti resignationes talium: sed in hoc regno Franciæ istæ reſeruationes ſunt ſublatæ, ſic subrogationes non prohibitæ.

9. Supereft alia regula pulchrè huic materiæ conſentanea, qua seruatur, ob id eam hic inſerere nō erit extraneum.

Regula cancellariae XXXV. De impetrando beneficium etiam per annum pacifice poffeffum, alias de annali poffeffore.

Item sanctissimus dominus noſter.

GLOSSA PRIMA.

Sta regula eft vtilis, & seruatur in Frâcia, vnde impetratio iudicatur ſubreptitia, & nulla: niſi exprimantur ſequétia, qua ſunt in forma propter clauſulâ Decreti: vt notat Felinus in c. cum dilecta, de reſcr. Scripti in forma mandat. in Concordatis, quando aliquid de forma ceneſatur: & hoc eft introductum, ratione ſequenti.

Vt improbi lites exquirentium motus reprimantur voluit, ſtatuit, & ordinavit quod quicunque.

GLOSSA SECUNDA.

Ratio huius regule de annali poffeffore. Ationem & cauſam ſtatuti hic adiicit, videlicet vt motus improbi eorum, qui lites exquirunt reprimantur: reprimetur autem quandoquidem non valebit impetratio: & cum impetrantes condemnabuntur ad expensas, damna, & ad mulctam: non quod exquirētes lites tam latè ſint improbandi, quemadmodum nititur Gomes. q. 1. & 2. ſed eorum motus improbi potius arcēdi. Ratio quoque potest eſſe, vt certa & indubitata ſit impetratio, quod facilius Papæ voluntas verè poſſit elici, ac ne ſub inuolucro verborum decipi valeat. vt dicunt Bald. & alij in c. cum olim de re iudic.

Beneficium ecclesiasticum.

GLOSSA TERTIA.

Beneficij nomine & officia, & alia beneficia compenduntur. Omprahedit officium, & dignitatem ecclesiasticam, gl. in clem. auditor. de reſcr. & quacunque alia beneficia: vt ſuperius ſcripsi: & ex ratione regulae comprehenduntur etiam beneficium, quod eft ſub patronatu laicorum, & in caſibus, quibus valet impetratio, nempe quod certa ſit impetratio. Cum igitur conueniat verba, ſic quoque diſpoſitio. leg. 4. §. toties. ff. de danno infecto. c. indemnitatibus. §. ſupradicta. de elect. lib. 6.

Et intellige quicunque beneficium impetrave-

rit, ſiuē per ſe, ſiuē per alium, comprehenditur ſub hac regula, vt eft inſrā: potest enim alius in amicis tef impetrare beneficium impetrare, gl. in cap. non nulli, in ſi. de reſcr. per hoc verbum, qui cuque inſtriorum amicorum.

quia inducta ad vnu effectum, nō debent contrarium operari effectum, leg. legata inutiliter. ff. de leg. i. licet Gomes. q. 55. & feq. dicat iſtam regula defendere inhabiles, dummodo non ſint execrables, quod eft mirum: quia hęc regula non ſolum eft in fauorem poffefforum inducta, ſed ut certior reddatur Papa de beneficij vacatione, & à quo detineatur. & hic ponitur forma expressionis, quā omittens obſeruare nequaquam iutabitur huius beneficio regula: quia contemnere videtur, non exprimendo quod debet. Ideo ſi etiam hereticus vel ſimoniacus poffederit beneficium per annum, quod ego velim impetrare, oportet exprimere nomen poffefforis, gradum, nobilitatem, & quot annis ipſe poffedit, alioqui impetratio nulla eft. ſic loquitur iſte text. generaliter loquens, quicquid iactet Gomes. multa profundens hic, que pa- rum textui conferunt, quandoquidem nō tuerit inhabiles, ſed repellit impetrantem à ſua inepta impetratione, qua videlicet non expressit hic ſta- tutum, & per hoc ceſtant omnes rationes Gomes. in quibus valde laborauit ſed fruſtra.

Si tamen inhabilis de facto impetraverit beneficium, puniendus eft ad damna, intereffe, & ad mulctam, vt ſtatuit hęc regula. in fine: ſtultus enim & inhabilis non debet eſſe melioris conditionis quam habilis. c. eum qui, de p̄eb. in 6. & quia lites exquirit: & motus exquirentium lites reprimendi ſunt per hanc regulam.

Tunc per annum.

GLOSSA QUARTA.

Notafrequentia requiri, antequam hęc regula locum habere poſſit. Primo, q. poffefforū de- beneficium fuerit ab aliquo poffeffum per annum integrum & compleatum, vel plenus. vltra, per hoc verbum tunc f. impetracionis tēpo- re: nec haberet locum huius regulae decisio, ſi poffeffum fuileſt tantum per decē, vel vndecim menses cum dimidio, niſi fuerit annus compleatus. l. 3. §. 1. ff. de minorib. niſi in denotione: vt inſrā dice- tur. Et pro dec. huius regulae facit text. not. in §. fi. ſi de inuest. inter dom. & vassal. oriatur, vbi poffeffio annalis inducit p̄aſumptionem pro vassallo quando ſciente dño & non cōtradicēte poſſe- dit per annum: ius quoque retrahendi feudum il- licite alienatum p̄aſribitur anno computando à die ſcientie contra agnatum non proximum, in §. Titius filios, ſi de feudo defuncti content. ſit inter do. & agna. vassal. §. porrò, qualiter olim feudum poterat alienari. Et vide quā ſcripsi in articul. 2. de mate. poffeff. in 3. tomo ordin. Reg. vbi poſt annū non auditur quis in interdicto, vti poſſidetis.

Et computatur hic annus à die, quo adeptus eft beneficij poffeffionem iſ. cuius beneficium impe- tratur, & poſteā per annum pacifice poſſedit, & cum iur.

Regula de impetrand.benef.&c.

hic non agatur de iure secundi impetrantis, sicut in iuribus suprà adductis pro vassallo, dicerem in anno isto non requiri scientiam ultimi impetratis: adeò quod si possederim beneficium per vnu annum te ignorante: adhuc haber locum ista regula, vt debeat exprimere in tua impetratione, quæ hic requiruntur: aliovi nullius momenti erit impetratio, cùm iste textus non exigat scientiam, sed possessionem, & alia infra descripta.

Immediatè præcedentem.

GLOSSA QUINTA.

Secundò requiritur quod possessum fuerit per annum immediate præcedentem impetrationem: vnde si nunc possederit per sex menses, & postea aliis, denum primus per alios sex menses: non habebit locum hæc regula, per hoc verbum immediatè præcedentem facit l. si idem cum eodem ff. de iuris omnium iud.

Annus continuus regratur ab uno non à duabus. Et sic nō habebit locum in cessionario, vnde si post annum resignauerim minori curatum beneficium: & alius impetraverit, antequam hic minor possederit per annum non habebit locum hæc regula, quia non possedit immediate, vt requirit iste tex. nec ipse, sed alius: & iste tex. non loquitur quod quis possit iuuari possessione alterius quæ est facti, l. denique ff. ex quib. caus. maior. l. Pomp. de acqua possed. scripsi in tract. de pacific. possess. num. 267. quicquid dicat Gomes. q. 34. quia hic intelligitur de proprio possessore, non decedente: alioqui ista regula semper pcederet, quia prædecessoris semper allegaretur annalis possessio: & hoc clarū est, ob id alia non adducam: licet hoc Gomes. firmet. q. 43. cui resp. in tract. de pacific. possess.

Pacificè possessum.

GLOSSA SEXTA.

Pacificè quando dicitur. **T**ertiò requirit, quod quis pacificè per annum illud beneficium possederit, id est sine lite & controvëria: ideoque citatur etiam nulliter, dummodo processus sit introductus, non dicitur pacificè possidere, quia non sine lite & controvëria possedit. cl. grat. de rescr. plenè scripsi in tract. de pacific. possess. in 3. limit. num. 164. & seq.

Pacificè an possesso an per ciuitatem in uadam interrumptatur. Verum tamen animum suum hic Gomes. an. pacifica possesso interrupatur per citationem, nullam, vel sequestrum. Sed quorsum hæc, cùm iste dicat impetrantem debere exprimere eum, qui pacificè possedit per annum, si beneficium sit sequestratum: si processus sit introductus, siue iure, siue iniuria, non dicitur pacificè possedit: ergo nō habet locum regul. alia non probbo, quia hæc sunt plana.

Non recipi fructus an pacifice dicatur possede re. Afferit etiam idem Gomes. q. 47. eum qui non recipit fructus, non dici pacificum quo ad ista recipiunt an pacifice dicatur possede re. Cuius tamen sententia non essem, quia is qui sine controvëria possidet beneficium, dicitur illud pacificè possidere: nam licet nō recipiat fructus ratione priuilegij, c. si propter de rescr. libr. 6. c. si tibi de præb. tamen non munus dicitur pacificè

possidere titulum beneficij: & ideo impetrans tenetur exprimere ea quæ hic statuuntur, pluribus hoc probarem: ni tam facile videretur, & clarum, quod Soli faciem esset admouere. Annus etiam computatur à die litis finita, cum cœpta semel effectis. & intellige hic possessum, siue cum titulo, siue non, vt docet Gomes. q. 33. & sic habet secundū eum locum etiam in minore, qui possedit beneficium curatum sine dispensatione: quia hoc est introductum, vt certior Papa reddetur de possessore beneficij, & sic non in fauorem possessoris simpliciter: vt in 2. gl. dixi. Ideo habebit etiam locum contra simplicem possessorem sine titulo pacificū annalem alias si voluisset, dixisset habentem titulum. c. ad audientiam de decimis.

Et quod certo modo vacare pretenditur.

GLOSSA SEPTIMA.

Vartò quod beneficiū prætendatur certe modo vacare, alias diceretur quis beneficiū viuentis impetrare, quod est prohibitum, vt suprà dixi in regul. proxima: & tenetur hic impetrans certum modum vacandi exprimere. c. suscepsum de rescr. lib. 6. alias non vallebit impetratio, etiam si diceret vacare per modum in cancellaria exprimendum, vt in regul. Cancel. 40. sed potest exprimi quilibet vacationis modus, etiam per resignationem: vt docet Cassador. in dec. 15. super hac regula.

Nec habet locum, si reformetur prima gratia, quæ erat nulla, eo quod non fecerat mentionem. *Reformatio in prima illius regulæ: quia licet prima sit nulla, reformatio tendit ad hoc, vt det illi spiritum vitæ, & quod in vacat.* primæ gratia fuit omissum, per hanc secundam gratiam suppletur omissum in alia, gl. in c. si Apostolica, de præb. lib. 6. Gomes. q. 29. quod mihi parum arridet: nam aut est derogatum in secunda gratia, huic regulæ: & tunc propter derogationem non est dubium regulam non habere locum.

Si autem secunda gratia, quæ est reformatio primæ non deroger regulæ, oportet quod causa exprimatur, cur prima gratia nō valuit: ergo debent exprimi ea, quæ hic continentur, alias non valeret reformatio: vt de his plenè scripsi superius in bullæ & hoc docet expressè, gl. quam allegat Gomes. & dicit ita curiam seruaret: & illam gloss. probant ibi doct. & Felin. in capit. in nostra. correlat. 16. de rescript.

Deinceps impetraverit.

GLOSSA OCTAVA.

Vintò requiritur, quod illud beneficium impetretur & c. effectu. l. prima. ff. quod quisque iuriis, non enim habet locum in volente impetrare, nec impetrante quidem, sed non prosequente, nec etiam procedit in eo, qui impetraverat, tempore huius regulæ. Cùm tex. dicat deinceps, & sic iste textus futura respicit, nō præterita, sicut de natura legis est. c. fi. de constit. Ideo si quis impetratione sua velit ut, locum habet

*Impetrans
mox pro-
prio, siue in
piat de regula: alioqui non procedet: vt docet Gome-
l. q. 4. habet quoque locum & si motu proprio co-
exprimere cedatur: quia hic impetrans dicitur, & eadem est
ratio: vt plenè scripti in forma mand. in verb. mo-
tu proprio, id est siue impetraverit in titulum, siue
in commendam, cum non possit diuersa ratio assi-
gnari: vt etiam docet Gome. quest. 26. etiam siue
in vim nouæ prouisionis, si neutri vel alterius gra-
tia ex identitate rationis: vt docet idem Gome.
quest. 28. & putarem habere locum tam in impe-
tratione à Papa facta, quam à legato, quæ fer-
ez qui parantur. c. fin. & clem. fin. & de offic. legat.
in s. & clem. sed non in ordinario in quo ista non
exprimuntur. d. clem. vlt.*

Nomen.

GLOSSA NONA.

*Nomen &
cognomen
possessoris
in impetr-
atione exprim-
endum.*

Sexto in impetracione requiritur nomen & sic nominis expressio illius, qui posse-
derat beneficiū pacificè per annum: &
quamvis iste tex. nihil exprimat de co-
gnomine, tamen illud etiam debet exprimi, quod
videlicet certior impetratio reddatur: imo etiā si
plura haberet nomina: nam quod de uno dicitur,
& in duobus procedit. l. singularia. & l. certum. ff. si
cert. perat. scripti in §. teneantur. de collat. in Con-
cord. nec sufficeret exprimere tale beneficium. S.
Seuerini Pa. indebet possidum, non exprimendo
nomen possessoris, cognomen, & ista quæ text. hic
requirit.

Gradus.

GLOSSA DECIMA.

*Gradus pos-
sessoris effi-
exprimendus ab im-
petrante.*

Septimo debet exprimi gradus possesso-
ris beneficij, si quæ habeat, & si possidum
fuerit beneficium à doctore, etiā si illud
fuerit vnitum, verum tamen per annum ab eo
possidum: oportet enim illius nomen, & gradum
exprimere: & tunc habebit locum hæc regula cum
impetrans afferit non esse vnitum, & ita iudicavit
Rota, teste Cassador. in deci. 13. utrum obtinens,
super hac regula. Et Gome. q. 25. refert gradum
quoque hic accipi pro dignitate: vt impetrans di-
gnitatē possessoris exprimat, si forte sit protonota-
rius, aut alia prædictus dignitate, vel gradu docto-
rus, seculicentia: & vt in reg. prærog. lulij. iij. & in §.
teneantur, de colla. in Concord. ideo qui talium
possessorum beneficia vult impetrare, debet hoc
conditionaliter exprimere, siue is occulte, siue
palam doctor effectus sit, quia fama debet inspici:
& si videat istum iura, vel Theologiam interpre-
tari, dicat eum doctorem: quia tales sic consue-
runt esse, & dicat forsan, vt supra scripti. Pa. in c. i.
de fer. scripti. in Scholast. priuileg. quod possit quis
profiteri, etiam si vere non sit doctor.

Et nobilitatem possessoris eiusdem.

GLOSSA Vnde CIMA.

Ctaud nobilitas possessoris beneficij est Nobilitas
exprimenda, in hoc casu, si fuerit nobilis possessoris
& sic consideratur hic nobilitas, vt in ca. annalis ex-
de multa. de præben. gl. in c. constitutis. de appell. primanda.

Licet regulariter impetrans beneficij non te-
neatur exprimere nobilitatem: quia nobilitas non
est causa retrahendi concedentem, sed inducen-
di, cum non sit apud Papam acceptio personarum.
c. venerabilis. de præbend. doctor. in ca. ad aures.
de rescript. Ioan. de Selua in tractat. de benef. in
3. parte. q. 12. & intelligo hic nobilitatem siue ex vtro-
que parente, de qua in d. c. venerabilis, siue ex pa-
tre tantum, quia nobilitas non procedit à sola ma-
tre. l. nullus. Cod. de Decur. lib. io scripti in §. cum
verò de collat. in Concord. & sufficit quod ad no-
bilitatem exprimendam, istum, cuius beneficium
imperatur, reputatum esse nobilem. arg. l. Barba-
rius. ff. de offi. præt. & si ignoraret an sit nobilis, pote-
rit in signatura apponere à tali N. &c. qui forsan
nobilis existit, &c.

Et quantum ipse possedit.

GLOSSA DVODECIMA.

Nono exprimi debet, quot annis possede-
bit beneficium: quia post tres annos, Papa
nollet conferre, si cum colorato titulo
possidisset: vt in reg. seq. & abunde scri-
psi in tract. de pacific. posset. non tamen haberet
locum ista reg. si beneficium hæretici impetrare-
tur cum sit ipso iure priuatus. tex. in cap. quo iure,
vbi Dom. & Ale. 8. distinet. hoc expresse fuit deci-
sum in Rota, vt refert Cassad. deci. 14. super regul.
Cancel. sed tutius esset exprimere, vt superius
scripti, nam postquam hic hæreticus, vel simonia-
cus tenet, pro possidente habetur. c. eum qui, & c.
si beneficia, de præb. libr. 6. scripti in tract. nomina.
q. 9. nu. II. & quamvis Gome. hic q. 38. dicat quod
impetrans petit in sua impetracione derogari reg.
ista expressione opus est, alias non. Ego dicerem.
impetrantem inditu. Ita teneri exprimere supra-
dicta, & quot annis ipse possidor tenuit: vt Papa
videat an triennium sit elapsum, vt non moleste-
tur possidor triennialis, iuxta reg. Cancel. in tract.
de pacific. posset.

*At specificam & determinatam (ex qua clare poterit
constare, quod nullum ipsi possessori in beneficio
ius competit) caussam in huiusmodi im-
petratione exprimere.*

GLOSSA DECIMATERTIA.

Cecimo oportet caussam exprimere spe-
cificā non in genere, vt si diceret vacans
nam expressionē in individuo requirit
primē: in
hic textus ibi, & determinatam: ex qua
expressione clare pateat summo Pontifici, quod in beneficij
possessor nullum ius in beneficio habet, vt pote annalis pos-
quia erat excōmunicatus tempore collationis sibi
factæ ab ordinario: vel alia caussa exprimatur, ac
modus vacandi, alioqui impetratio non valet: quia
Papa non intendit derogare iuri alterius, vt supra

Regula de impetrand.benef.&c.

dictum extitit, nec beneficiū nondum vacans cōfere intendit. c.1. & per totū de concess. prēbend.

Si tamen quis diceret derentorem nullum ius habere, nullóque titulo, nullóve iuris adminiculō iuuari, sed temerē, & de facto per annum detinuit. c. beneficium tale horum verborum expressio sufficit, licet nulla alia causa exprimatur: nā illa verba nullo iuris adminiculō operantur, vt possit dici illum possedit de facto, & temere, postquā iuris non habebat adminiculum: nec aliter hoc casu fit derogatio, vel mentio istius regulæ, cūm clarē sit expressum, cō quod de facto, & sine titulo dictum fuit.

Casus in quibus valet impetratio sine expressione.

Si vero dicatur partem nullum habere titulum, saltem canonicum, quia non exprimitur specifica causa, quare ius illi non competit: ideo derogandum est ut regula in hoc, & quo ad hanc partē, quia nō expressa causa, & iste est stylus curie Romane.

E hic ista regula non habet locum, quando illi est derogatum. Item quando in signatura est apposita illa clausula, Quod maior specificatio fieri possit nominis, gradus, nobilitatis, & temporis, postmissionis, &c. vt scripsi suprā in signatura, vide etiam alios casus, quies in proxima regula scripsi. Ethic requiritur clara expressio, nō amphibologica, nec incerta: alias imetratio confusa non valeret gl. & doct. in c.2. de elect. in 6. nec etiam in resignatorio, & in eo qui possedit in proprietatem, videlicet tanquam vñitum: vt Gomel. hic plenē explicat.

Et infra sex menses ipsum posseforem ad iudicium enocari facere.

GLOSSA DECIMA QVARTA.

Possessor intra sex menses est ad iudicium venandus.

Ndecim oportet imetrācē curare, vt possessor euocetur intra sex menses computandos à die, quo hic imetravit beneficium à Papa, alias imetratio nullius est momenti: vt in hac regula habetur, quia interdum imetrans non agebat per annum: ideo statuitur vt intra sex menses quis agat: vt vult in simili. l. diffamari. Cod. de ingenu. & manusmiss.

Fallit si propter bellum, vel aliud iustum impedimentum non potuisse habere literas: vt scripsi in §.1. in verb. impedimento. de collatio. in Concord. & in tract. de excusa. & exonii in 3. tomio constit. regiar. Gomel. q.14.

Idem si possessor vel imetrans mortuus fuerit ciuiliter, aut naturaliter, vt excusat, si nō fecerit intra sex menses euocari: facere possellorem, quia per eum non stet: cūm igitur per eum non stet, ei non est imputandū. l. in iure ciuil. ff. de reg. iur. & idem si contentus cedar, vel decedat ante annum: vt etiam excusat imetrans, si non fuerit hoc prosecutus vñque ad sententiā: vt docet Cefad. in decis. 16. idē quod super hac regul. Cancell.

Veruntamen istud tempus solet per Papam prorogari, antequam sit elapsum, quia post lapsum prorogari nō potest. l. sed si manente. ff. de precar. testis est nobis Staphil. in tract. de literis gratia. fol. p. sed iterū poterit beneficiū imetrari: & in hoc Franciæ regno sufficit intra annum agere possefō-

rio coram iudicibus Regiis: & sic nō seruatur hēc regula quō ad hoc.

Causam que ex tunc, desuper infra annum usque ad sententiam definitiū inclusuē proferre qui debet, & teneatur.

GLOSSA DECIMA QVINTA.

Dodecim oportet causam inchoatā in tra sex mēs prosequi, ita ut sententia intra annū à die vocationis in ius com- purandū consequat: perhōc verbum; Extunc. prosequi debeat, non dicit finiri: quia hoc non est in partis pōtestate semper sed interdū in- dicis: vt in l. properandum. C. de iudic. & sufficit quod non stet c per partem: non vidi tamen ob hoc beneficium amitti in Francia, vbi processus sunt longissimi. Solent tamen imetrantes quandoque à Papa prorogationē imetrare: vt suprā dixi in patria obedientię, quod rārum est in hac patria, cūm in hoc non seruetur.

Idem si mortuus fuerit imetrans intra annum, vt non imputetur, si non fuerit prosecutus ad sententiam, vel si cesserit: potest enim cedere in qua libet parte anni ante finem, pē text. in commissa. de elect. in 6. Sic concil. Cefad. decis. 17. quō ad dictum in hac reg. Cancel.

Alioqui imetratio predicta & quecumque inde secuta nullius existat firmatis.

GLOSSA DECIMASEXTA.

Ge hic decretum annullans, vt nō va- leat imetrations facta nisi seruata *tā in can-* *fa appellati-* *onē potest* *contra im-* *etratiōne* *inuidam.*

formā hic posita, nec inde secuta: & sic in secunda instantia poterit opponi ad annullandum primā sententiam: vt decidit Cefad. decis. 12. obtinuit super regul. Cancel.

Intellige quād is qui possedit per annum, potest se iuuare possessione annali ad excludendum imetrantem, ed quod non expressit ea, quæ hic statuta sunt, sed non ratione suæ possessionis annalis, sed subreptionis: quicquid dicat hic Gomel. q.44. vbi multa scribit super hoc. Sed vt arbitror, extra oleas vt quilibet videre poterit per istū text. sed tamen pulchrè elucidat ista verba, & inde secuta quæstio. 78. vide ibi, si non graueris.

Et idem imetrans de damnis & iusteresse possefō rem predictum propterea contingentibus es satisfacere & si possefōrem ipsum iniuste, friuale, & indebitē molestasse repertus ext. terus.

GLOSSA DECIMASEPTIMA.

Ondēnari ergo debet is imetrans, qui ad iudicium vocavit temerē possefōrem *temere con-* *beneficij in dānis, interēsse, & expēnsis: demāndare* *vt scripsi in constit. reg. in titu. de mater.* *te: in expē-* *possefō. art. 12. & in tit. de exp. dam. & interēsse. 3. sis dānis* *& interē-* *simo cōmetita. facit l. eū quē temerē, ff. de iudic.* *quia*

& hic non exprimit condemnandum in expēnsis.

Quia satis à iure expressum est, ut vixius victoriū expensis condemnari debeat. l. properandū. §. sin-autem alterutra. C. de iudic. ideo condemnabitur iste impetrans, iniuste etiam ad expensas, intellige si petatur à parte: vt dicit gl. in c. f. de rescript. ideo pars potest impetrationi renūciare, & possessor etiam petitioni expensarum, sed quo ad mulctam non poterit sine Papæ procuratoris, vel domini assensu: quia hæc mulcta ad eum pertinet, quamvis prolixè distinguat hic Gomes. q. 7. putas etiam hic q. 40. hodie non esse in usu, vt quis ad interesse condemetur: quia interesse & damnum, idem videtur. Sed aliter responderem damnū dicā diminutione. l. 3. ff. de damno infecto. Secus in interesse, vt scripti in interpre. l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod intereat: ideo etiam hodie interesse debetur: & iudices quotidie condemnant ad interesse in beneficialibus: vt scripti in tertio commenta. tomo constit. Regiar. Et sic nota hic, quod si quis impetraverit beneficiū pacificè possatum per annum, non exprimendo quæ hic statuantur, impetratio erit nulla.

Si autem post impetrationem non vocauerit in ius possessorē, non condemnabitur: vt dicit hic tex. Sed si vocauerit in ius post sex menses, & vsque ad sententiam perseverauerit, & prosecutus fuerit, ad damna, interesse & expensas condemnandus erit: & hoc videtur decidere. Gomes. q. 82.

*Quinquaginta florenos auri persoluere camera
Apostolia sit astriktus.*

GLOSSA DECIMA OCTAVA.

In iusta lisi  **T** sic patet mulctam Apostolicæ camere: esse soluendam: quod est verum in terris Papæ subiectis quod ad temporalē iurisdictionē, alias applicaretur illi fisco, qui habet temporalem iurisdictionē in loco: vt scripti in l. si qua pena. ff. de verb. signis. Et sic iniuste litigans non solum condemnatur ad expensas, damna, & interesse, sed etiam ad mulctam vt hic facit §. statuimus. de fruol. appella. in concord.

Verum iudices Regij in hoc Regno de possessoris beneficiorum cognoscentes non seruat hanc mulctam, sed ad damna interesse, & expensas temere impetrantem condemnant, ratione legis Regiae, de qua ibidem in d. consti. Reg.

Nec aliis quām premissa vacationis modus etiam per literas si neutri, aut subrogationis, vel alias fibi que ad hoc, vt beneficium huiusmodi ea vice consequi, aut obtinere valeat, quomodolibet suffragetur, illudque nullatenus in ante litigiosum propter cōfessetur.

GLOSSA DECIMA NONA.

Littera si neutri, subrogationis, et perinde nulli, subrogationis, perinde valere, aut do imperia alias quia esset tollere ius possessori quæstū: ideo non posse prohibetur, ne alias modis in præiudicium possessoris exprimatur: sed absolvetur eo casu possessor, 

nec beneficium dicetur litigiosum, de quo superiori dixi: ideo forte de nouo impetrari posset ante triennium exprimendo possessoris nomen, gradum, & nobilitatem, & quod annis ipse possedit, seruando istam regulam, quam prius neglexerat.

Quod etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia ecclesiastica cuiuscunque qualitatē per priuationem & amotionem, vel alias propter commissa, excessus, & crimina vacantia, vel vacatura.

GLOSSA VIGESIMA.

 **S**ta verba sunt addita à sanctissimo Papa Julio tertio, & verba sequentia, ex quibus patet, quod impetrans beneficium vacans vel vacaturum propter crimen, debet seruare ea, quæ in hac regula superius expressa sunt, & illa quæ scripti in regul. præcedent. gl. vlt. quo ad impetrationem beneficiorum, quæ prætenduntur vacare per erimen: ideo hic nihil repetam ex superius dictis.

Et similiter ad impetrantes beneficia tanquam vacanta per deuolutionem.

GLOSSA VIGESIMA PRIMA.

 **M**petrantes vacantia beneficia per deuolutionem debent ea exprimere quæ superius expressa sunt, alias non valebit impetratio: nisi sit huic regulæ derogatum, vel in signatura fuerit adiecta clausula. Quod maior expressio fieri possit, &c. vt in signatura scripti suprà: etiam regulariter procedit iste text. in omni vacatione, quæ certa esse debet, ideo ista exprimenda vt superius in bulla no. prouisio. dixi, in clausa pro expressis.

Et non solum hæc clausula ultima excenditur, vt impetrantes beneficia per deuolutionem exprimere debeant, quæ suprà dicta fuerant, sed etiam vt intra sex menses debeant in ius vocare possessorum, & sententiam præsequi intra annum. Quia clausula in fin. possia refertur ad omnia præcedentia. l. talis scriptura, de lega. i. ff. scripti in l. vna. C. de senten. quæ pro eo quod intereat profer. Verum quo ad hoc ultimum, ut videlicet intra sex menses vocare in ius possessorum debeat impetrans iure deuoluto, non seruat in Fracia, sed sufficit intra annum litteras saeinas impetrare. artic. 2. de cauf. benef. in const. regiar. & in ius vocare possessorum, etiam quo ad prosecutionē usque ad sententiam intra annum, non seruat præxis Franciae: Alia licet hic amplè videre per Gomes. ne plura.

Vltimò notandum est, quod si quis impetraverit beneficium vacans per incapacitatem possessoris pacifici, & eum non inquietauerit in vita, non poterit postea illius incapacitatē allegare, si diu steterit post impetrationē, quia forte dispensationē illius subripuit: sed si non longo tempore possederit tunc poterit impetrās probare illius incapacitatem, & prouis.

promis, per obitum non tenetur: vt docent do.de
Rota deci.109.agenti,in no.[subtit] de rerum per-
mutat. dec.4.] & Panor.in c.illud,de præsumptio.
& Aufre.in dec. Tholo.consil. 467. Roma. consil.
465.in re præsenti:aliás daretur materia calūnian-
di & probandi mortuum non fuisse dispensatum,
qui erat : & sic dicunt fuisse iudicatum pro fratre
Ioan.de Neufbourg.super prioratu sancti Deside-
rij. Sed siis,per cuius mortem habeo ius, non fuit
pacificus possessor, debeo ostendere titulum illius:
vt supra probatum fuit. & sic consuluit Bertran.
consil.132.dubitatur,in fin.vol.2.ex 1. editione.alia
videre cuiilibet est liberum per Gomes.

De gratia, Rationi congruit.

*Formu
lari
gationi con
gruit.*

ALiud rescriptum dicitur Rationi congruit, ut si prouisus à Papa Clemente fuero de beneficio, & habuerim tantum signaturā: postea eo mortuo Paus Pontifex immediatus expediet bullas sic, Paus, &c. rationi congruit, & conuenit honestati, ut quae de Roma. Pontificis gratia, seu benignitate prosequendo iusta desideria petetūm procelrūt, licet eius superueniente obitu Apostolicæ super illis literæ confessæ non fuerint, suum plenum consequatur effectum, &c. & de hoc loquitur regula cancellaria, octaua: & istud tendit ad cōseruanum ius, quod habeo ex prima impretratione.

Gratia fa-
cta per mor-
tē Papa nō
extingui-
tur, sed à
successore
expeditur.
2 Notandum est, quod vbi Papa, aut alijs con-
fert alicui beneficium, aut aliam gratiam facit, si
Papa moriatur, gratia tamen nō est exticta: quia
solo verbo gratia perficitur c.institutionis. 25.q.2.
cle.dudum.in fin.de sepultur, Archidi. & alij in §.
vniuersitati,in procem.6.

3 Vbi dicit lo. And. ius quæsumus parti per concessionem factam non expirare per mortem concedentis, dummodo hoc probari successori possit: quæ probatio si illi fiat, literas expedire debet sub hac forma, rationi congruit. hoc dicit Petrus de Biaffio indirecto. electio. 3. parte c. 28.

4. Et ista habent etiam locum in principe seculari
ut si gratia probari etiam per testes possit, debeat
a successore expediri: ut firmat Bonif. in procem.
Clem. §. nunc igitur, colla. 3. nu. 16.

*Gratia si sit tamē gratia esset extincta, non daretur hoc
neutri non rescriptum, ut in vniōnibus, quae non sunt sortitiae
datur segra effectū, & in expectatiis, vnde dicunt quod præ-
tia sit ex iustitia rogatiuæ, ut graduatus non graduato præferatur,
ita.
non dantur per formam rationi congruit, quia tol-
luntur per mortem Papa: ideo per alium concedi
non solent, nam per reg. Cancella, tolluntur hæ-
prærogatiuæ, reg. 10. Inno.*

*Requisita
in literis ra-
tioni con-
gruit.*

6 Ex his literis colligamus, quod primò Papa
salutat, ut moris est in aliis: demum narrat con-
gruere rationi & honestati, ut illa quæ ex gratia
concessit eius prædecessor, sortiantur effectum,
licet non fuerint confessæ literæ propter Papæ
obitum, & hoc rationi congruum esse dicit: quia
inquit diuus Grego. si ea destruērem quæ ante-
cessores nostri statuerint, non structor sed euer-
sor esse iustè probarer. c. si ea. 25. q. 2.

7 Secundò l'apa dicit, quod si literæ cōfēcta non fuerint, de bulla intelligit: nam cum signatura e-
gulariter non probet, vt superius dixi, quaius sit perratione
confecta, tamen successor bullas conficiet: nā ista
clausula, rationi congruit, non solet in signatura
apponi, sed in bulla.

^{8^a} Ideo siue Papa viua voce prouiderit, siue per ^{apud eadem} rescriptum impetrari solet: & vi-^{sore}, diuina expeditionem Clementis septimi super prouisione viua voce facta, iurē tamen probata.

9 Tertiò dicit conuenire honestati, ergo ea implēda sunt, quæ honestati, conueniunt: quia iuris præcepta sunt, honestè vivere, alterum non ledere, ius suum vnicuique tribuere. I.iustitia. §.i.iff. de iusti. & iure. §.iuris præcepta, illo titu. in institu. & multa dixi in gl. Concordatorum, in verbo inducunt, in forma manda fecit quod dicit Bal. I. quod ex liberta. C. de ope. liberto.

10 Vbi dicit dominum nō posse cogere suas subditas ad saltandum & tripudiandum in castro suo; quia ius honestatis semper cēsetur exceptū : ideo à liberto turpes opera non debentur, sed tantum quæ honestē p̄fūtari, & sine turpitudine possunt. Ieiun. & I.hz de mun. ff. de oper. liber. Deci. in l. semper in contractibus ff. de reg. iur.

ii Et sic infurter quod ius erat iam quæsumum & concessum impetranti, alias non esset congruum & honestum: dicit gl. in cle. dudum, ingl. incip. verbo de sepul. nec hoc Papa denegare debet, alioquin male faceret, & contra rationem, & honestatem, & sic peccaret, per lvnā. C. ne sis rem quam vendi.

equin.libr.10. vbi sunt ista verba retractare fiscum,
quod semel vendidit, æquitatis honestatisq; ratio
non patitur. vbi dicit Lucas de penna legē funda-
ri super ratione. æquitate; & honestate.ca.erit au-
tem lex. 4.dist. scripti in proce.or. reg. in i. tomo.

12 Quartò interdum foler Papa addere hæc verba, rationi congruit, ut ea quæ de Rom. Pontifici gratia in prosequendo desideria iusta potentium, processerunt, &c. & sic per hæc verba patet, quod Papa nollet expedire dispensationem ad qua uor^{bet expedi} beneficia vel ad aliud, quod iustum non habet de- re. siderium nam iustum tantum vult expedire desiderium potentium, nō iniustum. arg. I. iustum de- siderium de eden C.

13 Et quāvis prædecessor concesserit tam stultā dispensationem, successor nō expediet eam, quia non rationi congruit: & si prædecessor erat Domi no Deo infidelis, successor fidelis esse vult: & iusta petentibus non est denegandus assensus: sed ecōtrario sic l.2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

14 Quintò Papa narrat prouisionem factam per *Integre ext-
prædecessorem, vel reseruatum ecclesiam isti im-
petranti, & Pontificis obitum: ob id vult, vt præde-
cessoris gratia plenum fortiatur effectū: plenum
dicemus effectum integrū, in quo nihil deerit, per *In gratia
l. si arborem ff. de seruit. vrbano. p̄dicio. abunde nativitatem
scripsi in l. Herennius ff. de ver. signi, & sic inte-
græ gratia executioni mandabitur.**

15 Sexto in his literis omnia exprimēda sunt, quā
in noua impetratiōne: quia in his cōtinetur nouā.
prouiso p̄d̄ecessori, ergo, omnia exprimenda
sunt

funt, quæ in bullæ nouæ prouisionis, quæ scribunt Feli. & doc. in c. ad aures, & c. in nostra, de rescrip. in gl. Cōc. in verb. pro expressis, in forma manda.

16 Quod est verum, si fiat pro noua prouisione, alioqui pro qualitate illius rescripti, pro quo concipitur, formari debet hoc rescriptum: & superius vide, quæ in bullæ scripti nouæ prouisionis.

17 Septimò addit, ne autem pro eo quod super collatione & prouisione beneficij superueniente obitu Apostolicæ literæ cōfēctæ non fuerint, collationis & prouisionis huiusmodi fruſtreris effectu, volumus, & autoritate Apostolica decernim⁹, quod collatio & prouisio prædictæ perinde à dicta die valeant, &c.

18 Et sic hæ literæ vim perinde valere habet, quod est verum quantum ad effectū, & executionem, non quo ad prouisionē: ideo si prior collatio subliter habet, reputia eſſet, per has literas non sit confirmatio, ut valeat, niſi quod ad probationem: & hoc patet ibi, ſuū foras if expediāt effectū, ac ſi ſub ipſius diei data confeſta ī a prede- fuit, prout ſuperius enarratur: quodque prä- cefſore fuit, ſed non quod ad a- lia.

19 Ecce concedi istas ad probationem, & non vt de nouo ius concedatur, vel confirmetur: quia nō potest confirmari defectus non expreſſus, ut proximè dixi: & ſic datur ad conſeruandum ius, non verò ad quærendum de nouo.

20 Octauò magna est differentia inter istas literas, & perinde valere: quia hæ confirmanit inutile, de valere, ut ſuprā dictum fuit, in materia perinde valere: ille ſi ne- lae verò quæ rationi congruit vocantur, expediūtur ratione probationis, & executionis: ſed Papa non vult confirmare primā prouisionem, ſi ſit invalida: quod est notandum, ſed vult ut valeant ac ſi expeditæ fuissent à prädecessore: at ſi à prädecessore factæ non valuerint, nec nūc quidem valebunt: nec intendit hic Papa confirmare ius inutile, niſi quo ad probationem.

21 Item hæ literæ valēt à data primæ signature, literæ verò de perinde valere, à data istarū literarū non primæ confeſſionis, ſi aliud ſit interim impetrans: ut ſuprādictum fuit, & literæ istæ perinde valere, ab eo qui primam confeſſit gratiam dantur, iſtæ à ſucceſſore: ut ex ipſis literis conſtat.

22 Non ſi expedita fuit mihi bulla à Papa prädecessore, quæ tamē mihi nō placet, quia noluit mihi ampliā facere gratiam, ideo mortuo illo Pontifice, ego facio expedire alia ſub forma rationi cōgruit, ampliorē, hæc ſecunda non valebit, quia nō conguit rationi, ut iterū expediatur, & aliquid addatur: nā omnis actus intelligitur de primo. l. boues. §. hoc ferme. ff. de verb. fig. c. non potest de pre.

23 Et iſta eſt ſubreptitia: nam ſi Papa ſciuifſet bullam priuiliū expeditam, non hanc confeſſifet, vel non tam facile. c. poſtulati, in fin. de rescrip. & hoc ſapius vidiri fieri.

24 Et quia iſta verba rationi conguit, denotant cauſam finalem. l. fi. ff. de hæred. iſtit. gl. in reg. 8. cācellariae, & cauſa ceſſate ceſſat effectus. l. quod dictum. ff. de pac. c. cum ceſſante, de appel. quod

est verum, quando iſta bulla erat valida, ſecus li- nulla: quia literæ nullæ non impediunt alias: c. ex tenore, de rescrip. nām quoties vitiosè cautum eſt pro non cauto habēdum eſt. l. quoties. ff. qui ſatifa- da. cogāt, ideo ſi prima bulla erat trāſcribenda & reformanda iuxta ſignaturā, poterit ſic reformari per rationi congruit, mortuo primo con- cende: prout ſuperius in bullæ nouæ prouisionis ſcripti.

25 Decimò iſtae literæ expeditunt ſiue ab im- mediato, id est, à Clemente 7. ſiue ab alio: licet cō- trarium teneat gl. in reg. 6. Inno. 8. & hoc ſtatuerat Alex. ſextus: ſed hodie contrarium ſtatuit Paul. in reg. 8. quia ea videtur ratio, quando nō potuit bu- la expediti, nec à mediato; nec ab immediato, ideo rationi congruit, quod expeditatur, poſtquā ſu- ſcitur. erat ius impetranti quāſitum: ob id nō debet fieri diſſerētia inter iſta: ſed Iulius Papa tertius ſtatuit, quod confeſſa à Clemente ſeptimo mediato ex- pediantur utque ad ſex menſes duntaxat à die coronationis computandos, poſteā non.

26 Undecimò ſi bullæ in vita alterius Pontificis pouerint expediti, non debet poſtea iſtae literæ confeſſi, per arg. à contrario. tamen hodie ſi expe- diantur, valebunt: quia non inuenio quod annūl- lentur hæ, ſi fuerint expeditæ intra iex menſes, per regulam cancellariae, cuiſaſile derogatur, & eam in Francia non vide ſeruari.

27 Vnde ſi quis fuit pauper, & non potuit bullas habere à confeſſente, nec ab immediato, poterit confeſſi ab alio mediato, quia rationi conguit: nec debent hoc caſu recuſari, ſicut de appellante dicitur quod poſt annum poſt expediti prosequi cauſam appellationis. in c. cūm ſit Romana, de appella.

28 Ultimò hæ literæ rationi conguit concedun- Gratiā ratione, non ſolū in prouisionib⁹ factis à Pontifice iom̄ con- prädeceſſore, ſed etiam in aliis gratiis, & dispensa- gruit, quan- do expediti- ditionib⁹: ſuper literis verò iuſtitia non ſolent dari, poſſit.

alias iſte cōcēdens ſecundas tenet Deo reddi- re ratione, quia iuuat ad malum faciēdū: ad quod ſummi Pontifices adiuertere debent, quia exacta de his & omnibus aliis reddent rationem Deo Op- timo Maximo, cui laus & gloria ſit perpetua, Amē.

De dispensationibus.

1 Onſeruātur nobis beneficia, ac reti- Dif- nentur per dispensationes, ideo de il- fici- quid ſit.



dispensationis definitio ſeu defi- tradi ſolet ab interpretibus: ſic eſt prouida iu- ſitatis communis relaxatio, vtilitate ſeu neceſſitate penſata, vel eſt rigoris iuriſ communis relaxatio facta cū cauſe cognitione. glo. & doct. in c. requi- ritis. §. niſi rigor. j. quaſt. 7. Specul. in titu. de lapsis & dispensatio. §. i. in 1. parte. Panor. in c. cūm in cunctis, col. i. de elec. & in cap. dudum. 2. colum. antepen. de electio. ac. in cap. de multa, & cap. ex- tirpandæ. §. qui verò, de præb. & dispensationes rerum nonnunquam cogunt parum quidem à debito rigore quofdam exire foras ut maius ali- quid lucrificiant, cap. dispensationis. i. quaſt. 7.

De dispensationibus.

2. Budæus in annota priorib^o ad Pandec. dicit latine loquendo soluere legibus & canonibus significare, quod diximus dispensare: at iure consic. ait gratiam iuramenti facere, quod est dispensare super iuramento, seu in ramentū remittere. l. iuris iurandi ff. de iure iuri, indugentiam dispensationē esse dicit Bal. & Dec. in c. at si clerici, in f. de iudic. ego tamen explico in l. solutionis ff. de verbo signifi.

3. Sed hic ego vtar verbo, dispensare, quo iuris Canonici interpretes vsi sunt: & quod olim fuit ad iuris rigorem temperandum inuentum hodie cedit ad iuris iniqui compendium: vt inferius apparebit, & quomodo accipiatur in iure ciuili, dixi in l. urbana familia. ff. de ver. sig.

4. Et ista dispensatio propria de qua loquimur, habet originem à iure, licet Spe. in tit. de lapsis & disp. §. dicat, à Deo originem traxisse, vt pote quia Deus dispensauit cum Adam, Noë, Loth, & ceteris, sed ibi non est propriè dispensatio, de qua loquimur.

Duplex est 5. Duplex est dispensatio, tacita, & expressa. Tacita est quando princeps concessit officium alicui inhabili, vel Papa beneficium: videtur enim dispensare tacite super illius inabilitate: nam princeps qui magistratū ei concessit, omnia agere decreuit. l. quidam, in f. ff. de re iudica. l. Barbarius. ff. de offi. prætor. & ibi Ias. col. 3.

6. Intellige quādō Papa & princeps sciebat cōditionem illius, cui concessit beneficium, vel officium aliqui contra. l. idē Vlpianus, in fin. ff. de excusa. tutor. ibi, ex rescripto Imperatoris scientis quidē tutorem eum esse. gl. in l. vniuersi. C. de precib. Imperat. offeren. l. f. C. si seruus, ad decurio. aspira. l. 10. quia vitium ignoratum nequaquam remittit princeps. l. mater. ff. de inoffi. test. c. si eo tempore, de rescrip. in 6. vnde ordinans aliquē scienter, videtur eū restituere famæ. gl. in summa. 44. distin.

7. Et Papa promouēs spuriū ad Episcopatum, videtur secum tacite dispensare, & eū restituere naturalibus. Bal. in l. imperialis. §. si miles. C. de nup. & in l. vniuersa. col. 3. de precib. Impera. offer. sequitur Anto. Trem. in additio. ad Vbertū de Bonacurso. in ti. quib. mod. examē. ord. iu. decli. in ver. minor.

Sufficit di- 8. Quod non procedit, quando rescriptū alia in dispensationē rē prodebet: posset etiam si in minimo, tunc aliud in minimo tollere non videretur: quia sufficit dispensationem prodebet. etiam in minimo prodeesse. c. non potest, in fin. de præ. lib. 6.

9. Etnisi causæ cognitio interuenierit, nō valet, vt plenē scribit Barba. consi. 27. scripsit. col. 2. in 2. vol. quod non probbo: quia in concedenda dispensatione à Papa non solet interuenire causæ cognitio, sed princeps credit parti, donec contrarium probetur: vt inferius dicetur.

Princeps 10. Etiam limitat Paul. in impubere, cūm sit defensio naturæ: nam illi conferendo Papa nullatenus tur cum in videtur secum dispēsare, in d. l. quidam. ff. de iu. pubere di- sp. sive. delega, tum quod gratia sit odiosa, & strictè interpretanda tam propter naturam gratiæ, quām inabilitatem personæ. ca. 2. de rescrip. in 6. Oldra. consi. 325. thema questionis. col. 1. & 2.

11. Contrarium communiter tenetur, quia ex certa Papæ scientia causa potest delegari canonico maiori infante. gl. in c. statutum, in verb. canonici de rescr. li. 6. facit l. f. C. de testa. mil. & Bal. in ca. 1. per quos fiat inuesti. Quod intelligent quidam, verum, quando verbum dispensamus adesset, & causa in dispensatione expressa: alias Papa nō cēseretur cum minore de stylo curiæ Romanæ dispensare, nec alias recipi. dispensatio, teste Oldra. consi. 326. quod articuli. col. 1. ac rescriptū tale tanquam non secundū stylum reiiciendum esset. c. quām graui, de crimi. falsi: quod est verum maxime si in nō obſt. nulla esset a tatis habita mētio. 12. Ideo si ex dispositione rescripti, & non obſtan. appareat de voluntate principis cōferentis minori valebit principis cōcessio, & censeretur secum dispensatum, alias cuntrā, vt potē si a tatis mentio facta non esset. vt docet Feli. in ca. nonnulli. col. 15. ver. fallit. 4. de rescri. Io. Crot. in rep. ca. 1. in gl. nascatur, de consti. in 6.

13. Nec refragatur, quod clausula ex certa scientia & supplentes omnem defectum, non extendatur ad defectū juris diuini, vel naturalis, ele. pasto- ralis, de re iudica Specul. in ti. de leg. §. nunc ostē- dendū, versic. 18. Bal. & Alex. in leg. filius à patre. §. fin. ff. de liber. & postu. quia respon. aliud esse in clausula ex certa scientia, vel supplentes, &c. quām si Papa ipsi narratum est factum: quia clausula iliae possunt apponi, & tamen Papa ignorabit factū, ideoque non videtur super illo facto ignorato dispensare. allegatur c. ex rescripto, de iure iuri.

14. Verūm si Papa conferat alicui afferenti se esse

minorem 25. annis, valebit tunc collatio, vt secum

dispensatum esse censeatur: quia hoc Papa vult,

cum eidem confert, & potest, vt nil sit quod repugnet, & ita conciliarem: vide Bal. in l. imprecata. C.

senten. rescind. non posse. & Feli. in cap. nonnulli,

versi. confirmatur, de rescrip.

15. Et hoc non procedit in inferiore à Papa, vel in principe, qui nisi expresse dispenset, non intelligi- inferior di- sp. sive. exprimere

tur dispensatum. no. gl. vlt. in c. literas, de concess.

præb. Panor. in c. diuersis, de clér. coniuga. ca. fi. de debet.

coniugio seruo. c. 2. de schisma. Henric. Boic. in ca.

veniens de filii presbyter. glo. in cap. 1. de ætate &

quali. lib. 6. Pan. in c. innotuit. col. 1. de ele. Fel. in c.

cum in iur. in gl. de of. dele.

16. Et sic tam de iure quām de stylo curiæ Roma.

in inferiore requiritur verbum dispensamus, alio-

qui non valet dispensatio. Ca. 1. c. 8. an ex-

stens. sit. de rescri. gl. in d. c. literas, de cōcess. præb.

& in c. 2. de schisma. nisi in foro conscientiæ. Silue-

ster de Prio in sua summa. in verb. dispensatio,

in f. & Episcopus vni conferendo nō videtur fe-

ciūm dispensare, vt docet Spec. in ti. de lapsis. §. di-

cendum versi. item licet Episcopus. col. 3.

17. In Papa verò & principe non recognoscente

superiore non requiritur verbum dispensamus,

sed vt stylus seruetur: cūm voluntas & potestas in

eo concurrent, secundum Bonifac. in cle. 1. colum.

2. de præb. gl. & doct. in d. c. literas, & Peruf. in d. c.

1. de ætate & qualit. lib. 6. Panor. & alij in d. ca. 2. de

schisma. c. quia, de concess. præb.

De dispensatione ad plura beneficia.

181

De dispensatione ad plura beneficia.

*Comitiae
inueni di-
fensio-
nem in no-
bre.*

18 Item maximè quando Papa concedit beneficium minori in commendam, non solet dicere, dispensamus: nec alia requiritur dispensatio: sed sola commenda vim dispensationis obtinet: vt docet Calder.conf.8. tit. de rescript. & refert Philip. Prob.in addit.ad Io. Monach.in c.super eo, nu.15. de præb.lib.6.

*Expressa
dispen-
satio
que fit.*

19 Expressa est, in qua verbum dispensamus ap- possumus est.c.de multa,in fi.de præb.c.atsi clerici. §.de adulteriis , de iud. & quando est à parte po- stulata.c.innotuit,in fi.de elect. de qua sequentia dicenda sunt.

*Super qui-
bus dispen-
satio pos-
sit.*

20 Primo videndum est super quibus potest dis- pensari. Resp.super prohibitis:quia permissa iure communi expediuntur, prohibita vero dispensatione agent.d. §.de adulteriis: vnde Hiero. Paul.in sua praxi Curie Roma.in no.tam circa beneficia reseruata, quam non reseruata sic ait: in his que contra dispositionem iuris communis sunt, datur dispensatio in aliis, vt puta contra statuta fundationis, vel regulas, datur indulxum, nec dicitur ius solui, si sit secundum ius. I. princeps, ff. deleg. l. di- gna vox.C.illo.tit.

21 Ideo Papa super quibusque generaliter dis- pensat, nisi iure diuino prohibetur. c. proposuit, vbi gl.de concep.præb.Specul.in titul. de lapsis & dispens. §.nunc breuiter, vbi ponit casus, in quibus Papa non potest dispensare.

*Legatus &
episcopum per
missis per
causa per
missis dispe-
sat.*

22 Legatus vero & episcopus in casib. à iure per- missis possunt dispensare, quos causis solent, docto. cap. in c. quod translationem, de offi.leg. & numerare in c. at si clerici. §.de adulteriis, de iud. & Specu. in d. tit. de lapsis & dispensa. §.nunc de episcoporum, & §.seq.

23 Animaduertendum est, quod ad imprexandum dispensationem requiri speciale mandatum qui- dam afferunt, per text.in c.innotuit, vbi Pan.net. peu.de elect. quia hoc est odiosum, fecus in bene- ficij impetracione gl. & doct. in c.ad aures, & cap. nonnulli, in fi.de rescr. quod non vidi in praxi ser- uati: nec d.c.nonnulli. §.fi. habet locum in Fracia. ut alibi scripsi.

*Secunda di-
spatio pri-
me mentio
mentio de
a. bet.*

24 Item in secunda dispensatione debet haberi mentio primæ.c.2.de filius presbyter.in 6. sicut in secunda gratia, & homicidij remissione debet fieri facere: si mentio de prima. Iaf.in l. nec damnoſa. Cod.de precib. Imperat.offerend.alioqui gratia non pro- derit delinquenti. Barba.in capit.super literis, dc rescript.

*Gratia faci-
t in di-
mē primā
non vidi.*

25 Nec sufficeret dicere non obſtantē prima di- spensione, vel prima gratia, niſi quoque in di- mē primā dispensatione illius mentio haberetur. clem. i. §.i. de elect.intellige, quando dispēſatio additur dispen- sationi.

*In execu-
to dispe-
ſatio-
nem non
permitto il-
lū.*

26 Diuerſum est, si effet executio dispensationis iam facta, vnde si cum homicida, vel alio inhabili sit dispensatum, vt non obſtate dicto defectu, pos- sit beneficium conſequi, si is poſteā impetrat be- neficium non facta illius dispensationis mentione, valebit impetratio: vt aſſerit lo. And. Peruf. & alii in d.c.fi.de filii preſbyt.lib.6. quia ultima impetra- tio est executio primæ dispeſationis.

*M*primis certum est, neminem plura beneficia obtinere posse, vt puta cu- rata, dignates, vel personatus, seu alia incompatibilita. ē. quia non nulli, de cler. non resid, cum aliis iuribus, quæ inferius adducentur.

*Rationes
cur plura
beneficia
habere re-
probetur.*

2 Rationes pluralitatis reprobatæ quatuor ponit text.in c. quia in tantum, de præb. Prima est, quia pluralitas beneficiorum est canonibus inimica. c. habere re- ſanctorum. 70. dist. clericus ab instanti tempore non probetur. connumeretur in duabus ecclesiis, negotiationis enim hoc est, & turpis luci proprium cōmodum, & ab ecclesiæ consuetudine penitus alienum, ca. clericus, 21. q. i. & beatus Greg. sic scribit in c.i.89. dist. Singula ecclesiastici iuris officia singulis qui- busque personis signatim committi iubemus.

3 Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non cuncta actum habent: ita in ecclesiæ corpore multa membra sunt secundum ve- ridicam Pauli sententiam: in uno eodemq; spirituali corpore conferendum est hoc officium vni, alij committendum est illud: neque enim quantumlibet exercitata vni personæ vno tempore duarum rerum officia compitenda sunt: quia si totū corpus est oculus, vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis feruat, & pulchritudinem representat: ita varie- tas personarum per diuersa nihilominus distribu- ta officia, & fortitudinem & venustatem sanctæ ecclesiæ Dei manifestat. Et sicut indecorum est in corpore humano, vt alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimis nō oxiū, simulq; tur- pissimum est, si singula rerum ministeria, personis totidem non fuerint distributa. Etiā nullus pre- bbyter duas habeat ecclesiias. c. per laicos, in fin. 16. q. 7. [Et hoc videmus, hoc esse turpissimum, quod vix potest sine magna causa honestum fieri.]

4 Item est inimica iuri diuino, & reprobata. Nam dicitur, *ve qui coniungit domum ad domum, & agrum agro copulat, usque ad terminum loci, nunquid habita- bitis vos soli in medio terra?* Eſaia.5.c.

5 Et ad Titum primo diuus Paul. ait: *Episcopum de- bere esse viuus uxoris virum.* Idem in sacerdote scri- bit tex.in c. cùm nō ignores, de præb. & c. acutius. 26. dist. & sicut non licet iure diuino duas vxores habere, ita nec duas ecclesiias: nam bonum est ar- gumentum de matrimonio carnali ad spirituale. ca.inter corporalia, de transla.episc. Nec potest quis duobus dominis scriuire: vt est in Euangel. & in cap. i. 21. q. i.

6 Ne non iuri Cæſareo inimica est hæc plurali- *Duo mil-
tas, quod maximè improbat quem habere duas i.e. duo
militias.l.his quidem C. qui milit. non possunt.lib.
horones ac
12. & duo quidem collegia.l. i. ff. de colleg. illicitis. co' g'a re-
nec alij duo honores iure haberi possunt. l. liber-
tus. §.præf. ff. ad munic. nec duo officia.l.hac par-
te, in fi. Cod. de prox. sacro. ſcrinio.lib.12. ibi, nullo
modo dupliſi fungatur officio, nec geminis char-
tis irreperitur: vt non occupentur, plura in vnum
ſe commoda collaturi, nihilque reliquis relicturi*

Q

Signo. conf. iij. thema. & super hoc dispensat Rex in hoc regno, vt quis duo obtineat officia: vt dicam, in tit. des offices, de iudicature. ordin. reg.

Iudex & iu. 7 Nec potest quis simul esse iudex & teftis. c. i. 4. q. 4. c. forus de verb. signa. nec quidem iudex & notarius quis est tarius. Bart. in l. iubemus. Cod. de sacro sanctis eccl. no potest, clesiis.

nec duo ha. 8 Imò si quis acceptet secundum officium, caret bene officia. accepto, & priuaturo solario primi, casus sing. in l. quisquis. C. de cohortal. lib. ii. Corset. in verbor. priuilegium. 3. in sing. & Bened. in repet. cap. Raynurius, in verb. duas. nu. 63. de testam.

9 Hoc etiam est inimicum ordinacionibus Regiae Francie, maximè Regis Philippi, qui prohibuit omnibus, & singulis ne duos sibi vendicarent officia: vt est in ordin. reg. d. tit. des offices, de iudicature. art. i.

10 Medicis quoq. e est inimica hæc pluralitas, dicentibus, quod simile additum simili facit furere. Ergo quicunque vivere potest ex uno Episcopatu, abbacia vel alio beneficio, si secundum accipiat, facit eum furere, quia simile addit simili.

11 Grammaticis etiam ipsimire inimicum, nō valentibus saluo recti sermonis eloquio genus hoc hominum appellare: vt si quis duos habeat episcopatus, dicetur Ioannes Episcopi, Ioannes Abbes, Ioannes canonici, & beneficiati, sed has incongruitates parum possessores ipsi curant, potius suo privato inhibentes commodo, quam animarum salutem consilentes.

12 Secunda ratio pluralitatis reprobata est, quia dissolutionis materiam præbet: dissoluti dicuntur, qui legibus moribusq. a se soluti luxum vitae sequuntur, quos Græci ἄφεσι vocant, vt quidam ex nostris,

Vagus quis. 13 Tertia vagationis materiam continet, & inducit. Ex adipe enim procedit iniquitas. David, Psal. 72. vagatio est animi constantia per desideria, vel varijs loca mentis fluctus & negligencia rationis. Et vagus dicitur dissolutus, dispersus, errans quidam scurrilus varia agens, vt docet Lucas de Penna. in l. i. C. de Tyron. lib. ii.

14 Quarta quod animarum periculum continet hæc pluralitas: vt inferius dicetur d. c. quia in tantum, & c. dudum. 2. de elect.

Seruire q. 15 Quinta quod vix vii dignè valet quis deserui vni digni re. c. quia nonnulli. de cler. non residentib. ca. i. de vix potest, confuet, lib. 6. vnde inquit Innoc. in c. cùm iamendum. col. 2. de præb. quod vñus prælatus præcipiet, quod hic beneficiatus fiat sacerdos, alter quod remaneat in diaconatu, vñus quod negotia sua eccl. ecleesiæ prosequatur, alter quod negotia alterius eccl. eclessiæ, vñus vocabit ad electionem, alter ad eccl. eclessiæ deseruiendum. Quomodo ergo duobus factis faciet: Cùm Christus dicat. Non posse quem duobus dominis seruire. Matth. 6 & c. acutius. 26. dist. cap. i. 21. q. i. & dicitur, qui ad vitrumque festinat, neutrum bene peragit. text. in l. fin. C. de ass. vbi etiam glossa verius hos conscribit:

Ambitio. ne paraber. vno quandoque, quandoque carebit utroque. ne pariorum pluralitas. 16 Sexta materiam ambitionis præbet Extraaug.

Execrabilis. Ioh. 22. est enim ambitio inordinata, cupiditas circa honores, beneficia & dignitates. l. i. ff. ad legem Julianam de ambi. & ambitionis causa: uicunque ad maiorem trahere voluerit, debet ad proprium reuocari, quod si redire contèperit, careat aliena & propria. c. quia frater. in fine septima quæst. i. sed hæc est crux ambientium omnes torquens, omnibus placens: vt inquit D. Bernard. quem rcfert Hostiensis in d. c. quia in tantum, & glossa in verbo, ambitionis, in procemio pragmatice sanctio.

17 Septima ex hac pluralitate diuini cultus diminutio fit. s. ex ministrorum paucitate, qui potius esset augendus. c. ex parte, de constit. & c. vasade confecra. dist. i.

18 Octaua fraudantur voluntates testantium, & fundatorum ecclesiarum, qui certum numerum ministrorum præstituerūt: quod maximè reipub. interest: expedit enim seruari voluntates testatorum, eas executioni demandari. l. vel negare. ff. quemadmodum. testam. aper. c. vlt. voluntas. 13. q. 2.

19 Nona, maxima sequitur inæqualitas, vñus enim ebrius est, & tamen non satur pluralitate beneficiorum, & alter esurit: & hic aufert alimenta aliis quos necare videntur. l. necare ff. de liber. agnosc. Florent. in 3. parte summa. tit. ii. c. i. §. 8. & Alua. in tract. de planctu eccl. lib. 2. tit. litera i.

20 Decima est, quia sibi quis vendicat stipendia plurimorum. c. 3. de cler. non resid. Ioh. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. q. 39. & vix possunt plura beneficia ad vnum peruenire, sine paupertate plurimorum: & quot occisi sunt pauperes ex prælatorum in gluwie, Deus nouit: hodie vñus deuorat, quod eslet viginti: imò dicam centum milibus hominum proborum sufficientissimum, sed transeant cum suis erroribus.

21 Nunc superest videre, quis possit dispensare? Dispensare. Resp. De Papa non est dubium. c. dudum. 2. de elect. quis possit. c. de multa. in fin. de præb. c. i. de consuet. in 6. ca. ordinarij. de offic. ord. ibidem, quia in beneficiis plenissimam habet potestatem. cap. proposuit. de conce. præb. in 6. quandoquidem beneficia de iure positivo sunt introducta. ca. i. 13. q. i. Pan. in cap. olim. de cōsuet. & licet iuris naturalis sit, & diuini beneficium dari propter ministerium, & officiū. Numer. 18. ibi, Filiis autem Levi dedi decimas Israëlin possessionem pro ministerio, quo seruunt mibi. Et Paul. i. ad Corinth. 9. Quemadmodum & Dominus ordinavit, vt qui Euangeliū nunciant, de Euangeliō vivant. & Luc. 10. Dignus est mercenarius mercede. Et qui altari seruit, de altari vivere debet. cap. cum secundum. de præb. c. fi. de rescr. in 6.

22 Tamen de iure positivo statutum est, vt nullus plura beneficia possit obtinere. c. quia nonnulli. de cler. non resid. c. cùm non ignores. & c. quia in tantum. de præb. ideo Papa relaxare potest, considerata tamen eccl. utilitate, & iustitia æquitate, alias peccat: quia contra rationē naturalem & ius diuinum facit: vt dicit Angel. de Anch. in tract. de eccl. fast. potestat. q. 68. [Ego dixi in interpret. ca. positulastis. de cler. excom. mi. esse etiā à iure diuino prohibitam pluralitatem. & suprà hoc probauit, & esse

& esse turpem quam Papa vix honestam reddere poterit.

23 Nec obest, quod nō possit utique seruire per se, quia hoc poterit facere per alium: non enim Paulus administrabat officium personaliter in ecclesia Philipensi, sed per suos ministros, & tamē ab ipsis procreationem accipiebat, & alimenta: vt ipse testatur ad Philippen. vlt.

24 Et non solum potest dispensare circa pluralitatem beneficiorum, sed & circa alia, quae obstat, quia quocunque soluere, quocunque eriam ligare est ei commissum à dom. Iesu Christo salvatore nostro: vt inferius fuissem dicam, dummodo non veniat ad destructionem.

Legatus dispensat, sed non contra concilia generalia. 25 Item legatus dispensare potest, quatenus à iure permittitur, sed non contra concilia generalia. c. dilectus. i. in gl. cùm se facultas, de præb. nisi eidem expressè fuerit à Papa concessum: unde propicitur hodie potestas illius, & tantum potest, quantum est ei concessum, licet de iure nō possit dispensare ad curata: vt docet Spec. in tit. de lapsis & dispensa. §. nunc ostendendum, vers. 36. & §. cōsequenter facit. c. officij, vbi docto. de elect. & c. i. de offic. lega. lib. 6. Panor. & alij in repet. ca. extirpanda. §. qui verò de præb.

Episcopi contra concilia generalia. 26 Episcopi verò contra ius dispensare non possunt, c. i. in 9. q. 3. nihil autem agere oportet episcopum præter id, secundum quod antiquitus à patribus nostris constitutum in canone continetur. & c. nulli. 25. q. 1. & nullis sit sine status sui pericu- lo, vel diuinis constitutiones, vel Apostolicę sedis decreta temerare. cap. constitutionis. 25. q. 2. nec à quoquam Pontificum in totum vel in partem ea. qualibet occasione conuelli decernimus, vel immutari. c. Institutionis. 25. q. 2. add. c. ego. N. de iure iurand. ergo non dispensant contra ius.

27 Nisi in casibus à iure expressis. ca. dilectus. de temp. ord. c. at si clerici. §. de adulteriis. de iud. 163. casus. in quibus episcopi dispensare possunt, conscribit Spec. in tit. de lapsis. & dispensa. §. nunc de episcoporum dispensatione, quos transcripsit Ioā. de Selua in tract. de benef. in 4. part. q. 7.

28 Sed contra concilia generalia dispensare non potest ep̄s. gl. in c. cùm dilectus. in gl. in ætate. in 2. de elect. Ioan. Monac. in c. cupientes. §. denique. de ele. lib. 6. & sic non dispensat, vt quis plures habeat dignitates, personatus, vel beneficia curata, per c. de multa. de præb. Henric. Botte. in tract. de synod. episcopi. in 3. part. art. i. conclus. 3.

Simplicia ne dispensare possint. 29 Sed dispensare quidem poterit, vt quis plura. beneficiia cō simplicia possit habere: vt doct. afferunt in c. extirpanda. §. qui verò de præb. licet hodie de consuetudine in simplicibus non petatur di- spensatio, sed sine dispensatione rutinentur: & superflua esset ista episcoporum dispensatio.

Episcopi ad curata ne dispensare possint. 30 Tamen Archidiaconus. in c. licet canon. colla. 3. de elect. lib. 6. ampliat, episcopos etiam posse dis- penses ex magna causa necessitatis, vel euidētis vtilitatis, ad plura quoque curata, necnō dignita- tes, & contra concilia, per c. tali. & c. exigitis. i. q. 7. c. sanctorum. 70. dist. quippe vniire potest ipse be- neficia. c. sicut vniire, de excessib. prelato. Dec. in c.

at si clerici. col. 6. nu. 9. §. fi. de iud. & dispensatio ad plura est quædam vno.

31 Et quod ex causa possit etiam dispensare cōtra concilia generalia, est. c. vacante. & c. exposuisti. de præb. facit tex. in l. si hominē ff. mand. Rom. conf. 325. quod ad primum, col. 2. licet contrariam opinionem teneat Staphil in tract. de liter. gratia. tit. de qualit. & statut. benef. vers. &c. in præmissis.

32 Et ista vltima opinio seruatur in Francia: nam signari episcopi necfientes quā pulchra ius canonicum eis tribuisset priuilegia, paulatim & cōsuetudine & stylo curiæ Rom. illis derogari passi sunt, & ius suum neglexerunt: verumq; adhuc iure possent ex prefata necessitatibus causa dispensare. Et ista est communis sententia: quia necessitas facit licitum quod alias est illicitum. c. si quis propter de furt. l. ff. de offic. consul. l. 2. §. i. ad legem Rhodiā de iactu.

33 Et istius sententiæ sunt Host. & alij. in d. c. de multa. & in d. §. qui verò Card. & Imol. in c. clericos, de cler. non resid. Præpos. in d. c. sanctorū. 70. dist. & si esset in concilio generali, illud peterem innouari, & declarari: & si beneficia essent in diversis diœcesibus, vterque ep̄s deberet dispensare. gl. magna in c. dudum. 2. de elect. & in c. literas. de conceſ. præb. quia dispensatio ep̄i non extendit ad beneficium situm extra diœcesim: vt docet Spec. in tit. de leg. §. videndum quem refert & sequitur Fel. in conf. 4. dubitatur, col. vlt.

34 Dispensat etiam ep̄s in prefato casu necessitatis, vt secularis obtineat regularia. ca. inter quatuor de relig. domib. nam argumētando à minori potest in calu negligientia ea cōferre. cle. vna, de suppl. negl. præl. multò magis ex causa necessitatis, quae maior est negligentia: etiam sub eodem tecto quem habere duo dispensabit ex causa, licet alias non possit. c. literas. de suppl. neg. prælat.

35 Item summus pœnitentiarus dispensat: vt dicit Octavia. in præxi curia Rom. sic dicens. Dispensatio matrimoniales humana lege prohibitas, rius dispensationes legitimationes proliſ, dispensationes quoque ob-

ætatis, vel alicuius membra defectum ad ordines, & ad beneficia. item ab incompatibilitate pluriū beneficiorū cōcedit summus pœnitentiarus, sed ex causa iusta, & sacris canonibus conformi. hec ille,

36 Est tamen differentia inter dispensationes Papæ & summi pœnitentiarum: quia comprobacionē nes Papæ desiderat pœnitentiarum dispensatio, sed Papæ non & pœnitentiarum regulariter: vt ipse Octavia. etiam fatetur in tit. de tarij differ-

summo pœnitent. li. i. quemadmodum omnes feruntur. litteræ iustitiae in Francia vt scripsi in tractat. de rescr. in 2. tomo constit. Reg. in comment.

37 Altera est, quia hic tantum ea, quae secundum ius sunt concedit, inferior enim legem superioris non tollit. cle. ne Romani, de elect. fecus in Papa, qui supra ius est, nec iure tenetur. ca. proposit. de conceſ. præb.

38 Tertia est, quia pœnitentiarum potestas probanda est, Papæ verò probata est in Euangeliō, ibi. Quocunque solueris, &c.

39 Quarta potestas huius maximè circa animæ absolutionem tendit, Papæ verò ad quæcunque. c.

quodcunque. 24.q.1.

40 Quinta dispensatio paenitentiarum sigillo firmatur, Papæ verò plumbo. c. quām graui. & c. licet de crī falsi.

41 Sexta dispensatus cum simplici signatura à Papæ etiam non expeditis bullis est in foro consciētia tūti s. nec in pœnam extrāuag. execrabilis incidit, & sic fuit iudicatum Romæ. vt glof. afferit in reg. Inno. 8. regul. 51. & seq. & 46. & seq. multa scripti suprà in tract. de sign. quod non est in summō paenitentiario.

Inferiores 42 Alij verò inferiores super pluralitate beneficiorum non dispensant, nisi hoc habeant ex p. iure. *ad plura beneficia an legio*, vel consuetudine, vel à iure. Inn. & alij, in c. dispensare 2. de cler. qui furtiuè ordinem suscepit. & Pano. & possunt, alijs in c. at si clerici. §. fi. de iud. & docto. in c. extirpanda. §. qui verò de præb. Barba. in clem. gratiae. col. 23. & seq. de rescr.

Dispensare 43 Nec est omittendum, quando liceat dispensare: Resp. ex caussa: sicut ex caussa subuenit Prætor, sic & qui dispensat. l. i. ff. ex quib. caussa. maior. Sed quæ sint iustæ dispensandi caussæ: Respon. prima. caussa est prærogatiua personæ, & qualitas ut scientia, & nobilitas: istæ enim caussæ inducunt ad dispensandum: vt in c. de multa. in fi. de præb. ecclesia enim maximè nostra tempestate indiget viris

Qualitas literatis. c. cùm ex eo. de præb. lib. 6. c. fi. de magist. persona in- quorum scientia intundus illuminatur. auth. habi- ducit differe- ta. C. ne filius pro patre.

Scientia sine gradu nō in qua videlicet possit regere beneficium, cui prefe- ducit ad di- cūs est. doct. in c. cùm in cunctis. in prin. de ele. & spensandū. hodie consuetudo hoc declarat: nempe scientia sine gradu non præstat dispensandi facultatē: ideo requiritur gradus doctoratus, licentia, vel Baccalaureatus, & hoc iure vñmur, licet in Italia Baccalaureatus gradus non iuuet, quia non est gradus. saltem necessarius ad doctoratum: vt dicit gl. reg. cancel. de prærog. Iulij. 2. in 3. parte.

45 Sed in Francia & Hispania requiritur. Item q. ille graduatus studuerit tempore præstituto in Concordatis, videlicet Baccalaureus in iure quinquennio, in Theologia per sex saltus annos, & in artibus per triennium cùm dimidio. §. præterea: de colla. in Concor. alijs in Francia non potest suo iuvari gradu: quia promoti censemur per saltum, quibus non prodest gradus. §. monemus. de colla. in Concordatis.

46 Nempe si fuisse expressum quod aliquis sine studio esset promotus, Papaæ non secum dispensasset: quia ibi non est studij fauor, sicut in eo, qui est in vitroque promotus: & tamen nihil studuit in altero iure. Bald. in c. clerici. de iud. scripti in tract. nomina. q. 5. & in scholastic. priuile. Senatus tamen permisit, vt post biennium quis gradum sumere possit Baccalaureatus, vt scripti in §. præterea, de colla. in Concord. itaque hæc caussa literarum est sufficiens cum probitate: melius est enim domini fæderotum paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quām multos inutiles [qui graue onus ordinatori adducant.] cap. tales. 23. dist.

47 Etsi Papa concedat alicui potestatem dispensandi, intelligi debet, vt possit cum literato, & sublimi dispensare, prout à iure conceditur: vt docet Spec. eo. tit. §. dicendum. versi. quid si Papa, quod declarat potestatem legatorum.

48 Secunda est utilitas ecclesiæ, illa enim nullatenus mutanda sunt, quæ nec vlla necessitas, nec *Vtilitas eccl. indus* ecclesiastica pro suis extorquet utilitas. c. requiri- *cū ad dispe- sandum*. tis. §. nisi rigor. & ca. & si illa. i. q. 7. in quo maximè respicere Papa debet, vt utilitatem ecclesiæ, non persone respiciat: hodie ventum est: vt potius per- sonæ utilitas consideretur, quæ ecclesiæ, & potius dispensatur cum diuite, qui totam vorabit ecclesiæ, quam cum alio bono, qui eam tueri possit: & videmus bonos & doctos in Francia mendicare, & ignarois & bardos ebrios esse, quæ malum!

49 Tertia necessitas. d. c. & si illa. & c. necessaria, *Causa necessaria* ibidem, quæ maximè est attendenda. Quod est *coffitatis in ad dispen- san- dam* intelligendum de utilitate ecclesiæ, vel necessitate, non de necessitate vel utilitate personæ. c. tali. i. q. 7. nam licet quis sit pauper, & necessaria plurimum & cōducibilita sibi putet esse d. o. beneficia: tamen ob hoc Papa non secum dispensabit: sed si ecclesiæ necessitatem, vel utile habere doctorem, qui ecclesiæ tueatur, & defendat, & instruat, tunc licita erit dispensatio. d. c. de multa, de præb. & c. cū nobis olim. in fi. de ele. & in c. innotuit. ibidem, sic Papa scribit: multa enim in hoc casu dispensatione inducere videbantur, literarum scientia, morum, honestas, virtus, & fama personæ multipliciter à quibusdam etiam ex fratribus nostris, qui eū in scholis cognoverant, approbatæ, &c.

50 Quarta caussa est meritorum prærogatiua. d. *Prærogati- c. tali. i. q. 7. Sicut dicitur. Luc. 78. de Centurione, na merito* qui misit seniores ad Iesum, vt rogarent eum: & *rūs cauf- ipfi rogabant eum sollicitè, dicentes ei, quia dignus es. vt hoc illi præstes, diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse edificauit nobis.* Ergo Papa debet videre, an is cum quo dispensat, diligat populum & plebem, & ad eam se incuruare possit docendam. Sed cùm hodie potius ad dei piendum ecclesiæ quidam tendant, quām ad regendum, parcus debet esse in dispensando, maximè in maioribus: vt nunquam quis duos obtineret episcopatus, nec Abbatiam cum episcopatu: sed maiores episcopatus maioribus, id est merentibus darentur.

51 Planè dispensatio sine caussa non valet. c. i. & c. *Dispensa- non est, de voto. c. de multa ibi, cum ratio postula- tionis. & vocatur dissipatio, quæ vtriusque tam dis- pensesantis quām dispesati damnationem cōtinet: vt dicit gl. in c. non est. cui ad stipulatur Theol. & Pan. in c. significasti. de elect. & Barb. in c. i. col. 25. de const. & in c. at si clerici. §. fi. col. 12. de iud. De- cius, conf. 681. vlo puncto, in 2. q.*

52 Et licet doct. dicant causæ cognitione requiri in inferiore, in Papa verò non, vel alio principe non reognoscente superiori. gl. & doct. in c. 2. deschisma. Panor. in c. diuersis. vlt. de cler. coniug. Fel. in c. si quando. colum. 4. de rescr. & in cap. præ- terea. col. 3. de testib. cogen. & sola assertio causæ non sufficit in inferioribus: ideo dispensationes episcopis

episcoporum & inferiorum à Papa periclitantur.
 53 Ratio est secundum eos, quia causa præsumitur in principe. gl. in l. relegati. ff. de pœnis. doct. in l. fi. C. si cōtra ius. & in c. quæ in ecclesiariū, de cōst. quod est verū in his, quæ iuris sunt positivi, secus in his, quæ iuris diuini sunt, & naturalis. gl. & doct. in c. nō est, de voto. Ias. in l. si testamētū. C. de test.

*Causa di-
spensationis
in Papare-
quirenda.*

54 Imò speciale esse in Papa, & in Imperatore doct. dicunt: vt sola volūtas eorum in dispensatione habeatur pro causa allegatur text. in c. propo- fuit. de conceſ. præb. Rom. conf. 307. mihi tamen videretur causam requirendam etiam in Papa, quandoquidem non potest contra domini voluntatem venire, & veniendo, nō est Deo fidelis, nec prudens prout. Luc. 12. dicitur, *Fidelis seruus & pru- dens, quem constituit dominus super familiam suam ut det illis cibum in tempore.* Ergo nō extra tempus, sed cūm iustum erit, alias acceptor est personarum plus vni sine causa conferendo, quām alteri: nec D. Petrus à Do. Iesu potestatem & licentiam peccandi suscepit. c. i. in 40. diff.

55 Ideo non est tutus quo ad Deum Papa, qui sine causa dispensat, nec dispensatus: q. Papa ad adi- ficationem positus est, non ad destructionem: vt D. Paul. tes. itur. facit. c. sunt quidam. 25. q. i. & sic agendo positus est in ruinam, & contradictionem multorū: quod maximè bonus debet præcauere, ne scandalum inducat. text. in c. miramur. 61. dist. prohibetur enim etiā Papa alienare bona ecclie. c. non licet Papæ. 12. q. 2. quæ sunt Christi pa- trimonium. c. cūm ex eo. de elect. in 6. verū in sic dispensando alienat, saltem prodigatur, quod ei non licet, nec quidem sine causa cōcedere alicui testari de bonis acquisitis ex fructibus ecclie: vt docet Panor. in c. cum esses. q. 5. prim. de test. post Spec. in tit. de lapsis & dispensa. §. genera.

56 Cuius sententia sunt Theologi, ac ferè omnes iuris canonici interpretes in c. dudū in 2. de elect. & Anch. in c. in cauſis. 3. not. de re iud. Panor. in c. cūm in cunctis. col. i. & c. dudum. & c. cūm ad monasterium. de elect. c. quia in tantum, & c. extir- pandæ. §. qui verò de præb. Præpos. in c. venerabi- lem, qui filii sint legit.

57 Licet quidam alij solam Papæ volūtatem suf- ficer dicant: sed illud est ultra modum adulari principiis: ideo putarem ego tunc solam volun- tatem sufficere, quād ratio sola probationis erat: quia voluntas principis in hoc habetur prole. l. i. ff. de const. prin. Fel. in c. i. col. 7. de const. & in c. ad auxiliātiā. 2. col. 4. de rescr. sed pauca sunt à iure statuta, quæ rationem non habent interiorē, ideo sola Papæ voluntas non sufficit in illis.

58 Id est quando in lege est ratio naturalis nam- sicut princeps non tollit ius naturale, ita nec ratio- ceps tollere nem naturalem, quæ legi inest. §. sed naturalia, de non potest. iure naturali in inst. vt diximus in regula de veri-

simili notitia, in prima parte.

59 Et quamvis princeps tolleret suam legem & prohibitionem: tamen adhuc remanet naturalis ratio. gl. in c. nouit, in verb. quicūque, de iud. Cūm ergo sint plures rationes pluralitatis reprobatae. c. quia in tantum, de præb. vt suprà dixi, illas non po- test sine causa princeps tollere, alias fallitur, & fallit, contra id quod scribitur in l. fi. C. de ponder. lib. 10.

60 Et contra hos plurales his verbis scribit reue- *Cōra plu-
ren. Pater & egregius ep̄s. do. Ioan. Diaz. de Luco
ra possiden-
tes benefi-
cia.*
in sua criminali pract. c. 42. quid enim rationi na- turali magis aduersum, quām quod vnu & idem varia ecclesiæ stipendia in variis & distatibus sa- pe locis, & quibus varia incumbunt onera, in seip- so suscipiat? quæ est enim humana Respub. quæ suos iudices, rectores, tabelliones, & alios officia- rios stipendiis in absentia frui, & vagari permittat? quis in sua quantumuis ampla & ditissima domo, vno ministro absenti salario plurium ministrorum persoluit? ac ab eo quoscunque suo nomine sub- rogatos admittit? Sola domus Dei ecclie sancta, tali inordinatione suo priuatur ministerio, ac debitis fraudatur obsequiis, quid debet ecclie Dei plurium nobilium vanitati, vt patrime. aio. Iesu Christi dilectissimi sponsi sui, quod flagell. s. alapis, sanguinis quoque effusione quaſiſuit, eorum alat accipitres, educat canes, saginet equos, nutrit le- nones, ac adulatores, & seditiones homines, qui passim Remp. turbent: alia etiam multa dicit cōtra plurales, ibi, illud videre poteritis, ne plura..

61 Effectus & vis dispensationis est, vt dispensatus *Eff. eius di-
cum causa habeatur tanquam habilis & legitimus sp̄ficationis.*
de iure, ac idoneus: quia factio tantum operatur in casu facti, quantum veritas in casu vero: & factum ciuiliter eundem effectum habet, quem factum naturaliter. l. fi. ff. mand. l. fi. mater. C. de inst. Bal. in l. fi. de his qui veniam æta, impetr. & paria sunt ali- quid ex priuilegio fieri, vel iure communi. l. libe- ros. vbi Bal. C. de collat. Dec. conf. 609. quæritur, col. 2. scripsi in §. præfecti, graduati in gl. idoneis. de colla. in concord.

62 Item dispensatio per signaturam etiam bullis *Dispensatio-
non expeditis valet, nec incidit in poenam extra-
ram. per signatu-
ram valeat.*
execrabilis, qui sic vi illius duo possidet beneficia. quæ admodum fuit iudicatum Romæ: vt asserit ibi gloss. & vide reg. Inno. 8. num. 52. & 51. & 46. & seq. ego quoque scripsi in interp. ad c. postulasti. in gl. 1. de cle. excom. minist.

63 Cautela tamē est, vt facias inscribere vt signa- *Cautela ut
sola suffi-
ciat signa-
tura.*
tura, quod literæ dispensationis valeant, & suffra- gentur in omniibus & per omnia à data presentiū, perinde ac si literæ sub dicta die expedite fuiſ- sent. reg. canc. nō obſt. sed prag. Rom. hoc reiiciunt, timentes ius bullæ, & lucrum amittere, licet qui- busdam concedant.

**C O N S T I T U T I O
P E R P E T V A S . D . N . D O
m i n i l u l i j P a p æ I I I . c o n t r a r e t i n e n -
t e s b e n e f i c i a e c c l e s i a s t i c a , a b s q u e
l i t e r i s A p o s t o l i c i s s u p e r e i s d e m r e -
t e n t i o n i b u s .**

*Necnon contra quoscunque apprehendentes pos -
se f i o n e s b e n e f i c i o r u m e c c l e s i a s t i c o r u m
a b s q u e e i s d e m l i t e r i s A p o s t o l i c i s .*

SA N C T I S S I M V S in Christo pater, & Dominus noster Dominus Iulius, diuina prouidentia Papa I II . cui nuper innotuit quod licet alias fæ. re. Gregorius decimus, in generali Concilio Lugdunensi, sua generali constitutione sancierit quod nullus extunc de cætero administrationem dignitatis ad quam electus esset priusquam celebrata de ipso electio confirmaretur sub Oeconomatus, vel procurationis nomine, aut alio de nouo quæsito colore in spiritualibus, vel temporalibus per se, vel per alium pro parte, vel in torum gerere, vel recipere, aut illis se immiscere præsumeret, omnes illos qui secus fecissent, iure, si quod illis per electionem quæsitum foret, decernens eo ipso priuatos, & pieme. Bonifacius Octauus, etiam sua perpetua valitura constitutione sancierit, ut Episcopi, & alij prælati, superiores necnon Abbates, Piores, & cateri Monasteriorum regimina exercetes, quo cunque nomine censerentur, qui apud sedē Apostolicam prouenerentur, aut confirmationis, consecrationis, vel benedictionis munus reciperent alias eis ecclesiæ, & monasteria dictæ fedi literis eorum promotionem, confirmationem, consecrationem, seu benedictionem huiusmodi continentibus non confessis accedere, vel bonorum ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumerent, nullijs eos absque dictarum literarum ostensione reciperent, aut eis parerent, vel intenderent. Quod si forsitan contrâ præsumptum fuisset, quod per ipsos prælatos, Abbates, Piores, & alios Monasteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore acutum foret, irritum haberetur, nec quicquam interim iidem Episcopi vel Prælati, Abbates, Piores, vel regimina exercitia de ecclesiæ vel monasteriorum eorundem prouentibus perciperet, & re. me. Paulus tertius, & Rom. Pontifices prædecessores nostri quibuscunque Tabellionibus publicis sub excommunicationis latæ sententiæ pena inhibuerint, ne extunc de cætero, de transumptis supplicationum præterquam habentem clausulam quod earum sola signaturæ sufficeret, ac decreto & concessione literatum, seu mandatorum possessionem beneficiorum ecclesiasticorum vigore supplicationum huiusmodi apprehendi, rogari deberent, neve illa subscribere, aut quoquin modo autheticare, vel partibus traduce præsumerent, volens & Apostolica

auctoritate statuēs inter cætera, quod partes transumptis seu literis aut mandatis huiusmodi, extuc deinceps, videntes, ac illorum prætextu possessionem beneficiorum huiusmodi apprehendentes fructus, quos ex illis pro tempore perciperet suos non facerent. Quinimo ad beneficia in eisdem transumptis, & literis, ac mandatis expressa efficiuntur, ipso facto perpetuo inhabiles & ad restitutionem fructuum ex illis pro tempore perceptorum, in vitroque foro tenerentur. Decernens sic iudicari debere, ac irritum, &c. Et successiū Sanctitas sua, attendens, quod ante confectionem literarum gratia apostolica est informis, inter alia voluerit, itauerit, & ordinauerit, quod iudices in Romana curia vel extra eam pro tempore existentes, etiam si essent Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. vel causarum Palatij apost. Auditores, aut quicunque alij non iuxta supplicatio super imprectionem signatarum tenores & formas iudicare deberent, etiam decreto irritanti adiecto, Nihilominus diversi Episcopi, & alij Prælati superiores, & Abbaties, literis super dispensationem, retinendi beneficia per eos antequam promouerentur, aut eorum electiones confirmarentur, obtenta per prædictam sedem pro tempore concessis minimè confessis beneficia per eos obtenta prædicta retinere, & diuersæ alia personæ ecclesiastica possessionem beneficiorum ecclesiasticorum eis dicta auctoritate conferri, seu commendari, vel in eorum fauorem vniri, aut alias disponi concessionem literis apostolicis desuper non expeditis apprehendere præsumunt inhabilitatem, & alias penas in sanctionibus & inhibitione, ac voluntate & statuto prædicto contentas, damnabiliter incurriendo in animatum suarum periculū, Volens periculis animalium huiusmodi latius occurtere, sanctiones & inhibitionem, ac voluntatem, & statutum huiusmodi quorum tenores Sanctitas sua, ac si de verbo ad verbum insereretur haberi voluit pro expressis approbans, & innouans, ac perpetuo obseruari debere decernens, & sanctiones ipsas ad inferiora beneficia ecclesiastica, quæcumque, quomodounque, qualificata amplijs, & extendens, hac sua in perpetuum valitura constitutione statuit, & ordinavit. Quod omnes & singulæ personæ ecclesiasticæ, tam seculares, quam quorumuis ordinum regulares, cuiusvis status, gradus, ordinis vel conditionis existant, etiam si episcopali vel archiepiscopali, aut patriarchali, vel alia maiori dignitate prefulgeant, qd de cætero literis super dispensatione retinendi beneficia per eos antequam promoueantur, aut eorum electiones confirmantur obtenta eis per sedem eandem pro tempore concessis minimè confessis beneficia ipsa retinere, aut possessionem alicuius, seu aliquorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura secularium vel quorumuis ordinum regularium quæcumque, & qualitercumque qualificatorum eis dicta auctoritate apostol. conferri seu commendari, aut in eorum fauorem & commodum vniuersi seu alias disponi concessionis literis apostolicis super collatione, seu commenda, aut vniione seu

seu alia dispositione huiusmodi non expeditis perse, vel per alium, seu alios eius nomine etiam supplicatione. seu sumptorum vel transumptorum huiusmodi, aut collationum eis postmodum de ipsis beneficiis tamquam etiam tunc certomodo in supplicatione. expresso vacantibus ordinaria vel alia quauis auctoritate factarum praetextu apprehendere prae sumperint, aut per alios apprehensam, ratam, & gratam habuerint, ipsorum beneficiorum non possessores sed meri & nudi detentores, ac violenti, & siue alioquin titulo in eis intrusis censeantur, & pro talibus habeantur, & reputentur, nec fructus suos faciant, sed ad illorum restitutionem, ut praefertur, teneantur, & obligati existat, constitutione. seu dicta cancellaria regulae de annali, & triennali possest in illis locum non habeant, nec eisdem detentoribus, & intrusis in aliquo suffragentur: quinimum beneficia per eos tempore promotionis suorum, aut eorum electionis, confirmationis, obtenta literis super dispensatione ea retinendi, sibi concessa non expeditis retinentes, aut possessionem beneficiorum literis apostolicis super illis non confectis apprehendentes, seu per alios apprehensam, ratam, & gratam habentes beneficia, sic retenta, aut apprehensa, & omne ius quod in illis, vel ad illa pro tempore quomodolibet habuerint eo ipso amittant, illisque, & illo priuari, ac ad illa de cetero obtainenda perpetuo inhabiles, nec illa ulterius, & praetextu noui tituli, aut nouae commendae, vel vniuersitatis, seu alterius dispositionis etiam apostolica auctoritate facta a se qui valeant, sed beneficia ipsa tanquam de iure, & facto vacantia aliis conferrri, seu commendari, & per quosquis, tam ab eorum ordinariis, collatoribus, quam a sede praedicta libere impetrari possint, & si beneficia ipsa litigiosa fuerint colligantes in omni iure, & ad omnem ius quod beneficia retinentibus, aut possessionem apprehendentibus huiusmodi in eisdem beneficiis, vel ad illa quomodolibet competebat aut competere poterat eo ipso absque iuris, aut hominis ministerio surrogentur, & surrogati esse censeantur, ac in eorum fauorem causa de super pendens adiudicata, & lis extincta fuisse, & similiter esse censeantur. Quodque de cetero supplications etiam manu nostra, & motu proprio signatae, nisi habuerint clausulam, quod eorum sola signatura sufficiat, nullam aliam, quam per literarum super illis conficien. fidem, aut probationem facient, seu praestet, nec villa eis in aliquo alio casu fides adhibeat, aut adhiberi possit. Decernens sic & non aliter, tam in eadem curia, quam extra eam, & in partibus per quoscumque iudices, ac commissarios quauis etiam apostolica auctoritate predicta fungentes etiam causarum palatiij huiusmodi Auditores & ipsius Romanarum Ecclesiarum Cardinales, in qua uis causa, & instantia sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandia auctoritate, & facultate iudicari & definiti debere, ac irritum, &c.

Placet publicetur & describatur. I.

Lecta & publicata fuit supradicta Regula Ro-

mæ, in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo quinquagesimotertio, die vero Sabbati XXVII, mensis Maij. Pontificatus prelibati Sanctissimi Domini nostri Iulij, Diuina prouidentia Papæ tertij, anno quarto.

A. Domellinus Cufos.

64 Dispensatio est odiosa ca. i. & 2. de fil. presbyt. *Odiosa dispensatio.* lib. 6. quamobrem non exceditur etiam ad casum habentem maiorem rationem, arguendo à maiori ad minus. c. fi. de transla. præla. Fel. in c. postulasti. col. ii. nu. 8. in fi. & nu. seq. de rescr. p.

65 Vt nec quidem dispensatus ad curatū, censeatur dispensatus ad simplex. Do. de Rot. decif. 136. voluerunt, in no. [in tit. de filiis presbyteroru decif. 2.] & illegitimus dispensatus ad beneficia non censemur dispensatus ad pensionem, nisi exprimat, per c. quamvis, & c. cui. de non sacerdotali, de præb. lib. 6. hoc docet Hiero. Gigas in trac. de p. 5. q. 18. nisi semel consecutus fuisset beneficium ex dispensatione, quod poste à resignasset. & eidem referuata esset pensio iuxta c. nisi, de præb. ita Gigas: alibi tamen dicam fusiūs.

66 Itē natura dispensationis est tam odiosa, vt non comprehendat beneficia, nisi de quibus habita sit mentio in ea maximè si sint alterius qualitatis: ideoque dispensatus ad dignitates, etiā si illis immineat animarum cura, non censemur dispensatus ad beneficia curata sine dignitate. gl. & doc. i. c. nō potest, de præb. in 6. per tex. in c. cū in illis, ibidem.

67 Ideoque debet esse causus impetrās, vt exprimat & simplicia, & curata, ac alias qualificata, alias neutriū in dispensatione cōprehendetur: veluti monachus dispensatus ad curatū, non censemur ad simplex dispensatus c. cui. de præbend. li. 6. Dec. in c. at si clerici. §. fi. col. 7. n. 10. de iud. Ias. in 1. fi. nu. 37. de const. princ. [Si tamen quis impetrat dispensationem ad duo curata, vel alias incompatibilia, si iuste vnu habet, non tenetur de illo facere mentionem, quia de illo nō agitur, & quia est clausula pro expressis habet, & vt generaliter ad quæcumque beneficia dispensatur, & si impetrans expressissit se habere vnu, nō recusasset Papa vel cum difficultate, imo facilius dispensasset, vt not. doct. in c. postulatis. de rescr. sed si velit dispensare cum illis, quæ habet, & vt alia cōsequatur, tūc ea exprimere tenetur. c. 2. de filiis presbyt. in 6.]

68 Quinimum si quis impetrat beneficium nō exprimendo esse curatum, licet in fine eiusdem impetrationis dicatur, quod animarum cura non negligatur: tamen si illud impetratum sit curatum, non debebitur, per text. in clemēt. i. in princ. de præben. postquam dispositiū non fuit habita mentio curæ.

69 Item dicta clausula, &c. in supplicatione nil operatur, quod ad prædicta, nisi ad ea quæ de iure & praxi comprehenduntur, quæ superius declarauit in signatura gratiae, & in l. ceterorum. ff. de verborum significatione.

70 Limitatur ad accessoria consecutiva, ad quæ

Extenditur dispensatio, dispensatio extensio. glo. singul. in cap. quia intentum, de praeben. nam si dispensatus sum ad plura beneficia curata, in consequens videtur mecum dispensatum, ut possim habere substitutum, & vicarium in altero, alias dispensatio non sortiretur effectum, nec prodesset. Felin. in cap. postulasti. col. 13. de rescript.

71 Itē dispensatus ad plures ecclesias parochiales, cēsetur excusatus, ne teneatur solēnibus festis in vtroq; adesse, licet alias cōtra. c. si quis in clero. iuncta glo. 7. q. i. quā probat Barba. in cle. l. col. 5. 4. de elect. & Imol. in c. postulasti. col. pe. de rescript.

72 Præterea dispensatus ad plura curata, cēsetur dispensatus de nō residendo in uno, per gl. in c. non potest, de prab. li. 6. Panor. & alijs in c. extirpanda, §. qui vero illo tit. Fel. in c. fi. de simo. Spec. in titul. de dispensa. §. dicendum, vers. quid si indulgetur.

[Ias. in l. beneficiū. col. 8. n. 4. de constit. princip.]

73 Non prætermittendū est, q. minor dispensatus ad curatum, cēsetur dispensatus de non promouendo, sine quo non posset Curatum ultra annum obtainere. c. licet canon. de elect. in §. Panor. & alijs in d. ca. quia intantum, de prab. & dispensatus, vt possit ad sacerdotium promoueri, videtur eidem concessum, vt ad subdiaconatum & alios ordines promoueatur. Joan. And. in ca. postulasti. de rescript. Fel. in c. at si cleric. §. fin. col. penul. de iudic.

74 Accedit quōd episcopus dispensatus ne intra annū teneatur consecrari, videatur interim quoque dispensatus ad priora beneficia retinenda: vt docet Panor. in d. c. cum in cunctis. §. cūm vero, de elect. gl. in verb. consecrari. §. item insuper, de collat. in pragma.

75 Et sic patet in dispensatione (quāuis sit odiosa) fieri extensionē ad casum, sine quo dispensatio nullum sortiretur effectū. l. si stipulatus fuero per te, ff. de verb. oblig. l. 2. de iurisd. omniū judi. c. si postquam, de elect. in 6. Et vbi tempore interdicti cōceditur baptismus & chrismatio, sic & chrismatis confessio, sine qua christina dari nō posset. ca. quoniam, de sentent. excommunic. lib. 6.

76 Animaduertendum tamen est dispensationē non extendi ad consecutiua separabilia: vnde minor dispensatus de promouendo, & vt celeriter, non cēsetur dispensatus de obtinendo beneficium curatum: quia licet hoc sit consecutiuum, tamen est separabile, & non necessarium: & dispensatio debitum sortitur effectum absque beneficio, quod sufficit doct. in cle. l. de xat. & qualit. gl. in c. cui, de prab. in 6.

77 Nisi illa fuerint inclusiva: vnde dispensatus ad diaconatum, potest suscipere subdiaconatum: vt docet Joan. Andr. in addi. ad Spec. eod. titul. §. postremo, in princ.

78 Minor etiam dispensatus vt sit canonicus in ecclesia cathedrali, nō poterit esse iudex delegatus. c. statutum, in verb. canonicis, de rescript. in 6. Fel. in c. cum nuncius. i. not. de testib. nec habebit hic minor locū in capitulo, nec suffragiū. gl. i. cle. 2. de eta. Fel. in c. at si cleric. §. fi. col. pen. de iudic.

79 Alius effectus dispensationis est, quod dispensatio est gratia, & milericorditer indulgetur, ca. fi.

de schisma. c. innocuit, de elect. Domin. in ca. licet canon, in fi. de elect.

80 Ideo non tenetur episcopus vel alius dispen- fare, sed hoc ei liberum est, cap. at si cleric. in fi. ibi, potest, de iudic. & ibidē plenē Panor. & alijs, nisi euīdens vrgeat ratio, & causa dispensandi, tunc enim teneretur, velut in favore studij, cap. cūm ex eo, de elect. in 6. & in aliis casib; similem aut maiorem rationem continentibus, §. porrò, quā fuit prima cau. benef. amit. Spec. in tit. de Lapsis & dispen. in §. genera, & ibi Bal. in add. ad eum in prin. Perus. in c. licet canon, §. is etiam, 3. not. de elect. in 6. glo. in c. exigunt. i. q. 7.

81 Inde vocatur dispensationis beneficium, in ca. innocuit, vers. habitu, de elect. & sic ut beneficium inuito non confertur, reg. inuito, ff. de reg. iur. ita nec dispensatur cum aliquo inuito & gratia dispensationis vocatur, in cap. licet canon, de elect. in 6. vbi Perus. dicit non expirare per mortem concedentis.

82 Adhac sicut beneficium collatum non potest *Dispensatio* collator reuocare, sic nec dispensationē sine ma- *an reuocata*.

6. quia beneficio iuuari nos oportet, non decipi, in commodato, §. sicut, ff. commoda. c. vno, illo tit.

83 Insuper ex dispensatione quis plura beneficia retinere poterit, licet alias non posset: c. dum, 2. de elect. & incompatibilita, de quibus inferius dicā in bullæ declaratione: & etiam beneficium, quod alias retinet non valet, per dispensationē retinendi poterit, c. diuersis, de cler. cōiu. c. fi. de cler. pere.

84 Præterea dispensatus de crimine publico non potest postea accusari, si publicè dispensatum secū extiterit, per ca. ex tua, de filiis presbyterorū, ca. super his, de accusatio. Specul. in eod. tit. §. postremo, vbi alia videre poteris, quōd post dispensationem poterit quis sacramenta recipere, & suū officium licet exerceere, & alia facere, quā posset alius habilis. Et in summa effectus dispensationis est, vt si perperam concessa sit, tam animam concedentis, quā dispensati ad inferos dederat, vbi miserere cruciabuntur. [Tamen si quis impetrat *Dispensatio* beneficium vacans per non promotionem Ti- *ad inferos* deducit.

tij, aut per adoptionē secundi, si is pendente processu impetrat dispensationem, vt retinere possit illud beneficium, illa dispensatio in præiudicium tertij imperrantis non valebit, vt docet Card. inc. quia diligentia. de elect. & Fel. in c. super eo. per illum text. col. 2. de offi. deleg. facit cap. quamvis, de rescript. lib. 6.]

85 Ultimō quia praxis horum omnium consistit

in bullā, & formula dispensationis: ideo non erit alienum eam statim ob oculos subiicere declarando clausulas notabiles, super quibus sapientis dubitari vidi: tu lector beneuole, boni consules,

*Formula dispensationis ad duo, &c
super atate.*



Vlius, &c. Dilecto filio Ioachimo Ge-
loy, de nobili genere procreato ex v-
tiroque parente, salutem. Nobilitas gene-
ris,

*Dispensatio
ad duo non
tenetur in
viro que re-
sidere.*

*Minor di-
spensatus vt
promoue-
tur non po-
test obne-
re benefi-
cium cura-
tuza.*

*Dispensa-
tio vocatur
gratia &
beneficium.*

lit. sic conciliaui in tract. nominat. q. 15. nu. 34. post
Ias. in d. l. & militibus. facit text. in c. postulasti, in
prin. de cler. excom. ministr.

Recipere. Ideo dicit, quia prius quis dē- Ad recipio
bet reddi capax ad recipien- dum debet
dum, quā ad conseruandum: Ideo recipere di- quis capax
pētit, alias per adēptionē secundi vacaret primū,
c. de multa, de præb. & sic duo cum effecture recipere non posset. idem dicitur in c. quamvis, & c. si
gratiosa, de rescr. in 6.

Et textus dicit liberē recipere. i. sine alia dispen-
satione & onore. Clem. vlt. de ætate & qualit. scri-
psi in §. præfatiq. ordinarij. de coll. in Concor-

Et in simul retinere, &c. Disp̄. fatus
vit recipiat
non poterit
retinere.
Vult etiam q. nō solum recipiat hēc beneficia, sed
& illa retineat, qā non minor est virtus quā qua-
rare, parta tueri, & sic dispersus vt possit recipere,
nō poterit ea retinere: vt unū prōderit hēc di-
spensatio: vt per adēptionem secundi non statim.

De dispensatione ratione artatis.

vacet primū, quod aliās vacaret, per ca. de multa, de præb. & ita loquitur Domin. in c. non potest, illo. tit. in 6. licet Philippus teneat ibi contra.

Dispensatio Et si Papa dispenset cum epho, vel alio de retinēti rei do beneficia, que habet hæc retentio, duos operatur effectus, videlicet prouisionis, & dispensationis: ut quis plura retineat beneficia incōpatabilia, cōtra cap. de multa, de præbendis. **Egid.** Bellamera, decif. 472. si episcopus, vbi dicit istam retentioem, vitari ex subreptione, & si detinens beneficium, iniuste, impetraverit dispensationem, quod illud possit retinere, illa gratia erit subreptitia, si nō fiat mentio fructuum perceptorum, vt docet idem. **Egid.** in c. dudum, col. vii. de elec.

LICITE. Tam in foro contentioso, quam cōscientiæ, gl. in c. quæ in ecclesiariam, iusfe est e- de constit. c. i. vers. sed extitit, de concessione præbendæ, in 6. & c. constitutionem, de reg. ibid. & sic dispensatus cum causa tutus est, & in foro poli, & fori. s. quando causa vera est, & iusta: quia dispositio Papæ in vitroque foro excusat. c. i. de constit. & c. illo. tit. in 6. vbi gl. & doc.

Seculari datur secu-
lare benefi-
ciū in titu-
lum in com-
mendam ve-
rō regularē. Nam vnius vxoris vir quis esse debet. c. cūm non
ignores, de præbendis: sed isti potest aliena commēdari vxori: sic seculari datur titulus vnius beneficij, quod sit ei in verum titulū. Sed quod amplius est, regulariter cōmendabitur ei, & dabitur in cōmendam, vt videlicet habeat istud secundum regulare commendatum: non enim potest vtrique ecclesia p̄f̄sidere quis tanquam titulata, sed vni tanquam commendata, alteri verò tanquam titulata p̄r̄erit. c. fin. & per totum. 21. q. i.

Idem in regulari dispensato, videlicet vt regulare in titulum habeat, secularē autem tanquam alienum, quia secularibus debitum teneat in cōmendam. cle. ne in agro. §. cæterū, de statu monach. Nam qui plures ecclesiæ retinet, vnam quidem titulatam, aliam verò sub commendatione retinere debet. c. qui plures. 21. q. i.

Papa ad vi-
tem commi-
dat. **I** Quoad vixeris, &c. Com-
mēda-
fit ad tempus, & perpe: uo. c. extirpādæ. §. qui ve-
rō, de præb. c. nemo, de elec. in 6. & superiū dixi.
Ideo ad sciendum quanto tempore velit Papa re-
linquere huic impenetranti beneficia commēdata, dixit ad vitā, & ita permanebit beneficiū, & sic cō-
mendatur p̄petuo. i. quoad vixeris, qui dispensa-
tus est nisi resignauerit illud, aut aliās factō suo amiserit, vt pote ob delictum: aliās quod nostrum est, sine factō nostro à nobis auferri non potest. l. id quod nostrum. ff. de régul. iur. & inferiū dicetur in tertia parte, quot modis beneficia amittantur.

Tertiū Pa- 2 Interdum quoque Papa commendat tertiu ad pa ad annū annum, vt interim vnum ex tribus dispensatus di-
mendat, sed hic dicit, quoad vixeris, & sic vberior est dispensatio. Beneficia verò quæ in titulum cōceduntur, perpetuō dantur. c. si gratiose, de rescri-

ptis. c. satis peruersum. 66. distinctione.

3 Animaduertēdū est, qđ interdū Papa cū aliquo Diff. f. ans dispesat, vt duo curata recipere valeat, dummodo ut remittat intra annū dimittat vnum: tūc nīs intra annū iste per annū dimiserit alterū, est priuat⁹ primo: & si cōtenderit vtrūque retinere, priuatus est vitroque, inhabilit⁹; nesciūm, efficit ad alia. extrau. Execrabilis, de præb. loā. 22. nec p̄dest ista dispesatio, postquā nō est impleta condit. c. super eo, & c. verum, de condit. appo.

4 Sed hoc casu ante finitū tēpus cōsulerē à Papa Prorogatio petere dispensationis prorogationē ad vitā, & hoc dispensatio ms aliquan solet quādoque literatis & nobilibus concedere.

5 Vnde si petatur hæc prorogatio ad vitā de parochialibus, tamen in dispositione nō sit clausula, In proroga- & de parochialibus ad vitam: illa non apponetur tione de par in bullā: am hæc prorogatio etiam de parochialibus est facien- da menti.

6 Nisi antea fuerit ab alio impetrata post tēpus: quod fieri potest, non obstate prorogatione inu- lida: requiritur tamen in noua impetratiōne men- tionem fieri primæ dispensationis & vacationis.

7 Diuersum est si Papa non apposuit certum. Dispensatus tempus, intra quod dimitteret vnum, vel alterum, ad di- mitiat al tunc nō esset priuatus, nec uno, nec altero: q̄ illa. terum sine verba volumus quod dimittat, faciunt mōnitōne: vt cōsuluit Dom. cōs. 106. super dicto dubio, quem adiunctione tēpus non refert & sequitur Boér. in dec. Burdegal. q. 119. qui- est p̄missus, dam renunciavit, & ideo hoc casu requiretur priuatio, postquam non est facta nisi monitio.

8 Adde quod hoc casu, quo q̄s intra certū tēpus Dispensatus beneficiū dimittere tenetur non poterit illud di- ut vnum di mittendū permutare cū alio: nā sic illud nō cense- mittat, non retur dimisiss. De Rota dec. 329. Tu obtinens, in poterit il- nouis, [sub tit. de re iud. dec. 12.] & dec. 581. Papa re- tēpus per seruauit, in antiquo. [sub tit. de rer. perm. dec. mutare. 13.] ac in tit. de rerum permut. dec. 3. [Bern. de Be- signe.] nec censeretur dispensatus ad illud, quod compermutatum haberet, etiam si esset simplex, ideoq; realiter dimittere tenet, & cum effectu: vt superiū dictum fuit, nisi omnia alia amittere velit: & nisi hoc fieret coram Papa expressione facta.

9 Et cūm q̄s dimittere beneficiū debet, nō aliās Dimittere tenetur illud resignare, quam ut verbo tenus collatoris dicit, se illud dimittere: & collatoris erit il- verbo suffi- cit benefi- lud alteri liberē conferre post dimissionem, cui ciūm. voluerit idoneo, vt docet Calderinus, conf. 5. tit. de renunciat. ac Cardin. in cle. 1. num. 15. de penis.

10 Sed quamus do. de Rota, dec. 250. notā qđ vbi Papa in antiq. [sub titul. de rescr. decis. 65.] dicant, quod cūm quis tenetur dimittere beneficium ex dispensatione Papa, quod illud dimissum vacabit in Curia tamen hanc reseruationē in Francia non seruamus, immo coram ordinario sufficit, quod ipse dimittat, & ordinari⁹ cōferret: & hoc iure vtrum.

11 Etiā p̄r̄ adēptionem secūdū vacat primum, Per adē- c. de multa, de præb. & p̄r̄ adēptionem tertij duo ptionē quan- prima, clem. si plures, de præb. Staphil. in 3. forma. do vacat primū tan- expecta. fol. ii. & sequent. vnde ad duo dispensatus tium. adipiscen

ad pescendo tertium, duo prima vacat, & tertium retinere poterit: per d. clement. si plures.

12. Intellige quando esset in dispensatione loco dimissi, &c. tunc solum vacabit primus: quod si non dimiserit, sed cum aliis retinuerit, tunc omnia vacabunt post mensem pacificæ possessionis, & impetrari poterunt, per extra. Execrabilis.

Difffusus ad duo non potest ter- ium reci- per.

13. Alioqui si dispensatus ad duo, tertium obtineat, non valebit collatio tertij: nihilominus vacabunt duo prima. e. ordinarij. §. i cōferēdis, de officio ordinarij, i. 6. nisi fuerit clausula illa loco dimissi, &c.

14. Veruntamen si quis fuerit dispensatus ad duo, & obtineat parochiale ecclesiam cum prioratu non curato, si conferatur ei altera parochialis, & sic tertium beneficiū, huius tertij collatio valebit quia §. in conferendis, loquitur quād sit collatio habēti plures dignitates personatus, seu plura curata, vt non valeat collatio tertij incompatibilis.

15. Secus si habeat prioratum regulare cum curato, qui prioratus non est incompatibilis nisi ratione qualitatis, quia regularis, personæ seculari concedi iure non potest: sed ratione beneficiorum nulla est incompatibilitas, ideo valebit collatio tertij: sed vacabit prima parochialis per adoptionē istius: quod est valde notandum ad intellectum d. §. in conferendis.

Clausula 16. Insuper si quis petat dispensari secum ad tria incompatibilia, etiam si parochiales ecclesiæ, vel dignitates etiam maiores &c. & in dispositione non sit clausula; & de parochialibus ad vitam, sed ista clausula. & de tribus incompatibilibus ad vitam, dummodo non sint plures quam duas ecclesiæ parochiales, per istam clausulam non poterit habere parochiales duas: quia in signatura debebat esse de parochialibus ad vitam.

Cum igitur sit omisſa, non censetur ad illas dispensatus: nec illa clausula dummodo, non operatur concessionem: quia inducta ad restrictionem, non operantur argumentum. l. legata inutiliter, ff. de legatis & fideicommissis primo. Et super his sacerdos consuluit: & hoc est valde occultum, sicut ars Cabalistica olim Iudaica.

Dispensatus ad duo quā do illa posse. Etiam Papa vult, vt hic dispensatus possit illa duo simul dimittere, & alia duo loco illorum reire, & alia cipere, & retinere: hoc est necessarium propter tex- duobus habere. tum in capit. non potest de præbendis in texto. vbi dispenses ad duo intelligitur de duobus primis, que si dimittat, ad alia non censetur dispensatus, ob id ista hic concedit. facit textus in l. boues, §. hoc sermone, dū nuptia erit, primæ nuptiæ intelliguntur, ff. de verborum significatione. vbi abunde scripti, & Alex. in l. diuortio, §. ob donationes, ff. soluto matrimonio. Iason in l. qui per salutem, & in l. duobus, §. si ei qui, de iure iurand. potest enim unum hodie dimittere, deinde alterum successu: quod si unum exprimeretur aut concederetur, aliud non veniret, per l. cūm prætor, ff. de iudic. ideo exprimit, & simul, & successu dimittere, &c.

Permisiſtare potest despēſatus & co- ram ordina- rīo.

Simpliciter. Siue ea dimittat, simul vel alterū, aut

si fortè est aliud ad eptum. c. si beneficia, de præbili. 6. Seu resignet ea simpliciter, aut causa permutationis: vt dixi supra in materia resignationis: quia hoc ei permittitur hīc.

Vel ex causa permutationis.

Et sic causa permutationis potest dimittere: & hæc permutatio poterit fieri etiam coram ordinario, qui autoritatē huic præstare solet. c. quæsitum, de rerū permuta. ca. vno, eo. tit. in 6. sic consuluit Gemin. consil. 97. Titius habuit. col. 2. sed ordinarius antequām conferat secundū, prospicere debet dispensationē. c. ordinarij. §. in cōferendis, de offic. ord. in 6. & si ista clausula si in corpore & in signaturā partis petitione & cum clausula permutedandi, &c. & rā eſe de-

non fuerit repetita in clausulis, non prodest regularibus dispensatis ad seculare beneficiū: nec quidem secularibus dispensatis ad regulare, sed prodesse poterit secularibus quo ad secularia, vt in locum dimissi aliud habere possint simile, ita vidi de stylo seruati: quod notes: & sic videatur signatura, quæ alias non poterit extend. Aduertendum est ad intellectum ca. ordinarij. §. in conferendis, de offic. ordi. in 6. ista demum locum habere quando confertur, beneficium plura habenti, tunc non vallet collatio ultimi, si ad illud dispensatus non sit, cūm non possit illa retinere.

Secundū requiritur quod episcopus videat dispensationem. ibidem.

Tertiū quod appareat per illā dispensationem quod poterit acceptare & retinere utrumque.

Quartū quod si non possit retinere, quod dimittat unum. d. §. in conferendis. quod est verū in eo qui plura habet.

Sed si quis dispensatus sit ad duo, ad unum seculare & regulare, si obtinuerit unū regulare, si conferatur ei aliud, valebit collatio secundi, nec vacabit primum, donec obtinuerit pacificā possessionem secundi. ca. de multa de præbend. cap. commissa. de elect. lib. 6. Et si post adeptam pacificam possessionem velit resignare secundum, non poterit, quia utrumque habere non poterit: & hec resignatio faceret ut utrumque haberet, saltē cum effectu. Ideo debet reignare unum ex duobus antequām ultimum adipiscatur. Sed poterit non acceptare, & tunc retinere poterit & primum.]

Quoties tibi placuerit.

Quia dici posset, vt fortè intelligatur: si bis, ter aut ad sūmū, quater dimiserit, non ultra rōe infinitatis vitādæ. c. 2. de descr. li. 6. ideo subiectum quoties tibi placuerit dimittere possis, pluries igitur eadimittere, & pinutare licet, put lubuerit: vt c. consuluit Do. cōf. 97. Vitijs. col. 2. natura enim dictionis quo plura beneti- ties: ni testicula sit, est variādi. etiā in infinitū. I. q. si scia recipere nō potest. §. si quid ita. ff. de adi. edic. Arch. in ca. nunc rōe dimi- tere. 9. q. 3. scripti i. interpl. vni. in l. no. in vlt. lim. C. de sen. quæ pro eo q. interest. & Dec. cōf. 169. & generaliter diligenter, primo dubio, & dimittere capitulū hīc capiuntur. generaliter, quomodo cūq. dimittat, siue resignādotacitē, seu expreſſe, vel alio modo dimittendo. c. ex part. i. de offi. del. dixi in tra. de pac. pos. n. 153.

Et loco dimissi vel di-

Loco dimis-
si aliud ca-
pi potest, nō
plura,

*misorum aliud, vel alia, simile, vel dissimile, aut similia
vel dissimilia beneficium seu beneficia.* Ideo dicit aliud

*loco dimissi, non alia: quia si in locum dimissi quis
acciperet duo, vacaret primū, clementina si plu-
res, de præb. nec huiusmodi dispensatio porrigeret
se ad ista tria, quæ si contéderet simul retinere, va-
carent etiam illa duo, extraug. Execrabilis. Ioan.
22. ob id loco tantū cuiuslibet dimissi, poterit aliud*

*Penitentia
ad duo
dispensat,
sed nō clau-
silam po-
nit loco di-
missi, &c.*

*habere. & ista clausula non datur à summo pœni-
tentiaro. ideo si habueris ab eo dispensationem,
oportet aliam à Papa impetrare, narrando, quod in
Francia nō adhibetur istifides: & de viribus facul-
tatum pœnitentiarij hæsitatur, ideo ad maiorem
cautelam sumes hanc nouissimam, quæ non tan-
tum taxatur, sicut si de novo imprestas. Nota si-
miles, nam si reliquit curatum, aliud curatum obti-
nere valebit: vel si duo curata dimittat, itidem alia
duo similia, vel si duas reliquit dignitates, duas a-
lias recipere poterit, & intellige quod dimittat cū
effectu, alioqui si dicat se verbo dimittere, & aliud*

*Dimissio co-
ram ordina-
rio fieri po-
test.*

*accipiat, vacabit primum: vt dictum fuit c. priu-
quam. 27. q. 1. quam dimissionem sufficit dispensa-
to probare factam corā ordinario: nisi probet ad-
uersarius eum postea illud dimissum possedisse, &
fructus suo nomine recepisse. doc. in c. ordinarij.
de offi. ordi. in 6.*

*Dimittens
vnum bene-
ficiū aliud
etiam non
simile reci-
pere poterit.*

Vel dissimili. Reliquit curatum, po-
terit dignitatem eius
loco recipere, vel reliquit seculare, poterit regala-
re recipere, quæ clausula est magni momenti & vi-
tialitatis: & doc. no. d. cap. non potest de præbend. in
6. vnde cum quidam professus ordinem mendica-
tum fuisse translatus ad ordinem sancti Bene-
dicti, ac dispensatus, vt posset habere beneficium
curatum dicti ordinis, quod obtinuit, & demum
eum alio permutovit, illud secundum retinere nō
valuit, quia ad id non erat dispensatus: cum dispe-
nsatio sine ista clausula de primo intelligatur. d. cap.
non potest. Agid. Bellamera conf. 8. in primo du-
blio: & dispensatio vt loco dimissi aliud habeat, in-
telligitur de simili. glof. in authent. sed novo iure.
C. de seruis fugit. & supra dictum fuit: ideo hoc
verbum intelligit etiam de dissimili: vide Fel.
conf. 4. dubitatur.

Intellige tamen de primo, quod habuit cum ef-
fectu: nam si collatum ei fuit beneficium, quod per
sententia amisi, non nocebit quoniam non obtinere
possit, quia intelligitur de primo cū effectu. l. i. ff.
quod quisque iuris. cap. relatum, de cleric. non re-
fid. Anch. in cap. 2. col. 1. de filiis presbyt. in 6. per
cap. hæc autē verba, de penitent. distinct. 1. Bald.
in c. olim. col. 2. de rescript. per l. hæc conditio pri-
ma ff. de condi. & demonst. Ias. in l. diuortio. §.
quod in annos. ff. soluto matrimonio. postea Papa
repetit beneficia, vt est videre in bulla, vt eam in

*Cōmēdata
rius vñ po-
serit fructi-
bus benefi-
ciij, sed non
abuvi.*

titulum recipere possit, vel in commendam: vt in
ea continetur, quare eam videoas. [Et quæ scripsi
in l. nomen filiarum. §. fin. ff. de verb. signif.

I Nec non debitis &c. Vult
Papa,

quod licet habens beneficium in commendā di-
catur depositari. gl. in ca. nemo, de elect. in 6. qui
non facit fructus suos, tamen ex gratia cōcedit, vt
disponere possit de beneficij fructibus commen-
dati, vt in hoc æquiparetur habentibus in titulū,
qui disponunt, vel disponere debent: haec autem
sunt paria dispone-re, vel disponere debere. ar-
gum. l. quod te. in f. ff. de reb. cred.

2 Sed an commendatarius beneficij fructus dissi-
pare possit, Alciatus hoc concedit in l. pacētum cu-
ratoris. C. de pacētis. hoc tamen non videtur verū,
imō sacrilegium committit qui bona ecclesiæ dis-
sipat. cap. penult. & ibi Imol. vlti. not. de pecul. cle-
ri. Panormitan⁹ in c. f. col. 2. de pignor. hoc docet
Do. Probus in cap. nemo deinceps. in addit. ad Io.
Monachū de elec̄t. in 6. & ego prius in interpret.
cap. postulastis. de cleric. excomm. ministr. in 4.
not. etiā hic text. dici debuerint, videlicet quod
hic commendatarius possit disponere de fructi-
bus beneficij, sicut debent illi, qui in titulum ha-
bent, sed his non licet dissipare, multò minus com-
mandatariis.

3 Sed quomodo debeant hi disponere respon-
per canones antiquos episcopi haebant medium
partem, aut tertiam oblationum, quæ siebant in ec-
clesiis. c. de his. & seq. 10. q. 1. eo quod erant paupe-
res, & boni: verū tempore succrescente cepe-
runt augeri bona episcopatum, & ipsi fieri diui-
tes, non tamen ob hoc meliores.

4 Ideo statutum in 2. Bracharen. concilio fuit, vt
nullus episcoporum per suā dicecesim præter ho-
norem cathedrae suæ, in est duos solidos, aliud ali-
quid per ecclesiæ tollat, neque tertiam partē ex
quacunque oblatione populi parochialib⁹ ecclē-
siis facta sibi usurpet, sed ecclesiæ reparacioni fer-
uet, & singulis annis ratio episcopo fiat: nam si ter-
tiam partem illam episcopus tollit, lumen & sar-
tate abstat ecclēsiæ: verba sunt text. in cap. pla-
cuit. 10. quæst. 3. & idem habes in capit. prīcis.
ibidem.

5 Vbi glof. dic. it illam tertiam dari solitam epi-
scopis, vtonus fabricæ subirent. verū cum hodie
multis bonis & diuitiis abundent, nihil à parochia-
libus ecclesiis accipere decet, nisi synodaticum &
conscripta in cap. conquerente. de ordi. offi. Nem
pe si possent episcopi ista recipere, quidam auari
deuorarent omnes ecclesiæ parochiales sui epi-
scopatus, quia fere deuorant nō dicam vnam pro-
uinciam, verū totum orbem, & adhuc nō est sa-
tiata damnabilis illorum ambitio. Deus eos vide-
re faciat.

6 Itaque bona ecclesiæ hodie in tres debent
distribui partes, vt prima sit clericorum beneficia-
riorum, secunda pauperum, tertia fabricæ. c. con-
cesso. & seq. 12. q. 2. nec valeat consuetudo, quod sua diuidi de-
tertia nō detur pauperibus. cap. cognouimus. ibi.
dē. quia hoc est cōtra bonos mores: necare enim
videtur, qui alimenta denegat. l. necare. ff. de li-
beris agnoscendis. & ea. paucæ fame morientem,
[quisquis enim pascendo hominem seruare po-
teris] si non pauperis, fame occidisti. Gregorius lib.
de officiis, & in c. pasce. 86. distinct.

7 Quantum verò ad fabricā ecclesiæ valet constructio, ut parochiani eam faciant, & reparatio-nes docet Archidiac. in d.c. concessio. & Panor-mit. in ca. i. de ecclesiæ ædificand. post. Inno. in cap-fin. de his quæ fiunt à maior. parte cap. facit capit. de his. de ecclesiæ ædifican. & Angel. Clauſa. in sua ſumma, in verb. clericus 3. ſed qui non obtinet uſte beneficium, non facit fructus ſuos. c. cum dilectus. de iure patro. Calder. in reperto. in verb. be-neficium adeptum.

Prelati &
mnbene ec
cleſie bona
admini-
ſtrent.

8 Nō audeo dicere, quomodo noſtra memoria fructus ecclesiariū exponantur: quādoquidem ex noſtriſ prælatiſ videmus quodam, qui torum Rēgnū deuorant, & eicas pauperum, ut in vno cō-tiuuo ducentos aureos expendere nō vereātur, & ſolidum pauperi denegent: alij verò ſuos conſanguineos ditant, & pauperes tā inhumaniter negli-gunt, ut miſerrima quandoque fame illos moriſtant: qui omnes hæc agentes ſunt fures, & homi-cida, ac facilegi, & ad reſtitutionē teſtentur, cūm non ſint domini, ſed tantum administrators, c. 2. de dona. Panor. in c. cūm ſecundum de præb. c. gloria. 12. q. 2. c. ſi quis in atrio. 17. q. 4. & mortali-ter peccat. c. donare. cum ſeq. 86. diſt. Floren. in 3. parte ſumme. ti. 15. c. 1. ſ. fi. & ti. 20. c. 2. ſ. vtrum. Ber-trand. conf. 358. viſo. in 2. vol. ex prima editio. & cho-die multi ex noſtriſ ſunt ſurdi, & cacci: Deus per ſuam gratiam eos illuminare dignetur.

Alienare bona ecclieſie non po-ſum beneſi-ary.

Alienatione *tamen pénitus interdicta.* Edictum est prohibiri-uum in omnes beneficiarioſ, ne poſſint alienare bona beneficiorum: ut in tit. de reb. eccl. non alien-and. quia nudi ſunt administrators & procura-tores rerum ecclieſia. c. 2. de donat. & vſurarij. ca. poſſeſſiones. vbi gl. de reb. eccl. non alienand. & c. fin. de pecun. clericor.

Intellige de immobilibus ecclieſia, & de mobili-bus preioſis quæ equiparantur in lex que tuto-res. C. de adminiſtrat. loſ. Lupus in repe. ca. per veſtras. ſ. 18. de donat. inter virum & vxor em.

Hic multa de philibitione alienationis dici poſ-fent, & quæ ſolemitates in hiſ alienationib. rerum ecclieſia veniant ſeruanda, & quibus caſib. non requirantur: & an valeat conſuetudo, cū aliis multis quæ abūde ſcripi in compen. alien. rerum ecclieſ. quamobrem hic repetendum non duxi.

I Defectu prædicto *videlicet nō obſtan.* Papa hic narrat illa, quæ poſſunt obſtar: de hiſ non obſtan. ſcripi in bulla noua prouifionis: ad ibi dicta nunc te reicio, ne repeatam toties vnum.

Per clasſi-ſionem motus proprii non po-ſum beneſi-ary.

2 Notandum eſt, quod pér nō obſtan. nō fit di-ſpensatio: ſed ea quæ obſtant diſpoſitioni tollitur. Et primò per clasſiſ motus proprii non diſpenſatur, ſed tollitur tantum ſubreptio. c. ſi motu pro-prio. de præb. lib. 6. gloſſ. & doct. in clem. ii. Romana-nus. illo titu. Sic conſuluit Cardinal. conf. 96. Papa. col. i. 4. 6. effectus motus proprii congeſſi in forma mandati in cōcord. in gl. motu proprio. [vbi etiam obiens an ſo. effectus illius conſcripti.]

De clasſi-ſionem motus inducat diſpenſatione.

3 Claſſiſa vna cum obtentis confeſſim, non inducat diſpenſationem ſuper obtentis, ſed tollit

ſubreptionem. c. non poſteſt de præben. libr. 6. niſi quoque diceretur, quod vtrique valeat retinere. clem. i. de præbendis. Speculat. in titu. de lapsis & diſpenſa. ſ. diſendum. verſ. quid ſi indulgetur.

4 Niſi eſſet ad duo diſpenſatus, & Papa confeſſat illi tertium, vt illud poſſit vna cū obtentis recipere, & retinere, tunc impoſtat diſpenſationē illius tertij, cūm videlicet iam habeat diſpenſationem de duobus, ergo illa tria retinere poterit: alioqui ſuperflua eſſet clauſula, ut doct. ſcribunt ibi.

Diſpenſatus vna cum ec- cleſia ſancti Pauli & a- liam habe- re.

5 Animaduerte ramen, quod diſpenſatus ad ob-tinentū ecclieſiam ſancti Seuerini vna cum ecclieſia ſancti Pauli, ſi dimittat ecclieſiam ſancti Pauli, ſi non poſteſt retinere cum alia, ecclieſia ſancti Seuerini: quia diſpenſatus eſt tantum ut ecclieſiam ſancti Seuerini retinere valeat cū ecclieſia S. Pauli, non verò cū alia: ideo ſi quis permuteſt ecclieſiam ſancti Pauli cum ecclieſia ſancti Eustachij, ecclieſiam ſancti Seuerini non poſteſt cum ecclieſia ſancti Eustachij tenere: & alias vidi maximam cō-trouerſiam ſuper hiſ: vide docto. in diſt. capit. non poſteſt.

6 Vnde vidi diſpenſatum quendam epifcopum, ut vna cum ſuo epifcopatu teneret aliqua benefi-cia, translatus eſt ad aliū epifcopatum, nihil di-cendo de benefiциis: dixi vacare per ſuam promotionem ad aliū epifcopatum, ſicut vacallent ante diſpenſationem. ca. cūm in cunctis. ſ. cūm verò de elec-ſt. Et hoc modo vidi multas diſpenſationes corrueſe.

Nra bene, quia pauci aduertunt: & hoc poſteſt *Not. bene.* eueniare contra illos, qui omnes abbatis, vel ferē epifcopatus habuerunt, & de vno ad alterū tranf'eruntur, ſicut iuuenes de vno ludo ad alterum.

7 Itē in clauſula, non obſtan. quod aliud habeas, confeſſimus, ut ſubreptionem tollat, nullam au-tem diſpenſationem inducat diſt. ca. non poſteſt: ideo iſte poſteſt vltimum tenere, ſed vtrumque non: vbi doct. Felin. in c. nonnulli. col. 8. verſ. adda-*Clauſula* *nō obſtan* *non inducit* *dispensatio* *etiam gloſſ. de reſcr.*

8 Imò etiam non ſufficeret clauſula in non obſtan. ſed requiritur quod diſpenſatio in diſpoſiti-uis ponatur, aliā ſi non prodeſt. text. in clem. i. de præb. Calder. conf. 4. rub. de præb. Rota decif. 280. in antiqu. [sub tit. de filiis preb. dec. 3.] Fel. in ca. nonnulli. col. 8. de reſcr. [Idem ſi Papa diſpenſet, ut benefi-um S. Seuerini præter alia, quæ habes, obtingere poſſis non videtur diſpenſatum, ut alia beneficia poſſis retinere. per c. dudum. 2. de elec-ſt. vbi interpretes. & Bart. in l. Seio. ſ. vxori. ff. de annuis. legat.]

9 Et ſic per adeptionem ſecūdi curari vacat pri-mum, & in dignitatibus, & personatibus idē ſtatutum fuit in cap. de multa, de præben. Et idem per adeptionem, & conſecrationem, conſirmationem, & accep-tionem epifcopatus vacan: ipſo iure be-neſicia, quæ epifcopus habebat anteā d. c. cūm in cunctis. ſ. cūm verò de elec-ſt. ſ. fi. de mādatis Apo-stol. in Concordat.

10 Idem per adeptionem Abbatia etiā quando be-neſicia ſunt ſimplicia vniormia: ut vocant do-*Per adeptionem ſecundi in eadem ecclieſia vacat* *primum*.

peradeptionem ſecundi: in eadem ecclieſia vacat

primum. cap. literas de conceit. præb. & quando vi
secundum adipiscitur. c. eum qui, de præb. in 6.

*Per adeptio-
nem secundi
curati non
vacat epi-
scopatus.*

11 Veruntamen per adeptionem beneficij curati nequaquam vacat episcopatus. tex. ad hoc singul. c. cum in nostris, de eccl. præbend. quia sine Pa- pæ voluntate dimitti non potest. cap. quanto, de transf. episc. c. nisi de renunc. ideo non vacat epi- scopatus per adeptionem alterius beneficij curati, vel dignitatis, aut abbatiz seu prioratus.

12 Alias regulariter, per adeptionem secundi be- neficij simplicis non vacat primū ipso iure, etiam si ex statuto, vel consuetudine utrumque require- ret residentia: sed is poterit eligere utrum velit. e. referente de præb. & Panor. & alij in c. extir- pande. §. qui vero illo tit.

13 Quia dispositio priuatua loquens in curatis, & alii non extenditur ad alia, de quibus non loqui- tur c. quia non nulli. de cle. non resid. vbi Pan. & in c. de multa. de præb. gl. in c. fi. de iure patro.

*Impetrans
beneficium
vacans per
adoptionem
secundi ga-
probare de-
beat.*

14 Et si quis impetrans beneficium, eo quod posse- tor detinet sine dispensatione, oportet quod impe- trans hoc proberet, vt afferit Paulus Par. consil. 138. dico in ista causâ. vol. 4. etiam si sit negativa, secu- dum eum. Ego contrarium tenerem: quia habens pro se præsumptionem non probat, sed onus pro- bandi transfeat in aduersarium. l. admonendi. & l. manifestæ, de iure iurand. sed impetrans habet pro se ius, quod videlicet non licet alicui possidere plu- ra beneficia incompatibilia. cap. quia non nulli. de cleric. non resident. vt supræ dixi, ergo qui possidet, oportet quod proberet dispensatum. c. ordinarij. de offic. ordina. in 6. vt alibi scripsi. fateor tamen quod impetrans tenetur probare illum duo possi- dere, si possessio niger: & possessio ipse debet o- stendere se dispensatum, & hoc iure utimur, vel vnius dimissioiem: vt abunde scripsi in gloss. pos- sessa. §. volumus. de colla. in Concord. quando illa duo sunt incompatibilia.

*Priuilegia
Cluniacen.
& Grandi-
dicitur, &c. Recitat priuilegia Cluniacen. & Gran-
mon. & quo dimonten ordinum hoc continentia, videlicet q
ad illorum
beneficia.*

Quibus inter alia caueri

Vel nisi his, quæ professi fecerint expresse illorum ordines, de consensu abbatum illorum Matiscon. & Lemouicen. vel si conceditur aliis, quod com- mendatarij teneantur intra certum terminum in statutis illorum expressum assumere habitum, & professionem emittere: alias non valeant commen- dae, & illi commendatarij remoueri possint: hæc omnia latius patent in statutis illorum.

Item Abbas Cluniacen. audiri solet audientia contradictriarum pro toto ordine, & quolibet mem- bro à sua abbataria dependente sine speciali manda- to: vt docet Ægid. Bellam. cōf. 32. pro introductio- ne. col. 6. vers. secundo deduco, & idem dicam in

*Clauſula
nenda in
mō obſtan-
te.*

Ac constitutionibus, &c.

Vult constitutiones, indulta, cateraque priuilegia

non obstare, etiam si ad verbum de eo esset facie- da mentio: nam quod ad hoc vult¹ beri pro suffi- ciēnter expressis.

15 Nisi omittendum, quod si in dispensatione ad regularia in commendam peratur derogatio pri- uilegiorum, puta Clenia. ordini concessorum, & in signatura dicatur, & cum derogatione priuilegio- rum dicto ordini concessorum, nec sit illud verbum, latissimè extendenda: tunc in bulla non poterunt narrare priuilegia, & illis derogari: sed tantum poterit dici non obstante, priuilegii dicto ordini concessis, quibus derogamus: sed illa derogatio minus suffi- ciens seruit. Ideo sis cautus, vt ista cures in signatura conscribere, quemadmodum supra not. in tract. si- gnat. &c. Item non valet prouiso nisi fiat metio- lius ordinis Cluniacen. etiam cum clausula ge- nerali, non obstante docto. in c. cum ordinem. de re- script. facit c. faciosancta. de elect.

Prouisio, &c. Hac dictio, & dictio ita. *Distiones*
tamē, & dummodo ferē ita tamē,
æquiparantur, & restringunt ac modifical præce- *dām modo,*
dēntia. l. Lucius. §. qui habebat, & l. ita tamē ff. ad *& prouisio*
Trebēl. Lucas de petra in l. l. C. de coll. fund. fiscal. *equiparan-*
li. ii. scripsi in gl. ita tamē. §. i. de mand. A posto. in
Concord. & sic Papa dispesare vult, vt hæc incō- *138.*
patibilitia simul à minore teneatur, dummodo iste
ecclesia debitibus non fraudentur obsequiis.

Secundumne animatum cura negligatur. clem. *Clauſula
animatum
cura non ne-
gligatur
quando ap-*
i. de præb. & solerque ponit hec clausula in dispen- *poni de-*
sationibus super pluralitate, maximè quod con- *beat.*
ceditur episcopo, vt possit retinere beneficia cum *poni de-*
episcopatu, & quod dispensatur cum minore ad *beat.*
curatum, & si dispensetur de non residendo, vel
quando beneficij curati sit vno, ac quando dis- *animatum*
pensatur de non promouendo: quibus casibus de *cura non ne-*
stylo curia Roma. solet hæc addi claus. vt anima- *negligatur.*

Tertiò quod si qua alia onera illis incompatibili- *Clauſula
animatum
cura non ne-
gligatur
quando ap-*
bus immineant, quod nullatenus negligantur, se *poni de-*
ipsorum onera supportentur, quod fieri debet. ca. *beat.*
de monachis. de præb. c. i. illo. tit. in 6. cle. i. de iure
patro. scripsi in tract. de congrua por.

Et sic iste minor debet interim habere sacerdo- *Clauſula
animatum
cura non ne-
gligatur
quando ap-*
tē, qui cura defueriat: alioqui non proficeret eidem *poni de-*
dispensatio, quia dicit prouisio, &c. & hæc videtur *beat.*
esse Papæ mēs per ista particulam quæ interdum *animatum*
importat conditionem. gl. & doct. in clem. vt præ- *cura non ne-*
teritatem de ele. de Ripa. li. 2. resp. c. 9. princeps. col. i. *negligatur.*
Sed aliquod facit modū. vt Bart. docer in l. quibus. §. Termilius. ff. de cōd. & demonst. per l. cū ab *Clauſula
animatum
cura non ne-
gligatur
quando ap-*
eo. ff. de cōtrah. empt. Sed Bald. in c. dudū. 2. col. 6. *poni de-*
de ele. dicit non facere conditionem, sed obligare *beat.*
ad sic faciendū: ideoq; stat dispesatio: vt docet gl. *animatum*
in c. non potest. de præb. lib. 6. & Do. de Rota decis. *cura non ne-*
231. ord. in no. l. sub tit. de cond. app. deci. vnic. i. & *negligatur.*
Dec. cōf. 327. viso casu. n. 3. idem in claus. dummodo. *Clauſula
animatum
cura non ne-
gligatur
quando ap-*
&c. vt docet Spe. in eo. ti. §. dicendū. vers. sed quid *poni de-*
si in indulgentia: & iste clausule respiciunt beneficia *beat.*
quæ perpetuam requirunt residentiam, non vero *animatum*
simplicita: vt cōsuluit Anch. cōf. 17. super primo. in- *cura non ne-*
prin. Alia multa pōderunt in bulla nouæ prouisionis, ideo hic sistam rācem, ad alia vtilia percurrens.

De dispensatione super defectu natalium. 203

De dispensatione super defectu natalium.

*Nam de
merito
et debet in
utilijs re-
cipere.*

Videamus de dispensatione super defectu natalium ut vocant pragmatici Curiæ Rom. certum est dominum prohibuisse, ne de scorto natus recipetur, & ne in ecclesia ministraret. Deutero. 23. c. Non ingredietur manus hoc est, de scorto natus, in ecclesiastim domini usque ad decimam generationem. ca. innotuit de elect. c. per venerabilem, in s. qui fil. sint legit. sic declaratur in c. nisi cum prid. de renunt. sic quod in illis, qui paterna virtus non sequuntur, possunt suffragari virtutes, quæ inducent summum Pontificem ad dispensandum, si morum honestas eos commendabiles reddat. c. presbyterorum. 56. distin. nam vndeunque nascantur homines, si parentum virtus non sectentur, honesti & salvi erunt.

De viis c. Vndeunque ibidem: & nunquam de viis eru-

pernuemus no bescamus parentum, sed illud unum queramus.

Semper amplectamur virtutem, non est omnino

nec de virtute, nec de virtute parentum aut laudan-

dus aliquis, aut culpandus.

2 Nemo vero inde aut obscurus, aut clarus est:

imo etiam ut consideratis aliquid dicamus, aut ex-

presibus, nescio quomodo magis ille resplendet, qui

ex parentibus natus à virtutibus proflus alienus,

quam ipse qui fuit Dei virtute mirabilis. Sunt ver-

ba Ioh. Chryso. in c. nunquam. 56. distin.

Rationes **3** Verum ne iniuria tales prohibiti fuissent videa-
*prohibi-
tibus, si
nugatio-
test, prima
in ecclesie
comuni-
gatis.* tur, huius prohibitionis causa triplex assignari pos-
test, prima est dignitas & excellentia clericalis, &
secunda sacramentorum, quæ turpibus & infamibus com-
mitti non debet. c. inter. de excessib. præla. & re-
gul. infamibus. de reg. iur. in 6. l. neque famosis. C.
de dignitate. lib. 12.

4 Secunda ratio est in detestationem criminis paterni, quod plerunque detestatur in filiis, ut puniantur temporaliter. c. quarto. cum seq. 6. q. 1. & 1. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. ca. vergentis. de ha-
reti. & ne diffameret ecclesia. Card. in c. præsen-
tium, de filiis presbyter.

Eli vita **5** Tertia est ratio incontinentia paternæ, solent enim filii vita parentum saepius sequi. cap. si gens Angelorum. 56. distin. & dicitur, sepe solet similis filius esse patri. glo. in l. quod si q. 5. qui mancipia. ff. de ædilit. edic. Gofred. in summa, de filiis presbyt. Et quia iure presumitur is incontinentis, cuius pater fuit. c. i. & c. si gens. ibi libido furen-
tes. 56. dist. Ioh. And. in reg. semei. de reg. iur. in 6. refert Alciat. in tract. præsum. in reg. i. vers. 24. & si-
cuit incontinentia vxoris labefactat virum. cap. in coniuvio. 32. q. 1. & cap. si cuius. 34. dist. sic & multò fortius incontinentia patris maculabit filium: vt Gofre. afferit in d. summa.

6 Sex item rationes afferit Præpos. in c. presbyterorum. 56. dist. igitur ista aliqua ratione cessante: non cessabit utique prohibitio. s. affinitatis. de nupt. in inst. quamobrem opus erit dispensatione.

Baffardus **7** Ex his itaque reperio multas à iure postea facias prohibiciones: prima quo ad ordines: quia postquam dominus prohibuit illis ingredi ecclesiam, per quandam consequētiā, ordines quoque de-
*ordines pro-
hibiti.* negavit eis, nec non primam tonsuram. ca. i. & per

totum de filiis presbyt.

8 Tamen poterit naturalis ex episcopi dispensatione primam tonsuram & ordines minores sumere, ac beneficium simplex obtinere. c. i. de filiis presbyt. in 6. sed non maiores ordines sine Papa dispensatione. c. i. eod. tit.

9 Cæterum requiritur, quod Episcopus ante collationem beneficij vel tonsuræ dispenseat cum hoc illegitimo, alias non valebit actus. nec conferendo videtur dispensare doct. in d. c. i. quod secus esset in Papa, nisi Episcopus hoc sciuerit. Per usum ibi contra alios: sed prima communis est, & tenenda.

10 Episcopus tamen non potest dispensare ad curatum, vel ad dignitatem, nec quidem ut hic præbenda in ecclesia cathedrali obtineat. de Rot. de c. 136. voluerent, in no. sub tit. de fil. presb. deci. 2. & deci. 408. in antiqui gl. in §. item censuit. in verb. Cath. de col. in prag. quævis Arch. videatur tene-
*Ad curatu-
vel præben-
dæ ecclesie
cathe-
dralis
Episcopus
item no di-
spensat.*

re cōtra in d. c. i. & Old. c. 25. p. p. & Ias. c. 25.

104. in 1. vol. ac Io. de Selua in tract. de benef. in 3. part. q. 16. [sub tit. de rescissione spoliat. deci. 16.]

11 Ego autem annuerem prima sententia per text. in d. c. i. ibi: & obtinere beneficium, cui cura non imminet animarum, dummodo sit tale, ut per quod per ipsum Episcopum valeat dispensari: ergo ep̄s nec in omnibus quidem simplicibus valet dispensare, videlicet in canoniciis. 70. dist. c. sanctorum.

12 Imò Episcopus in nullo simplici dispensari, in quo pater anteā ministrauerit, teste Staph. in tract. de literis grat. ti. de qualit. & statu benef. vers. primo quod sit illegitimus, & ita seruat stylus curiæ Romanæ, vt Episcopus nullo modo in præbendis Cathedralis ecclesiæ dispenseat cū illegitimo, propter honorem & præminentiam illius ecclesiæ. c. quamvis. de præb.

13 Adde etiam quod si illegitimus fuerit ad sacros ordinis promotus sine dispensatione, & deum celebrauerit, non tamen efficietur irregularis: quia hoc non est iure causum, licet peccet celebrans. *Illegitimus
ad ordines
promotus si
ne dispen-
satione non
est irregu-
lare.*

14 Vnde in bulla, quam hic illegitimus impetrabit, oportet quod faciat mentionem de defectu natalium, & quod eonō obstante assumptis maiores ordines: fed de irregularitate quā non incurrit, non est opus facere mentionem. doct. in cap. i. de re iudic. lib. 6. & 7. seruat stylus curiæ Romanæ, vt assentit Præpos. in cap. Apolitica. 56. distinct.

15 Secunda prohibito generalior est, ne beneficium vel beneficia habeant in ecclesiæ, tanquam beneficiarij. d. c. i. de filiis presbyt. & per totum in decreta. & in 6. vnde si illegitimus impetrabit, beneficium non valet impetratio, nisi facta mentione defectus natalium. c. 2. illo tit. in 6.

16 Siue beneficia conferantur eisdem in titulum, siue in commendam: inquit si pater cedat coram iude, non tamen illa poterit cōferti filio suo baillardo vel si resignet titulum beneficij, illegitimus. si illud nullo modo potest habere: siue pater cedat, siue alius nomine suo: quia Commenda in hoc regno non differat titulo: vt plenè docui supra tractanda commenda.

204 De dispensatione super defect.natalium.

17 Veruntamen si media persona habuerit illud beneficium in commēdām, vel in titulum: purgatum erit vitium; quicquid in contrarium doct. dicant de commēdā. Et ita seruatur in regno, vt naturalis dispensatus ad beneficia, possit habere beneficium, etiam si pater ministraverit mediātē.

18 Prohibētū etiam ad dignitates ecclesiasticas, & personatus sine dispensatione Apostolica promoueri. c. f. eo. tit. Ad dignitates vero temporales alii defīcientibus recipi poterunt. l. Spurij. ff. de decurio. l. vt gradatim. §. i. de munere, & honor.

Beneficium in quo pater ministravit filius eius etiam legimus obiisse reprobatur.

19 Tertia prohibitiō est iuri canonici, per quam illegitimus, sed nec quidem legitimus potest habere beneficium, in quo pater fuit praetextus sue etiam legimus obiisse reprobatur. vt dicunt proxime ministravit. c. ad extirpandas, de filiis presbyt. Præpos. in summa. 56. dist. in fi. ca. ex parte a. de testib.

20 Ne scilicet beneficia iure hereditario, & sanguinis concedi videantur. c. ex trāmisīda. & c. cōquerente, de filiis presbyt. cap. i. de prēb. licet quidam instanter petant. eo prætextu beneficium cōferriri, quod plures de eorum familia illud habuerūt: quæratio potius inducit ad eos repellendum, ne succēsio procedat in beneficio. c. venerabilē, circa f. ver. insuper de ele. vbi Panor. quem sequitur Dēc. in c. inter no. 2. de refēr. Vnde scribit Gra-

Beneficia iure hereditario non defēruntur.

21 Limitatur nisi pater ministraverit, ibidem solum defacto. c. constitutus. ibidem, vel vt conductor, & sic nomine alieno, arg. l. quæsitum. ff. de in. ius vocand. cap. constitutus. eodem.

Purgatum quando cōfauit vi-

22 Vel nisi purgatum fuerit vitium; vt pote quia facta fuit collatio post dimissionem patris extra-neo, quidem extraneus postea resignauit filio: tunc quia illud vitium purgatum fuit per medium personam, non erit opus dispensatione, dum alias sit legitimus. Intellige si prefatus extraneus ade-pius fuerit possessionem, & ministraverit d. ca. ad extirpandas.

23 Secus si statim resignauerit: fieret enim fraud, vt simulatque resignatio facta esset in fauore extranei, ipse statim in fauorem filii aut nepotis resignaret, quod est reprobatur, ne fiat fraus nominis, seu personæ ad personam, reg. fraus. de reg. iur. in 6. & sic censuit Senatus Parisi. pro do. de Rocheba-

Arestum.

24 Bastardini, quam bene ficia que patentes obi- muerunt ha- bens pos- sunt.

Hodie vero per declarationem Clementis 7. anno incarnationis dominice 1533. nonas Iulij Pō-tificatus sui anno 7. causum est, ne villo vnuquam tempore bastardi habent beneficia ecclesiastarum, in quibus pater praefectus fuit: nec valeat dispensatio in contrarium, eo quod non sine turpitudine est, vt filius pro patre ministret: & turpitudine patris ibi reuelatur: ob id nisi fiat mentio huius declarationis clem. vel per æquipollens, non valebit dispensatio: quod est notandum.

25 Idem in nepote, qui non potest habere beneficium, in quo ministravit annus glo. in c. ad extirpandas. eod. & c. presbyterorū. 86. distin. vbi Cardin. re beneficium & in c. Apostolica. vbi & Archidia c. 8. q. i. Panor. in quo a- & alij in c. 2. de arbitr. & in c. accedens, de accu- nus mini- sat. Bened. in repet. ca. Raynurius, in verb. & vxo- strauit. rem. nu. 693. de testam.

26 Licer quidam dicat eum posse præfici, quamdiu pater vivit, secus si fuerit mortuus: cum tunc nepos ingrediatur locum patris, & sic tanquam filius reputatur. l. Gallus ff. de liber. & posthum. ego indistincte putarem: locum esse prohibitioni, siue pater vivat, siue non: quia filij appellatione venit nepos. l. liberorū. ff. de verb. sig. & sic fieret legi fraus: nam qui non potest dare filio, nepotic cōcederet. Adhac eadem ratio procedit in nepote, quæ in filio, siue pater superiles sit aut mortuus: quia semper videtur successio. & l. gallus, in hoc locum non habet.

27 Amplia etiam in nepote legitimo descendente ex spurio, vel spuria, vt loquitur d. ca. ad extirpandas, de filiis presbyt. vt etiam in prohibitione con-tineatur, & ita censuit Senatus Tholosa. cōtra ne- potem ex filia spuria Rogerij le maistre, pro d. Io. Arestum, de nuptiis anno 1534. & pronunciatum in vigilia Pentecostes.

28 Et sic nepos quāvis legitimus non potest recipi ad beneficium, in quo annus ministravit, potest ta- men sumere ordines, & habere alia beneficia non obstante macula patris: vt docet text. in ca. domi-nus, & Præpos. in c. presbyterorum. 56. dist. necnō succēdere, & alios actus exercere, dum aliud canonicum non obstat: vt in simili dicit tex. in cap. vno de ætate & qualita. in 6.

29 Non prohibetur tamen pater habere beneficium filij, scilicet in quo filius ministravit, tū quod hoc nō inueniatur exp̄s̄e prohibitum, tū etiam quia odiosum est, ergo potius restringēdū. l. cū quidam. ff. de liber. & posthum. cui dici potest, ordine turbato succedit Bulgare nato. gl. in l. nam & si parentibus. ff. de inof. testa. & quia hoc etiam ra- rum est, vt filii thesaurizent parentibus, & eis be-neficia resignarent.

30 Nepos etiam, quem vulgariter nuncupamus patrui, vel auunculi non prohibetur habere bene-ficium sui patrui vel auunculi. c. ex parte i. de offi. deleg. & d. c. 2. vbi Panor. de arb.

31 Verū si dispensetur cum filio vt possit præfici in ecclesia, in qua pater ministravit, solet in ligna-tura inscribi, dummodò simul nō ministrant. pro-pter decorē, domus Dei. d. c. cū decorē, eo. & hoc docet Staphil. in tract. de liter. gratia, titul. de qualit. & statu benefic. versi. primo, quod sit.

32 Nullus præterea legatus dispensare potest, vt filius etiam legitimus habeat illud beneficium, in quo pater ministravit: vt decidit tex. in c. dilectus, de filiis presbyter. nisi Papa hoc ei expressim con-cesserit.

33 Quarta prohibitiō est, vt filius nedū prohibeatur obtinere ecclesiā, in qua pater ministravit pro-ximè, sed etiam illam, in qua praefectus est pater, vt pote quia Episcopus. c. adhac, de filiis presbyter. bene possit.

34 Idem

Nepos non potest habere beneficium, in quo ministravit annus glo. in c. ad extirpandas. eod. & c. presbyterorū. 86. distin. vbi Cardin. re beneficium & in c. Apostolica. vbi & Archidia c. 8. q. i. Panor. in quo a- & alij in c. 2. de arbitr. & in c. accedens, de accu- nus mini- sat. Bened. in repet. ca. Raynurius, in verb. & vxo- strauit. rem. nu. 693. de testam.

Pater filij beneficium habere potest.

Nepos patrui, vel auunculi nō prohibetur beneficium habere potest.

Classificatiō spēn. dūmo do simūl nō ministrant.

Legatus nō dispeſat, vt

filius ecclē- fiam, in qua pater ministravit ha-beat.

Filius in ec- clesia, in qua pater

est praefec-tus, adhac, de filiis presbyter.

bene possit.

De dispensatione super defectu natalium. 205

34 Idem si pater esset curatus, & filius vellet esse vicarius perpetuus c. conquerente c. ad extirpandas, de filii presbytero.

35 Eiam si filius non habeat ministrare, ideo no poterit habere canoniciatum, vbi pater est Episcopus, vel vbi aliud beneficium obtinet. Anto. & alij in d.c. ex transmissa. ibidem.

36 Si verò sint dissimilia beneficia poterit. cap. ad hæc. ibidem. Et afferunt quidam hanc prohibitio nem procedere tantum in illegitimis: indecorum enim est, vt in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret. c. cum decorum, eo. & hoc est sine dubitatione.

37 Sed & in legitimo idem dicit, gl. in ca. ad abolendam, ibidem per illum. text. ibi, ne canonicorum filii maximè spurijs canonici fiant. Ego putarē hāc prohibitionem tantum habere locum in illegitimis, per rationem superiùs dictam, quia scādalu[m] præbet filius spurijs, quando cum patre ministrat, quod non facit filius legitimus: & ad hoc est. tex. in d.c. adhæc, & huius est sententia Cald. conf. i. eod. rit. quem refert & sequitur, Dec. in ca. inter. 2. not. de rescr.

*Canonici filii dupli-
ci spurijs: quia ex canonicis filii possunt oriri in dupli-
ci differentia, primo naturales tantum, si canoni-
cus nondum sacris iniciatus sit, & pro genuerit ex
soluta: si verò sacerdos fuerit, tūc natus ex eo spurius est. c. nisi, de renun. igitur vult tex. filios cano-
nicorum non posse canonicos esse, nec præfici in
ecclesia, in qua pater est canonicus, quia sunt ille-
gitimi, & maximè si sint spurijs, id est geniti à patre
presbytero.*

38 Nec refragatur. c. ad abolendum, ibi, maximè spurijs: quia ex canonicis filii possunt oriri in dupli- ur habere ci differentia, primo naturales tantum, si canoni- pesent. cus nondum sacris iniciatus sit, & pro genuerit ex
soluta: si verò sacerdos fuerit, tūc natus ex eo spurius est. c. nisi, de renun. igitur vult tex. filios cano-
nicorum non posse canonicos esse, nec præfici in
ecclesia, in qua pater est canonicus, quia sunt ille-
gitimi, & maximè si sint spurijs, id est geniti à patre
presbytero.

39 Sed concilium non ideo vult prohibere, quin-

legitimi filii possint esse canonici in ea ecclesia, in
qua pater est canonicus, vel episcopus, & sic puto
intelligenda ista iura: quamuis doct. valde super

his dubitent, & ista opinio de cōsuetudine seruat, vt nusquam viderim à legitimo peti dispensationem obtainēdi canonicularum in ecclesia, in qua
pater legitimus habet. de Ripa in d.ca. inter, in 4.
not. de rescr.

*Genitus illi-
cū vxo re ce-
fetur illegit. mus.*

40 Quinta, genitus illicite cum vxore propria, videlicet post votum viri usque emissum, cū sit bastardus, debet hoc in imprestatione exprimere, videlicet quod sit genitus & procreatus ex legitimo matrimonio quidē, sed pater & mater ingrediuerant religionem, & postea ex congreſsu fuit genitus. hoc dicit, gl. in c. ministri. 81. dist. & in cap. cū multa. 12. q. 2. doctores in cap. literas, de filiis presbyter.

41 Si verò natus sit licite, vtpote ab vxore, quæ maritum suum ignorabat esse sacerdotem, tunc illius bona fides excusat, vt faciat hunc filium le- gitimum. c. cū inhibitio, de clandest. despon. ca. 2. & c. ex tenore, qui filii sint legi, quamobrem tūc ille nulla indiget dispensatione, cū verè sit legitimus propter bonam fidem matris.

*Sacerdos-
tis suffi-
cit, quod quis pre-
terit.*

42 Veruntamen si probauerim aliquem esse filium sacerdotis, sufficit ad transferendum in eum onus probandi, se fuisse progenitum ante sacerdotium, aut bona fide matris. c. inter cæteras, de rescr. que-

bona fides præsumitur, quando publicè matrimonium est celebratum. l. fi. vbi doct. de ritu nupt. ff. vel quando vocatis amicis contractum fuit. Pano. & alij in c. 2. qui filij sint legit.

43 Et de his omnibus & singulis prohibitionibus, si locus eis sit, opus est in dispensationibus facere mentionem, alioqui subreptitia erit imprestatio: nec non si loco pluriū vna tantum inservatur, doct. in c. 2. eo. tit.

44 Item duabus modis cum his dispensatur à iure, & ab homine, à iure, inquam si illegitimus ingrediatur religionem. c. i. eo. q. a religionis ingref- Dispeſatur
cū bastar-
dis & am-
re. & ab ho-
mine.

fus omnem abstergit maculam. c. non liceat. 19. q. vlt. vt inferiū dicetur abundantius [in tit. seq.] Ab homine dispensatur videlicet à Papa ad omnia, ab Episcopo ad beneficium simplex, & ab minores ordines. c. i. eo. tit. lib. 6. vt superius dictum fuit.

Tertius casus, si quis fructus iniustē receperit, ratione tamen colorati tituli, & aliud beneficium, quam cuius fructus percepit impetraverit, non facta iniusta fructuum perceptione alterius beneficij, valebit tamen impetratio, quia in eo non deliquit, cuius fructus non recipit. ideo Papa nō minus, si sciūisset, eo concessisset: cap. super literis, de rescript. c. si compromissarius. de elect. lib. facit l. 2. §. quin ei. ff. de iur. fisci.

Quartus casus sufficit facere mentionē iniusta perceptionis fructuum, quando nō incurritur inhabilitas ratione illius perceptionis, sed si incursa fuerit inhabilitas ea causa, requiritur etiam inhabilitatis expressio in rehabilitatione, & fructuum compositio, vt superius dictum fuit. Quod docet d. Probus. in d. c. fi. de constit. post alios doct.

Quintus casus, si quis impetraret dispensationem super pluralitate beneficiorum, & nō faciat mentionem, quod illa illicite detinuerit, & quod inde percepit fructus, non valebit dispensatio, per c. ad aures. vbi Panor. circa finem. de rescript. Inde Felin. in cap. postulasti in fi. illo tit. & docui in ca. licet episcopus. col. vlt. de præbend. in 6. Scripsi in verb. pro expressis. in forma mand. in cōcord. Ista nunc sufficient de expressione quæ sunt notāda, quia per doct. non hac tenus ita scripta fuerunt.]

68 Et in summa concludendum est impetratio- nem factam ab ipso inhabili non valere, nisi prius sit rehabilitatus: vel huius inhabilitatis mētio fa- cta fiterit. doct. in c. cūm iam dudum, de præb. & in rehabilitatione solet ponī ī fi. bullē clausula de stylo cu. Ro. talis, Volumus autem. quod ante quam præfari iudices ad executionem præsentū pro- cedant tu dictum beneficium N. in eorum vel al- terius eorum manibus realiter dimittere tenearis: & insuper ex nunc irritum decernimus, &c.

69 Atque potest ponī clau. in signatura, etiam si in illo beneficio se forsan intruserit, quæ pro expre- fo habeatur & latissimè in bullā possit exprimi, & cum opportuna dispensatione, absolutione, & re- habilitatione, &c.

70 Et cūm ista rehabilitatio velut odiosa sit inter pretanda, factus habilis ad secularia, nō erit factus *Reabilita-* *tus ad secu-* *laria nō est* *habilis ad* *regularia.*

ad regularia, nec ecōtrario, ideo requiritur expre- fio in rehabilitatione, sicut docet Hier. Paul. i pra- xi cu. Ro. fol. 4. 4. verific. quod habilitatus, &c. plus dicens, quod si fuerit habilitatus ad beneficium. curatū secularē, & alia quæcunque, & qualiacun- que, intelligetur de similib⁹ secularibus, per gl. in cle. i. de refct. ideo regularia obtinere nō poterit.

71 Imō religiosus qn̄ habilis sit in rehabilitatione solet obtinere, vt habilis fiat ad quodcūq; benefi- ciū sed nō ad quæcūq; qn̄a pluralis esse nō debet.

De dispensatione cum corpore vitiatis.

¶ apud, cùm singula, de præb. lib. 6. sic statuit Alexander. 6. in titu. de sign. grat. tamen vidi multas religiosorū rehabilitationes ad quæcunque & quot cunque beneficia factas.

Aliis modis quis efficitur inhabilis, videlicet per crīmē hæreſeos, ſimoniæ, & alia crīmina, quæ cōgessi in tract. de pacifico, poſſ. in 4. limitat, vbi dixi quosdam inhabiles non eſſe priuatos beneficij, quæ poſſident, ſed eſſe quidem inhabiles ad recipiendum beneficia: ibidem videre potes, ne plura hic, quia etiam dicam in 3. parte de amissione beneficiorum.

De dispensatione cum corpore vitiatis.

Gibbos. &c. ali corpore vitiatis reſponſionem traxiſſolent.

Vpererit, vt de corpore vitiatis agamus, quos vt plurimum, neſcio qua pietate vi demus a parentibus Deo dicari, necnō inuitos in monasteriū detrudi: quæ macula licet quod ad Deum exigua fit: quod perdatur & purgetur in religione, tamen eorum mens inſpicitur, qui gibbos, claudos, & alios maculatos offerunt Dei ministerio. c. hic etenim. 49. diſt. quā obre eos arbitror grauiſſimè peccare: nēpe dicit Hiero indignū eſt dare Deo, quod deditur homo. c. fi. 49. diſt. vt non immerito ius eodem ſic viatiſ ab altaris ministerio repellat, niſi acceden- te dispensatione, de qua gl. in ſumma 55. diſtinct.

Vitiat. vtiſ. 2. pore ad ordinē & be- neficia ſum- inhabiles.

Primum ergo notandum eſt, quod corpore vitiati & ad ordines, & ad beneficia ſunt inhabiles, & quod promoueri non poſſint prodigiſi: tex. eſt in c. qui in aliquo. 51. diſtinct. ibi, aut qui naturali deſectu membrorum minus habere noſcuntur,

3. Sic nec beneficia tenere, quia ecclesia ſeruire non valent c. fin. de reſcr. lib. 6. glo. & doct. in cap. fi. de verbor. ſign. idem Card. Alex. in c. fi. Apostolica. 55. diſtinct. & c. fi. 48. diſt.

4. Vnde si quis gibbosus exiſtar, vel alia defor- mis ſit, is ordinari ſine dispensatione prohibetur. c. 1. in fin. 49. diſtinctione, & c. 1. 55. diſt.

5. Itaque ſoleat in his Papa post ſalutationem ſic dicere, Apostolice ſedi circumscripta benignitas rigorem iuriſ mansuetudine temperans, &c. nonnuquam aliqua de gratia benignitatis indulget, que ſacrorum canonum ſeu eritas interdi- cit exhibita, &c. probatur in cap. dispensationes. 1. quæſt. 7.

Claudianus ordinē ſu- more poſſit.

6. Claudius vero ſine dispensatione promoueri po- test de conſuetudine, dum ſubſtinere ſe valeat, ma- gne poſſit. xime in Galia, vbi plures ſunt teste Hostiens. in ſumma, de corpore vitiatis. §. fin. quod etiam iure permiſſit. c. li quis. 55. diſt. vbi ſic ſcribitur, Si quis in infirmitate poſitus clericus Medicorum inciſione clauduſ efficitur, promoueri ad ſacros ordi- nes eum non negamus.

Papa diſpē 7. Iteip̄ non ſoleat Papa cūm his directe diſpēſa- fande come re, ſed ſcribit episcopo vt ſi ſibi videatur diſpēſer mutuū ma- his ferē verbis, Mādamus quatenus, ſi & poſtquām culam epi- dictus N. corā te personaliter ſe exhibuerit, oculū ſcipo viden- ſecundam & for- per quo conſcientiam tuam oneramus) ex inſpe- ctiōne huiuſmodi tanta deformatas in eodē oculo non apparet, quod ex hoc poſſit in populo ſcan- dalum generari, ac aliud canonicum non obſiſtat:

cū eod. N. ſi ſecum per te ſuper præmissis diſpenſare contingat, vt quæcunque beneficia, &c. re- ci- pere & quoad vixerit retinere, liberè & licetē va- leat autoritate Apoſtoliča tenore præſentium de ſpeciali dono gratiæ diſpēſamus.

8. Et ſic Papa mandat episcopo, vt videat macu- lā, & ſi ſcandalum non generet populo, quod cō- ſcientiæ ſuę Papa relinquit, vt diſpēſet: qui ſi di- ſpēſauerit, Papa quoque diſpēſat cū illo, vt bene ſpēſatur. Hęc eſt ſūma iſti diſpēſationis.

9. Et ſic duplex eſt diſpēſatio, prima ad ordines, Duplex re- vt promoueri etiā ad ſacros ordines poſſit: ſecun- quatur di- da ad beneficia obtinēda: quia poſtquām erit pro- ſpēſatio in- mor, altari ſeruier, ergo coueniens eſt vt de altari viuat. c. cūm ſecundū, de præb. etiam quandoque ad ordines, & ad bene- cū isto diſpēſatur, vt plura beneficia obtineat, &c. ſi ia.

10. Notandum eſt etiam, quod habens in magnis Deformitas membris deformatitatem, vt manum aridam, vel ſi vel ſcanda membra decoris nō habet, vt pote naſum, quia ta- lum prohibe- lis hominibus eſt ſcādalo, promoqueri prohibetur, ordinari. c. 2. de cleric. & grot. ideo diſpēſatione opus eſt.

11. Idem ſi amiferit oculuminiſ enim qui caret o- culo, ſacerdotij officium adipisci non poſteſt. c. fin.

55. diſtinct. niſi Papa ſuper hoc diſpēſauerit: & fa-

cilior eſt diſpēſatio, quando amiferit oculum dex- trum, quām ſinistrum: quia ſinister vocatur oculus

Evangeli, per quem facilius ſine capitib. reuolu-

tione ſacerdos Euangeliū legerē poſterit, quam-

obrem non erit ſcandalum populo, ſecus in oculo

Evangeli, vt dicunt.

12. Si verò parua ſit deformatas, quæ non tendat ad ſcandalum, non prohibetur ab ordinibus, nec a beneficiis: vt ſi quis maxillam, vel oculum habeat paulo maiorem altero, vel ſtrabo ſit, aut lippus, vel maculam in oculo: quia iſ in rehibitione de iure ciuili nō eſt. l. qui clauim. ff. de edi. edict. & ſic ab ordinibus nō prohibetur. gl. in ſumma. 53. diſt. nec vt beneficia habeat.

13. Idem ſi ſex habeat digitos, l. idem Offilius, ff. de Digiū non ad il. edict. vel ſi digitū amiferit caſu, aut eius partē, habens an non ideo prohibetur promoueri. c. qui partē. & c. poſſu ad or- dinator. 55. diſt. niſi pollex digitus eſſet abſcifſus, vel rati. index, tunce prohibetur ordinari, ſed ſi tantū vngulam pollicis amiferit, non ideo censetur in- habilis, dum alia ad frangendum Eucharistiā ſit in ipſo pollice potens, c. fin. de corpore vitiā. vbi quo- que dicit gloss. aliquem prohiberi, cūm amiferit ali- quem ex illis digitis, per quos ſit ſignum crucis.

14. Considerandum eſt etiam an illa magna defor- mitas ſit apparens, aut latens: nā ſi apparens, & ob id afferat ſcandalum, quod arbitrio episcopi relin- quitur, promoueri prohibetur, teste Anto. in c. 2. de corpore vitiā.

15. Si verò latens ſit vitium, vt pote quia eſt caſtratus, non prohibetur promoueri, nec eſt opus di- ſpēſatione, niſi episcopi. c. ſignificauit, eod. nec coleos ſuos cuſtodiſe tenetur, vt dicunt rustici, glos. in cap. Eunuchus. 55. diſtinct. Goffred. in ſumma, de corpore vitiā. in fine.

16. Quod eſt verum, ſi per alium caſtratus fuerit, vel caſtu eos amiferit, c. ex parte, cū ſequent. eodē, ſec. ſi ipſe ſcipium caſtrauerit: quod rarū eſt: quia ſui

Formula dispensationis non promouendo.

215

*Causa no
ta pro impo
tentiis
beneficia,
et alia.*

Si homicida fit, tunc prohibetur promoueri, cap. si quis abscederit, &c. ca. qui partem, & per totum. 55. distincte, & qui promoueri prohibetur, in consequens & beneficia obtinere: quia beneficium datur propter officium, quod iste exequi nō potest. cap. fi. de rescriptis. in 6.

studem⁹ vt melius ecclesi⁹ defēruiamus. Bal. in l. quis sub prætextu C. de sacrofand. eccles.

2. Est tamen differētia inter huiusmodi Papæ & episcopi dispensationem: quia Papalatiū dispensat videlicet ne teneatur interim ad aliquē ex sacris ordinibus promoueri, sed episcopus non alijs, quām si scholasticus intra annum promotus fuerit saltem ad subdiaconatum, ne demum ei licet retrocedere. d.c. cūm ex eo, & c. cōmissa, de elect. in 6. scripti plenius in scholasticis priuilegiis. 36.

3. Solet etiā ex alijs causis dispensatio concedi, velut superius dictum fuit in principio huius materiae: verū vt hæc materia facilius intelligatur, huius dispensationis formam ob oculos subiicio.

*Formula dispensationis Pape de non
promouendo.*

4. **V**lius, &c. dilecto filio N. parochialis ecclesie sancti Andreæ curato Parisiensis diocesis salutem: Laudabilia, &c. hinc est, quod nos tuis supplicationibus inclinati, tecū (qui vt afferis) in iure canonico scholasticis, & in minoribus ordinibus duntaxat constitutus existis, vt ratione parochialis ecclesie N. Paris. dioeces. quam canonice & pacifice afferis te obtainere, quique infra annum à tempore affectionis eiusdem fore dignosceris, vsque ad biennium à fine anni à iure tibi præfixi computandum, ne ad aliquem ex sacris etiam subdiaconatus, diaconatus, vel presbyteratus ordinibus huiusmodi te facere promoueri minimè tenearis, neque ad id à quoquam inuitus valeas cogi. Lateranen. & Lugdun. conciliis, & quibuscumque aliis constitutionibus, priuilegiis, consuetudinibus, fundatione, vel aliis Apostolicis contrariis nequaquam obstan. autoritate Apostolica despeciali gratia indulgemus, prouiso quod Ecclesia debitum interim non fraudetur obsequiis: & animarum cura in ea non negligatur, &c. Datum Romæ, &c.

De dispensatione de non promouendo.

*Habes par
rochiale
ecclasiam,
& non pro
motus in
ter annum
perdit illa.*

Alio nobis modo conseruat beneficium, videlicet per dispensationem de nō promouendo, quia parochiale habens ecclesiam intra annum promoueri teneatur ad sacerdotium. cap. licet canon. de elect. lib. tra annum 6. alioquin lapsō anno perdit illud ipso iure, nisi sibi prouideat per hanc dispensationem, qua interdū fauore studij cōceditur: vnde episcopus gratia studiorum ad septennium dispensat. c. cūm ex eo, de elect. in 6. quia studiū est labor spiritualis. cle. exiui de paradiſo. & licet, de verbis. significa. siquidē

5. **I**s premissis facilis nobis erit, & certius decidere quedam dubia, quae ex hac dispensatione vidi plerumque sub oriri: primum enī hic dispensatus obtinuerit aliam ecclasiā post dispensationem, censeatur quoque dispensatus quod ad eum, ne teneatur promoueri intra annum adeptæ professionis & commissi regiminijs, quod prima fronte videbatur.

6. Contrarium tamen est desiderandum quandoquidem hic Papa concedit, vt ratione parochialis

*Dispensatus
de non pro
motio nra
ecclasiā, nō
cēsius di
spensatus si
aliam obti
neat.*

216 Formula dispen.de non promouendo.

chialis ecclesiae sancti Andreæ non teneatis promoueri: ex quo liquet mentem Pontificis non ultra extendendam esse: quamobrem ex intentione deficit dispensatio. c. mandatum, ibi, nō fuit intentio mandatoris, de re script.

Clausular q. Ob id ad vitandum dubium, addere debes in dispensatio gnaturā, Quod nullo modo teneatur promoueri ratione huius ecclesiae, nec ex alia quacumque causa etiam si aliā adipisceretur, & tunc noua opus non erit dispensatio: & hoc scilicet apponere, aut cuius cumque alterius beneficij ecclesiastici curati, vel alias sacros ordines requirētis, pte pro tempore obtēti, &c. vt in forma brevis inferius videre licebit.

Dispensatio prodest ad beneficium quod posseā in se obtinuit. 8 Secundū se offert dubium, sc̄ eo qui ecclesiam possidebat non canonice tempore dispensationis, sed postea quidem eam canonice obtinuit an hoc videatur dispensatus: & videri dispensatū crederem, sed per illam clausulam nō datur titulus ad illam ecclesiam: sed tantum narratur factū partis ibi, quām canonice & pacificè afferis te obtainere.

9 Et quando dispensatus cum isto non habente canonicum titulum, non est necessaria noua traditio, seu adeptio possessionis beneficij, sed primā sufficit continuare, per §. interdum, de rerum diuis. in inst. Cardi. in c. vlt. 56. distinct. not. vlt. Boer, decisi. Burdegal. q. 219.

Dispensatio de non promouendo intra annum pertinenda est. 10 Tertiò ibi, Quique intra annum à tempore afectionis eiusdem fore dignosceris. Etiam vidi dubitari, an hoc sit in hac dispensatione exprimēdū: Respon. exprimendum esse: quia nisi esset intra annum, jāque priuatus esset eo beneficio, per c. licet canon, & c. commissa, de elect. in 6. ob id esset beneficium tanquam vacans de novo conferendum, quamobrem, non nisi intra hunc annum dispensatio huiusmodi reciperetur, per l. sed & si manente. ff. de precar.

Prorogatio dispensatio nisi fieri potest, & ad quod tempus. 11 Nā aliud est prorogare precarium eo durante, vel finito: quia si eo finito prorogetur, nouum est precarium, Boer in decisi. Burdegal. q. 284. & 294. & hæc prorogatio non deber longius tempus cōtinere, quām principalis dispensatio: quia accessoriū non solet esse maius sic principalis. l. cūm principalis. ff. de reg. iuris. vbi doc., nisi fuerit in subdiaconatus ordine constitutus, aut aliā legitima fuerit prorogationis cauſa: vt statuit Alex. 6. id temporis pontifex maximus, in titul. de proroga.

12 Quartò ibi, vsque ad biennium non tenearis promoueri, an illa dictio vsque includat totū biennium? & respon. includere. l. post duos. C. de aduoc. diuersi. iudicio. nam quidam, dicunt hoc tanquam fauorable venit extendendum. l. cūm quidā. ff. de liber. & posthu. Alber. in authen. hoc ius.

C. de procura. dixi in tract. de senten. prouisio. artic. 2. gl. 3. in 1. tomo commenta. in confit. reg. 1 & plenius in l. absentē. ff. de verb. signifi. & sic in isto biennio non tenebitur promoueri secundū quodam: alioqui non daretur dispensatio biennij sed annitatum: quod est verius,

Dispensatio de non promouendo ad biennium quo modo computatur. 13 Quintò quero à quo tempore computetur hoc biennium, respondet in literis, videlicet à fine anni à iure tibi prefixi computandum. Annus autem hic à iure praefixus est vigesimus quatuor annus in

minoribus, intra quem ad sacerdotium quis promoueri tenetur. c. cūm in cunctis, de elec. & sic iste tenebitur in vigesimo octavo anno promoueri, alicui qui elapsō vacabit beneficium.

14 In maioribus vero annus à iure praefixus ad promouendum est annus à die cōmissi regiminis & pacifice possessionis computandus: vnde si quis calēdis Iuniori 1540. obtinuerit ecclesiam parochialem, habet illum integrum annum ad promouendum, nec est priuatus nisi toto hoc anno elapsō c. cōmissa, de elect. in 6. & si hoc anno impetrer dispensationem ad biennium, fortè calendis Februario non tenebitur promoueri ante quadragesimum terium: quo elapsō anno si non fuerit promotus, vacabit beneficium per non promotionem.

15 Nam primò debet computare annū à die collationis beneficij, & pacificæ possessionis, & posteā biennium ex dispensatione à fine anni dictæ collationis, quibus tribus annis elapsis nisi promotus fuerit, vacabit beneficiū: vt in d. c. licet canon. & c. cōmissa, de elect. dicas tamen vt inferius elcidabo per curia Arestum.

16 Sed nonne licebit extensionem & prorogationem istius biennij obtainere? Respon. id ex voluntate Papa consistere: nempe si causa prorogandi adsit, requiritur tamen expressio primæ dispensationis, alias non valeret secunda, per ca. fina. de filiis presbyter. in 6.

17 Sexto indulget Papa ne hic impetrans teneatur promoueri, nec cogi possit ab aliquo: liberum ergo est ei si velit citius promoueri, sumendo argumentum à contrario, quod est validum. c. 2. cūm Apostolica, de his quæ fiunt à præl. l. i. ff. de offi. eius cui manda, est iuri.

18 Septimò ibi, ne ad aliquem ex sacris, tollit dubium motum ex eo, quod nōnulli afferunt dispensatum, vt haberet beneficiū curatum, non censiū dispensatum, quin in 18. anno ad subdiaconatum, promoueatur, & in 20. ad diaconatū: vt docet Petrus Ancha. c. consi. 193. vltra. & conf. 304. Sed cōtrarium hic appareat per istam clausulæ ad aliquem, &c. vt ad nullum ex sacris ordinib⁹ promoueri teneatur ante dispensationem finitam. scripsi in tract. nomina. quæst. 9. in fi. q. & sine dispensatione expressa tene quod scripsi in tracta. nominatio. vt promoueri teneatur (vt superius dixi) tempore iuris. [Et hoc est declaratum in capit. cūm ex eo. de electio. lib. 6. alias frustra ista clausula, ne ad aliquem ex sacris, &c. adiiceretur. Item Papa in dispensatione expressa hoc vult. in d. c. cūm ex eo fortius in tacita, & hoc docet glossa. ibi in verb. subdiaconatus & Perus.]

19 Octauo ibi, Lateranen. & Lugdunen. conciliis non obstante. de hoc concilio Lateran. tex. est in ca. cūm in cunctis de elec. & de concilio Lugdunen. in c. licet canon, illo titul. reliquas non obstantias declarauit in bulla nouæ prouisionis suprà, in bulla dispensa.

20 Ultimò quod dilucidiū materiam istam nobis prosequi liceat, adiungam hic regul. Cancell. Iulij. 3. quæ est nu. 25. per quam malè promotos à bene promotis facile dignoscere possimus, additis meis quibus

Dispensatio de non promouendo in se aliā quām ex sacris sumere ordinibus.

216 Formula dispen. de non promouendo.

chialis ecclesiae sancti Andreæ non tenearis promoueri ex quo liquet mentem Pontificis non viterius extenderit tam esse: quamobrem ex intentione deficit dispensatio. c. mandatum, ibi, non fuit intentio mandatoris, de rescripto.

Clausula in dispensatione de non promouendo ponenda.

7. Ob id ad vitamq; dubium, addere debes in signatura, Quod nullo modo teneatur promoueri ratione huius ecclesiae, nec ex alia quacumque causa etiam si alia adipisceretur, & tunc noua opus non erit dispensatione: & hoc soleo apponere, aut cuiuscumque alterius beneficij ecclesiastici curati, vel alias sacros ordines requireritis, pro tempore obteti, &c. ut in forma brevis inferius videre licebit.

Dispensatio prodest ad beneficium quad postea in se obtinuerit.

8. Secundū se offert dubium, de eo qui ecclesiam possidebat non canonice tempore dispensationis, sed postea quidem eam canonice obtinuit an homodie videatur dispensatus: & videri dispensatū credere, sed per illam clausulam non datur titulus ad illam ecclesiam: sed tantum narratur factū partis ibi, quām canonice & pacificè asseris te obtinere.

9. Et quando dispensatur cum isto non habente canonicum titulum, non est necessaria noua traditio, seu adeptio possessionis beneficij, sed primā sufficiat continuare, per s. interdum, de rerum diuis. in instit. Cardi. in c. vlt. 56. distinct. not. vlt. Boér. decisi. Burdegal. q. 219.

Dispensatio de non promouendo intra annum pertinacientia.

10. Tertiō ibi, Quique intra annum à tempore afectionis eiusdem fore dignosceris. Etiam vidi dubitari, an hoc sit in hac dispensatione exprimēdū. Respon. exprimendum esse: quia nisi esset intra annum, iamque priuatus esset eo beneficio, per ea. licet canon, &c. commissa, de elect. in 6. ob id esset beneficium tanquam vacans de novo conferendum, quamobrem, non nisi intra hunc annum dispensatio huiusmodi recipereatur, per l. sed & si manente. ff. de precar.

Prorogatio dispensatio vel finito tempore.

11. Nā aliud est prorogare precarium eo durante, vel hīto: quia si eo finito prorogetur, nouum est precarium, Boér in decisi. Burdegal. q. 284. & 294. & hāc prorogatio non debet longius tempus cōtinere, quām principalis dispensatio: quia accessoriū non solet esse maius suo principali. l. cūm principalis. ff. de reg. iuris. vbi doc. nisi fuerit in subdiaconatus ordine constitutus, aut alias legitima fuerit prorogationis caussa: vt statuit Alex. 6. id temporis pontifex maximus, in titul. de proroga.

12. Quartō ibi, usque ad biennium non tenearis promoueri, an illa dictio usque includat totū biennium? & respon. includere. l. post duos. C. de adiuv. diuers. iudicio, nam quidam dicunt hoc tanquam favorable venit extendendum. l. cūm quidā. ff. de liber. & posthu. Alber. in authen. hoc ius. C. de procura. dixi in tract. de senten. prouisio. artic. 2. gl. 3. [in 1. tomo commenta. in const. reg.] & plenius in 1. absentē. ff. de verbo. signifi. & sic in isto biennio non tenebitur prououeri secundū quodam: alioqui non daretur dispensatio biennii sed annitatum: quod est verius,

Dispensatio de non promouendo ad bienniū quodam computatur.

13. Quinto quārō à quo tempore computetur hoc bienniū, respondetur in literis, videlicet à fine anni à iure tibi prefixi computandum. Annus autem hic à iure praefixus est vigesimus quintus annus in

minoribus, intrā quem ad sacerdotium quis promoueri tenetur. c. cūm in cūctis, de elect. & sic iste tenebitur in vigesimo octauo anno promoueri, alioqui elapsō vacabit beneficium.

14. In maioribus verò annus à iure praefixus ad promouendum est annus à die cōmissi regimini & pacifice possessionis computandu: vnde si quis calēdis Ianuarij 1540. obtinuerit ecclesiam parochiale, habet illum integrum annum ad promouēdū, nec est priuatus nisi toto hoc anno elapsō c. cōmissa, de elect. in 6. & si hoc anno impetrat dispensationem ad biennium, fortè calendis Februario non tenebitur promoueri ante quadrage simū tertium: quo elapsō anno si non fit: erit promotus, vacabit beneficium per non promotionem.

15. Nam primò debet computare annū à die collationis beneficij, & pacifice possessionis, & posteā biennium ex dispensatione à fine anni dictae collationis, quibus tribus annis elapsis nisi promotus fuerit, vacabit beneficium: vt in d. c. licet canon. & c. cōmissa, de elect. dicas tamen ut inferius elcidabo per curiæ Arestum.

16. Sed nonne licebit extensionem & prorogationem istius biennij obtinere? Respon. id ex voluntate Papæ consistere: nempe si causa prorogandi adiūt, requiritur tamen expressio primæ dispensationis, alias non valeret secunda, per ca. fina. de filiis presbyter. in 6.

17. Sextō indulget Papa ne hic impetrans teneatur promoueri, nec cogi possit ab aliquo: liberum ergo est ei si velit citius promoueri, sumendo argumentum à contrario, quod est validum. ca. cūm Apostolica, de his quā fiunt à præla. l. i. ff. de off. eius cui manda, est iuris.

18. Septimō ibi, ne ad aliquem ex sacris, tollit dubium motum ex eo, quod nonnulli afferunt dispensatum, vt haberet beneficium curatum, non censerit dispensatum, quin in 18. anno ad subdiaconatum, promoueatur, & in 20. ad diaconatū: vt docet Petrus Ancha. confi. 193. vltra. & conf. 304. Sed cōtrarium hic appetat per istam claus. ne ad aliquem, &c. vt ad nullum ex sacris ordinibus promoueri teneatur ante dispensationem finitam. scripsi in tract. nomina. quāst. 9. in fi. q. & sine dispensatione expressa tene quod scripsi in tracta. nominatio. vt promoueri teneatur (vt superius dixi) tempore iuris. [Et hoc est declaratum in capit. cum ex ec. de electio. lib. 6. alias frustra ista clausula, ne ad aliquē ex sacris, &c. adiiceretur. Item Papa in dispensatione expressa hoc vult. in d. c. cum ex eo fortius in tacita, & hoc docet gloss. ibi in verb. subdiaconatus & Perus.]

19. Octauo ibi, Lateranen. & Lugdunen. conciliis non obstante, de hoc concilio Lateran. tex. est in ca. cūm in cūctis de elec. & de concilio Lugdunen. in c. licet canon, illo titul. reliquias non obstantias declarauit in bulla nouæ prouisionis suprà, in bulla dispensa.

20. Ultimō quādilucidiū materiam istam nobis prosequi liceat, adiungam hic regul. Cancell. Julij. 3. quā est nu. 25. per quam male promotos à bene promotis facile dignoscere possumus, additis meis quibus

quiib[us]dam scholiis, non parum huic rei (vt puto) conferentibus.

De clericis ad facios ordines male promotis.

Regul. cancel. 15. Iulij tertij.

Item de clericis extra tempora à iure statuta.

G L O S S A P R I M A .

SCIRE cupienti quinam ritè sint promoti, contrarium eius præmittendum est, videlicet qui malè, velut docet Jurisçol. in l.i. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, quod cognito uno de contrariis, cognoscitur & reliquum. Quamobrem hic notandum est quæ dici malè promotum multis modis.

1. Primò, cùm est promotus extra tempora à iure statuta, vt pote extra quatuor tempora. c.3. de temp. ordinand.

2. Statuta tempora à iure sunt, vt minores ordines dominicis & aliis festis diebus conferantur, & cōfessiones virginum fiant. c. de eo, de temp. ord. Ordinationes verò sacerdotum, id est episcoporum [quod die domini] celebrantur, non tantum ex consuetudine, sed etiam ex Apostolica [nouimus venire] doctrina, scriptura manifestante, quod cùm Apostoli Paulum & Barnabam ex spiritu sancti præcepto ad Euangelium Gentibus mitterent prædicandum, *iciunantes & orantes imposuerunt manus*: vt intelligamus quanta & dantum & accipientium deuotione curandum sit, ne tanta benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. c.1. & c. quo die. 75. dist.

3. Prima ton[ta]ura quolibet die conferri potest, cùm iura certum diem in ea non præfigat: & sic obseruatur de generali consuetudine, teste Host. Ioan. Andr. & Card. in c. pen. de temp. ordin. per c. cùm contingit, de ætate & qualitate, & tam indecessi quād extra diœcesim potest episcopus suis subditis tonsuram conferre: vt docet Barb. in c. nouit, de offi. legat. & scripsi in tract. nominatio. q. 14. nu. 29. & 65.

4. Et in minores ordines, quando ep[iscopo], & ubi videbitur, dari possunt, sacrificerò nunquam, nisi in publica ordinatione. c. quando. 75. dist. & ordines sacri solent in maiori ecclesia conferri. gl. in ca. ordinationes. 75. dist. de consuetudine, episcopi conferunt hos itidem, ubi volunt, teste Floren. in 3. summa parte. c. 14. c. 16. §. 17.

5. Non debet tamen episcopus generalem ordinationem de his minoribus facere, ideo vñ aut duos ordinare potest, non quin plures ordinare possit, sed caueat ne generalem ordinationem faciat, sicut in quatuor temporibus anni. c. de eo, & ibi doct. de temp. ord. Præpos. in c. quod à patribus. 75. dist.

6. Itē ordines sacri, videlicet subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus, nisi quatuor temporibus, aut sabbato sancto, vel sabbato ante dominicam de passione conferri non debet. c. 3. de temp. ord. c. quoniam, in fi. & c. fi. 75. dist. [alioqui extra tempora collata sunt.]

7. Sed quare potius his temporibus quād: aliis? *Quare ordinis quād: euor temporibus confituntur.* Præpos. in c. quoniam. §. cæterum. 75. dist. ref. p. q. a. sacerdotes, & alij clericis locum eum obtinent in ecclesia, quem olim Leui[te] penes Israëliticum populum obtinuerunt, quos vt lib. Num. legitur, Dominus pro primogenitis recepit, & eos in Agypto, dum primogenita Agyptiorum interficerentur, custodivit, cùm quasi primitiæ sunt: vnde quasi primitias domino offerimus, cùm aliquos ad facios ordines damus: conueniens ergo est, vt pro primitiis temporum. s. quatuor temporibus primitias hominum offeramus. hæc ille: longè tamen videot petita ratio.

8. Item introductum est his quatuor anni temporibus fieri ordinationem, vt ordinati exornentur, & sub quatuor Euangeliis seruire Christo & ecclesia moneantur: in Verè, vt virtutibus floreat: in Estate, vt fructibus afferant: in Autumno, vt fructus operū metant: in Hyeme, vt fructus collectos cōseruent in horreo, vt eis in domo fruantur.

9. Et in sabbato potius quād in aliis diebus, eò q. illa dies Spiritui sancto consecrata est, cuius bona in ordinibus recipiuntur. c. quod à patribus. 75. dist. vel sabbatum noctat requiem: quia ordinati à sacris transeunt ad requiem ordinis clericalis, de labore secularium negotiorum. cap. fornicari. 88. distinct. & Paul. ad Timoth. *Nemo militans Deo implacet se negotiis secularibus.* cap. 1. & per totum, ne cleric. vel monach. nego. secular. se immisceant. Sed in minoribus non transeunt ad requiem, quia possunt ad seculum redire. gl. & doct. in c. literas, in fin. de temp. ord.

10. Tamen Papa quolibet tempore ordines etiam facios conferre potest. cap. 1. de temp. ordin. & ibi Host. in summa, sicut quilibet tempore pallio vtitur. c. ad honorē, de autorit. & vsu pallij, quia hoc est de iure positivo, à quo est absolutus. c. a. propulsit, de concessio. præb. in dicit Ang. in l.i. C. de sent. passis, Papam solo verbo posse aliquem creare episcopum, vel prælatum, licet hoc facere non sit solitus, sed formam aliquam ipse solet seruare, vt alij eius exemplo seruent.

11. Item hoc concedere potest ex speciali gratia. episcopo, vt ordines etiam extra quatuor tempora conferre possit. doct. in d. c. 1. & datur dispensatio per breue existēti in 22. vel circa xatis sua anno, etiam in diaconatus ordine constituto. vt promovetur ad sacerdotiū die dominico, vel in aliquo die festo, etiam extra tempora à iure statuta, de quibus suprà dixi: dummodū alij canonici non obstant, super quo sua & antistititis eligendi conscientia oneratur in secularibus.

12. Sed cum religiosis dispensatur in vigesimo primo anno, etiam vt ad facios promoventur: teste Staphile. in tract. de literis iustitie, fol. 194. vers. datur dispensatio, in rub. de rescr. in forma brevium.

13. Nec valet consuetudo, q. sacri ordines confrantur extra quatuor tempora. c. 2. de tempo. ord. in d. tam ordinans quād ordinatus peccat mortaliiter, q. a violatores canonum à Spiritu sancto, cuius instinctu conditi sunt condemnantur. c. violatores. 25. q. 1. Floren. ubi suprà in d. 3. parte summa, non valet Confuetudo promovendi ad facios extra quatuor tempora.

titul. 14. capit. 16. §. 16.

15 Oportet ergo ut neque per commodum neque per gratiam, aut quorūdam supplicationibus aliquos ad sacros ordines consentiantur, vel permitantur adduci. scribit Grēg. Ioanni Corinthiorum episcopo, in c. nouit. 100. dist.

*Ordinatis 16. Et quamvis de iure quādam esset dubitatio, extra qua-
tuor tempora suspensi, in c. cū quidam, & c. literas, de
ra suspensi sunt.* At ordinatus extra quatuor tempora esset ipso temp. ord. Tamē hodiē p̄ extra uag. Pij 2. ipsi iure sunt suspensi: qui si huiusmodi suspensione durāte in eisdem ordinibus sic susceptis ministrare præsumperint, irregulares eo ipso fūnt, & à solo Papa absoluēdi. c. cū quidam c. literas, de tēp. ord. Siuester in sua summa, in verb. irregularitas q. 10. vide tamen distinctionem in ca. consultationem de temp. ord. vbi Episcopus potest dispensare, vt is, qui suscepit extra tempora ministret, dummodo ipse non incurrit irregularitatem ministrando, quia tūc solus Papa ab irregularitate absoluit, & sic conciliari debent illa iura contraria.]

17 Et quid agendum cū aliquid omittitur de forma praesertim in ordinibus, scribit Floren. in 3. parte summae tit. 14. c. 16. §. 3.

Suspensus est qui plures ordinates ante temp. ord. in uno die assūmuntur, etiam cū subdiaconatu, dūmodō non temerario ausu, c. 2. de eo qui furtiuē ord. recipit, & temerario ausu facere censetur, quando sine examine & scientia Episcopi ad subdiaconatum se intrusit, vt doct. ibi dicunt, & ita seruatur de cōfuetudine, quicquid dicant doct. ibi & in d. c. 3. de temp. ord.]

19 Vbi dicit Card. hoc seruari: quam consuetudinem putarem valere, cū non prohibeantur, nisi faci eodem die conferri: ergo quatuor minores, & subdiaconatus eodem die conferri, & accipi possunt ex consuetudine. & hæc de promotis extra tempora.

Sic ante etatem legitimam.

GLOSSA SECUNDA.

*Acta lev-
tima que-
m. ordinis
ordinantis.*



Ietas legitima est quod ad primam tonsuram septimus annus. c. fin. de temp. ord. in 6. ad ordinatus verò minores videlicet ad Accolitatum 11. annūs, vel 13. c. in singulis. 77. dist. subdiaconus vero non poterat olim ordinari, nisi esset in 21. anno. c. de his. 28. dist. & finito 20. anno. ca. subdiaconus. 77. dist. nec reffragatur. d. c. in singulis. 77. dist. vbi in 14. annos si bdiaconus fieri poterat: quia hoc intelligitur in 14. anno post septimum, & sic in 21. anno: vt gl. & doct. ibi docent.

2. Hodie sufficit q̄ attingat decimum octauum, quia minus hodiē viuunt homines. cl. generalem, de etate & qualit, nec oportet reprehensibile dici, si variantibus temporibus statuta variatur humana. cap. non oportet, de conlang.

3. Item olim 21. annūs requirebatur, vt quis promoueretur in diaconum. c. Episcopū. 77. dist. & c. nemo. 78. dist. hodiē suscipere licet hunc ordinem in 20. anno. d. cl. fi. de etate & qualit,

4. Presbyter vero olim nullo modo ordinabatur, nisi trigesimum. etatis sua annum impleuisse. c. 1. & seq. 78. dist. & citius quem ordinari prohibeat: quia dicitur. ad Tim. 5. Nemini cito manus imposueri, neque communices alienis peccatis. Quid est manus cito imponere: nisi ante etatis maturitatē, ante tempus examinis, ante meritum obediētiā, ante experientiam disciplinæ sacerdotalē honore tribuere nō probatis: text. in c. quid est. 78. dist.

5. Dominus enim Iesus 30. anno baptizatus est, & Christus baptizatus in nonnulli prophetarum nō leguntur ante hoc tē-
da sed quia propheta se, vel prædicasse.

6. Verū quia Hieremias & Daniel intra iuu-
nilem etatem spiritam prophetiæ leguntur acce-
pisse, David quoque & Salomon in adolescentia
reperiuntur vñeti. c. presbyter. 78. dist. ideo in cō-
cilio Viennen. fuit statutum, quod sacerdos fiat, si
25. attigerit annū. in d. cl. fi. quod tempore necel-
liratis etiam olim erat concessum. in c. fi. 78. dist.

7. Nota quod si ante tempus quis fuerit ordina-
tus, ordinandus Ep̄s est suspensus à collatione or-
dinum. gl. & doct. in d. cl. fin. qui rāmen si durante
suspensione celebrauerit, non efficietur irregula-
ris. Dom. in ca. eos. de temp. ord. in 6. Philip. Fran.

in c. i. col. vlt. de re iud. ibid. sed peccat mortaliter
teste Florent. in 3. parte summae tit. 14. c. 16. §. 15.

8. Ordinatus vero ante tempus est suspensus ab
executione ordinis usque ad etatem legitimam.
cap. non est compos. de temp. ord. & c. dilectus. de
etate & qualit. ca. i. de clero per saltum promo.
ordinatio tamen tenet, etiam si puer ad sacerdotium
ordinaretur. Card. in d. clem. fin. per gl. in ca.
pueri. r. q. i:

9. Collatio tamen beneficij isti promoto ante se-
ptimum non valet. Joan. Andr. & Philip. Perus.
in c. fi. de temp. ord. in 6. & sic non iuuatur decre-
to, de pacific. possess. cū sit inhabilis. vt scripsi in
septimum tract. de pacific. possess.

10. Imò si hic minor hos ordines sacros ante 14.
annos susceptos ratos non habuerit, nō obligatur,
sed poterit matrimonium contrahere, sicut is qui
hoc tempore ingressus est religionem. cap. ad no-
strā. & c. significatum, de regula Cald. cons. vno.
tit. qui cler. vel vñen. gl. & doct. in c. vno, de clero
per saltum promoto. Io. Dias in practica crimi-
nal. c. 22.

11. Quid si minores interim celebrent irregulares Minor an-
à iure non fūnt, tum quod à iure non inueniatur te tempus
expressum. c. is qui. & ibi gl. de sent. excomm. in 6.
tum quia sunt suspensi à canone quo ad se tātum,
& non quo ad alios: & suspensi à iure quo ad se,
celebrans irregulares non efficiuntur. ca. fi. de cleric.
excomm. minist. Philip. Perus. in d. c. i. de re iudic.
in 6. Pan. in cap. i. de clero per saltum promo. hodie
per constitutionem Pij Papæ. efficiuntur irregu-
lares, & beneficiis priuar. possunt.

12. Intellige cū isti ante tempus ad sacros ordi-
nes promoti fuerint, secus ad alios ordines: vt per
text. huius regit. constat, qui tantum de sacrī or-
dinibus loquitur, ibi ad sacros ordines, &c.

13. Vbi notandum est, quod episcopus non potest
dispensare

Tenor constitutionis Pij Papa 2.

Super etate papæ fons temp. ord. sed non hodie, sed solus Papa aut legatus à latere ex speciali sibi datapotestate, & in dispensatione solet poni clausula, quod ad annum sit suspensus, vel ad aliud tempus prout Papæ placuerit, vel legato dispensanti.

Aut absque dimissoriis literis ad sacros ordines se promoueri facientibus pro tempore.

GLOSSA TERTIA.

Dimissoria
qua.

Dimissoria quo ad istum textum dicuntur, quæ alias commendatitiae vocantur, quæ dantur his, qui volunt ordines ab alieno sumere Episcopo. c. i. & c. cum nullus de temp. ord. in 6. scripti in 1. dimissoria ff. de verb. sign. & superius, in 1. part. de his abundè scripti. in tit. de literis dimissoriis.

Promoti sine dimissoriis istis ad sacros ordines suspensi sunt ab ordinis suspensi num executione quo ad se non quo ad alios: quod si interim in eisdem ordinibus sic susceptis ministrariet, non incurrebant irregularitatem de iure. Ioan. And. in c. quod translatus de temp. ord. gl. & Dom. in c. eos illo tit. in 6. hodie eo ipso quod celebrant irregularitatem incurruunt: ut patet in constitutione Papæ Pij, ergo non habet locum, si sumeret alios non sacros, vnum enim exprimendo alterum negare videtur. c. i. de temp. ord. in 6. si quidem in suo casu intelligitur, ut ibi doct. notant. Quamuis in quibusque ordinibus suspensione contrahi scribat Sylvestris in sua summa, in verbis irregularitas, q. 9. per d. c. i. quod à iure non recipitur.

Dispensatio à Papa posse promotione inuilem facta taxatur. Ideo licet olim impetraretur dispensatio, ut nō obstante tali dispensatione, posset vii clericali charactere, & in susceptis ministrare, illudq; sufficiebat: ut no. Ang. in sua summa, in verbis irregularitis. §. 32. hodie tamen propter constitutionem Pij operari exprimere, quod non obstante irregularitate incursa celebrando, secum dispensetur, alioquin non prodebet dispensatio: quod est notandum, & solet taxari ad 7. carlinos hæc dispensatio: & si extra tempora duplicatur ut 14. carlinos soluere pro taxa teneretur, ut quandoque siebat, sed hodie augetur potius quam diminuatur.

Etiam voluit constitutionem pia memor. Pij Papa secundis similiter predecessoris sui desuper editam, & in cancellaria Apostolica libro scriptam, que incipit, Cum ad sacerorum ordinum, &c. pari modo obseruari.

GLOSSA QUARTA

Gloria plerosque super hac constitutione dubitare, quæ apud nos nō extat, ideo eam ad verbum duxi hic transcriptam: ne deinceps super ea ambigutas oriatur.

Ius Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Cū ex sacerorum ordinum collatione character inuisibilis animæ imprimatur, sacra mysteria dispensentur, & ipsarum cura tributatur animarū in eorum susceptione, excessus graues tantò magis plectendi sunt quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cū itaque sicut fide dignorum relatione (non nisi moleste) accepimus, nōnulli clerici extra tempora à iure statuta, quidam ante etatem legitimam, alioqui vero sine dimissoriis literis contra sanctiones canonicas se faciunt ad sacros ordines promoueri: nos eorumdem temeritatem tali castigatione reprementes, ut aliis imposterum committendi similia aditus præcludatur, autoritate Apostolica, hac constitutione perpetuò valitura statuimus, & ordinamus, quod omnes & singuli, qui absque dispensatione canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta, siue ante etatem legitimam, vel ab aliis dimissoriis literis, etiā citramontani à citramontanis, præterquam si in hoc ultimo casu per cameram Apostolicam iuxta illius stylum ordinatis fuerint, & ad aliquem ex sacerdis ordinibus se fecerint promoueri, à suorum ordinum executione ipso iure suspensi sint: & si huiusmodi suspensione durante in hisdem ordinibus ministrare præsumperint eo ipso irregularitatem incurràt, prætereà ultra alias penas in tales generaliter à iure inflatas beneficiis ecclesiasticis possunt iure priuari. Volumus autem q; presens nostra constitutio in Rom. Curia existentes post quindecim dies, absentes vero Italicos, post duos menses, alios vero ultramontanos post sex menses ab ipsis in audiencia contradictionum, & Cancellaria Apostolica publicatione, & affixione ligare incipiat. Nulli ergo omnino hominum licet hæc paginam nostram, statuti, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare presumperit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum. Anno ab incarnatione dominica millesimo quadringentesimo sexagesimoquinto, decimo Calendas Decembris, Pontificatus nostri anno quarto.

3. Et sic per istam constitutionem is, qui extra tempora, vel ante etatem, vel sine dimissoriis promovetus fuerit ad sacros, suspensus est, donec absolutio nisi beneficium à Papa fuerit consecutus, non tantum usque ad etatem legitimam, prout de iure, ut in c. cum quidam. & c. literas de temp. ord. & hic patet, sed perpetuò.

4. Item si durante suspensione celebrauerit, si sit sacerdos, vel si diaconus sit, tanquam diaconus in ecclesia ministrauerit, aut tanquam subdiaconus incurrit irregularitatem, à qua sententia non potest ab alio quam à Papa absolui: quamuis doct. in c. consultationi, de temp. ord. contrarium dicant.

5. Notandum est insuper, q; omnes regulariter possunt promoueri, nisi prohibeantur à iure: qui quent.

Ordines

perpetrare

sacerdotes

et perpetuo

suspensus,

Omnes pos

sunt reguli

ruter ordi

nes sumere

exceptis se

verò sint prohibiti, refert tex. in c. qui in aliquo. 51. dist. & in cap. i. 55. dist. Hostiens. verò in summa, de temp. ord. §. & cui, adducit quosdam versus, quibus eorum brevis complectitur prohibitio, qui non possunt ordinari, sub his verbis.

*Primum precipitur, quod sit sine crimen presul,
Monogamus, sobrius prudens, ornatus, & hospes,
Casta docens, non percursor, non litigiosus,
Non cupidus, bene dispositus, non neophytus sive,
Talis Apostolica, quod presul regula iusfit.*

*Crimina
grauias pro-
hibente ordi-
nandos.* 6 Et quamvis Paul. i. ad Timoth. ca. 3. voluerit ista in epo. adesse: tamen Aug. & Greg. ea ad ordinandas extenderunt. c. cognoscamus. 34. dist. & capit. Apostolus. 81. dist. primum ergo crimen prohibet ordines sumere, quod intelligerem de graui, vt est heresis, simonia, homicidium, & alia crimina, secus silviam fuerint. Host. in d. summa, & c. at si clerici. §. de adulteriis, vbi doct. de iud. & in c. ex tenore, de temp. ord. altoqui nullus vñquam seu vix ordinaretur.

*Bigamus
ad ordines
prohibetur.* 7 Monogamus, id est vnius vxoris vir. Bigamus autem eius contrarium, ordinari prohibetur. cap. nullus Bigamus. 55. dist. imò si fuerit clericus, omnib⁹ est exutus priuilegiis. c. vno. de Bigamis, in 6.

*Ebrius an
posse effici
sacerdos.* 8 Sobrius ordinandus esse debet, vnde cōsuetus ineibriari prohibetur ordinari. ca. Ep̄s aut presbyter. 35. dist. iuncto. tex. in summa, ibidem, vbi ministeri templi prohibebat̄ vinum & siceram bibe-re, ne ebrietate grauarentur corda eorum, vt sensus eorum vigeat semper, & tenuis sit: aut quia venter mero estuans facile despumat in libidines, ante omnia clericis veratur ebrietas quae omniū vitorum fomes, ac nutrix est. itaque eum, quem ebrium fuisse constiterit, vt ordo patitur, aut 30. dierum spacio à communione submoueatur, aut corporali subdatur supplicio. c. fi. 35. dist. alia prosequitur Host. ob id ad illum te nunc reiicio.

9 Et de his non ritè ordinatis quis dispensare posse: abunde distinguit Aegid. Bellamera. in ca. fi. de ord. ab episcopo qui episcopa renuncia. ibi videri potest: & tene quae superius dixi per istam constitutionem Pij Papæ 2.

*Examina-
di ordinan-
dis sunt.* 10 Sciendum est autem, quod antequām aliquis admittatur ad ordines oportet quod examineatur: vnde in cōcilio Carthag. statutum fuit his verbis: Nullus ordinetur clericus, nisi probatus, vel examine episcoporum, aut populari testimonio. cap. nullus. 24. dist.

11 Etsi q̄s presbyter, aut diaconus sine aliqua examinatione ordinatis sunt, abiiciantur ex clero, vt in concilio Martini Papæ statutū fuit, in c. fi. 24. dist. ergo ignor⁹ promotus, etiam alias re vera dignus, deponendus est, vt d. c. fin. & ita docet Gofre. in summa, de temp. ord. §. restat videre. Si verò fuerit notus, & dignus, tunc nullum est peccatum. ca. de Petro. 47. dist. ca. valde. 94. dist. q̄ anotoriè doctus eximari non debet, cl. vna. de iure, vbi Barba. no.

*Ordinandi
quoniam
sunt, & si
per quibus
examiner-
di.* 12 Superest igitur videre, quomodo sint examinandi, super quibus, & à quibus, & quando in cōcilio Nanaten. ita statutū reperio quod habes in c. quando. 24. dist. Quando Ep̄s ordinationem facere disponit, omnes, qui ad sacram mysterium

accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem vocandi sunt ad ciuitatem vnā cum presbyteris, qui eos repræsentare debent: & tunc Episcopus à latere suo eligere debet sacerdotes, & alios prudentes viros, gnatos diuinæ legis, exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam, gēnus, patriam, ætatem, institutionem, locum, vbi educati sunt, si sint bene literati, si instructi in lege Dei, ante omnia diligenter inuestigent, si fidem catholicam firmiter teneant, & verbis simplicibus afferere queant.

13 Ipsa autem quibus cura cōmittitur, cauere debent, ne aufauoris gratia, aut cuiuscūque munieris cupiditate illecti à vero devient, & indignum, & minus idoneum ad sacros gradus suscipiendoz cōpi manibus applicent: Quod si aliter fecerint, & ille, qui indignè accesserit, ab altari remouebitur: & illi, qui donum Sancti spiritus vendere conat⁹ sunt, eorū Deo iam cōdemnati ecclasiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur: & sic Sabbato, qui probati sunt, Episcopo repræsententur: Alias autem sine clericorum videlicet concilio, & populi testimonio nullum Episcopus ordinare præsumat.

14 Licet quidam istam examinationem ad officium Archidiaconi spectare dicant. c. adhac. & c. vt nostrum, de offi. Arch. c. si quis. 94. dist. Gofr. in summa de temp. ord. §. nunc videamus. Tamē hodie in Francia Archidiaconi de cōsuetudine amiserunt istud examinandi ius, vt nunc solos ep̄os examinare, vel committere videamus: ideo tenetur illi qui examinauerūt si indignus presentetur. c. si seruus. 54. dist. necnon Ep̄s tenetur. ca. acceperimus, de ætate & qualitate, si malum examinatorē & corruptum elegit, vel ignarum, sic ut & exercitor nauis de facto sui magistri. l. i. §. magistrum. ff. ex exercit. actio, & debet episcopus eos adigere iuramento, quod iuste eos examinabunt, & fideliter, & verè sententian dicent super his.

15 Hodie quoque non seruatur illud scrutinium, seu examinatio, quae siebat secundum formā positam in c. vno, de scrutinio in ordine faciendo. sed examinans, si reperiat: examinatum idoneū, illum catalogo ordinandorum inscribi mandat. & demū si suscipit ordinē, ad quem est examinatus, in prima verò tonsura parua est examinatio, in suscepitione quatuor minorum est maior, in subdiaconatu debet esse maxima: q̄a in aliis examinari posse non solet: sed quidā bursam examinat & Giezum imitantur, [Elisæi famulū, de quo. 4. reg. c. 5.]

16 Interdum etiam quis per saltum ordines recipit, verbi gratia, à subdiaconatu saltat ad sacerdotium, quod accipit sine diaconatu: & tunc interdictum. citetur ei executio ordinis, quem recepit, donec quod est omnissimum suppleatur, id est diaconatus collatus sit. c. solitudo. 52. dist. & episcopus poterit cum isto ordinato dispensare, & ei conferre diaconatum, vt tunc ipse ordinatus ministrare possit per text. in c. vno. de cler. per saltum promo.

17 Quod intellige, si non ministrauerit in ordine nō suscepto: alioqui solius est Papæ dispensare: quādoquidē effectus est irregularis, & incidit in penā clerici

Examina-
tio ordinan-
dorum ad
quæ spectat.

De non promotis intra annum, &c.

221

clericis non ordinatis ministrantibus de qua in c. i. de
clerico non ordinato minist. Host. in summa illius titul.
Syluester de Prier. in sua summa, in verb. irregularitas. §. ii. queritur post Lappum alleg. 29. andi-
spenset. & si impetrat dispensationem, requiritur
in ea absolutione, dummodo ritus se promoueri fa-
ciat.

18 Alij reperiuntur, qui furtiu, id est sine examinatione, & approbatione superioris se ingerūt ad ordines cum aliis approbatis ignorante epo: & tūc si hoc erat prohibitum ab epo ordinante sub pena excommunicationis ipso facto incurrenda, tūc is ordinatus non poterit in successore ordine ministrire, nec ad superiorem ascendere sine dispensatione: fecit si tantum erat prohibitio sine excommunicatione, vt in c.i. & per totum id eo qui furtiu ordines recepit, summa Ange. in verb. irregularis. §. 23.

19 Si tamen episcopus dicat, Non intendimus ordinare non examinatos, & non approbatos, & tūc qui se ingerit non erit ordinatus, ideo opōret q̄ iterum ordinetur, iniungendaq; est illi pœnitentia, priusquam ordinetur: quia valde deliquit, se

*De non promotis intra annum quando priuati
censeantur. Et quando possint excusari.*

Regula iuris est notissima, q̄ quicunque habet ecclesiam parrochialem, tenetur intra annum promoueri: alia amittet ipso iure ecclesiam illam, & test per non promotionem tanquam vacas im- trari, & conferri. c. licet canon. de elect. in 6. etiā te declarationem veruntamen possidens non- nouebitur à possessione, nisi vocatus & auditus erit, quia forte ius habet retinendi. c. licet Epi- opus. de præb. in 6.

sequentibus valerer: videlicet quando est procu-
rator constitutus ad renunciandum causa permu-
tationis tunc sufficeret re integra parti denuncia-
re: alioqui pars esset in dolo, si posteā expediret
permutationem. c. fi. de procur. in 6. Felin. in c. ex
parte decani, col. 8. ver. d. clem. i. de refcr.

5. Idem quando procurator esset constitutus ad
resignandum in favorem partis, illi enim erit de-
nunciandum, nam sua interest, & cum illo conve-
nuit. l. si cum mandasset ff. mand. gl. in verb. facie-
da, in d. cle. vna, & Philip. I. rob. in additio. ad loan.

Monach. in rub. de renuncia. lib. 6.

6. Idem si in procuratorio nullus est nominatus
procurator, nec collator sed coram quolibet po-
teftatem habete, vt tunc intimatio parti facta suf-
ficiat: alioqui dolus prodebet eidem, contra. c. se-
des. de refcr. & hoc etiā docet. d. Probus in d. rub.

de renunc.

7. Item si non licet collatori, vel procuratori in-
timare, forte quia pars iniuriosa detinetur: nā hoc
casu sufficeret etiam reuocatio parti intimata, vel
eriam secreta, vt afferit Bonifac. in d. cle. vna. facit.

l. quod te ff. si cert. pet. Nam quod per partē non
stat, illi nō est imputadū. l. i. iure. ff. de regulis iuris.

8. Praterea si procurator constitutus sit ad cōsen-
tiendum sententia, adjudicationis beneficij, pote-
rit fieri notificatio reuocationis parti: quia in iudi-

cialibus hæc sufficit. d. c. ex parte Decani. & c. 2.

de procur. in 6.

9. Imò etiam sufficeret denunciare notario, qui
iustumentū procuratorij recepit, antequam ex-

pediat, vt si posteā cōficiat instrumentum, & tradat

parti, tanquam falsarius puniri debet, quando qui-

de. in iam est reuocatus, & inhibitus per denuncia-

tionē, ne conficiat instrumentum. arg. l. si fundū.

Notario
quando in-

timatio re-

uocacionis

fieri possit.

C. de

C. de rei vend. doct. in l. contractus. de fide instrument. c. ex parte. vbi doct. de rescript.

Rescriptio 10. Interdum etiam non intimata reuocatio valet *quodammodo* ut quando procurator ad resignandum erat per *reuelatum*, metum constitutus. tex. in d. cle. vna. in verb. spōte. & ibi. gl. & doct. Ioā. de Selua in tract. de benef. in 3. part. q. 16.

11. Vel quando constituens mortuus est tunc per mortem fit reuocatio, quae quidem etiam non intimata valet, quia non est, qui possit intimare. Fel. in d. c. ex parte, col. 10. vers. fallit. & 8. Nam mors omnia soluit. §. deinceps, in auth. de nupt. colla. 4. & mandatum morte mandantis expirat. l. mandatum. Cod. mand. l. eius. ff. si certum petatur.

Rescriptio 12. Etiam si ageretur de pra*dictio* folius reuocatio *intima* cantis, nihilominus valebit reuocatio, licet nō in *valer in timata*: vt si procurator constitutus ad acceptandum & resignandum reuocetur, valebit reuocatio, adeo vt ille posthac acceptare non possit, nec beneficium acquirere. c. fi. de procur. in 6. Bald. in leg. si mandasssem. in repet. ff. mand.

13. Idem dicunt si constitutus esset procurator ad præsentandum, vel eligendum, vt tūc sufficiat reuocatio, etiam non denunciata: q. hic procurator nō habet amplius potestatem. d. c. fi. de proc. lib. 6.

14. Sed contrarium est verius: nam valet collatio vicarij facta, antequām ipsi vicario notificata sit reuocatio. l. si forte. ff. de officio præsid. Ludouic. sing. 57. fuit quæstio, scripsi supra plenē de his vivariis: & idem erit in præsentatione & electione in casibus permisiss. c. penult. de elect. in 6.

*Intimatio reuocatio-
ni quomo-
do fieri de-
bet.*

15. Ultimò ista reuocationis intimatio debet fieri coram notario & duobus testibus, aut corā duobus notariis, clem. causam. de electio. dixi in tract. nomi. q. 14. nō refert autem an fiat à notariis Apostolicis, vel Regiis, cùm non inueniatur prohibi- tum vt scripsi in tract. de liter. obl. art. 2. alia videre licet in d. Concord. Francia. in tit. de subla. clem. literis. vbi abundantius scripsi: ad alia pergere nos oportet.

De causis reuocationem irritantibus, & primo de dolo.

*Invent. par-
ti dolis in
reignatione
non in-
tendente.*

Nunc videamus, quibus ex caussis reuocatione possit annullari: primo ratio ne doli annullatur, qui frequenter in his resignationibꝫ interuenire solet, aut fraus, vis, metus vel simonia, & quandoque ista simul: ideo in resignatione antequām recipiatur, partes iurare debent ista, vel aliquid istorum non interuenisse. c. super hoc. de renunc. vnde si committatur alicui, vt recipiat resignatio ē, solet ad scribi haec clausula. Attenteq. prouideas, quod in resignatione prædicta dolus, vis, metus, aut aliqua simoniaca labes non interuenient, &c. vt patet in reg. cancell. Inno. 38. & si interuenierit, non debet pars diffiteri, aut contrarium iurare.

2. Alioqui collatio illi facta non valet tanquam periuio iam facto per c. 2. de rescr. & c. tua nos. I. de iure iur. prout tamen scripsi in tract. de pacific. possess. in 4. limit. & hodie admodum paucæ interueniunt resignationes, quæ saltem alterum istorum non includant.

3. Præterea non vult Papa valere resignationem, puram dolo malo factam, vt quæ non est simplex at dolosa: vnde dicit. §. in c. pen. de his quæ vi metuſe caus. fiunt. secundum canonem siue vi, siue metu, siue dolo quis renūciet rei suæ, subuenietur ei contra omnem possessorem, per c. reintegrāda. 3. q. 1. & q. 2. c. cùm ecclesia. & seq. facit. l. eum qui. ff. de inoffi. test. non erit tamen ipso iure nulla reuocatio secundum doct. sed annullanda.

4. Verūnū quia dolus annullat alios actus reguliter, quando præbet actui causam. l. & eleganter. ff. de dolo, & istos actus non inuenio à lege exceptos, ergo continebuntur sub regula, maximè q. a in his beneficialibus bona fides, & non dolus interuenire debet. c. cùm dilectus. de elect. licet hodie longè aliter accidat: & quia liber omnino cōfensus requiritur in resignatione. c. super hoc, de renunc. Sed vis, metus, aut dolus interueniens excludit hunc liberum consensum, ergo, &c. l. si mulier. §. si metu. ff. quod metus causa: vnde Prou. 14. scribitur, *Filio doloso nil erit boni*: & sic renunciatio dolosa non erit bona, nec fructum afferet doloso.

5. Adhæc ius canonum abhorret præcipue virtutum ingressum. c. 1. & per totum, de eo qui mititur in poss. in 6. sed non potest esse deterior ingressus quam dolosus, ideo recipi non debet. Nam iure consult. ait, in l. i. ff. de doli except. quod ideo hanc exceptionem doli prætor proposit, ne cui dolus suus per occasionem iuris ciuilis contra naturalem æquitatem prosit.

6. Nec refragatur, quod dolus non vitiat in spiritualibus, vt pote si quis dolo inductus fuerit ad ingredientium religionem. c. constitut. 10. q. 3. resp. non videtur deceptus, qui prouocatur ad bonum & ad benefaciendum, id est dolo bonus est, qui non annullat actum, tamen res debent restituvi, vt ibi dicitur. Sed in beneficiis diuersum est: nam qui dolo beneficium aufert ab alio, remouet eum à seruicio Dei: quamobrem valere nō debet illa dolo facta resignatio.

7. Secus si dolo quem induceret ad acceptandum beneficium: valeret enim illa acceptatio, qua prouocatur ad seruendum Deo: secus si ad resignandum. Item resignatio non dicitur actus spiritualis, cùm potius sit à spiritualibus amotio, tenditq. aliò quam ad spirituale.

8. Minus obstat, q. dici solet dolus non vitiare matrimonium. c. ex parte, & c. dudum. de conuer. coniug. & q. bonum est argumētum de matrimonio carnali ad spirituale. capit. inter corporalia, de translat. episc. respi. verum esse, cùm est eadem ratio, sed longè diuersa est in matrimonio: nam in eo quis prouocatur ad acquirendum sibi, sed in resignatione ad relinquendum cogitur.

9. Adhæc in matrimonio licet quis dolo fuerit aggressus matrimonium, tamen ratu habetur in primo anno in quo canitur, *Exultate*. Item quia res nō est integra post cognitam virginem: sed post renunciationem nil rati habetur, imò magna afficitur penitentia resignans: Ideoque dolus iste, nec iure naturali, nec prætorio, nec canonico iurare potest illum cur resignatio emolumento cedit: vt

Dolus an.
in spirituali-
bus vitiat.

etiam docet Fortunius in tract. de ultimo fine iuris. num. 335. & seq.

10 Insuper mens Papæ non est conferre, si dolus interuenierit: ideo non valebit resignatio, nec Papæ prouisio ipsius deficiente voluntate: tum quia libe reptitia est prouisio cum dolus non sit expressus in ea: non iueabit ergo dolo prouisus, decreto, de pacificis possessoribus: vt scripsi. num. 155. per text. in c. i. 15. q. 6. vbi sic scribitur, Si quādō à fædotibus, & autoribus ecclesiæ, quædam scriptura quoquomodo per metum aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possint, quounque ab eis conscriptæ, aut roborata fuerint ingenio ad nullum eis præiudicium, vel nocumentum valere censemus: & sic non præiudicat resignanti dolo inducto resignatio.

Littera Re-
gie non im-
petratur ad
annellādā
resignatio-
neni beneficii
ey dolo fa-
llam.

11 Et quia dolus consentum excludit, teste Pan. in c. cum dilectus, in fin. de his quæ vi metu sive caus. fiunt & ibi gl. dicit coram episcopo suo restitutio- nem hanc posse peti. Nec impetrari solent Regie litteræ in hoc regno ad infringendum huiusmodi resignationem dolo factam: vt scripsi Arestum in tract. de pacific. possess. num. 157.

12 Tamen si quis agat possessorio: & opponatur resignatio, replicabitur de dolo & tunc poterunt impetrari litteræ Regie directæ iudici: quod si cōfiteretur resignationem dolo factam, non obstante resig- natione, & non habita ratione ad illam, ius ad ministrum partibus: & tunc iudex, si constere ei de dolosa resignatione, manu tenebit resonantem, non obstante sua resignatione: vel restituet eidem possessionem, si eam amiserat per remedium re-integranda possessionis: & sic non conceduntur litteræ ad resignationem rescindendam, vt iudicio rescissorio agatur: sed si possessorium intentetur, impetrari litteræ possint, quod non habeatur ratio ad resignationem metu vel dolo, seu vi factam, quod notes.

De vi in resignationibus exhibita.

*Spoliati re-
signatio no
valeat.*

Sicut olet etiam addi in resignationibus, ne vis interueniat. Nam si spoliatus beneficio resigner illud per vim, non valebit resignatione: nec præsumitur, quæ sponte resigner spoliatus. c. sollicitè, de restit. spo. & Do. de Rota 216. nota q. existenti, in antiq. [sub tit. de ref. dec. 38.] & quæ vi vel metu fiunt rata. non habet prætor. l. i. ff. quod metus caußæ. siue prouisio subsecuta fuerit à Papa, siue ab alio quo-libet ordinario: cum eadem ratio videatur in omnibus collatoribꝫ, seu vis interuenierit, ab ipsifmet collatoribus, siue ab aliis. c. sciant. de electio. in 6. 2 Et sic iste, qui spoliatus renunciavit, etiam post collationem alteri factam poterit intētare remedium. c. reintegranda. 3. q. i. nec iudices audient detinentem beneficium, donec restituta fuerit possessione spolia. o. c. super hoc, de renunc.

*Casus in-
quibus res-
ignatio vi fa
cta proba-
tur.*

3 Limitatur quando spoliatus fuisset restitutus, & pacificam possessionem recuperasset: tūc Papa ad ipsius resignationē in forma gratiola potest istud beneficium conferre: nec requiritur in hac prouisione facere mentionem spoliationis, nec apponere clausulam vocatis vocandis, &c. quia restitutio

facit, ac si nūquām esset spoliatus, & in pristinum statum restituit. l. quod i minor. §. restitutio. ff. de mino. l. i. C. de sent. passis. & ita seruat Curia Rom. quia non est spoliatus qui tenet.

4 Secundō non procedit, quando hec resignatio coactè facta esset autoritate iudicis de causa cognoscētis, tūc quoque valeret. ca. accepta, de restitutio spoliorum. gl. & doct. in d. cap. sollicitè, quia tunc præsumptio iuris tollitur, & inducitur notorietas defectus proprietatis, teste Soc. in trac. fallent. regul. 378. & Barba. conf. 47. præclarè, col. vlt. in 2. vol. & videtur metus purgatus.

5 Poterit tamen iste si grauetur, appellare, & non obstante hac collatione facta, etiam a suo superiori licebit vim probare: quia persententiam non tollitur nisi præsumptio: vt per glos. & doct. in l. fin. ff. quod met. caussa.

6 Tertiò flectitur regula, si ante spoliationem resignasset tunc vel impedit quod minus valeat, vt dicit Lopus alleg. 13. quod est verum, si liberè secus si coactè vt suprà.

7 Quartò si quis etiam post spoliationem restitu- *Litteræ non*
*peccare respi-
ciunt po-
tegi reale-
ra.*
tioni cum iuramento, vel per pactum renunciaret
habebitur huismodi resignatio. gl. in c. super
hoc. in verb. resignationis. de renunciat. de Rota.
dec. 68. nota quod licet, [sub tit. de renun. dec. 3.] &
decis. 428. nota quid si spoliatus, [sub tit. de renun.
decis. 11. in antiq. & Soc. suprà in verb. spoliatio, &
Nicol. Milius in verb. renunciatio, in uiolabiliter
enim debet obseruari iuramentum, auth. Sacra-
menta. C. si aduersus vendit.

8 Poterit tamen hic resignans impetrare literas releuamenti ab hoc iuramento præhabita illius dispensatione: nam ea facilitate qua fuit ipolatus, iurauit vel promisit restitutio: non petere: quamobrem ei iuramentum, vel pactum nocere non debet vt dicit in simili. gl. & doct. de renunciante exceptioni non numeraræ pecunia cū iu-
ramento. in l. 3. C. de except. non num. pec. & Fel. in c. si cautio. de fid. instru. doct. in l. 2. C. de rescin. vend. scripsi in tract. de chirograph. recognitio. in ord. Regis in 1. tomo, tum quia pactum hoc vel iu-
ramento præberet materiam delinquendi. contra. l. conuenire. ff. de pac. dotal. sic docet Soc. in d. tract. Fallen. reg. 378. spoliat. & sic qui vi resignauit, post amissam possessionem ageret remedio reintegranda possessionis: de qua abunde scripsi. art. 5. gl. i. de sent. execu. in 1. tomo ord. Reg.

Derelegatione metu extorta.

1 **R**esignatio quoque metu facta solet *M. in facta*
annullari: nam quæ metu facta sunt, *resignatio*
rata non debent haberi. l. i. & perto-
rum. ff. quod metus caußæ, vnde in
resignationis bulla solet apponi, Proutio q. metus
interuenierit: quippe renunciatio metu facta non
valet, nec perdit beneficium sic resignans. c. super
hoc & c. Abbas. & c. ad aures. de his que vi metu
ve caußæ fiunt. de Rota. decif. 203. nota quod resi-
gnatio. in antiq. Henr. Boic. in c. quod in dubiis. de
renun. & Fortu. in tract. de vlt. fi. nu. 275. dicit hanc
renunciationem metu factam nullam, & Barba.
conf. 30. bene etenim, in 3. vol.

Intellige

De simonia in resignatione.

247

Metus p. 2 Intellige etiam si facta fuerit metu parentum, aut consanguineorum. c. sciant de electione, in 6. id est metus ab ipsis collatoribus processerit, clement. multorum, de poenis. l. i. & l. sequent. ff. de liberali causa. Rota dec. 463. dubitatatur, in nouis. [subti. de renunc. deci. 7.] & Alexander celsilio nonage simonono, in casu, coluna tertia, in tertio volumi ne. n. decim. Pet. Paris. c. 66. renunciatio. in 4. vol.

Vexantes cōf. 3 Et isti sunt excommunicati vexantes consanguineos clericorum, etiam laicos, propter clericos. d. ca. sciant. de elect. in 6. vbi multa addidi.

4 Ideo poterit agi vel vendicatione ad beneficium sic metu resighatum, vel possessorio recuperandæ. gl. in §. ad tollendas. in verb. liberè, de elect. in prag. quia licet resignans sponte. ius suum amittat, & possessionem. c. inter iuncta. glo. de præb. se- cuss tamen est in eo, qui coacte, vel per metum re signat. gl. in ca. notificasti. 33. quæst. Panorm. in ca. maiores. in fin. de baptism. & in c. cum locum. de sponsal. Ale. conf. 98. q. o. iam. col. 2. vol. 3. & confi. seq. Nam quæ metus causa gesta sunt, rata non debet haber. l. i. & seq. ff. quod met. causa.

Praxis an- 5 Quamobrem in hoc regno Fraciæ possumus petere coram iudicibus ecclesiasticis annullari ta- *nellandi re* lem resignationem: vt quidam asserunt in dict. ca. *mēnsa fācīt*. Abbas, & de Rota dec. 374. Fuit dubitatum, in nouis. [sub tit. de renuncia. decif. 5.] siue nullam pro nunciari, & declarari. Nam quoad effectum nulla dici potest, vt scribit Aufret. in decif. Tholosa. q. 285. vide Albert. Bru. conf. 82. super difficultate, in ter. conf. Feud.

6 Vel si agatur possessorio reintegrandæ & ap ponatur resignatio, probabitur metus: & non obstante resignatione iudex in possessione restituet resig nante, vt suprà dixi de dolo. [Vel si quidam magna curialis te prosequatur vt resiges, forte quia contulisti tibi hoc beneficium, procures vt illud in curia fecido resiges in fauorem amici tui, & postea resig nare poteris ad petitionem illius poteris vel impetres tuo nomine, & in signatura dicas renunciando primo titulo, si opus sit, vel quatenus erit opus, & postea si cogaris resig nare dices te resig nare ius quid ex tali collatione habuisti tantum: & postea poteris prosequi & te defendere ex noua impetracione. Ista dico vt malorum malitia eu das. Et metus regis probatur per literas regis, quibus mādabatur episcopum Astensem relegari, & ab officio suspendi, nisi resig naret, vt plenè probat Carol. Ruinus conf. 121. quia principalis, in 4. vol. vbi etiam concludit renunciationem nullam.]

Purgatus 7 Cessabit tamen restitutio, quādo purgatus est metus postea per consensum liberum: at nūquam do datur, censetur purgatus eadem causa durante & sub si stente: vt asserit Baldus in l. secunda. C. quod metus causa, & doctores in l. interpositas, de trāfact. C. Decius conf. 219. viso punto, scripsi abundè in tract. de rescis. contract. in glof. 22. in 2. tomo const. Regiar. & quomodo purgetur metus scribit Pet. Paris. conf. 135. Ioannes. col. 1. & seq. in 4. vol.

Metus ca- 8 Addo quoque restituendam esse ecclesiā spo dens in con fiantem vi- rū inspi- ciatur.

stantem virum. c. ad audientiā: de his quæ vi metūs causa sunt. l. metum. t. ff. eodem. ita consuluit Calder. conf. i. rubr. de renunc.

9 Et dicitur cadere in constantē virum, vt cum est metus mortis, verberū, aut cruciat corporis c. i. quid metus causa. l. 3. ff. eodem. Sic metu ac ciendum Labeo ait, nō quemlibet timorem, sed maioris mali: nec timorem infamiae contineri Pe dius dicit in 1. 4. & 6. ff. eodem.

10 Iustus igitur metus requiritur, id est probabili & nō leuis. c. f. de app. Deci. in l. omnibus causis pro facto accipitur id in quo quis alium perhorre scit, quo minus fiat. ff. de reg. iur.

11 Et multas phrasēs huius dictionis, iusta, exposci in l. iusta. ff. de verb. sign. & ideo p. qualitate perso na considerandus, & indicandus est metus, an sit iustus necne. c. i. eodem. quia in meticulous, & sensibus, & literatis minor metu sufficeret, quam in aliis militari b. viris. arg. l. quæ sub cōditione. ff. de cōditione. inst. & in mulieribus minor quoque sufficit metus. c. causam matrimonij, de offi. deleg. c. cum locū. de spons. Corset. in sing. incipiēt metus.

12 Idem in dolo iudicandum est, vt non omnis dolus annulet actum, & contractum: sed talis dolus, qui etiam caderet in prudentem & sagacē virū: vt docet Bal. in rub. C. de rescind. vend. & in verbō metus, in margari. & Alex. in additio. ad Barzo. in l. & eleganter. ff. de dolo. vt refert Hippolyt. singul. 407. non omnis metus, quod ibidem dicit se exercuisse proximis diebus in causa nō leui, & obtinuisse licet haberet durum aduersarium.

De simonia in resignatione.

1 *Resignatio* Nuper in hoc rescripto clausulatalis apponitur, Attētē prouideas, quod si simoniaca monia prauitas nō interueniat, aut in velet alia pachio illicita: Nam renunciatio in preinā beneficij simoniaca non valet, etiam (vt dicunt) in iuri. resignā. priu. iudicium resignantis, nec collatio, c. super hoc, in gl. pecuniā. de renun. Innoc. in cap. cū vniuersorum, de rerum permutatio. Archid. in c. ordinationes, i. q. i. de Rot. decif. 236. in antiqu. sub tit. de renunc. decif. 7.] Nicol. Milius in repertorio, in verb. renunciatio. q. 4. & ista est communis ferē sententia quam in frā reiicio.

2 Tamen ille qui per simoniā resig nauit, quia deliquit, nō poterit illud beneficium ita resig natū & collatiū repetere, nec ille qui simoniaca adeptus est retinere, per glo. & doct. in capitul. cōstitutus, de transactio. Innocent. in d. cap. cū vniuersorum. Cardin. in capit. super. col. 2. in 5. opposi. multa scripsit Ioan. Nacler. in suo tract. de simon. & ibi quoque scripsi in addit. sic consuluit Guido Papæ conf. 172. frater Hugo.

3 Quinimō potest eam resignationem superior admittere simpliciter, & tertio illud beneficium conferre: vt consuluit Domin. conf. 125. dubia in prima quæst. sequitur Staphil. in tract. de literis gratiā, rubric. de variis mod. vacatio. versiculo puto tamen.

4 Alioqui simoniaco faueretur, si beneficium, q. per simoniā resig nauit, repetere licet: quod nequaquam est faciendum, in malitiis eorū ob tur.

uiandū l. in fundo. ff. de rei vindic ca. sedes. de rescript. ne scilicet crimina remaneant impunita in maximum Reipub. detrimentum l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquili. c. vt famae de sent. excomm.

5 Cuius sententia videtur esse Dominus Tiraquellus in tracta de retractu municip. §. 26. glos. 2. num. 10. quia licet non valeat renunciatio, tamen obtinet vim pacti taciti, ne amplius hoc repeatat, cui renunciauit. c. quam periculorum. 7. q. i. ibi vide alia per eum adducta.

6 Hactenus, lector beneuole, secutus fui cōmūnem super his sententiam, multis probata ratio-
nibus: quamvis iuriū interpres super hoc varij fuerint, videlicet an simoniacus sibi ipso iure priua-
tus necne sed vt altius ista repeatā, notandum est,
quod si iura Decretorū inspiciamus, dicemus pri-
uationem necessariam, in ca. prelbyter, ibi priue-
tur i. q. 1. & in Decret. etiam in occulto simoniaco
sententia definitiua depositionis requirebatur, in
c. a. de confessis & in c. infinitatum. de simo.

*Simonia-
eus ipso in-
re beneficio
priuatis.*

7 Sed vt omnia breviter absoluum, arbitror di-
cendum habita iuris noui cōsideratione, simoni-
cum ipso iure priuatum beneficio, in quo simoniā
commisit. tex. est in extraua. cūm detestabile, de
fimo in communib. ibi per electiones verò, po-
stulationes, confirmationes, prouisiones, seu qual-
itas alias disputationes, quas simoniaca contigerit
labefieri, viribus omnino careant: in ecclesiis, mo-
nastris, dignitaribus, personatibus, officiis ecclē-
siasticis, & quibusvis beneficiis, aut aliquo eorum
cuīquam ius nullatenus acquiratur: nec inde fa-
ciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium que
percepit restitutionem, sub animaꝝ suꝝ periculo
sit adstricetus.

8 Idem fuit statutum in concilio Cōstantien. in
hac verba, Electiones autē postulationes, confir-
matiōnes, & quatuor prouisiones simoniacę ecclē-
siarum, monasteriorum, dignitatum, personatum,
officiorum, & beneficiorū ecclēsiasticorum quo-
rumcūque deinceps facta nulle sunt ipso iure nul-
lumque per illas ius cuīquam acquiratur: nec pro-
moti, confirmati, aut prouisi faciant fructus suos:
sed ad illorum restitutionem tanquā iniquè abla-
ta percipientes teneantur. Statuentes insuper p̄
dantes & recipientes ipso facto sententiam excō-
municationis incutrant, etiam si Pontificali, aut
Cardinaliatus præfulgeant dignitate, &c.

*Convencio-
nalis etiam
ipso iure pri-
uat.*

9 Et quamvis extrauag. cūm detestabile, intel-
ligat quidam doct. in simonia reali: videlicet cūm
aliquid datur, vt is sit priuatis, securus in simonia
conventionali: vt scribit Cassador, in decis. 5, de
const. Sed in concilio Constantien. nil dicitur de
datione quo ad priuationem, sed quō ad excom-
municationem sic, verū ipso iure annullat pro-
uisiones, vulcū nullum ius acquiri per illas.

10 Ergo si fuerit conventionalis simonia, sive rea-
lis, collatio facta ipso iure est nulla: resignatio quo-
que simoniaca tenet in præiudicium resignantis,
etiam si clausula fuerit in ea, non alteri, nec aliis,
&c. quia is resignans non est vsus concessionē iu-
ris cle. vna. de ferum perau. ideo nec poterit ad
suū redire beneficium, quod ex suo delicto ami-

fit, alioqui delictum nō puniretur: vt superius scri-
psi. vide Petr. Paris. conf. 135. Ioapnes. in fi. vol. 4.

11 Ex quo infertur, quod hodie beneficia simonia *Beneficii si*
corū ipso iure vacant, & possunt impetrari etiam *monacorū*
absque alia declaratione, quæ fieri poterit post im-*impetrari*
petrationem, per c. cūm secundum leges, de ha-*pullum.*
ret. in 6. Sed in hoc regno raro fit declaratio: nam
his casibus, quibus est ipso iure priuatio, post ha-
bitacum collationem à Papā seu ordinario, impetrā-
tur litera laiñx, & nouitatis super possessorio: vt
scripti in const. Regii, tit. de caussis possēt. bene-
ficij. in 3. tomo commenta.

12 Prætereā quo ad hanc priuationē non fit dif-
ferentia inter notorium simoniacum, & aliū, con-
tra quem probata est simoniā: semper enim pro-
bata simoniā priuat ipso iure, & simoniacus est ex-
communicatus, vt suprā: immo patet simoniacos ve-
luti primos & præcipios hæreticos ab omnibus *Simoniaci*
fidelibus respūndos, & si cōmoniti non resipue-*dictiūr ha-*
rint, ab exteris id est laicis potestatibus opprimē-*reū.*

dos: omnia enim criminā ad cōparationē simoni-
a & hæresis quasi pro nihilo reputantur. c. fi. i. q. 7.

13 Licit fiat differentia quo ad depositionem ab *Differencie*
officio, quia occultus nō deponitur, notori⁹ sic. ca. *inter occul-*
2. de confessis. c. insinuatum. de simo. etiam fit dif-*tū & pub-*
ferētia quo ad absolutionē & rehabilitationē, que *cum simoni-*
facilior est in occulto, quām notorio simoniaco, in
foro conscientiā & ab occulto minor datur taxatio & cōpositio: vt sepius vidi, sed non fit differētia
quō ad priuationem. [Ita tamen simonia nō pri-
uat beneficiis, quibus simoniā non commisit, &
quæ habebat ante simoniā, sed est opus priuatio-
ne, quia in eo, in quo quis deliquit, in eo puniri
debet. c. postulasti, vbi plenē scripti. de cleric. ex-
com. mi. & non debet dupli cōpēna puniri. c. at si
clericī. in fin. de iud. & de hoc videtur text. in c. si
cōpromissariis. in fi. de elect. in 6. Et ideo nō valet
de his impetratio facta ante priuationem, immo ea
poterit resigñare ante priuationē, & interim Papa
super illis poterit dispēsare cum eo vt ea retineat,
sed sine dispensatione illa retinere non potest.]

14 Collatio quoque simoniaco facta nulla est, nē-*Collatio si-*
pe eo ipso, quod quis conuenit super beneficio & *monaco fa-*
committit hoc crimen, est excommunicatus, tam *la est nul-*
per extraua. cūm detestabile, quām per constitutio-
nem editam in concilio Cōstant, ob id collatio il-
li facta nō valet. c. postulasti. de cleric. excom-
municat. ministrat. Ideoque beneficium illud potest
impetrari. [Panorm. in cap. cum vniuersorum. vlt.
no. de rerum permuta.]

15 Ultimū simoniacus ad restitutionem fructuum *Fructus re-*
omnium tenetur, etiam si ecclesiæ seruierit, quia *fluit simo-*
tanquā fur & latro non est ingressus per ostium: *nacus.*
vt est in Euang. & alia scripti in addition. ad Io.
Naucleri. in tract. de simon. quæ sunt notanda, ve-
luti parum hactenus discussa.

16 Et sic ista quatuor annullant puram renūcia-
tionē, saltem quō ad effectum, vt illi, qui vi, metu
aut dolo resignavit, subueniatur: inēqualitas tamē
fructuum beneficiorū non annullat permutatio-
nē: vt docent Ioan. Monach. Andr. & alij, in capit.
vno, de rerū permutat. lib. 6. sic consulant. Bertrād.
conf.

De simonia in resignatione.

249

conf.3ii. etiam in 2.vol. ex prima editio.

*Diligentia
tacit pro
vexatione
remanens.*

17 Nota perpetuò, quod non potest dari pecunia vel aliud temporale pro beneficio consequendo, & acquirendo etiam si datur pro vexatione redimeenda. c.ad aures. &c. Matthæus. de simo. c. significasti, de elect. licet redimere vexationem non sit contra bonos mores. l. Athletas. in f. ff. de his qui not. inf. vbi Angel. & Innoc. in d. cap. ad aures. & Imol. in c. super eo. de transact.

18 Pro iure autem quæsito, tuendo, & retinendo licet in sequentibus casibus. Primus est quando is qui vult redimere vexationem haberet bonum ius, & certum, secus si dubium, text. in c. dilectus. i. de simo. cap. nullus. i. q. i. Panor. in ca. cum pridem de pac. & Felin. in d. c. dilectus. i. de simo.

19 Certum ius habere dicitur, si a consultoribus ei consultum fuerit ius suum esse praecipuum, leg. cum quem. ff. de iud. c. illis enim credendu est. l. si chorus. ff. de leg. 3.

20 Secundò quando is, cum quo litigarem, esset calumnia si persona valde potens contra quam vix, aut nunquam vexatione possem victoriam obtinere, Panorm. & Felin. in d. redimere li. c. dilectus, tunc mihi cedendum est. Ideo melius est, vt quicquam vexationis redimenda causa recipiam, quia potentioribus pares esse non possimus. l. 3. ff. de aliena. iu.

21 Idem dicere, si non esset potens in diuitiis, sed fauore, aut calumniarum plenus tunc etiam esset licitum redimere vexationem, etiam quando pecuniam, vel recipiendo. gl. in c. dilectus. i.

*Modicum
pro vexa-
tione dari
vel accipi
potest.*

22 Tertiò quando modicum daretur, vt pote pro bullis, aut expensis factis in illis consequendis, aut pro collatione ab ordinario facta: & tunc etiā poterit dari pecunia collationis. gl. sing. in c. super hoc in verb. pecunie, de renū. & ibi eam sequitur Imol. & Fel. in d. c. dilectus. i. de simo. quia de modo tunc non curatur. l. scio. ff. de rest. in integr. c. ad q. de simo. que tamē gl. videat dicere contrarium.

*Vexans re-
cipiendo pe-
cumnam pec-
cat.*

23 Quartò notandum est, quod licet dans pecuniam in casu permisso pro vexatione redimenda non peccet: tamen is qui sic recipit peccat, & est simoniacus, & dictam pecuniam restituere tenetur. arg. l. & generaliter. §. vlt. ff. de calū. Host. in d. cap. dilectus. quem refert & sequitur Angel. de Clauaf. in sua summa. in verb. simonia. in 2. num. 10. & seq. nisi putet ius suum verum & bonum in principio, & posteā iusto errore ductus cōponat: vt doct. no. in c. cum pridem. de pacis.

*Pro irre-
tiendo qua-
do liceret
quocquam
avixerit.*

24 Quintò pro possessione acquirenda, & pro iure meo tuendo, liceret etiā dare & in casibus praemissis, vbi iniuste à potestate quis opprimeretur, & il lam facile non posset consequi, alia non: vt dicit Innoc. in c. ad aures, de simo. alioqui si simpliciter esset prouisum dare pro prouisione beneficij, fieret fraus legi, quia nunquam datur pro beneficio, sed pro possessione, & sic nunquam committeretur simonia, quod est absurdum: ideotutius est cum vi re dimere vexationem, & dare pecuniā, q. hoc facias cum Papæ beneplacito: & sola signatura sufficiet.

*Prouisus de
episcopatus
in benefi-
cia ante-*

25 Vidi præterea dubitari, an prouisus de episcopatus, vel abbatia, aut prioratu, beneficia conferre possit antequam possessione episcopatus, vel alte-

rius prælatoræ fuerit adeptus, aut quis illa conferre vel interim ad ea præsentare valeat. Et super *de ipsam pos-
sessione con-
ferre posse.*

26 Primus, est quando episcopatus vel abbatia vacat per mortem, vel priuationem: tunc simulatque prouisum est alicui de tali prælatura, poterit prouisus cōferre beneficia ad prælature collationē pertinentia. c. nosti. c. transmissam, de elec. vbi statim post confirmationē potest electus cōferre: ergo & prouisus à Papa quandoquidē prouisio habet vim electionis, & confirmationis. doct. in cap. cūm olim, de cauf. pos. Pan. in d. c. nosti, in vlt. not. quia domino licet rem suā capere, & illius fructus, teste Innocen. in c. querelam, de elect. Refert Panor. in dict. c. transmissam. col. vltim. & in puris incorporalibus sufficit habere ius Innoc. in ca. cum. nostris. col. penult. de concess. præb. referat Bal. in l. fi. colum. penult. C. de edict. Diui Adria. tollend. probatur in ca. si tibi absenti, de præb. libr. 6. vnde patronus poterit præsentare antequam sit missus in possessionem hereditatis: vt docet Bal. in fin. & Roc. Curtius in tract. iuris patron. in verb. ipse vel is, q. ii. vbi etiam ait sufficere institutionē ad hoc, vt quis habeat plenū ius, licet non apprehenderit possessionem. c. super his, de accusa. Panor. in cap. quod autem, in oppos. coatra tex. de iurepatron.

27 Secundus casus est, cum episcopatu vel abba- *Nous epi-
scopus vel
poterit nouus episcopus vel abbas cōferre, donec
possessionem acceperit, alias esset priuare posses-
sorem sua possessione: quod non licet, etiā si iniu-
stè possideret. c. eum qui, de præb. in 6. ca. placuit.*

16. q. 6. c. auaritie, de elect. in 6. c. licet episcopus, de præ. eod. Aufrer. in decis. Tholof. q. 443. in fi. gl. in verb. promotus. §. censuit, de elect. in pragma.

28 Evidenter probatur, nam quandiu quis sustinetur in officio administrare potest, & conferre. c. p. fin. 8. q. 4. cap. ad probandū, de re iud. l. Barbarius. de offi. prætor. vnde excōmunicatus toleratus potest conferre, & præsentare, teste Innocen. in c. si tum. vere, in fi. de sentēt. excommunica. & Panor. in d. ca. ad probandum. col. 3. & is qui est in possessione præsentādī iuri præsentat. licet vere ius patronat ad alium spectet. c. consultationibus, de iurepatro.

29 Facit decisio iurisconsult. dicentis, meminisse oportebit, vsque in aduentum successoris, omnia debere pro consule agere, cum si unus proconsulatus: & utilitas prouinciarum exigat esse aliquē per quem negotia sua prouinciales explicitent leg. meminisse. ff. de offic. proconsul. ita quoque decebit prælatum resignantem administrare, donec alter nouus veniat tractatus negotia ecclesiæ.

30 Confirmatur per Imperatorem his verbis, Non *Processus an-
te successo-
ris aduentū
admini-
strati.*

est possibile, neque portabile omnino sine indice relinqui prouinciam. §. fi. in aut. de administr. col. 7. Sic non decet ecclesiam Dei prælati manere destitutam, & c. ne interim gregem dominicum, lupus rapax inuadat. cap. ne pro defectu, de elect. Quemadmodum etiam præfetus Aegypti non prius deponebat imperium, quam successor esset Alexandriam ingressus, licet in prouinciam venerit. l. vna. ff. de offi. præfect. Augustal.

31 Tertius casus est. Quod resignans poterit conferre, donec bulle prouisionis fuerint eidē intima tæ, nouisque prælatus fidelitatē, si quā debet & egi præstiterit, & possessorē acceperit extraag. iniunctæ de elect. in cōmunitib, quo loco prohibet Papa, ne quis ante receptionem literarū, administrationem bonorum accipiant, & sub verbo bonorum beneficia comprehenduntur, capitu. i. de præbend. scripti in l. bonorū. i. ff. de verbis. significativa. interdicitq; Papa in d. extraag. ne qui recipiant istos prouisos sine literis: alias recipiētes canonici vel alij suspēti sunt à perceptione beneficiorū, donec gratiā habuerint à Papa: præterea q; gestū est ante literarum receptionem est irritū, & sic oēs beneficiorū collationes: vbi ibi scribitur,

*Preses ad
iudex ante
successoris
notitia eo
gnoscit.*

32 Præterea si præses prouinciae manumisserit, vel tutorē debet rit, priusquam agnouerit successorem adiunxisse, erunt & hæc rata. l. si forte. ff. de offi præsid. ita quicquid prælatus resignās egerit, firmum, & ratum habebitur usque ad aduentum successoris & quoisque bullæ fuerint ei ostendit.

33 Accedit quod iudex potest exercere iurisdictionem quatenus venerit successor, etiā ultra tēpus officij. l. meminisse. ff. de offic. præsid. & illius temporis solita stipendia cōsequetur. d. §. fi. in authent. de admi. colla. 7. approbat Ludovic. Roma. singul. 390. lex meminisse. Sic dicendum videtur in prælato, qui licet constituerit procuratores ad resignandum, tamē potuit Papa non admittere, vel eum, in cuius favorem resignatum fuerat, multis modis repellere.

*Collatio vicary revo-
cati valeat:*

34 Item valet collatio facta per vicarium Abbatis, vele episcopi, ante scientiā reuocationis, per d. l. si forte, decidit Rom. sing. 57. fuit questio Rome, & singul. 366. quod l. si forte haberet locum in beneficiis, allegat gl. in l. Tribunus. ff. de test. mil. l. s. in l. more maiorum. nu. 8. ff. de iuris. omn. iud.

*Gesta per
legatum re-
vocati va-
lent.*

35 Consuluit etiam Calderin. conf. 4. de offic. legari, quod valent gesta per legatum à Papa in publico consistorio ante notitiā reuocationis, per c. audita, vbi doct. de restit. spoliat. c. i. vers. ex parte, de concess. præbend. lib. 6.

*Potestas co-
ferendi non
auferitur an
ten notitiam.*

36 Adhac si Papa mādet episcopo, vel alicui prouideat, inhibendo ne alij conferat. non tamē ei tollitur potestas alij conferendi ante notificatum sibi tale mandatum. c. dilectus. 2. de præb. c. tibi, & c. duobus, de rescrip. in 6. c. si capitulo, de concess. præb. eodem, multo minus in reuocatione tacita censebitur reuocata potestas à prælato antiquo prouidendo scilicet alteri, nisi quoque fuerint illi notificata bullæ & literæ prouisionis: alioqui frusta esse inuenta mandatorum præsentatio.

*Ignorantia
revocatio-
nis presu-
muntur.*

37 Et in dubio præsumitur reuocationis ignorantia. l. verius. ff. de probatio. regul. præsumitur, de regul. iur. in 6. Fel. in c. cæterū, col. 8. vers. valet processus, de rescript. & Rota decif. 459. circa tertium dubium, in not. [sub titul. de concessio. præbend. decif. 21.] & in additionib. ad Rom. d. singular. 56.

38 Item valet sententiā à iudicibus reuocatis lata ante notitiā reuocationis. c. audita, de restit. spoliator. vbi Panor. & alij. Bal. in l. i. in fi. C. vt lite pend. ac in l. mandatum. col. 5. nu. 17. & seq. manda.

Fel. abundē in dict. c. cæterū.

39 Quinimò licet prouisus per Papam rectè fuerit certioratus de sua prouisione, non tanq; ei licebit administrare quicquid de bonis prælaturæ, nisi prius habuerit literas Apostolicas. hoc probat c. su per eo. 2. in fi. ibi, cōtigerit literas recepisse, de appella. Panor. in c. qualiter. not. i. de elect. vbi refert se fecisse hoc obseruari: nam quidam prouisus curia Rom. volebat post prouisionem constituere vicarium: dixi hoc facere non potuisse antequam receperit bullas, quæ non sunt de substantia prouisionis, sed probationis: vt per doct. in p̄c̄m. exti & rubric. de consti. scripti in §. primo, in verb. literas, de manda. Apostolicis, in Concordat.

40 Itidem quod ad resignantem nō sufficit, quod ipse sciat literas Romæ esse expeditas, nisi fuerint etiam ei intimatae & præsentatae: nā debet esse ei notū ut resignanti, sicut dicimus notum iudici, vt iudici. l. hæc autem, §. non defendi. ff. quib. ex caus. in possess. ear. Bar. in l. multū, circa fi. de cōditiōnib. & demonstra. Cardi. in clem. quia contingit, in 3. oppof. de religios. domib. potest enim aliquid esse notorium nec tamen iudici notum. c. de manifesta. in fi. 2. q. i. c. si duobus, de appell. consuluit. Dec. conf. 295. in causa, col. 2. nu. 5.

41 Adhac licet pars sciat resignationem admissā nescit tamen an pars acceptauerit, vel an vt velit literis, & prouisione sibi facta: ideo quoq; fuerit ei intimatū poterit recipere fructus, & alia facere tanquam verus prælatus: vt docet Philip. Franc. in cap. vt nostrū, vers. hoc tamen, col. 4. de appellat. vbi etiam dicit valere sententiā iudicis reuocati, antequam aliquis intimauerit ei literas reuocationis: quia prius scire non præsumitur, an pars illis vt velit.

42 Imò reuocatio videtur habere tacitam conditionem, nempe si fuerit intimata, arg. l. quia absēti. ff. de acquir. posse. vbi qui absēti seruo scribit, vt in libertate moretur, non eam mentem habet, vt statim serui possessionem dimittere, sed magis destinationē suam in id tempus conferre, quo seruus certior factus erit. Decius cōfī. 295. in causa, col. penult.

43 Non me mouet, quod per resignationem quis sit priuatus & possessione, & iure, id est titulo, c. inter iuncta glof. de præb. c. vno, vbi doct. de rerū permutat. in 6. quia hoc intelligitur de possessione iuriis quā perdit resignans, teste Innocent. in c. quod in dubiis, de rerū permulta. secus in possessione naturali. cui potest incubere, donec scierit præfatā resignationem admissam: imò si ista possessione, quam post resignationem habet, spoliaretur, veniret restituendus: vt docet idem Innocent. in cap. super hoc, de renunc. Rota, decif. 158. licet reus, in no. sub tit. de renuncia. dec. 1. & sic interim & præsentare licebit, & cōferre. [Facit quod dicit gl. in verbo vacantiū, in extra, susceptione sede vacante, in extra, communib. vbi dicitur in cessione, depositione & aliis, licet perdatur ius, non tamē ipsa possessio naturalis, nisi per sententiam declaretur, vel habeatur pro derelicto, factō vel verbo.

44 Quartus casus Cardinalis habens indultum à Papa

*Provisus
certioratus
non potest
cōfīrre, nec
vincari cum
iustitia.*

*Resignans
bulla in-
tima
mar debet.*

*Resignans
quando iure
& posses-
sione sit priu-
mus.*

*Indultum
Cardinalis
en exten-
datur ad
episcopatu-
m de novo ac-
quisitum.*

à Papa, ut nullus possit conferre beneficia ad suā collationem spectantia, nō poterit vti illo indulto in beneficiis episcopatus, cuius nō accepit possessio[n]em: ideōque Papæ legatus interim, vel alius poterit conferre beneficia ad episcopatum spectantia ante possessio[n]is adep[tion]em: vt consuluit de Ripa li.2.de rescript.c.31.queritur, allegans Di-nūm in regu.r. de regul.iur.in 6. & Archidiac.in c. eum qui de præb.eod. & Ancha.in regul.sine pos- sessione, de reg.iur.eo. quia prælatus debet accipere possessionē antequām administret, & ante adeptam possessionē conferre non debet in præjudiciū illius qui est in possessione prælatorū. Innoc. in c. in literis, de resti.spoliat.Panorm.in ca.transmissum, per c.licet episcopus, de præb.in 6.

45 Ita quoque si Cardinalis resignauerit, vt si poterit suo indulto in beneficiis vacantiibus, quoisque bullæ Abbatiarum vel Episcopatu[m] quos resignauit, sibi fuerint intimatæ: & resignatarius in possessionem missus Episcopatus vel abbatiae de nouo collatæ.

*Cofuerendo
eguis pos-
sessor an-
te admini-
stracionem
accipitiva
li.*

46 Quintus casus est, vbi cōsuetudo viget, vt quis possessionē accipiat, antequām administret, tunc non licebit conferre, vel alia facere ante possessionem adeptam, si quidem valet talis cōsuetudo. Pa. adhæc, & c. vt nostrum, de officio Archid.alioqui frustra inducta esset installatio, & in possessionem missio si non obseruaretur: c. si quis ordinatus, cum seq.91.distinet.glos.in ver.promotus, in §.cēsunt, c. licet, de electio.in pragmatica probanda tamē hæc esset, nisi sit notaria.Ioan.de Selua in tract.de bene fice.in 1. parte, q.15.Francis.Marc.in decif.Delph.q. 49. in 2. parte decis.

*Admini-
stracione du-
rare tempo-
rum re-
signa-
tio[n]is
patu[m] an-
deputu[m] sit pos-
sessionem.
episcopu[m] cō-
signante ad-
ministratio[n]e
ritualium:
ritualium: igitur is antiquus prælatus, cūm sit in illa iusta possessione, quoisque venerit successor, poterit conferre: & præsentare, per c. cōsultationib[us], de iure patro.docet Ioan.de Selua in tract.de beneficis in 2. parte d.q.15.*

*Consuetudo
regni vi-
Episcopatu[m]
ante fideli-
tatem facta
non admini-
stret.*

48 Veruntamen licet in temporalibus lōga regni consuetudine seruetur quod prælatus non administret ante receptam possessionem, & factam Regi fidelitatem, & præstitū iuramentum: quandoquidem ea sunt in manu Regis, secus tamen in spiritualibus, nam statim atque fuit collatus Episcopatus spiritualia omnia suscipiuntur à Papa, & sic ab eo tempore, quo prouisus suscepit literas, poterit conferre, nisi cūm vacaret per resignationem: quia tunc in præiudicium resignantis existentis in possessionem, nō poterit nouus prælatus conferre, do nec adeptus sit possessionē sua ecclesia, & literas suā prouisionis receperit, secundum d.Extraug. In iuncta. ergo simulatque recepta sunt literæ, vel alicui est prouisum, dum nullus aliis sit in possessione episcopatus, poterit episcopus cōferre: Nempe hoc est fauorabile ecclesiis, vt earum enitetur di-

spendiosa vacatio.c. quām sit, de elect. in 6.Qui fauor cessat in rebus, qua iam habent commissariū & delegatum à Rege, qui interim administret. Ergo poterit episcopus per mortem prouisus statim atque nouerit suam prouisionem cōferre, vel presentare: quia tunc nullus fit præiudicium, & succurrit ecclesia vacanti: quod maximē est attendendum c.si Apostolica, de præbend. in 6. Item super simonia nullus præter Papam dispensare potest. c.nobis de simo.vbi plenē docto.

Ratione personæ & rei vitiatur resignatio[n].

1. **M**itra supradicta aduertendum est, q[ue] etiam renunciatio ex tribus maxime illegitimā redarguitur. Primo ratione personæ renunciantis, vt poterit minor est: qui non potest resignare. c.2. de etate & qualitate.Bened. in c.Rainutius, in verb. adiecta. nu.62. de testam.Si tamē renunciauerit, teneret celsio.glo. & doct. in c.ex parte, de resti.spolia. Sed si laetus fuerit dolo aduersariorum, restituetur.

2. Nam quamvis reputetur maior in beneficiis.ca.fin.de iudic.in 6.adhuc tamen restituitur is, qui maior reputatur, per glo. & doct. in l.vna.C. si de momenta, possell. fuer. appella. quam doct. ibi probant, & Alex.cōf.80.in caussa, col.1. in 7.vol.& ista est communis conclusio, secundū quam fuit iudicatum Burdegal. vt refert Boer. in dec. Burdegal. q.350. minor quatuordecim annorum: licet multitemenat contra, quos ibidem ipse refert.

3. Sed ego concluderē minorem restituendum, si causæ cognitione in hac renunciatione vel actu non interuenierit: quia sine curatore ipse non debet quicquam attentare. c. fin.de iudic.in 6. cūm non habeat plenam administrationem.c.2. de etate & qualitate. ideo simpliciter administram resignationem minoris dicere non valere quo ad effectū, sed posse restitui.

4. Verum si causæ cognitione corā superiorē interuenierit, & expediens fuisse pupillo dictū fuerit, tunc resignatio valebit: nec minor restitui poterit, quia deceptus non censetur: & ita videtur cōcludere Nicol. Milius in Repertorio, in verbo minor 14.annis: non enim videtur minor circumscriptus, si fuerit usus iure communī.l.fin.C. de integr. restit.

5. Ideo si cūm plura beneficia haberet, uno se exonerauerit, nequaquam videtur deceptus: vt concludit d. Probus in rub.de renuncia.col.2. in additio: ad Io. Monach. siquidem anus est intollerabile seruite duab[us] ecclesiis parochialibus, cūm sit ars artium regimen animarum.c. cūm sit, de etate & qualitate. [nisi ex uno vivere non posset, vt scripsi in l. ait prætor. ff. de minor.]

6. Et hanc restitutionem concedet Papa: nam soluere potest, qui & legavit. l. si pueræ, ff. de sponsal. vel eius legatus: tamen ordinarius sine alia impetratio poterit dictam renunciationem infringere cum cause cognitione: quia ipse ordinarius instituit, & destituit. capitul. cūm ex iuncto, de Hæretic. vel agenti possessione, vt supra dixi, & non obstante resignatione manutenebitur in possessione.

*Minor resi-
gnās an pos-
si & a que
restitui.*

Furiosus re- 7. *Furiosus quoque demens, vel amens resignare non possunt, quia consensum non habent, nisi forte dilucida haberet interwalla.* c. quamuis. 7. q. i. l. f. C. de cura. furio. l. furiosum. C. qui testa, facere possunt. l. in negotiis, ybi Deci. ff. de reg. juris.

Defectus nat. diu nō exprimatur i bullâ quia resignare cōceditur, 8. *Sed aliquando Papa concedit alicui facultatē resignandi sua beneficia, quæ nō poterat resignare, ut forte quia erant referuata, vel alias affecta, & tunc Papa concedit, etiam ut is coram ordinario possit resignare simpliciter, seu ex causa permutationis, in qua concessione non est opus facere mentionem, quod resignans patiatur defectū naturalium aut alias obstant, quia Papa non difficultus concessisset, si hoc fuisset expressum; atque satis Papa videtur certificatus, dicendo quæcunque beneficia obtines, aut in futurum obtinebis, permittimus resig-nare.*

9. *In modo contigeret in supplicatione hos defectus exprimi, nec tamen debent in bullâ concessione inseriri, nam quid impedit, ne daretur facultas resignandi, quæ tam exigua continent gratiam, non tamen vitabitur bullâ ex hac expressione.*

Laicus resi- 10. *Secundò ratione personæ in cuius manibus fit gnationem, irritabitur, ut si fiat in manibus laici, ca. non recipit, admonet. c. & quod in dubiis, de renúcia, vel si fiat in manu Abbatû, vel alterius inferioris ab Episcopo, qui renuntiationem permutationis cautia admittere nō potest. c. quæstum, de rerum permut. Io. Monach. in rub. de renunc. in 6. Item si Episcopus sit excommunicatus, vel suspensus, ipse nō poterit conferre. c. cum inter, de excep. Archium ca. nullus. 63. dist. c. cum dilectus, de consuetu. id est dicitum est ratione personæ eius, cum quo fit permutation, quia est laicus, vel excommunicatus. cap. cum adeo, de rescrip. ca. ex literis de transact. postulastis, de cleric. excom. m. vel alias inhabilis, ut scriptis tract. de pacific. posse. in iuncta. & in tit. de excom. non vitand. in concord.]*

Episcopa- 11. *Tertiò ratione rei iudicatur inutila renúcia coram tuis, vt si Episcopatus resignetur coram alio, quam. Papa est re-* cérā Papa. c. inter, & c. quanto, de trâla. Episcopi. signandus.

12. *Veli si quis renunciet iuri sanguinis, ex re eam renunciationem illegitimum cognoscemus. l. ius agnationis. ff. de pactis. l. iura sanguinis, de regul. iur. hoc docet Angel. Clauas. in verb. renunciatio.*

Literis non 13. *Item si ille cui proutsum est per consistorium cōficiâ an de monasterio, vel ecclesia, literis non cōfectis acquiratur cedat, vel moriatur, ex eius persona de noto per obitum, siue per cessionem expedientur bullæ: quia per proutsum factam per Papam in consistorio quæstum est ius plenum.*

14. *Secus in aliis proutsumbus non consistoriali bus: vt si quis resignet, aut moriatur literis nō cōfectis, non datur noua vacatio, sed ad primū redimus vacandi modū: vt dicunt pragmatici Romani.*

Liberè fiat. 15. *Adhac resignatio liberè fieri debet, & pure id resignatio. est sine pactione, conditione, vel modo. c. ex parte, l. de offi. deleg. ca. cum pridem, de pac. ca. cum vniuersorum, de rerum permuta.*

Vicarius an 16. *Non valer quoque resignatio facta in manibus resignatio-nes recipere possu.* *Nisi specialē habeat potestate ad recipien- dum resignationes. Rota dec. 43. nota quod vica-*

rius, [sub titul. de renuncia. decis. 1.] & 218. nota φ in antiqu. [sub tit. de renuncia decis. 5.] Aegi. decis. 94. vicarius. & consuluit Calder. cons. 3. in rubr. de renuncia. hoc plene Staphi. probat in tract. de literis gratiæ de variismodis vaca. versic. hinc quartò dicitur. Et dixi superius in materia vicario. Episco. in prima parte.

17. *Item accedere debet scriptura in resignatione tex. in c. sicut vir. in f. ibi petierit, vt ab Episco- pi. honore debeat vacare, eo petitionem scripto f. ria. & sub dante concedendum est, aliter id facere non va- scriptu.*

18. *Ideo solēt subscrībere resignat̄es, & restes pro curatore constituto ad resignandū, propter vitadas etiā falsitates, quæ frequenter in his cōmitti solent: & sic est casus specialis in quo scriptura requiritur, ultra numeratos per gl. in c. l. de eccl. li.*

6. *Alias quomodo subscrībere illi possent nisi scriptura iteruenerit: quod lege Regia cōfirmatur in tit. De la reformation des prouisions des benefices, in cōf. Reg. artic. 3. quamvis Collecta. in c. 2. in fine, de rerum permuta. contrarium dicat.*

19. *Quid si resignauerit præbendam & canoni- catum in favorem alicuius forte pressus, infirmitate, qui demum eandem mihi reconualeſcent, re-signauerit, an ego vltim⁹ in choro & ca. sedere de-beā, aut pro ingressu tanquam omnino nou⁹ quid soluere: Do. Probus in rub. de renúcia. in additio- ad Io. Monach. docet istum teneri soluere ingressum ac nouissimo recipiendam esse loco, que sententia de stricto iure procederet, per tex. in c. quoniam, de simo, tamen ex benignitate consuluit cōtrarium Paul. Paris. cons. 93. Michael. in 4. vol. non enim videtur amisisse possessionem, qui semper ea tenuit & si statim rediit. l. quod calore. ff. de regul. iuris. l. penul. de dñor. & vide quæ scripti inferius in reg. de publican. resig. glo. 18.*

20. *Insuper renúciatio est stricti juris, & strictè interpretanda: vnde qui renunciat liti & causæ, nō renunciat titulo beneficij. c. quia circa de cōsan- guinit. l. tres fratres. ff. de pactis. l. postquam liti. C. eodem, & hoc docet Calder. cons. 5. an habens, in rubr. de præb. ideo renúciatio beneficij nō in-ducitur, nisi expresse agatur. c. sane, cum gl. penul. de renúciatio. Dec. cōf. 55. plen. col. 1. & nisi in casibus à iure expressis. c. ex ore, in f. de his quæ sūt à maior. parte ca. dixi in tract. nominat. q. i. & sup-rius in tacita renúciatio.*

21. *Etsi quamvis partes inter se conueniant, vt altera consentiant sententia possessioꝝ, per hoc altera pars non poterit se iuare titulo illius, qui cōsentit nisi ille cōsentiens sententia resignauerit quoque ius suum coram ordinario, vel Papa, & alteri parti fuerit collatum.*

22. *Quamobrem vt tutius negotium peragatur, solent cōuenire partes, quod altera cōsentiet sententia feret & corā indice laico, vel ecclesiastico, & quod dabit procuratoriū ad resignandū coram potesta*

*Resignatio
renatis fru
tibus non
valent.*
potestatem habente, & facta collatione iuuari re-signatarius poterit iure illius resignantis.

23 Adhac si quis resignauerit beneficium retēti sibi fructibus pro pensione, non valet resignatio: nam decet quod ipse qui altari seruit, de altari vi-pat. c. cū secundum, de præb. tū quia venit contra constitutiones & iura regni, quæ prohibent ultra tertiam partem reseruare, ut scripsi in tract. de pacifi. posseſſi. in 8. amplia.

24 Vnde cū quidam Matisconen. præfato modo resignasset in fauorem Vincentij Flanuert: & demum eo mortuo ordinarius cōculisset. Bartholomæ magni, posſeſſioq; per iudicem Matisconē. fuisset adiudicata, dicto Flanuert: curia perperam & male fuſſe iudicatum pronunciauit, & posſeſſionem dicto magni per mortem prouiso adiudi-
Auctum. cauit. anno 1512. die 5. Martii.

25 Verū alia fortè cauſa mouit Senatum: quia propter impositam pensionem non solet vitiari tota bulla. c. si eo tempore, de rescrip. in 6. facit. l. i. C. ne rei domi. ibi, cingulo, in quo obrepserant fraudulenter.

*Clausula
vocatis vo
candis non
debet poni
post rem in
dicitalam.*
26 Item si postquam aliquis obtinuerit sentētiā super beneficio, quæ transierit in rem iudicatam, resignet in fauorem tertij ante posſeſſionem ade- ptam: non apponetur in bulla, vocatis vocationis, cū iam aduersarius fuerit vocatus, & succubue- rit: constatq; illam esse dētētorem illicitum, ideo non est opus viterius cognoscere: sed apponetur claus. Amoto dicto N. & quolibet, alio illico de- tentore, de qua clausula scripsi in forma literarum executorial. in Concord. & in bulla nouæ prouisionis suprà.

*Clausula
paro iudi
cato quādo
non fit ne
cessaria.*
27 Siverò succumbenti resignaretur, qui prius possidebat: tunc non fiet executio, si quidem ipse est in posſeſſione, & cōtra seipsum ageret, sed fiet simpliciter prouisio: nec debet inferi clausula, pā- rito iudicato: quæ solet regulariter in eorum pro- uisione poni, contra quos sententia lata fuit: sed hoc est speciale vi resignationis sibi factæ: nec est opus traditione ei, qui iam illam habet. s. vendit, de rerum diuis. in inst.

*Resignatio
benificiū &
monemis
ante 20.
dies dicitur
vacare per
mortem.*
Item si quis infirmitate pressus resignauerit suū beneficium, nisi superuixerit per 20. dies, be- neficium vacare censemur per mortem, & non per resignationem: quod statuitur in reg. Cancell. 18. & quia illa regula est de seruatis in Francia, licet bellæ satis illustrata commentariis per Gomes, no- verebor tamē quotidiana mea scholâ subiuge- re: & quædūdum ex vnu forensi collegi, breuiter d. promere: quod vt dilucidius peragamus. text. inferamus.

Regula de infirmitate beneficia resignantibus.

Item voluit quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium, dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius beneficij vniōnis dissolutioni conſer- ferit, etiam vigore supplicationis dum esſet fauus signat, posteā infra 20. dies, à die per ipsum resignantem præstanti consensu com-

putando, de ipsa infirmitate decesserit, ac ipsum beneficium quāvis autoritate confe- ratur per resignationem sic factam, collatio huiusmodi nulla sit: ipsumque beneficium ni- hilominus per obitum censeatur vacare.

G L O S S A P R I M A.

I Sta regula est à Iulio 3. Pontifice ma- ximo nuperim sicut vides aucta: *Abbatissæ
miciens in
tra 20. dies
post factam
resignatio
rem cōpre
henditur in
hac regula.*
quamobrem ad verbum transcribē-
dam duxi: singulis eius verbis con-
grua in interpretationem subneſtendo: vt dicit
Iurisconsul. in l. item veniunt, vers. apt. and. ff. de
petit. hæred. Primo hoc verbum si quis in hac re-
gula possum, tam malculos quam foeminas cō-
plebitur. l. i. vbi abunde scripsi. ff. de verb. sign. glo,
in c. generali, de elect. in 6. vnde si mulier valetu-
dine aduersa detēta resignet, & intra 20. dies mor-
tatur, vacat officium, Abbatia, vel prioratus mo-
nialis per obitū: tum quod eadem sit ratio in mu-
lieribus, quæ in viris: tum etiam q. verba cōueniat,
& sic diſpositio. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto.
Adhac quod lex sit generalis tam viris quam mu-
lieribus, text. in l. leges vniuersales. C. de legibus.
2. Ratio cur hæc regula introducta sit, est, vt vi-
delicet fraudes volentium de beneficiis testari,
vitetur: nam ante regulam istam in agone mortis
existentes resignabant, & sic erat quodammodo
testamentum in beneficiis, necnon successio quæ
tamen in his maximè prohibetur, etiam ratione
confanguinitatis. c. i. de præb. nā quæ Dei sunt, ab
homine dari nō possum. c. plerique. 8. q. i. præterea
tendit hoc in maximum præjudicium, expectati-
um, mandatariorum, nominatorum, ac ordinario-
rum, ergo restringendum etiā quia à consilio hæc
resignatio reprobari: vt statim in gl. seq. dicetur:
3. Quinetiam in Papa. resignante habere locum
hanc regulam voluit Gomes, in commentariis hu-
ius regula. q. i. quod putare vērum quod ad prohi-
bitionem: ne successorem in consilio mortis sibi
constituere, vel eligere debeat, sed quod ad alia vix
comprehenderetur, sicut nec Imperator quod tam
quam rarum amplius non discutio.

4. Sed in Cardinalibus resignantibus aliquod be-
neficium fateor habere locum, cū in generali
dispositione concernente animę salutem, & homi-
publicum, Cardinales comprehendantur, maxi-
mè quando fraus appareret, quæ proculab ipſis
esse debet. Gemi. in c. si propter de tescr. in 6.

5. Et Gomes, & in procem. regul. Cancel. dicit
hanc regulam seruari in Episcopatib⁹, & abbatis, *In episcopat⁹
& prioratibus electiis: quorum nominatio in hoc
regno ad Regem spectat. scripsi in §. i. in verb. di-
spendioſa, de regia ad prælat. nominatio facit in gilt.*
& prioratibus electiis: quorum nominatio in hoc
regno ad Regem spectat. scripsi in §. i. in verb. di-
spendioſa, de regia ad prælat. nominatio facit in gilt.
concord. [Etiam consuli habere locum in colla-
tionibus factis ab imperatore, si ipse iterum con-
ferri velit alteri, quia hoc facit autoritate huius
constitutionis, quæ nullam facit primam collatio-
nē, & q. a. est generalis, ab eoque edita, qui potest
omnes ligare: vt pote à Papa. c. i. de constit. ca. fun-

damenta de elec. in 6. & hoc est fauorable Imperatoris, si velit ite unum conferre, ideo residet in sua potestate an velit alteri conferre, quod poterit.

[Alia adduxi in d. cons. que hic omittam.]

Familiares 6 Insuper Gomez. hic frustra querit, an habeat locum in familiaribus Cardinalium resignantibus: cipientur. quia licet facta sit resignationem cum consensu illius

Cardinalis, & sic iure expedita sit, tamen si moriatur resignans intra viginti dies vacabit per mortem, non per resignationem: quandoquidem hic nullus excipitur: & cum Cardinales comprehendantur, multo magis & illorum familiares.

7 Si vero postea resignans moriatur, valebit propositio per mortem, sed cum consensu domini sui Cardinalis, alias non, per aliam regulam Cancell. qm ab omnibus non possum satis admirari vanam in ista hac re disputationem Gomez. & quae parum huic regula conserat.

In infirmitate constitutus.

GLOSSA SECUNDA.

Resignatio proxima mortis reprobatur.

Audi quid diutus scribat Hilarius Papa de his resignantibus his verbis, Plerique sacerdotes in mortis confinio constituti, in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare: vt s. non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi beatus assensu: quod quam graue sit astimare. Ab vniuersis acclamatum est, hæc præsumptio nunquam fuit. Quæ Dei sunt, ab homine datur non possunt. cap. plerique. octaua quaestione prima, Itaque cum hæc renunciatio proxima morti sit, reprobatur: nondum tamen ante ista regulam declaratum fuerat tempus, ideo statuit hic viginti dies in confinio mortis dici.

Requisitum in hoc tex. præmittenda sunt requisita, vel locum habeat ista regula. Primo enim requiritur, quod aliquis sit in infirmitate constitutus, ibi, constitutus: ergo si esset sanus resignationi tempore, licet postea fato quodam moriatur intra viginti dies, nec tamen habebit locum hæc regula: quia resignans non est in infirmitate constitutus. facit. c. de his. de sepult. vbi si constitutus in infirmitate donet monasterio, parochialis ecclesia canonica portione habere debet: secus si sanus donauerit, ut ibi nisi presbyteris consenserit resignationi post infirmitatem: vt declarauit Papa Paulus an si regularum suarum, in 2. regula.

Consensus re 3. Quia paria sunt resignare, vel præstare consensum resignationi, doc. in cle. vna, de renunc. unde ratiōnē videt si quis sanus resignet, & post datam supplicationis quæcumque in infirmitatem ingredens consentiat, nisi vixerit gratio, dies viginti connumerandos à die consensus humani modi, beneficium vacabit per obitum: vt est videlicet in d. reg. Pauli. & est bona declaratio, quam probat iste text. & Francisc. Marcus. ita docet. q.

Infirmitate 2.84. in 1. parte.

probare de 4. Vnde qui impetravit per obitum, & allegat inbet qui eā infirmitatem, eām probare debet sicut qui dolum allegat. l. quoties. s. qui dolo ff. de probat. nisi resi-

gnans statim post resignationem mortuus fuerit, quia tunc presumitur, quod anteā fuerit infirmus, & hoc residet in arbitrio iudicis discutere, quando statim vel non. l. vna. C. de emenda seruor. per gl. i. scripti in interpret. l. diuus. ff. de Senatus consilio Sillianiano.

5 Intellige siue tempore resignationis fuerit leuis febricula, vel quartana vetus, seu grauis & dura infirmitas: nam sufficit per istum. tex. quod moriatur ex illa infirmitate intra 20. dies, nam interdura in principio letis est infirmitas, & postea sensim nisi occurratur, ingravescit, licet quandoque differant in alia materia. l. quæsitum. ff. de re iud. l. 2. si quis cautio.

6 Etiam procedet iste textus seu febris sit continua, siue continens siue intermittens, aut interpolata (vt dicunt Medici) nam si id temporis quis resignet, & postea moriatur intra viginti dies, locus erit huic regulæ: vt per obitum censeatur beneficiū vacare: q. aliter intermisericordia dolor in febre interpolata, nihilominus hic quādiu humor est abundans in corpore, dicitur in ægritudine constitutus: vidicūt Medici: ergo habebit locum hec regula.

7 Nec refragatur l. fi. C. de curat furio, vbi furiosus tempore dilucidi interualli potest contrahere, & alios actus facere, quippe tunc cessat furor, at hæc in febre interpolata non cessat infirmitas: ergo nec cessabit hæc regula.

8 Extenditur etiam iste textus ad reincidenter in morbum: vt si quis tempore resignationis, videbatur sanus, tamē postea reinciderit in pristinum morbum, ex quo mortuus fuit intra viginti dies: vacabit hoc beneficium per obitum, quia censetur constitutus in infirmitate tempore resignationis, licet parvum intermisericordia, & non fuerit continua infirmitas. l. qui tertiana. ff. de ædilit. edicto: quippe non videtur sanus, qui statim ad infirmitatem redit. l. pen. ff. de diuort. gl. in l. Martius. ff. loca. & Ioan. Francis. de Ripa. in tract. de peste. fol. 142. versiculo insuper quæro.

9 Vbi limitat quando reincidenter ex noua causa, vt per luxuriam, ex qua nascitur omne venenū: quia tunc nequaquam censetur infirmus fuisse tempore resignationis: secus si reincidenter ex pristina causa, q. præsumitur, per ea quæ superius adducta fuere. l. quod ita. ff. de ædilitio edicto. & luxuriam dicere valere esse bladum venenū, quod facilis est accusare, quam vitare. facit. c. quia sanitas, quinquagesima distinctione.

10 Intellige de infirmitate corporis, quæ carnem & corpus grauat, & postea dissoluit: de qualoquitur dicta. l. quæsitum. ff. de re iudicata. ca. nisi cum pridem de renuncia. c. cum infirmitas, de penitentia & remissione. vbi Pan. scribit sex causas, ex quibus infirmitates solent hominibus contingere. Et in quibus profitur tradit Bened. in repet. ca. Raynaldus, in verb. mortuo. r. de testam.

11 Secus de infirmitate animi, quæ furiosis inest, prodigis, amentibus, & aliis descriptis in l. 1. & sequenti. ff. de ædilitio edicto. nam de hac non intelligitur hæc regula. Sed de utraque infirmitate, videlicet de per text. & gloss. in l. 2. ff. de testament. quippe resignatio

Lewis infirmitas eius attendit.

Febris continua seu interpolata continetur in hac regula.

Reincidenter in morbum an committitur in hac regula.

Infirmitas animi non continetur in hac regula.

resignatio ab his, facta non valet: ut inferius dicatur. Alias beneficium non vacabit nisi per obitum, dicta. i. in negotiis. ff. de regulis iuris. c. i. & ca. si quis infaniens. 15. q. 1.

12 Et quando loquimur de infirmitate, intelligimus de corporis infirmitate, licet interdum soleat in iure canonico exprimi infirmitas corporis, in c. cum infirmitas, de pœnit. & remissio.

Senex an-
infirmus di-
cipessit.

13 Nec intelligeretur de sene etiam copulari, qui propriè non dicitur infirmus, & cui nō conueniuntur verba, nec dispositio. c. indemnitatibus. §. supradicta. de elect. in 6. Et latra differentia est inter senes, & infirmos, quippe videmus plerisque senes infra penè robustos, quam iuvenes, maximè qui castè vixerunt: nam hircosos, ut ita dicam, senes ferè valetudinarios videamus: ob id dicerem, q. si senex nulla valetudine interna detentus, sed tantum naturali senectute, resignauerit, licet postea ex superueniente infirmitate moriat intra viginti dies, non habebit locum hæc regula, sed resignatione valebit: quamvis contrarium videatur tenere. gl. in pragmatica sanctione. in §. item quod omnia. in ver. permutationis. de colla. quam suo more transcribit. Joan. de Selua, in tract. de beneficiis, in ter-
tia parte. q. 18.

Sanus infe-
ctus peste
an compre-
bendatur in
hac regula.

14 Sic quoque dicerem hanc regulam non habere locum in fano infecto peste, & renunciante me-
tu pestis instatatis, nec in eo qui volebat inire duel-
lum: quippe nō sunt hi constituti in infirmitate, li-
cet in periculo sic: sed iste tex. infirmitatem requiri-
tur, quinim sani sunt & integri, & possunt euade-
re periculum, si ipsi velint, & Deus permiserit.

Constitutus in
infirmitate
te quidica
tur.

15 Et 90. infirmitatis priuilegia describit hic Go-
mes. q. 9. constitutus enim in infirmitate dicitur,
qui iam afficitur valetudine, & infirmitate: ut pro-
batur à simili in c. 2. & c. indecorum, de ætate, scripsi in §. i. in gloss. constitutum, de nomina. reg. in
Concord.

Vulneratus
dicitur in-
firmus.

16 Si tamē quis affectus vulnero lethali resignet, & non vixerit per viginti dies, vacat beneficium per obitum, & locus erit huic regulæ, q. a simulatq; fauciis est, maximè si lethali vulnero, dicitur in infirmitate constitutus, in tantum ut Medici cum isto reguli vtatur eidem, quibus cum alio febri-
citate. l. f. ff. de his qui deiecerunt, & superuenient febris ex tali vulnero creditur emanare, sicq; di-
cetur infirmitate grauari. l. ita vulneratus. ff. ad le-
gem Aquil. Igitur in eo procedet haec regula una. C. de emenda seruo.

17 Quæ satis comprehendere videtur prolixam distinctionem Gomes. volentis hæc regulam pro cedere in magno vulnero, ex quo poterat mors sequi, secus si ex modico vulnero. l. vulneris magnitudo. ff. de iniu. vbi Angel. & l. i. §. vitium. ff. de edil. edict. Hippol. in pract. sua. §. & quia, sed quorūsum illa? si dicamus enim tale vulnero esse, ex quo mors superuenierit, non video qua ratione leue vulnero possit appellari.

18 Aduertendum est, q. licet furiosus non possit resignare, ut supra diximus: si tamen quis mentis erat compos ante infirmitatem, & doloris eaussa.

inciderit in rabiem, is non poterit resignare, nec alios actus facere. l. in aduersa. ff. de testam. l. in ne-
gotiis. ff. de reg. iuris. vnde tria oportet probare, infirmitatem, & furorē, & quod in temporis fue-
rit furiosus.

19 Nam licet probatum fuerit eum varia & di- *Tria proba-*
da ad irri-
tandum re-
signationē
infirmi fa-
ctus furiosus.

19 Nam licet probatum fuerit eum varia & di-
uersa dixisse deliria causa morbi, nisi probetur q. in eo tempore resignauit, vel constituit procurato-
res ad resignandum, valebit resignatione, sicut te-
stamentum per tex. in l. quoniam, ibi, seminecis & de furo-
balbutiens lingua profudit. C. de testam. Bened. in
repetitio. ca. Raynati, in verbo in extremis, per
illum tex. hoc etiam docet nominarim Petrus Pa-
ris. cons. 15. circa, nu. 9. col. 2. in 4. vol.

20 Si vero fuerit facta resignatione à furioso, habe-
te dilucida interualla, non præsumetur facta tem-
pore sanæ mētis. c. super hoc. de renun. ideo opor-
ter quod resignatarius hoc probet, per tex. iuncta. us.
gl. in c. f. de successio. ab intest. in verb. compotē.
quod probat Lanfranc. in c. quoniam, in verb. te-
stium. col. 37. de probatio. & Alex. cons. 14. in pri-
mo volumine, & consilio 95. numero 6. in secun-
do volum.

21 Ultimò noto tres casus ad huius regulæ eluci- *Tres casus*
dationem. Primus est quod infirmus tempore re- *ad regul. in-*
signationis si moriatur intra viginti dies vacabit *selectum.*
beneficiū per obitū: & ad hoc facta est hæc regula.
22 Secundus casus si infirmus tempore constitu-
tionis procuratoris, sanus factus tempore resigna-
tionis moriatur intra viginti dies, non habebit lo-
cum hæc regula, quia tempore resignationis oportet
quod sit in infirmitate constitutus, per hunc
tex. qui ramen in hoc casu non erat: & sic non ha-
bet locum hæc regula.

23 Tertius casus, si resignās sit sanus tempore cō-
stitutionis procuratoris, & postea tempore quo re-
signat sit infirmus, & moriatur intra viginti dies
de infirmitate, beneficium vacabit per obitum: q. a
verba & mens conueniunt, ergo & dispositio. l. 4.
§. toties. ff. de damno infecto. & quia rationes hu-
ius regulæ locum habent: nam hic de suis benefi-
ciis quodam modo testari videtur, siue inopinata
mors fuerit, siue alia, quia sufficit rationes esse &
verba, nec æquitatem video in contrarium.

24 An huius regulæ derogari possit: & à quo respo- *Derogari*
deo, derogari posse: nam omnis res per quascun- *an huius re-*
que causas nascitur, per easdem & dissolutur. ca. l. *gule posse,*
de regulis iuris. & ab eo qui illam condidit, & sic
à Papa: quia eius est dissoluere, cuius est ligare. l. su
puellæ. ff. de spons. & nihil tam naturale, quam eodem
genere quodcunque dissoluere, quo colligatum est. l. nihil. ff. de regulis iuris.

25 Intellige ex causa iusta, quæ mouere possit ad tollendū rationē huius regulæ: nempe si quis vale-
tudine detentus aduersa videat beneficium forte
in manus hæreticorum incidere posse, si per obitū
vacet: ob id infirmus illud resignauerit in manib⁹
Papæ, iuste poterit Papa huius regulæ derogare.

26 Quæ licet sit iusta derogatio, tamē eius est iustior: ideo potestas Papæ data est, ut iustiorē se-
quatur sententiam: & hoc probat. tex. in c. vnde. S.
q. i. vbi diuus Petrus inducebatur sic ad eligendum

successorem Clementem: & sic non est incomueniens legem esse iustum; & derogationem iustitiam: nec sequitur, hoc est iustum, ergo cōtrarium est iniustum: & cū si hoc peritis notorium, pluribus non probabo.

Deregari huius reg. p. test. ejus in mensibus graduatorum.

27 Sed an Papa possit derogare huic regulæ in mensibus graduatorum & nominatorū: hoc multis argumentis probauit in §. præfatiq; ordinarij, in verbo vacare, de collat. in concord. vbi allegauit

Senatus cons. auditā parte & vniuersitate à duabus classibus conclusum, & demum probatum.

28 Adeò quod hodie iniuriam facit reuerendis. Senatus, si quis semelab eo iudicata ac recte dissipata reuoluere, & publicè disputare contendat. Nemo. C. de summa trinitate.

Principis dirigendo suu, non abusivus.

29 Nec est abutu; si Papa prouideat ne in hoc casu locus sit regulæ: alioqui Rex & princeps quod derogat legi a se editæ abuteretur: quod quamvis stolidi iudicij dictum, nemo non videt: nec est reseruatio, nec species ipsius, quia statim prouisio facta à Papa ad resignationem valetudinarij valet: & Papa decernit, quod licer intra viginti dies resignans moriatur, non vacet per obitum, huic regulæ derogando, ac si facta non esset.

30 Nec per hoc dicitur derogare regulæ, de verissimis notitia, quia non vacat per obitum: quia Papa facit ut nō sic vacet, nec iniuriā facit ordinario admittendo resignationē, & nō vtendo reg. in hoc casu, quia eam tollere potest, & sic illi derogare.

Priuilegia data nomi- natis quas ac id genus hominibus, ut in l. 1. C. quando Imper- fuerit illis rator inter pupilos, scripsi in art. si. de senten. pro- uisio. in constitutio, regul. sed fauore literatorum & literarum.

31 Nec priuilegium fuit datum nominatis & graduatis miserationis gratia, sicut viduis & orphanis, & quamvis non videatur in dubio derogatum priuilegio vniuersitatí concessó. l. decurionibus. 2.

Deregatio 33 Nec dicitur derogatio huius regulæ iusta, cō- iusta nō est traria utilitati publicæ, sed conuenies, ut prædixi: utilitati p. & sic non obest l. i. iubeimus. l. C. de facrosanc. eccl. & quamvis non videatur in dubio derogatum priuilegio vniuersitatí concessó. l. decurionibus. 2.

32 Alioqui non competet scholasticis diuitiis, vel saltem illis quibus bellæ prouisum est à parentibus diuitiis: & tamen omnibus scholasticis hec priuilegia competit, ut doct. not. in interpret. authen. habita. C. ne filius pró patre. vbi etiam scripsi in tract. de scholast. priuilegiis.

Deregatio 33 Nec dicitur derogatio huius regulæ iusta, cō- iusta nō est traria utilitati publicæ, sed conuenies, ut prædixi: utilitati p. & sic non obest l. i. iubeimus. l. C. de facrosanc. eccl. & quamvis non videatur in dubio derogatum priuilegio vniuersitatí concessó. l. decurionibus. 2.

Cod. de silentia. libro duodecimo. tamen si hoc exprimatur in derogatione, non est opus conie- ñuris. l. continuus. §. cū ita ff. de verborum obli- gationibus.

34 Et ista derogatio in uno casu facta non tollit omnino priuilegium, nisi in illo casu iustiore: & multa specialia possunt circa idem concurrere, quando de voluntate concedentis appareret.

35 Vnde potest Papa dispensare cum minore ex causa, ut habeat beneficium etiam curatum, licet ibi duo sine specialia, & q. habeat beneficium curatum, & q. non promoueat durate tempore mi-

Reprobari non ritatis: ut dicam infra de dispensatione: & haec collat. quā not. Bart. in l. si is qui pro empore ff. de vsu capio. do p. p. a 36 Nec me mouet illud vulgare, quod approbo, collatore. non possum reprobare. l. Pöponius ff. de neg. gest.

lin arenam. C. de moffic. testamen. sed ep̄s probavit collationem, ergo eam reprobare non potest, licet facta sit per resignationem: verū ipse episcopus non reprobat collationem, quam fecit: sed ista regula eam nullam reddit, ut in text. patet, ibi, collatio nulla sit: & postquam collatio est nulla, beneficium est vacans huius regulæ autoritate: ergo episcopus illud conferre denuo poterit, quia in eo non deliquit.

37 Nec etiam refragatur. c. inter cætera. de p̄b. ibi episcopus tenetur de euictione, quando cōtulit beneficium, quod non potuit cōferre, quia forte alij debitum, ut inter permittentes: de quibus loquitur ille. text. sed quando episcopus resignationem ab infirmo factam recipit, & confert Tito: hoc potest episcopus facere, quia beneficium vacat, & nulli est debitum.

38 Ideo si poste à autoritate huius regulæ remueatur beneficium à d. Tito, quia infirmus moritur ante viginti dies, non tenebitur ordinarius: quia hoc non facto suo, sed legis perusnit: non magis quam si homicida priuaretur suo beneficio: alioqui quando aliquis priuaretur autoritate legis, ep̄s tenetur: quod est absurdum, etiam si episcopus contulit beneficium, quod conferre potuit, quia nulli alij debitum; in ca. inter cætera. erat permittenti debitum, ideo episcopus tenetur.

39 Nec me conturbat, q. hæc regula est facta ad commodum & libertatem ordinarij, & contra commodum Papæ. resp. quis diceret, nisi vellet insanire, quod quis contra se tantum legem velle ferre, quippe de natura legis est, ut generalis sit, l. leges ut generales. C. de legibus. & vt non fiat ad commodum vel incommodum alicuius, alioqui non est lex, sed fax. c. cū omnes. de constit.

40 Ita que debemus dicere hanc regulam generale, ut omnes liget, & maximè quatenus rationes se ad illos extendunt: sicut dicimus de ordinarii.

Resignauerit.

G L O S S A T E R T I A.

*S*Ecundò requiritur quod is infirmus resignauerit, nam si resignare tātum promiserit, vel constituerit procuratorem, ad resignandum, non procedit hæc regula: sed vacabit vere beneficium per mortē possessoris: siquidem aliud est promittere resignare, & aliud resignare: argumento. l. aliud. ff. de regulis iuris. Dec. conf. 502. & sequenti. Et qualisunque fuerit hæc resignatio, locū habet regulas: siue enim facta fuerit referatis fructibus, siue non, seu pure, seu in fauorem, semper dicitur resignare: & cui adaptantur verba, & dispositio legis quartæ. §. toutes. ff. de damno infecto. alias in facultate partis esset seruando sibi pensionem aut fructus ista regulam tollere: quod non est dicendum: quia nemo potest facere, quin leges in sua dispositione locum habeant. l. nemo. ff. de legatis primo. & sic intelligitur cum effectu. l. i. ff. quod quisque iuris. c. relatum. de cle. non residet.

Idem si quis resignasset coram ordinario causâ permutationis, & poste à corā Papa simpliciter: si nō fieri a primo facta fuerit resignatio ab infirmo corā ordi-

Episcopus quando de euictione te- meatur.

Lex non fit ad alium incommo- dum.

Resignatio quacunq; biocompre- benditur.

Resignatio ne simel sa- cta corā ordi- nario non poterit ie-

natio,

natio, & ab ordinario admissa, valebit quidem, si resignas viuat ultra viginti dies: si vero citius moriarur, nec valebit collatio facta ab ordinario, per istam regulam, nec ipius Papa prouisio, quia non vacabat beneficium: & sic non poterat illud Papa conferre: sicque iudicatum fuit, ut scripti in §. volumus, in gl. vlt. de collat. in Concor. vbi licet alia videre: & sic computabitur tempus a die quo resignauit, non ab eo die quo procuratores constituit, ad resignandum, per istum. text.

Sive simpliciter sive ex causa permutationis.

G L O S S A . Q U A R T A .

AEc verba sunt in regula Inno. octauo, quæ licet nunc desint in regul. Iulij 3. nihilominus credere in qua cūque resignatione procedere, sive simpliciter facta fuerit, sive causa permutationis: de quibus superioris dictum fuit: nam indefinitum. verbum resignauerit, et quipolle, vniuersali, cap. vt circa. de elec. lib. 6.

Permutans 2. Sed dubium est, an is, qui permuteauit cū ægri, qui decesserit intra viginti dies, possit ad suum resiliens beneficium, si contingat ab eo, quod habuit, euincit: quod videbatur, per c. si beneficia, de præb. minat, an in 6. quidam tamen contrarium afferunt propter animum fraudandi, quem videtur habuisse: nam cū cerneret istum ægrum non debebat ab eo extorquere suum beneficium in præjudicium expectantium, & ordinariorum: & cū hoc tetrauit, non est vsus iuris concessionis, id est que priuari debet vtroque. clem. vna. & ibi. gloss. i. de rerum permuto. nec dolus huic debet patrocinari. c. sedes. de rescrip.

3. Tum impurandum illi est, quod ultra se pericula exposuerit, si quidem poterat cogitare istum. moriturum, quem videbat infirmitate premi, quapropter eidem non est subueniendum. l. si fidei usfor. §. i. ff. qui satisfare cogant, & pro hoc est. text. formalis in c. 2. in fi. de renunc. in 6. ibi, & idem renuncians habita omnino caret, & ambita: quod debet intelligi, cū appareat de fraude, quæ videtur apprens eo ipso, quod beneficium ægri recipit. l. Modicus. ff. de extraord. cogn.

Prædicta declaranda sunt, quando sanus iam renunciasset beneficio, secus si tantum ex parte valetudinarij facta fuisset: quia eo casu hic sanus vtrunque habebit beneficium, & bona (vt dicunt) fortuna gaudebit: ut supra dixi hac parte.

4. Intellige verum beneficium illius, qui facta permutatione obiit ante 20. dies vacare per obitum illius: & de hoc non est dubium beneficium quoque resignatum per sanum compermutatem vacabit per suam resignationem, eō quod hic annullatur collatio infirmi: ut vult text. quod per obitum censeatur vacare; sed non potest valere permutatio ex una parte. l. i. ff. de rerum permuto. & inferius dicetur, ideo vacabit vtrunque: & is qui fraudem fecit, amitteret suum beneficium: caueat ergo quis, ne perniciosas huiusmodi permutationes factitet, alibi dicam abundantius: quia res est ardua, & maximè infra de permuta.

5. Amplia etiam istam regulam habere locum sine annulatur.

permutatio facta fuerit de equalib[us] beneficiis, seu de inaequalibus: tum quod text. indistincte loquatur de permutatione, ergo de omni permutatione: ut no. Host. in summa, de rerum permuto. & doc. in rub. illius tituli, per l. de precio. ff. de publ. in rem actio. & si voluisse hic Papa tantum intelligere ad beneficia æqualia dixisset, iuxta c. ad audientiam, de decimis.

6. Et eadem ratio procedit ad inæqualia, quia videtur testari de beneficio, & resignando priuat ordinarium sua collatione, & nominatos ac alios spectantes: Ne, ipe si infirmus habeat beneficium in episcopatu Aurelianensi, quod permuteat cum alio beneficio sito in episcopatu Parisiensi, & postea moritur intra 20. dies: nisi hæc esset regula, Nominati Aurelian. essent priuati illo beneficio: quia beneficia causa permutationis vacantia non debentur eis. §. volumus. de colla. in Conc. Sed per obitum vacare censemur, per istum text. & sic nominatis debebitur.

7. Nec refragatur quod hæc regula extracta sit ex visceribus. c. 2. de renunc. in 6. & sic deber intellegi secundum illud, quia resp. illum. text. esse factum ad obuiandum fraudibus, quæ siebant expectantibus per has fraudulentas permutationes: iste vero text. est factus ad obuiandum fraudibus, quæ siebant ordinariis, & expectantibus, ne quis testetur de beneficiis: neve sit in illis successio: vt in c. i. de præb. à quo dicerem potius hanc regulam elicitam, necnon ad obuiandum malitiis illorum, qui suadent infirmis, ut beneficia sua resignent: ut dixi in tract. nominatio. q. 17. num. 5.

8. Quod si dicatur fraudis præsumptionem abesse, quando sunt æqualia, respon. successionem non cessare: ut dixi. At quando sunt plures rationes, vna cessante non cessat dispositio. §. affinitatis, de nupt. in inst.

9. Nec obstat quod hæc decisio est odiosa, quam obre Fauorabilis. restringenda. l. cum quidam. ff. de liberis & possib. *et hoc regu.* Resp. Imò est fauorabilis, quia iuri conformis, & introducta ad fraudes evitandas. Et miror Domi. Gomes, tenere contrarium super hac regula. q. 19. appellans eam odiosam, quam in aliis ferme quæstionibus iam dixerat esse fauorablem, ut quæ concernit animæ utilitatem, & bonum publicum: hoc in quæstione prima, tertia & quinta, & sexta, ac pleniùs, decima septima, sic ut valde sibi contrarius fuerit in hac regula: nisi solutionis gratia. dicamus esse partim fauorabilem, partim odiosam, sed malem eam vocare fauorabilem, & concilio generali conuenientem: ut probauit supra in. gloss. 2.

Aliquod beneficium.

G L O S S A . Q U I N T A .

Eritum requisitum, quod aliquis resignaverit beneficium, ibi beneficium quod lar- onne hic cō. gē intelligitur, ut comprehendat etiam prel. editur dignitates per gl. in regul. prima, de re ecclasiasti- cum.

gulis iuris, in 6. & in cl. auditor, de rescr. & quæcumque alia beneficia ecclesiastica, sive regularia, sive secularia: cū tex. hic simpliciter loquatur. At.

que officia ecclesiastica, & capellas, & capellianias.

gloss. in cl. 2. de decim. Rel. in c. postulasti; de rescr. scripti in tract. nominatio. q. 9. Etiam si esset hospitale, quod solet dari in titulum, per cl. 2. de præb. scripti in tract. nominatio. q. 15. & sic in altaribus, & leprosariis. & Aliis quibusunque non exceptis, quæ in titulum conceduntur, doct. in cl. quia contingit de relig. domib.

Intellige siue unum resignauerit, siue plura, arg. 1. 3. ff. de nego. gestis. scripti in §. prefatis gratiatis, in verbis nominationis, de collatione Concord. quia indefinita equipollit vniuersali. cap. vii circa. de eſect. lib. 6.

Resignans Non tamen habet locum in officiis profaniis officiis, 40. resignatis coram Papa vel Rege: quia tunc oportet, quod dies 40. vitat resignas ex statutis Regni Francie, & eius collationis obseruantia: vnde quædā officij Regis admittitur resignatio, solet Rex nulliteris excipere, dummodo resignans infirmus non sit, & vitat per quadraginta dies: ut habetur in decis. Franc. Marc. 28.4. in prima parte: habebit tamen hæc regulæ locum etiam in collationibus à Rege factis de quibusdam beneficiis, quorū collatio ex priuilegio Papæ spectat ad eum, ut fuit indicatum in hoc statuto, prout scripti in §. in gl. di-

spendiose de nomin. reg. in Concord.

Dimitterit.

G L O S S A S E X T A.

Dimittens Oe verbū prius fuit additum per Paul. tertium, & nūc approbatum per Iulium tertium: facit. c. si beneficia, de præb. lib. 6.

& plenè scripti in tract. de pacific. posses. num. 147. cuī seq. nam si forte quis in infirmitate constitutus dimiserit seu reliquerit beneficium, forte quia eum penitebat tot deuorasse fructus beneficiorum, & animas pauperum, & demum intraviginti dies moriatur, beneficium dicitur vacare per mortem, non per istam dimissionem: ut locum habeat hæc regula: alioqui fraus sic fieri posset hanc regulæ dicendo, ego dimitto beneficium, cūm in agone sim constitutus: & quidimit, tacitè resignare videatur ut superius scripsi, & plenius in tract. de pacific. possess. in 22. amplia. nu. 147. & seq.

Aut illius commendæ cessrit.

G L O S S A S E P T I M A.

Commenda- Vnam olim doctores Ultramontani di-
tarius in tra- ceterent esse dubium, an ita regula pro-
20. dies co- cederet in eo, qui cedit commendæ, &
tinetur in mes. q. 13. & Castad. dec. 32. hodie non erit amplius
dubitacioni locus: quandoquidem hic tex. expre-
sse decidit, qd si quis cesserit commendæ, & mori-
ratur intra viginti dies, beneficium vacabit per
mortem, non per cessionem. commendæ: pro titu-
lo enim habetur hæc commendæ: vt scripsi supra
tract. de commendæ, siue sit commendæ perpetua,
siue temporalis: vnde si parochialis ecclesia fue-
rit commendata per sex menses aliqui, & interim

iste pressus infirmitate cedat commendæ, nisi vi-
xerit tempore p̄f. stito post cessionem, dicerem
hunc text. locum habere: quia verba conuenient
huius tex. dicēti, Commendæ cesserit hæc cedit com-
mendæ ergo, & nec loquitur iste tex. de perpe-
tua, magis quam de temporali: sed simpliciter ait,
dimiserit: dicitur autem is, qui cedit commendæ
etiam temporali. nō nemo, de elect. in 6. ergo text.
iste locum habebit: licet Gorres contra. vide quæ
dixi in tract. de pacific. posses. amplia. §. nu. 35. cū seq.

Sen ipsius beneficij unionis dissolutioni confenserit,
etiam vigore supplicat: cuius, dum
effet sanus signata.

G L O S S A O C T A V A.

T intellige quando resignans habebat in illo beneficio, alioqui contra: vnde si beneficium vnitum quis resignauerit, quod possidebat, sed erat vnitum in eius vita, ut potest fieri etiam eo non consentiente, ele. vlt. de rebus eccl. non alienand. licet moriatur ante viginti dies, non censetur vacare per obitum, per istam regulam, nec alio modo, sed vno sortitur effectum.

At si beneficium erat vnitum, & ego possessor illius, consenserim vniōnis dissolutioni, resignau- rimq; illud beneficium vnitum si demum intra 20. dies moriar, vacabit per mortem beneficium, non per resignationem per hæc verba addita, Iulium Papam tertium, etiam si consenserit dissolutioni vniōnis per supplicationem signata dum effet sanus.

Idem dicerem, si quis infirmus resignaret bene-
ficium alterius, nam quamvis ipse moriatur ante
20. dies, tamen illud beneficium non suum nequa-
quam vacabit per eius mortem: nam beneficium, quod quis habet, sine suo facto perdere non po-
test. l. id quod nostrum. ff. de regulis iuris, quia nō
potuit resignare, quod non habebat. l. si vniuerſa.
va. abita-
ra. abitata.
mē per mor.
Cod. de leg. §. seruſ. Instit. de capit. diminut. re-
te illud be-
quirit ergo quod is, qui resignat, ius potentius neficium.
habeat.

Et sic dixi, quod si ex tribus collitigatis vnu Inter colli-
in infirmitate constitutus resignauerit, & moria-
tigates si
tur ut hic, beneficium quo ad alios collitigantes vnu cedat.
non vacabit per obitum: nec erit eis opus noua
an habeat
impetracione: secus si iste mortuus ius potentius locum ha-
haberet: quia tunc etiam haberet locum hæc re-
gula, quia iste resignat beneficium, & moriatur in-
traviginti dies, &c.

Exinde quoque prefatam regulam in eo, qui Bullis non
nondum leuatis resignaret ius prætersum: an leuatis
quia text. iste non requirit possessionem: nam qui resignat an
ijs ad beneficium habet, ipsum beneficium habe-
re censetur. l. qui habet actionem. ff. de regulis iuri-
ris, & quia rationes huius texus habent locum in
isto, ergo & decisio: quamvis minùs sit habere ius,
quam beneficium. l. minùs. ff. de regulis iuris, maxi-
mum in Francia, vbi sunt infiniti processus & lon-
giiores. c. fundamenta, de elect. in 6.

Et postea

Et postea intra 20 dies.

GLOSSA NONA.

 Varto requiritur, quod resignans moriat intra viginti dies, quod si postea, non habet locum ista regula: vnde si deficerit vigesimoprimo die, rūc valebit resignatio: nec censetur vacate beneficium per mortem illius resignantis. Accipitur autē hic dies pro die naturali vigintiquatuor horarum, prout more Romano sumitur, & communiter, vti. mōre ff. de feriis. scripsi in l. secunda. ff. de verbis. significione.

Per monitum Papae non extinguitur Regula quo anno regis Habebit quoque locum hæc regula, etiā si admissa resignatione moreretur ordinarius intra viginti dies, vel Papa: quia licet per mortem Papæ Regula quo extinguantur regulæ, tamen hæc lex regni facta est eo ipso quod in Parlamento fuit recepta & registrata: quia in tantum fixa manet, vt nihil officiat mors Papa: Tempus autem registrationis huiusmodi fuit anno 1493. die 20. Novembris: & ab eo tempore seruata.

Ad die per ipsum resignantem praestandi consensus computandos.

GLOSSA DECIMA.

Viginti dies à die praestandi consensus computandis Vinto computantur isti viginti dies à die praestandi consensus computandis: hoc addidit Iulius 2. & hoc confirmavit postea Paulus tertius: nam si quispiam resignauerit calendis Ianuarij, vigesimaprima die censetur vixisse viginti dies: & si vixerit post resignationem per viginti dies, à die tamen consensus per decimocto dies tanquam, nequaquam censetur vixisse viginti dies, ita quod beneficium vacabit per mortem.

2. Et intellige siue cōfensus fuerit praestitus per procuratorem, siue per resignantem: nec sufficeret consensus praestitus per constitutionem procuratoris: sed requiritur quod consensus praestitū, ubi sit resignatio.

Sed si quis bis resignauerit, sufficit quod viuat 20. dies à die consensus praestiti primæ resignationi, Sed si quis bis resignauerit, sufficit quod viuat 20. dies à die consensus praestiti primæ resignationi, quia illa valet, altera non, cum per resignationem primam nullum ius habeat postea resignans, quæ obrem iterū resignare non poterat. ca. in præfentia, cum aliis multis, de renuncia. c. inter, de præb. nee secundare resignatio inutilis impediet primam utilem, iuxta no. in l. certi conditio. §. quoniam ff. si cert. pet. ca. ex tenore, de rescript.

4. Vnde si in prima resignatione derogatum non fuerit huic regulæ, sed in secunda sic: non impediet illa derogatio huius regulæ, quominus beneficiū vacet per mortem videlicet si resignas moriar, intra viginti dies à die primæ resignationis: quippe secunda resignatione & prouisione nulla exi-

Collatio ad 10. procurat. r. - valebit l. c. principalis ff. de regulis iuris. & alia ceptum non dixi in regula sequenti, de publicandis resignatis, videret, unde Imò si quis vt procurator primò resignauerit ante procuratorem, & domini consentum, licet præstare oportet, factio procuratorum fuerit nullum, & re-

ceptū: non tamen valebit collatio ante præfatum domini cōfensem, aut eius procuratorum, nisi de nouo conferatur: quia pars non potest ratificando conferre, quamobrem rursus desideratur nouus conferens cum collatione consensus: in partis si quidem potestate non est ratificare collationem, nullam: sed requiritur & consensus & prouisio cōferentis, & resignantis: vide quæ dico infra in regul. de publicand. resigna.

6 Ideo si contingat ante procuratoriū receptū, *Consensus post resigna- tio rem pre statu solet.* procuratorem in vim procuratoriū mittendi resignare: dic q̄ si tale procuratoriū præcesserit illam collationē, valebit quidem prouisio. Si vero procuratoriū factū fuerit post collationem, non valebit prima prouisio: & ita seruant pragmatici Romani: quod est notandum, & sic requiritur primò resignatio, postea cōfensus præstatio: nec consensus præstatur ante resignationē: vt in l. no ff. de rerum permitt. d. & in c. super hoc, de renunc.

7 Etsufficit q̄ sit infirmus, vel tempore quo resignat: vel si id temporis erat sanus, & tempore consensus præstiti erat infirmus, habebit locum hæc regula: cùm hæc duo tempora considerentur hic, videlicet resignationis, & præstanti consensus: at

oporet q̄ his duobus temporibus sanus sit, sicut detectamento & hærede dicitur in §. in extraneis, iusti. de hæred. & qualita. Bal. in c. constitutus, de rescript. [quia maximè attenditur tempus consensus, quo omnia perficiuntur sicut conclusio. l. si voluntate. C. de rescind. vñd.]

8 Nam qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, l. in delictis. §. i. ff. de noxal. ista qualitas est iuncta verbo, ergo debet intelligi vel tempore resignationis, aut tempore consensus, ut hic patet. Et sic nisi vixerit viginti dics à die præstiti cōfensus, vacabit per mortem beneficium resignantis.

9 Vnde infertur q̄ dies consensus non computatur in termino viginti dierum: & hoc probatur per dictio A, quæ separationem & exclusionem denotat, per glo. in l. datio. ff. de actio. empti. & cap. statutum, de præb. in 6. vnde si quis resignaret calendaris Iulij, & vixerit usque ad vigesimum diem, adhuc habebit locum hæc regula, ut censetur per obitum vacare: verum si lapsus fuerit dies, valebit resignationis: quippe non computabitur hoc tempus de momento ad momentum, sed tota dies computatur: vt si quis resignauerit hora 7. calendarum Iulij, tamen die 20. sequenti, illa hora 7. non erunt lapsi dies viginti, sed requiritur tota dies euoluta: l. 3. ff. de minor. l. qua ætate. ff. de testam.

10 Verum de stylo curiarum Franciæ illi viginti dies computantur à die resignationis admisiæ, & hoc in fauorem tam ordinariorum quam graduatorum, & nominatorum: & sic fuit sapientius in Parlamentis Galliæ iudicatum, teste Boër. q. 348. queritur. Sed hoc ante declarationē istam Pauli, quæ etiam est re: etita per Iulium 3. & sic extincta non videtur cuī suo autore: nec potest ob hoc argui, q̄ non habeat locum in ordinario, etiam si non repe-

teretur, intelligeretur de prouisionibus, quæ à Patria sunt, tamen non excluderet text. alias collationes ordinariorum, per aliæ verba, ut dicam.

De ipsa infirmitate deceperit.

G L O S S A V N D E C I M A .

Mori quāda quis dīcatur ex ilia infirmitate.

Sexto requiritur, quod resignans de ipsa infirmitate deceperit, alias si fato quodā moreretur, non haberet locum hæc regula ibi, de ipsa infirmitate deceperit. Et hoc dicit glo. h̄c, & Franciscus. Marc. q. 85, in decif. Delphi. in 1. parte, & dicitur ramen mori ex infirmitate, etiam si febris ratione illius superuererit: vel aliud acciderit ab ipsa infirmitate, secus si extrā progenerit. c. 2. de clero percussore. ca. continetur, de homicidio. l. alumnæ. §. fin. ff. de adimendis legatis. facit cap. de his, de sepulturis. Vnde si quis in infirmitate constitutus resignauerit; & postea, quispam eum gladio peremerit, vel domus in eum ceciderit, non habebit locum ista regula, quia non deceperit ex ipsa infirmitate, & poterat forte evadere per tex. in l. itē Mela. §. Celsus scribit. ff. ad leg. Aquil. & Soci. in repet. ca. ad audienciam, in 7. q. princip. in 35. q. de homicid. Et liberatio facta per infirmitam Abbatissam non valer, si de infirmitate deceperit, teste Matthæ. de Afflictis, in decif. Neapol. q. 168. vtrum Ergo relinquitur arbitrio Medicorum, quando censeatur obiisse mortem ex ipsa infirmitate. Bart. in l. si in rixa. ff. ad legem Cornel. de Sicar. plenè scripsi in repet. l. Diuus. ff. de Senatuscon. Sillan. Et quando nunquam bene reconualuit, præsumitur ex infirmitate præcedenti decepsisse quo ad hanc regulā, secus quo ad puniendum delinquentem peina legis Cornel. de Sicar. l. vna. C. de emenda. seruo. Feli. in c. presbyterum, de homicid. & Hippolyt. conf. 7. summi coeli, mors autem, vt cuiuscunque patet, est separatio corporis & animæ. l. si mater. C. de insti. & substi. & quatuorplex sit mors, vide per Lucam de Penna in l. i. col. 8. C. de desertor. libr. ii. & Cardinal. in cle. i. vt lite penden. Et an habeat locum in morte ciuili, quod non probat glo. & doct. in c. suscepit, de reiscript. li. 6 nam verbum, deceperit, verificatur regulariter in morte naturali. l. si deceperit. ff. qui satq. cogant. scripsi. ff. de verb. signifi. l. cedere diem. Et quomodo probetur mors, scribit Bart. in tract. suo quomodo, & qualiter probetur mors: & Alex. conf. 25. in 5. volu. abunde scripsi in artic. vlt. tract. de regelis, in secundo tomo const. regiar. ob id non repeatam: & sic sufficit duo probare, primo, resonantem infirmum tempore resignationis, & deum mortuū intra viginti dies: quia presumetur mortuus ex ipsa infirmitate, non si fuerit contrarium probatum.

Ac ipsum beneficium quavis autoritate conferatur.

G L O S S A D V O D E C I M A .

Admissa debet esse resignatio.

Sextimo requiritur, quod ista resignatione sit admissa, vel per Papā, vel legatum, ordinarium, vel alium, ibi ac ipsum beneficium, quavis autoritate conferatur per resignationem: & in registris curiæ Parisiens. habetur, q. si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliud beneficium vbicunque, etiam si in curia Romana, &c.

2. Et sic conuenit huic declarationi per Papam

Paulum editæ: quippe nisi resignatione sit admissa, nihil actum est: ideoque cessaret dubium, an vacaret per mortem. nempe cum hic non abdicauerit à se beneficium per resignationem, sed illud tempore mortis habeat, procul dubio vacabit per mortem, quæ omnia soluit. §. deinceps, in authen. de nupt. & sic requiritur collatio: alioqui dubium non haberet iste text. vt dixi, & hoc verbum conferatur, esset superfluum, & frustra positum cōtra tex. & gl. in l. i. ff. quod met. caus.

3. Adde per hæc verba, quavis autoritate cōferatur, regulam hanc habere locum etiam in ordinatio capitulo & alio quoque, vt plenè scripsi in tract. nominatio. quæst. 17. nam si quis infirmus re-

In ordinatio capitulo & alio quoque, vt plenè scripsi in tract. nominatio. quæst. 17. nam si quis infirmus re-

babest.

signauerit coram eo beneficium, vel simpliciter, aut causa permutationis: & postea resignas moriatur ante 20. dies, illud beneficium ordinarius poterit iterum conferre, quia de nouo vacat per hanc regulam: & quotiescumque vacat, ordinarius potest illud conferre, seu vacet per resignationem, siue per non promotionem, vel per obitum, aut aliás.

4. Et sic cēsetur habere vim duarū personarum, l. si consil. ff. de adoptio, & sicut alter conferre potuisset illud beneficium, ita & hic: nā quando contumeliam, & quotiescumque vacat, ordinarius potest illud conferre, seu vacet per resignationem, siue per non promotionem, vel per obitum, aut aliás.

5. Nec refragatur variationem esse prohibitam maximè collatoribus. clem. vna. de renuncia. Respon. verum esse contra ius, & in malum, sed iure permittente licet: imò magna prudentia est, si reuocaueris id, quod malè egeris. cap. magnæ. 22. q. 4. vt plenè scripsi in interpreta. l. quod iussit, in præfa. ff. de re iudica.

6. Nec prima collatio potest impedire secundam, Collatio nō la non impedit secundam collationem. doct. in c. ex tenore, de redam. script. quia prima collatio est nulla.

7 Nec decipiuntur parochiani, aut expectantes, cūm hoc fiat iure, & à Papa cuius autoritate nemo decipitur.l.i.C.de his qui veniam atra impetraver. licet Gomes. contra statuat tres casus , videlicet quando resignans sibi retinuit fructus : vt eo casu locum habeat regula, quod improbauit.

8 Secundus casus quādo fructus , & denominationem retinuit resignans, & tunc non habeat locum regula, & hic est sine dubio.

9 Tertius quando beneficium non requirit resdiūtiam, nec habet denominationem, & habet locum regula. Sed isti casus mea sententia videntur superuacanei: nam si Papa reservauerit alicui fructus , & q illos possit per se recipere , & sic in possessione remanere: tunc nō habebit locum regula, quicquid iactet Gomes.

Regula ipsa 10 An verò locū habeat iste text. si quis resignan habeat uerit ius, q in beneficio habet: & Gomes.dicit non locū in res- habere quia loquitur hēc regula de beneficio posse feso per resignantem , quā in resignatione juris non potest verificari, vt ipse firmat: tuu quā tex. iste dici de beneficiis, non de iure.

11 Contrarium existimarem, quia eadē ratio militat in resignante ius, quā in resignante beneficiū: nam renunciādo iuri, renunciat & beneficio.ca.2. & c. super hoc, de renūcia, & potest quissuper beneficio litigare, simūlque esse in possessione beneficij: qui si resignet ius suum, & semper remaneat in possessione, necdū petita à resignatario: certè quin locū habeat ista regula diffiteri non potest, quicquid dicat Gomes.q.20.nam qui actionem ad rem habet, ipsam rem habere videtur, l. qui actionem. ff. de regulis iuris, etiam post ius habitum acquirere possessionem poterit: & ita respondeo ad ductis ab eo, non tamen per hēc fieri praudiūm litigandi, si ius potentius habebat. Et vt plenius materia habeatur, faciam casus sequentes.

Primus est, si permutationis hinc inde facta fuerit, & uterque in sui beneficij possessione permanferit: si alteruter moriatur beneficium illius, quāuis permutationis causa collatum fuisset, tamē vacabit per mortem illius, & alter compermutans habebit suum: quia postquam permutationis non potest impleri ex altera parte, alter ius suum reinebit ex natura permutationis.l.i.ff.de rer.permut.

Secundus casus, si causa permutationis ex una parte fuerit beneficium resignatum, alterique collatum, & is moriatur post sex mēses in possessione utrumque beneficij, utrumque vacabit per obitum illius: suum, quia in possessione illius moritur: alterum, quia ius ī illo habet per permutationē: & ideo imputandum erit cōpermutanti, si illud beneficium nō petierit intra sex mēses. Nam damnū quod quis sua culpa sentit, sibi adscribere debet.l.quod quis. ff. de reg. iuris. & in 6. reg. damnū: nec ad istū redibit, quod sua culpa huius reg. autoritate amisit.l.

Lucius. ff. de euīt.Roma.cōf.503.diligenter.in fin. Limitatur, q̄n̄ hic permutans non fuit set negligēs, sed impeditus, tunc ad suum possit redire beneficium.d.c.si beneficia. Nam rem quā culpa caret, in damnū vocari non cōuenit.c.2.de consti.Idem si forē procurator vniuersitatis fuerit negligens, non verò dominus. Nam poena suos tenere auctores debet.l.sancimus.C.de pœnis.l.vnā. §. si procurator. vbi scripsi. ff. si quis ius dicenti non obtemp.

Tertius casus, si resignatione hinc inde facta, & ante publicationem alter moriatur, illius beneficium per mortem vacabit, alterq; ad suum poterit redire beneficium, per d.c.si beneficia. Quia postquam beneficium ex una parte resignatur & resoluitur, ergo & ex altera parte resolui debet. l.i. ff. de rer. permu. Doct. in c. cum vniuersorum. illo. tit. Vnde si hic utrumque possideat, opus erit nouā collatione alteri facienda per obitum: alias est nulla, & coloraris non erit titulus.

Quartus si quis permutationis gratia suum beneficium resignauerit, & post resignationem admissam, & possessionem captam, & publicatam per alterum, idque tamen alter ei resignet & moriatur, neutrum beneficium vacabit: suum non, quia non moritur in possessione illius, & quia illud resignauit, secundum non, q̄nia in illo ius non habebat, sed poterat illud petere, & non aliis. Ideo utrumque beneficium remanebit apud resignatorem, eundem permutantem, & poterit dici q̄d gaudiebat de bona fortuna, vt doct. not. in c. si beneficia. de præb. in 6. Quod est verum, si ipse ex parte sua publicauerat resignationem beneficij permutationis alioqui contra, vt in casu sequenti.

Quintus casus, si resignatione hinc inde admisfa, & post tempus hēc præstitutum uterque moriatur in possessione, utrumque beneficium per mortē vacabit, per hēc regula, quā generaliter loquitur, nec loquitur plus de uno, quam de duob; & quāuis loqueretur, tamen lex loquens in uno, habet etiam locū in pluribus.l.singularia.in fin. ff. si cert. peratur.l.i. quod falso tute.

Sextus casus, si uterque compermutatum, vel alter tantum moriatur ante tempus hēc præstitutum, vel post publicationem, non erit locus huic regulæ: & sic vere vacabit per obitum illius, qui in eo ius habebat. Et in hoc nō attenditur possessio, nec detentio per hanc regulam à contrario, quod in iure firmum est. c. cum apostolica. de his quā flunt à prælat.]

Nisi de illis factis resignationes si in eadem curia intra sex mēses.

GLOSSA QVARTA.

 Ntellige resignationes infirmari, nisi fuerint publicatae intra sex mēses, q̄n̄ in curia facta est resignationis: & ob id statuit lōgius tempus extra curia, quādoquidē ex omnibus partibus ad eam confluent homines, etiam ex remotissimis regionib; qui nō possunt publicare, nec bullas habere intra breue tempus, facit.l.quinquaginta. ff. de excusa.tuto. §. qui autem, illo. tit. in instit. c.2. de priuile. in 6.

Quero quid si aliquis constituit procuratores

Papa resig. ad resignandum in favorem Titij retēta villa, iugationem stitia, & tali molendino, non aliter nec alias Papa. conditione confert non retēta iustitia, vel sub restrictione, si lem resipit, nō excedat median partē, an valeat talis resignatio: Breui resp. valere: nam hoc relinquitur bene- quādā reij placito Papæ, cui non placet hoc reservare, ergo pars non potest conqueri: quia contractus do, vt facias, nō ligat superiorem in beneficialibus. gl. & doct. in c. cūm inter, primo, de elect. Nam superior his conuentionibus nō ligatur, sed potest admitttere prout ei placet, teste Archid. in ca. 2. col. 2. de præb. in 6.

Nam in omni actū semper censetur excepta superioris autoritas. c. venientes, de iure iur. hoc expresse decidit Frātiscus Marc. in 2. parte decisio-ne Delph. q. 131. vbi in Parlamento Delphinali sic fuisset iudicatum afferit, & suprā in tracta. de resigna. conditio. dixi etiam sic fuisse in senatu Bur-degalen. iudicatum, & ibi, resp. obstant.

Sex menses prorogari possunt ad publicacionem faciem dam. Fallit si intra sex menses, hoc tēpus ad tres alios menses prorogatum fuerit: quod fieri solet in patria obedientiæ ex causa, vel ad lōgius tēpus. arg. c. quia diuersitatem, de cōcessione præb. l. i. ff. de iure deliber. in patria verò cōsuetudinaria vix obseruaretur, si resignans moretur in possessione post sex menses, & intra tempus prorogatum, nisi ex magna causa prorogatum esset tempus: nam cūm ista regula recepta sit, vt lex Regni, & sic publicata & registrata, & nō eius derogatio vlla, seu prorogatio: quia per istas prorogationes nunquā fieret publicatio. Et sic fraudarēt nominati, graduati, & mandatarij: & daretur via delinqüendi: Ideoque vix reciperetur in Francia. Sed hi sex menses, à quo tempore computentur audi.

A data supplicationis, & non à die præstiti consensu computando.

G L O S S A Q V I N T A .

Sex mēses publicacionis à quo tempore currit. **D**icit hic tex. à quo tempore computentur hi sex menses, nempe à die supplicationis, non à die consensu sicut in regula, de infirmis resignatibus dictum fuit: & hoc additum fuit per Paul. 3. ann. 1540. die 14. Aug. nūc quoque per Iulium Papam 3. approbatum, ad refecandum dubia super hoc contingentia. Nam per Dartarium solei apponi data in supplicatione, à quo tempore currit tempus istud. facit. l. tali. ff. de iure dotium. quamvis Gomes. afferat à tempore consensu computandum q. 7. vide Petr. Paris. disputantem in conf. 143. quod terminus, in 6. vol. & ista opinio iam dudum à senatu recepta est, & secundum eam iudicatum...

Si verò extra curiam facte sint.

G L O S S A S E X T A .

Collatio à quocunque facta extra curia debet intra mensim publicari. **A** quoque siue à legato, Archiepiscopo, vel alio quocunque: qā indefinita æquipollit vniuersali. l. si pluribꝫ, de leg. 2. ff. etiam si ab Abbatte, vel alio inferiore, Abbatissa vel quocunque alio, etiam si à

laico, qui ex speciali priuilegio conferat: de quo tradunt doct. in c. dilectus 3. de præb. facit. c. regēda, & cap. nouerint. 10. q. 1. & ideo collatio facta à legato extra curiam debet intra mensim publicari, vt hīc: quia cūm sit in partibus, hoc fieri facile poterit.

Intra mensim.

G L O S S A S E P T I M A .

S Ed quomodo computatur hic mensis? Resp. prout est in Calendario: vt si Calendas Ianuarij collatio facta fuerit extra curiam, & usque ad Calendas Februarij non fuerit publicata, & resignans decesserit, non valebit prouisio per resignationem facta, per istum textum. glos. in c. quam sit, de elect. in 6. scripti abunde in forma manda. Apost. in glos. post mensim: & hoc si mortuus fuerit resignans in possessione, secus si viuat: vt inferius dicetur.

Extunc.

G L O S S A O C T A V A .

H D est intra sex menses si in curia, vel infra mensim: si extra curia, hēc clausula in gratiæ rescripto posita gratiam magis efficacem reddit, teste Decio conf. 405. videbitur, in princip. glo. in clem. vna, de concessi. præb. vbi scripsi.

Vbi dicta beneficia consistunt.

G L O S S A N O N A .

E X hoc text. soluitur quæstio, in quo loco publicatio fieri debeat: & tex. respōdet, *Publicatio in quo loco beneficij faciendam esse, per feriabean.* hēc verba, vt videlicet, pūsio nota fiat ordinario collatori, quia aliás posset (vt ignarus resignationis, & prouisionis) alteri conferre: vnde materia litigandi, quæ plus satis pullulat, excresceret: cūm vt prouisio atque acceptatio notæ, manifestent alterum ius in ipso accepto beneficio habere. Roma. conf. 433. quo ad primū. Et vt sciat populus, atque cognoscat suum pastorem: quod maximè decet: vt habemus in Euāgeliō, *Oues meae cognoscunt me.*

Limitatur qñ non posset fieri eo loci, ut pote ob periculum belli, pestis, ob insidias inimicorum, vel aliud iustum periculum, per c. vbi. §. porr̄, de elect. in 6. & c. statuimus, de offi. deleg. ibidem, cl. vna, de foro compet. clem. vna, de concessi. præb. sic Rom. dicto consilio 433. quo ad primū: quia sufficit aliiquid fieri per æquipollens, quando sic non potuit impleri pro forma: vt plenē Albert. Brunus in tractat. de forma, & solemnita. actus, rub. de potentia & effectu formæ, limita. 33. scribit post Felin. in cap. cūm dilecta, colum. 18. num. 13. limita. 7. de rescript. Idem firmat Cassador. in dec. i. de do-lo, tamen debet publicare in alio loco, in quo scit parochianos illius beneficij resignati degere, *vel*

vel vbi fortè exercetur iurisdict. de Ripa in tract. de peste, in s. speciali pestis, in contractibus. Male-ret. in tract. elec^{tio}. fol. 80. col. 3. Gomes. hic. q. 13. quomodo verò siat hodie publicatio, dico infrā in glossa sequenti nu. 26.

^{Publicationis} Et nota tex. istum non dicere, publicationē es-
se faciendam intra ecclesiam, sed vbi beneficia
constitunt: & ita sufficit quod fiat extra ecclesiam,
in Cimiterio, vel in alio loco beneficij: vt cōcludit
Domini d. confil. 75. in caussa, in fine plenius Panor-
mita, in consil. 99. illud, colum. 2. in 2. vol. vbi dicit,
quod si parochiani clauerint ecclesiam, potest
capi possessio extra: & in ecclesia fieri dicitur,
quando ante eam fit. clem. caussam, in verb. in do-
mo, de elec^{tio}. debet tamen ibi fieri, quando popu-
lus adest, vel tempore mercatus, aut Missæ, vel
prædicationis: vt inferius dicetur.

Publicate.

GLOSSA DECIMA.

^{Publicationis}  Onstat quod paria sunt, non esse, vel
non apparere. l. in lege. ff. de cōtrah.
emptio. l. duo sunt, de test. tutel. pro-
cedere videamus etiā in libertatibus.
l. si pluribus. ff. de manumiss. testa, vnde cūm in-
terdum collationes siant secrētē in cameri, dicit
Hostiens. in summa, de concess. præb. ob id debēt
publicari: imò electiones clām factas annullat sum-
mus Pontifex. in cap. quia propter, in fi. de elec^{tio}.
& clandestinas collationes suspectas habet. c. vno,
vt ecclesiast. benefici.

2. Ideo vult ista regula collationes huiusmodi pu-
blicandas esse, scilicet, vt expectantes, nominati &
graduati sint certi, & ne deludātur, putantes affe-
ctum sibi esse beneficium, quod tamen erat resi-
gnatum: tum vt subditī sciat verum eorum præla-
tem, ac episcopi, quibus curam animarum com-
mittere, & rationem exigere, nec non iura episco-
palia percipere debent. c. conquerente. de offic.
ordinar. videāntque an sint idonei. c. ordinarij, de
offi. ordinarij. in 6. etiam si notorium esset possello-
rem resignasse, adhuc publicatio ista requiritur, vt
docet Gomes. hic.

^{Publicationis} 3. Publicatæ quando dicantur? Respon. quando
quando di- palam facta sunt. l. sed si pupillus. & proscribere. ff.
catur colla- de tributor. actio. palam autem fieri diuersimodè
tio. intelligitur secundum qualitatem beneficiorum:
vt si beneficia consistat in ecclesiis cathedralibus,
conuentualibus, seu collegiatis, si vult capere
talium possessionem, & publicare, debet habere
notarium, seu scribam illarum ecclesiarum, & ille
instrumentum possessionis cōscribere debet, qui
si recusat, alter notarius Regius, vel Apostolicus
adhibitis duobus testibus poterit instrumentum
huius missionis in possessionem conscribere: vt le-
ge Regia cauetur in titul. de reformatio. prouis.

^{Publicationis} artic. 13.

quomodo 4. Et si unus diceret se notarium ecclesiarum, cūm
fieri in ec- plures essent, valebit quidem receptio, & instru-
clesia ca- mentum, quamvis nō esset scriba: sed is, qui sic af-
federalibus ferit se esse, cūm re vera nō esset, pena falsi tene-
alent.

tur. l. eos. ff. de falsis.

5. Siverò agatur de adipiscenda possessione be- ^{Possessio be-}
neficij curati, tunc coram notario & testibus ca- ^{neficij cura}
pere possessionē quis debet, & sufficit: siue sit no- ^{ti quomodo}
tarius Regius, siue Apostolicus, postquam ibidem ^{possum appre}
nil dicitur. artic. 14. in lege Regia. ^{hendi.}

6. Quod adhuc diuerlin. odc fieri posse dicam⁹. Primò fieri potest actus huiusmodi possessionis in Missa solemnī, die dominico, aut festo, populōque denunciatur, qui diebus illis adesse debet. c. vt do-
minicis, de parochianis. gloss. in clem. prima, in
verb. eas, de sepulturis, & in clem. caussā, in verb.
solemnitatī, de elec^{tio}. & in clemen. vna, in verb.
ad diuina. de foro compet. & in clemen. caussam.
§. verum, in verb. solemniter. de elec^{tio}.

7. Secundò possessionem hanc solemnem agit Dicendo mis-
resignarius, facra faciendo, & dicendo Missam ^{sam parro-}
in illa ecclesia patrochiali sibi collata, vel ibi præ- ^{cb. ale fai}
dicando tanquam curatus: vt docet Paul. Paris. ^{dicuntur pu-}
conf. 39. an regula. in fine. in 4. vol. post Domi. Ge- ^{blicatio fie-}
mi. conf. 75. in caussa. col. 2. ^{ri.}

8. Tertiò si die mercatus, aut nundinarum is resi- ^{Die merca-}
gnatarius acceperit possessionem interdiu, nō no- ^{ius publica-}
ctu, & quando multitudo cōuenierat: nec aliās suf- ^{tio resigna-}
ficeret corā quatuor testibus accepisse possessio- ^{tions &}
nē, ad hoc vt intelligatur publicatio facta: nec di- ^{collationis}
citur publicē factū ob fraudes, quæ possent in hu- ^{fici.}
ijsmodi testibus contingere prohibendo illis ne
quicquam dicam: in l. in fraudem. ff. de his quib. vt
indig. gl. in c. i. de clandest. desponsa. Dec. in l. quo
tutela. §. clam. ff. de regulis iuris.

9. Quartò si fuerit publicata eo loci, quo ius red- ^{Vbi ius red-}
ditur, & hoc aut in platea communi, aut in auditio- ^{ditur, publi-}
rio caussarū proprio, in quo sita ecclesia: vel si pu- ^{catio fieri}
blicata fuit coram præside prouinciae, & in illo au- ^{potest.}
ditorio, in cuius territorio sita est illa ecclesia: vt d.
art. 14. de reforma. prouis. quia latere non potest,
quod sit in loco vicino. c. quosdam, & cap. sequen-
tia. de præsumpt.

10. Quintò poterit executor bullæ cōuocare mul- ^{Executor}
tos, coram quibus publicatio fiet, veluti audito- ^{bullæ publi-}
(quos marguilliers, siue operarios ecclesiarum vo- ^{catione qua}
cant) & parochianos in bullæ fulminatione: nam ^{modo face-}
iudicis intimatio legitima censemur. l. f. C. commu- ^{re debeat.}
nia, de legatis. quem allegat Romanus confilio 6.
quod dicta fulminatio: tamen in Francia fieri non
solet, sed possessio capi per presbyterum, vel clericum
seu notarium, qui mittit in possessionem.

11. Sed si fuerit facta fulminatio ad cautelā vale-
bit, nec nocere poterit: & hoc est tutius in resigna-
tione, licet in aliis non fiat.

12. Sextò publicatio fit, quando insinuatur, & no- ^{Publicationis}
tificatur collatio, & missio in possessionem patro- ^{fit si offendit}
ni, seu collatoribus, vel eorum vicariis, & dato ex ^{fur collatio}
illis exemplo signato manu notarij, vel secretarij ^{& missio in}
eorum, si velint: & de ista notificatione instrumen- ^{poss. si om̄e}
tum fieri debet, quod non tenetur ostendere, nec ^{collatori-}
eius exempli tradere prouisus collatoribus: quia ^{buss.}
hoc cautū non est: notarius tamen requisitus hoc
denegare non debet, dum soluat eisdem.

13. Et hæc publicato fieri debet siue tempore illius ^{Papa mor-}
Pontificis qui contulit, siue tempore successoris, si ^{tempore suorum}
fieri debet.

non fuerit ante facta: unde consuli contra aliquem, qui prouisionem obtinuerat per resignatio nem à Paulo tertio quo tamen mortuo intra sex menses postea bullam obtinuit à Julio 3. immediato successore, sed non accepit possessionem, nec publicauit illā intra sex mensēs: unde resignans mortuus est in possessione: dixi vacare per obitū: quia verba conueniunt regulæ: nempe resignatum est beneficiū, publicata non sicut resignatio, resignans in possessione mortuus est, igitur & dispositio locum habebit. l. 4. §. coties. ff. de damno infecto.

14. Nec mors Papæ tollit, quin prouisus capere debeat possessionem, publicare, quandoquidem hic non prohibetur: nec dubium est in hoc Regno Franciæ dictante lege Regia, quam supra adduxi. Sed poterit istam publicare prouisionē etiam post sex menses, ante tamē mortem resignantis: vt inferius dico: quicquid dicathic Gomes. q. 6.

*Rome an
publicatio
fieri possit.*

15. Sed instat adhuc Gomes, quærens vbi nam facienda sit huiusmodi publicatio, dicens quosdam dixisse, sufficere dum fiat corā notario & testibus si in curia fuerit resignans: alij dicunt in Cancelleria, vel in camera Apostolica, vel in audiencia contradictionis quando frequēs adest populus: vt Caffad. dec. 22. super hac reg. Ipse verò dicit in dignitatibus, & ecclesiis parochialibus faciendam esse publicationē in loco beneficij, in simplicibus verò posse fieri in audiencia Contradictrorum Romæ. .

16. Ego verò putarem simpliciter publicationem esse facienda in loco beneficij, vt dictum statim fuit, siue sit dignitas, seu curatum, siue simplex beneficium, intelligendo velut suprà dixi in ecclesiis cathedralibus, & collegiatis, ac conuentualibus: si hoc sit in ecclesia præcente scriba, seu notario ecclesiæ & interdiu: verū in parochiali, quod publicetur in ecclesia in prædicatione, in mercatu, vel alias: vt suprà dixi: & idem in beneficio simplici, vt teneatur quis publicare quemadmodum dixi, vel intimare vicario, seu episcopo, tradendo eidei exemplum: nam valde laboriosum & difficile esset ire Romam ad publicandum collationem factam.

17. Nec satisfactum esset rationibus regulæ, quæ sunt, vt ordinarij collatores sciant, quinā teneant beneficia, & possideāt in suo episcopatu, & an sint idonei necne, quippe eorum interesse vertitur. c. ordinarij, de offic. ordinarij. in 6. & §. inquirant, de collat. in Concordia, & pragma.

18. Nam ex ista publicatione Romæ facta nō tolētur intrusionses: nec per hāc ordinarij poterunt scire vacationem, aut collationem: expectantes quōque non certiorabuntur, nec nominati, aut graduati, nec mandatarij Apostolici. Adhac quia text. dicit publicationem faciendam in loco beneficij quando fieret Romæ non esset in loco beneficij: igitur non putarem valere Romæ factam, nisi in beneficiis vrbis, non in aliis.

*Possesso co
rrespondi
capienda.*

19. Aliter parum seruiet hæc regula, volens reservationem publicari: nā de iure testes debent intercessione in adoptione possessionis, sicut in aliis actibus, alijs actus non posset probari. ca. 2. & c. licet. de testibus. Ergo hæc regula requiriēs publicatione-

nem, aliquid addit iuri communi: Et quōd non dicitur publicatio corā duobus aut tribus testibus consuliuit Panor. conf. 99. Saluatoris. & ca. illud. in primo vol. & Dom. d. conf. 75. in caussa. col. 2 hoc approbat Dom. Arnold. Ferron. in commentariis ad consuetud. Burdegal. §. fi. de subasta.

20. Si verò beneficium cōsistat in ecclesia cathedrali, collegiata, vel conuentuali, possessio capi solet in principio Missæ maioris, vel in fine, aut in vesperis, & vt suprà dictum fuit: & bonū esset istā possessionem sic captam registrari, & inscribi in libro ecclesiæ, apud quam possessio capit, & per curatum in suo libro: imo satis dicitur publicata resignatio, si quis adeptus sit possessionē, qua vratatur, & se notoriè gerat pro curato, vel beneficiato: nam per æquipollens adimpletur mens regulæ: vt tenet Gomes. q. 11.

21. Quod tamen sufficere non putarem in Francia: quia nos legē habemus, de qua suprà scripti, quam nostrates Galli seruare tenentur, alias possessionem amitterent, non autem plenū ius, quod fortè possunt habere in beneficio: siquidē lex ciuilis priuare non potest eo iure, quod dare nullum ei licuit. l. 3. ff. de re iudic. doct. in c. ecclesia sanctæ mariaæ, de constit.

22. Notandum est etiam, quod Papa moreretur. *Bulla papa* antequam bullę potuerint expediri: & postea per longum tempus vacaret sedes, & resignans moritur in possessione: quia sine bullis resignatarius nō audet recipere fructus, tunc non vacaret per obitum resignantis: quippe non stat per ipsum resgnatarium, ergo illi non est imputandum. reg. in iure ciuilis. ff. de reg. iuris. Auriol. in additio. ad montem Lauduno in c. penul. de elect. in 6.

23. Imo dicit Petri de Vbal. in tract. de success. ab intest. in 2. parte. col. 17. quod si Papa moriatur ante sex menses, expirat regula: ergo non tenebitur quis eam seruare: sed ego puto cum ista sit de registratis in curiis parlamentorum Regni, non extingui per mortem Papæ, cum vt dixi, facta sit lex regni. Fuit autem regestrata in hoc Senatu anno 1492. die 27. Augusti, & secundum eam multoties iudicatum: vt patet in præfa. ad rub. de colla. in Concor. vbi scripti: unde si postea obtinere possit bullas, tenebitur hanc seruare regulam.

*Vel possessio illorum ab eis, quos id contingit,
petita existerit.*

G L O S S A V N D E C I M A.

Ic secundum registrum curiæ Romanae *Publicatio* est alterna tia, ad veritatem cuius sufficit alteram partem esse verā. l. si hæredi *& possesso* sex mē plures. ff. de condit. institu. l. si is qui. §. *se ante mor* tis resignā *tis fieri p*rof.

Sed in regestris curiæ Parisiens. est hic continetia, id est quod requiritur publicationē esse factā, & possessionē captam, alias vacat per obitum: verū tamen in forensi iudicio seruatur, quod quandoquā resignatio fuerit publicata, & possessio accepta per resignatarium, sufficit: quamvis tempus hic præstipitatur: quia hoc non seruatur in praxi, dummo

dummodo quis capiat possessionem & publicationem, vt supra dictum est faciat ante resignantis mortem per tres aut quatuor dies: vt in l. filia. ff. soluto matrimonio. vt inferius dicetur.

Si resignantes ista postmodum in eorumdem resignato' um.

G L O S S A D V O D E C I M A.

Ista dictio postmodum, interpretatur vsque ad mortem, videlicet si resignantes post sex menses decesserint in possessione beneficiorum, quae resignauerunt in curia beneficia vacabunt per obitum & non per resignationem, etiam si Papa mortuus fuerit post sex menses: vel collator alius post mensem: impunitandū enim est resignatario, cur intra sex menses non obtinuit bullas, & nō publicauit suam prouisionem: vnde cùm per eū sit, sibi venit imputandum reg. in iure. ff. de reg. iur. vnde cautela eset in hoc casu, quando mortuo Papa quis nō potest obtainere literas, vt iterum resignetur coram ordinario, qui conferet isti resignatario non valenti obtine qui non nere bullas, & ex collatione ordinarij accipiet possit bull. possessionem, & sic resignans non morietur in possessione: & ista secunda resignatio in hoc valabit, vt resignans cedat suā possessioni.

Et per istum tex. pater, à contrario sumendo argumentum, quod si resignans moriatur intra messem, vel ante lex menses, in possessione beneficij non vacabit per obitum, sed per resignationem: quia hīc dicit postmodum, quamvis Auriolus tenuerit contrarium in cap. eam te, num. 267. de re script. nam quod in uno prohibetur, in alio permititur. cap. fi. de filiis presbyt. l. cùm prætor. ff. de iudic. nec iste tex. statuisset tempus, si antea voluerit regulam locum habere: quod tanquam omnibus notum, non diutius insistam comprobare.

Possessione.

G L O S S A D E C I M A T E R T I A.

Possidere i
aliquid est,
quam in
possessione
est.

Aliud est possidere, aliud ī possessione esse. l. si quisante. ff. de acqui. posses sio. nā colonus dicitur esse ī possessione, licet non possideat: & qui mituntur ī possessionem causa rei seruandæ, dicuntur quoque esse ī possessione, licet nō possideat. per l. 3. §. creditores. ff. vt possidetis, & l. cùm legati. quibus ex caus. ī poss. eatur. Dec. in c. consultationibus, colu. 2. de offic. deleg. vnde per hoc verbū, si resignas post resignationē semper receperit fructus & alios actus sicut verus curatus fecerit, & sic moriatur, dicetur in possessione mori: & beneficium vacabit per obitum, etiam secundū quodam, si resignans tanquam conductor diceret se fructus recipere (nisi de locatione cōstaret) adhuc enim in possessione esse dicitur.

2 Alias fieret huic regulæ fraus, nec publicaretur resignatio: nā resignarius permitteret resignatem vt fructibus beneficij, locando sic verbo fructus beneficij: quamobrē obuiat hæc regula fraudibus istis, disponens hoc casu vacare per obitū:

sic consuluit Corneus cons. 137. licet multas. in 3. vol. alioqui verus rector ignoraretur, vel sic duo essent uno instanti curati, & rectores beneficij, contra text. in c. cùm non ignorent, de præb.

3 Et quia non est petita possessio, nec publicata, cùm ipse resignans semper fuerit in possessione, ob id si in ea moriatur, erit locus huic regulæ. per tex. in l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pignus vel hypot. soluitur.

4 Quod verum esse putarem, si sciente & consentiente resignatario resignans iste fecerit aliquos actus tanquam curatus, quos non potuisset resignans vt conductor, aut vicarius facere, & hoc debet maximè considerari.

5 Imò resignans, qui post resignationē, quam scit expeditam remanet in detentione beneficij, & capit fructus, nō est in conscientia tutus: nec ille in cuius favorē resignauit, si permittat, teste P. uincial. fol. 33. vers. consultus, &c. quia resignas per resignationem amisit ius percipiendi fructus: cùm amiserit beneficium & possessionem illius c. post translationem. §. rursus. de renūc. c. inter. de præb. & sic est male fidei possessor, qui fructus non facit suos. l. bona fidei. ff. de acquir. rer. domi. gl. in cap. grauis. de resti. spoliator.

6 Is etiam cui fuit resignatum peccat, permittendo resignantē vt beneficio, cùm non sit pastor: & verus pastor dimittit oues mercenario, qui nō seruit, vt verus pastor, vel prout tenetur, publice que interest eum, qui ius habet in beneficio possidere illud: eum verò qui non habet ius, eici, arg. c. cum nobis, de elect. c. cōstitutus, & c. oblatæ, de appell. Tum proper hospitalitatem, quam exerceret verus curatus, vt tenetur, non verò mercenarius. ca. de monachis, de præb. Tum vt oues pastorē suum agnoscant, velut est in Euangel.

7 Quod verum existimat, quando resignans clam fructus acciperet, vel tanquam curatus, tunc enim peccaret, secus si tanquam conductor: quia tunc resignarius donare videtur, & potest: & dum hoc fiat sine conventione, alias eset simonia nisi Papæ autoritas interuenisset. cap. cùm primidem, de pactis. c. quam pio, prima questione secunda, nec inuenio prohibitam donationē inter eos: sed hoc casu vacabit beneficium per obitū, vt dixi, & fuit prolatum Arestum contra eum, pro quo resignatio fuerat admissa: sed ipse nō receperat possessionem in vita resignantis, qui vocabatur Martinus Gaubard, pro Gilberto de Columbe, die 13. Augusti, anno 1540. idē quoque Arestum fuit latum & pronūciatum 7. Septemb. 1526. inter magistros Nicolaum Pondene, & Falconem de Cussi, ratione præbendæ ecclesiæ Annicien.

8 Item quando resignarius possessionē recepit, & eā publicauit: sed tamen resignans est semper in possessione, dico vacare per obitum: quia non dicitur accepisse possessionem, nisi duret: nā verum non dicitur, quod non durat verum. l. si grās in pos. pro patre. §. verum. ff. de in rē verso. plenē Hipp. in l. qui fallam. nu. 51. cū seq. ff. ad leg. Cornel. de fall. tex. & ibi gl. in c. 3. de verb. sig.

9 Vbi nō videatur fuisse, quod postea nō durauit,

sic

Per obitum
vacat bene
ficium pos
t publicatione
resignatione
natur.

sic nec possessio capta, quæ nō durauit. l.2. §. fi. q.b.
ex cauſ. in poſl. eatur. tacit quod dicunt doct. in
cle. fi. in princip. de vita & honest. cleric. de eo qui
momento fert vesteſ bipartitas, vt puniri non de-
beat poena illius text. alias fieret fraſus huic regu-
lae: nam resignatarius caperet poſſeſſionem, & po-
ſteā eam relinqueret ſuo resignanti, qui ſempre
remaneret in poſſeſſione, quod damañat iſte text.

*Poſſeſſio ac-
cepta die
moriſſus reſi-
gnanſis nō
valeſt.*

10 Quid si resignatarius ipo die mortis resigna-
tis beneficij poſſeſſionem acceperit, an valeat?
Reſp. non, niſi resignatarius probet te quoque an-
te mortem accepiſſe poſſeſſionem. l. filia. ff. ſolu-
matri. no. per Bart. in l. non ſolūn. §. ſed ut probari.
ff. de operis noui nunc. Felin. & Dec. in c. in pra-
fentia. not. 12. de proba. & ca. auditio. de p̄fcript.
Soc. conf. 67. np. 7. in 3. vol. quia pro mortuo habe-
tur, qui de proximo eſt moritorus. d. l. filia. & l.
huic ſcripturæ ad leg. Aquil. & pro cinclo, qui de
proximo cingēdus eſt l. pen. ff. de teſta. mil. & ple-
ne Hipp. in reper. l. vnic. nu. 70. cum ſeq. C. de ra-
ptor. Anchar. confil. 430. fuſſet, in fin. Barba. in ca.
in praſentia. nu. 38 de probatio.

11 Vidi reprobatam reſignationem, & publicatio-
nem factam die mortis: quamuis probarum fuſſet
ante mortem factam, in magno regis conſilio.

*Limi-
tatio-
nes ad hāc
regulaem.*

12 Primò fallit hāc regula in beneficis coſiſto-
rialibus, quæ cū in coniſtorio reſignētur, & ipoſ-
rum reſignatio ibidem recipiatur, latiſ dicitur pu-
blicari. arg. l. oſſium. C. de teſtam. Gomes. q. 5. ſed
cum nō ſufficiat publicatio ſola, ſed poſſeſſionem
quoque adeptam eſſe requiratur, dicēdum vide-
tur, quod in hiſ etiā locum habeat: nec enim ſuf-
ſicit iſta publicatio facta Romæ: cū hāc regula
dicat publicationem eſſe faciendam, vbi benefi-
cia coſiſtunt, & ſic non Romæ vt ſuperiū dixi.

13 Secundò non procedit in beneficis tempora-
libus, vt pote in feudiſ: vt dictum fuit in gl. 1. ſuprā.

14 Tertiò limitatur, quando vacaret alio modo,
quām per reſignationem: vt ſcripsi ſuprā in gl. 3.

15 Quartò derogatur huic regulae, quando tem-
pus ſex mēſium fuerat à Papa prorogatum: vt in
gl. 4. abundē tradiſum fuit.

16 Quintò ſi Papa mortuus fuſſet, antequām bul-
la potuiffent expediſſi intra ſex mēſes: vt ſuprā
dictum fuit, in gl. 10. publicata.

17 Sexto non procedit, quando cauſa poſſeſſio-
nis eſſet mutata, vt pote iſi hiſ reſignans tanquam
curatus eſſet in poſſeſſione, demum resignatarius
poſt adepta poſſeſſionē, & publicationē iſi loca-
ret, & iſi reſignas in poſſeſſione tanquam cōductor
moreretur: non vacaret beneficiū per obitū, quia
publicata fuſſit reſignatio, & poſſeſſio apprehenſa:
vnde non procedit hāc regula, ſicut videm⁹ in eo
qui retinet vſum fructum. l. quifquis. C. de donat. l.
ſi iſi pro emptore, in prin. & ibi doct. ff. de vſu-
capio. Boer. in §. 1. tit. de donatio. in conſuet. Bitur.

*Deroga-
tio
ad regula
en recipie-
tur.*

18 Septimò ſi derogatum ſit expreſſe huic regule
ad regula à Papa, quia tunc habetur ac iſi nuſquā fuſſet edi-
ta: tamen in hoc regno foret hoc periculōſum,
quandoquidem recepta eſt, & registrata in parla-
mentis, & ſic effecta ius Gallorum, ob id vix iſta
derogatio recipieſſet,

19 Nam iſi ius ciuile receptum ſit, & canonizatum,
aut in iure canonico deſcriptum, licet tollatur ius
ciuile, non tamen tolletur illud, quod eſt canoniz-
atum, per gl. in l. vna. C. de colla. dona. libr. 10. Pe-
trus Gerard. ſing. 28. ſcripsi in traſt. nomina. q. 5. n.
17. maximè cū hodie extet lex Regia, de refor-
prouifio. in conſt. reg. & quia poſſet præbere ma-
teriam delinquendi: quod reprobatur in l. conge-
niſe. ff. de paciſ. dotal.

20 Octauo non procedit, quādo resignatarius de
nouo impetrasset etiā nulliter, quia non vacabat
ante obitū: tamē iſta noua prouifio ſupplēt omnes
diligentias, & æquipollit publicationem: cum quod
noua prouifio fit coram Papa, ergo coram omnibus
l. omnīu. vbi Iaf. & alij. C. de teſt. Gomes. q. 11.

21 Contrariū teneo ratione fraudis vitanda, nam
resignatarij ſemper ita poſſet impetrare de nouo:
& illa impetratio nulla eſt, quia beneficium non
vacat ante obitū, & eſt ſubreptitia: niſi fiat mentio
primā reſignationis, & prouifionis, nec obſtat q̄
fiat corā Papa ergo publicata: hoc eſt falſum, quia
iſta regula, in reſignatione facta coram Papa re-
quirit publicationem, vbi beneficia coſiſtunt, mul-
ti fortiū in noua prouifione poſteā facta: alioqui
ſemper fieret frauſus regulae, & nunquā eſſet illi lo-
cū, vt ſcripsi in traſt. de pacific. poſſeſſor.

22 Niſi poſt obitū impetraretur, tunc enim iſi
valeret ſicut alteri facta prouifio, quia non eſt co-
traria iſi regulae.

23 Item vult dicere Gomes. h̄c, q. ſufficit ſi publi-
catione ſiat intra ſex mēſes, & poſſeſſio petita ſit an-
te mortem, q. 8. ego verò puto per iſtum textū, re-
quiri publicationem, & poſſeſſionem fieri intra
ſex mēſes, ſi reſignans eo tempore moriatur.

Si verò reſignans non moriatur intra ſex mēſes,
nec intra annum, ſufficiet reſignatario capere poſſeſſionem, & eam publicare ante reſignantis mor-
tem: nec iſta duo diuerſo iure cenſeri debet: & ita
ſeruatur in Francia. [Sed hoc debet facere intra
trienniū, vt docet Boer. in decif. Burdeg. q. 312. ſed
intra. Quod eſt verum, ſi tertius poſſideret benefi-
cium ex colorato titulo: fecus in reſignante, qui li-
cerper decē annos poſſederit, quia ſine titulo eſt,
non iuuabitur decreto de pacific. poſſeſſor. vt ſcri-
psi in meo traſtatu. Ideo reſignatarius vñete reſi-
gnante, & poſſidente beneficium, poſterit poſſeſſionem
ante mortem accipere: quia ius eius non eſt immutatum, nec alij acquiſitū. l. nec vtilem. ff.
ex quib. cauſ. maior.]

24 Sed h̄c ſtaruit ſex mēſes, quando vacauit in
curia, eō quod ſi poſteā reſignas moriatur, reſigna-
tarius eſt in culpa, cur non accepit poſſeſſionem, &
non publicauit reſignationem, ideo vacabit per
obitū: & hoc probat text. requirens reſignantē
in poſſeſſione decedere, & ſic iſta tria, vt declarat
text. ibi, poſtmodi, &c. & ſuperiū in principio
huius regulae dictum fuit.

25 Nonō limitant alij, quādo quis reſignaſſet ius,
quod haber: Nam hic text. loquitur de reſignante
beneficium. Contrariū tamen ſuprā tenui in gl. 4.

26 Decimò non procedit, quando obſtanſe im-
pedimento non fuſſit adepta poſſeſſionem, nec facta pu-
blicatio:

*Noua pro-
pofitio poſſi-
ſionis
sex mēſes
an vñate.*

*Publi-
catione
& poſſeſſio
ante mor-
tem
ſufficiet.*

*Impedi-
mentum an ex-
cenſet à pu-
blicatio.*

blicatio: vt suprà dictū fuit in gl.9. Aduerte tamen, si possit dici impedimentum circa locum excusa-re: vt si in uno loco fieri publicatio nō possit, quod in alio valeat: sed impedimentum circa rem non, id est si nō fuerit facta publicatio, ut pote quia erat minor, vel ignorabat hanc prouisionem, & collationem: certe adhuc vacabit per obitum, etate vel ignorantia non obstante, nec impedimento, si illud aliquo modo vitiare potuit, per istum textum qui lo-quitur in rem, videlicet collationes quæque, & quævis aliæ dispositiones, de illis tanquam per re-signationem vacantibus factæ, nullius sunt robotti vel momenti: alioqui posset quilibet allegare ignorantiam, vel impedimentum, & sic vitiare regu-lam, & fraudem adhibere, adē quod nūquām resignatio publicaretur: ideo his fraudibus iura obuiant, tam ciuilia quam canonica, l. in fundo. ff. de rei vendica. c. sedes. de rescript. & imputadum est huic, quare non paruit legi, inquit quoniam potuit: vt docet Imperator. ff. de appell. sic cōsuluit Petrus Paris. cōs. 143. quod terminus. col. 1. & sequen. in 4. vol. & sic iudicauit magnum Regis cōsilium anno 1543. die 2. Ianuarij, pro Francisco Matthæo, contra Nicolaum de Berri. putarem tamen, quod si pars aduersa impedit publicationem, quod non vacaret per obitum, quia dolus non debet alicui prodesse. cap. sedes. & seq. de rescript. sed pro facta haberetur. l. in omnibus causis, & l. in iure ciuili. ff. de reg. iuris.

Annotum.

Morte resi-

naturay va-

ar verbi-

eficiunt.

cunque remaneat resignans in possessione, postea non acquirit ius aliquod, nisi resignatarius declarauerit se non acceptasse: quia in dubio præsumi-tur acceptare id quod in utilitatem suam factum est. c. constitutis. i. de testibus.]

Si resignas
retinet bull
las, an va-
cei fer obi-
tum.

29 Duodecimò quando resignans retineret bul-las, & resignatarius nescit sibi factam esse collatio-nem, tunc non vacabit per mortem, etiam si per decennium retineret bullas: tum quod ignoranti non currit tempus: tum etiam quod ratio huius tex. cessat. Dom. & Perus. in c. commissa. per illum text. in vers. annus. de elect. in 6. nec potest ignoranti fraus adscribi.

30 Veruntamen quia fieret fraus regulæ: nam sic resignantes consanguinei semper retineret bullas ob id dicerem adhuc istam regulā habere locum in odium resignantis, qui non publicauit resigna-tionem, & legem non est secutus: & vt omni fraus consanguineorum celset.

Retinet pos-
sessionis rei
à Papa fa-
ta deroga-
tionis regu-
le.

31 Decimotertiò non procedit, si quis resignasset retento sibi stallo in choro, & loco in capitulo, & sic moriatur in illa possessione: nam cum resigna-tarius sit in possessione illius dignitatis, non cen-setur resignans mori in possessione, nisi in posses-sione loci & stalli in choro, quæ non extinguitur cum persona, sicut canonicatus ad effectum. cap. dilectio. de præb. & superius scripsi, quod Papa in hoc videtur derogare isti text. retinendo, quod ipse sit in possessione talis rei.

32 Item si Abbas vel alius resignauerit suam ab-batiā, & retrineret sibi regimen & administrationem ipsius monasterij, si resignans sic in vita vtratur, & nouus Abbas post eius mortem veniat, valebit prima prouisio: nec dicitur mortu⁹ in pos-sessione, postquam sibi illud retinuit, verum quo ad hoc isti regulæ derogatum, & dispensatum es-se censemur.

33 Decimoquartò non habet locum si resignans constitutus se possidere beneficium nomine resigna-tarij gl. in ista regula. vide Do. de Rota. dec. 150. li-cet amicus in no. & Boer. in §. 1. in additio. de do-na. in consuetud. Bitur. facit ea, cum venissent. de restit. spoliator. scripsi in praef. ad tractat. de mater. possessor. in tertio tomo ordinatio. regiarum: requiritur tamen etiam hoc casu publicatio, alias regula locum haberet. Limitationes alias, benevo-le lector, hic addere poteris, si quas ex tuo poteris inuenire ingenio, maximè illam, quod non habeat locum in unione, quæ etiam inuita parte fit, & ipse possessor erit, & ius habebit quamdiu viuet, clem. finali. de rebus ecclesiæ non alienandis. & quia etiam hoc solet resignanti retineri, & quamuis non retrineretur cum iustum habeat causam, di-cerem non habere locum hanc regulam.

Desserit.

GLOSSA DECIMA QVARTA.

Tis non habet locum, si resignans post sex menses educat vxorem: quia licet ha-bens malam vxore sepultus esse vide-a-tur, tamen beneficium nō cēlebitur va-care per matrimonium quo ad resignantium, etiam si is,

Obitus non
cōnvenit ma-
trimoniū cō-
tractum in
moriens ci-
udem.

Si, qui contraxit illud, fuerit in possessione beneficii quoque vxorem habuerit, quia non dicitur verè decedere, per hoc verbum, & obitum, quod separationē animā à corpore denotat. I. si decesserit, ff. qui satisfida cogatur, nec dicitur obiisse mortem: līcet beneficia, quā non resignavit, dicantur per contractū matrimonij vacare: vt plenē scripsi in §. monasteriis, de nominat. Reg. in gl. vacare, in concor. nec habebit locum in morte ciuilis, cum hoc verbum obitus, in ea non verificetur: vt doct. scribunt in c. suscepturn. de rescript. in 6. & in I. Gallus. §. & quid si tārum. ff. de liberis & posthumis. scripsi in regulā de infirmis resignantibus superius.

Non per resignationem, sed per obitum huiusmodi vacare censeantur.

GLOSSA DECIMA QUINTA.

Fingitur vacare per obitum, licet verè vacare per resignationem.
Refectionem intelligas quę non recipiēt probationem in contrarium, per gl. in I. conficiuntur. ff. de iure codicil. quā sequitur Barb. in repe. I. cū acutissimi, col. 3. C. de fidēicom. & Feli. in c. quanto. col. 2. de prælump. vel per præsumptionem iuris & de iure, quā etiam non recipiēt probationem in contrarium, c. penulti. de sponsal. & sic non admitteretur volēs probare, quōd vacavit per resignationē: quia ista fictio vel præsumptio pro veritate habetur, & quo ad iuris effectum. Et tantum in casu fictio operatur, quantum veritas in casu verò. Bar. in I. §. hoc autem Senatusconsulto. ff. ad Senatusconsult. Sillanias. firmat Caffad. in dec. super regul. Cancell. rub. de vniōnibus. decis. 2. Ratio huius regula est, quia possessor censetur dominus, per I. f. C. de rei vendica. I. 2. de proba. & suprā dixi in glo. i. alias rationes, & verbum censeantur, denotat regulariter fictionem: vt scripsi in I. si is qui pro emptore, post Bartol. & alios ff. de vñucatio.

Collationes quoque, & quævis alia dispositiones de illis tanquam per resignationem vacantibus factæ.

GLOSSA DECIMASEXTA.

Collatio cō-tinet hic cō-mendam.
Tellige quōd collationes, institutio-nes, & alia prouisiones sic factæ per re-signationem annullantur per hoc ver-bum, & quævis alia dispositiones, quæ verba comprehendunt omnem prouisionem, sive Papæ, sive alterius: vt scripsi in §. præfatiq; ordinarij. in verb. dispositiones, de colla. in Concordia. Et sic comprehenditur hic commenda: vt si forte datum fuerit in commēdam per resignationem aliquius: vt suprā dictum fuit: & collatio capitur etiā pro commenda: vt scripsi in §. statuimus. 2. de colla. in Concordia. Et sic collationes factæ per re-signationem illius, qui mortuus est in possessione, nullæ sunt, & quæcumque inde sequita fuerint.

Et secundum istam regulam fuit sēpius iudica-tum, videlicet pro magistro Hugone Rogier, cō-trā Guilielmum Carton, qui per resignationem obtinuerat beneficium à Papa, sed non acceperat

possessionem vivente resignante, ob id reiectus fuit anno 1505. die 23. Decembris. idem cēsūt Se-natus inter Martinum de Rogis, & episcopum Ebroicen. anno 1526. die 7. Septembris, inter Ni-colaum Prudhom, & Falconem de Cussi: & su-perius alia adduxi Senatus consulta ad hoc, vt ap-pearet istam regulam esse in viridi obseruantia in hoc regno.

Et sic constat per hanc regulam, quōd collatio per resignationem facta est nulla, & sic non est colorata: vnde si is cum ista collatione nulla possede-rit per triēnum, non iuuabitur decreto, de pacif. pos. quod tenetur habentem coloratum titulum, quem iste non habet, vt pote quia est resolutus re-signante mortuo in possessione: ob id ista collatio facta resignatario nullius est momenti: vt scripsi in tract. de pacifi. possess. limita. prima. nu. 159. etiam probatur per verbum sequens, & inde sequita. & quamvis primō dum fuit facta collatio, fuisse coloratus titulus, posteā tamen per mortem nullus factus fuit,

Et inde sequita.

GLOSSA DECIMASEPTIMA.

Recesse possessio accepta per resignatariū. T sic possessio accepta per resignatariū. Possessio si sine publicatione non valet, nec potest manuteneri in possessione, in qua resi-gnans mortuus fuerit ante publicationem resignationem: cūm hīc annulletur & titulus, & alia inde sequuta: vt pote si resignatarius iterū alij resignauerit, & posteā primus resignans in posses-sione moriatur, tunc resoluetur ius tam primi resi-gnatarij, quam secundi, per I. lex vēctigali. ff. de pi-gnor. & in'crius dicam. Notandum est tamen, quōd si resignatarij moriatur in mēse deputato graduatis, debetur beneficium graduato, per Concordata, quia verè vacavit beneficium per obitum resi-gnatarij: ideo amplius non resoluetur per mortē resi-gnantis, qui iam exutus est omni iure & posses-sione: & sumus extra casu regula: quia graduatus ex suo iure venit, resignatarius primus vel secundus exiure resignantis, ideo ius illorum resoluitur, sed non hoc casu: & quia fraus potest fieri cum resi-gnante & resignatario, sed cū resignante & nomi-nato minime: quia nominatus non recognoscit resi-gnationem: ideo sumus extra regulam, quā nō ha-bebit locū in hoc casu: nec tenebitur hic graduatus habens collationem per mortem resignatarij publicare, nec obest verbum & inde secura sunt nulla, quia si resignationes fiant à resignatario, ille sequitur: sed mors resignatarij non sequitur resi-gnationē, sed facto venit, nec est ex facto resi-gnationis; sed est extranea à resig-natione, ideo tan-quam extranea nō consideratur: arg. I. continuus. ff. de verb. obliga. nec iste resignans amplius testa-bitur de illo beneficio, de quo est iam prouisus.

Tamen nec ex clausul. quoquis modo, posset dice-re collatum sibi esse beneficium per obitum: si qui dem ista regula compredendit tantum vacationē tempore datæ contingentem, & non futuram: nisi sit in rescripto si neutri, vel si nulli. c. suscepturn. de rescript. in 6. Gomes. quāst. 16. & superius scripsi in regula, de

regula, de infirmis resignantibus, & in hoc rescripto si neutri. quomodo intelligatur.

Nullius fint roboris, vel momenti.

GLOSSA DECIMA OCTAVA.

Notificatio
in actu fa-
cienda est
de forma.

Imperatio
beneficii re-
signatio ma-
nus in pos-
sessione non
potest ante
obitum fieri.

Secondo re
signataria
an debet
tur vel per
mortem.

Resignans
item criminis
stel-
lionatus te-
netur.

Resignans
factus reci-

DAtet, quod quando iura requirunt publicationē & notificationem aliqui actus fieri tunc data est à iure forma, quae si non seruetur, actus non valet, cl. causam, in fine de elect. ob id annullatur collationes non ita publicatae.

2 Item non valeret imperatio interim facta de illo beneficio, licet postea resignans moreretur in possessione, tum quia non adhuc vacat: tum etiam quia beneficium, quod poterit vacare, nō potest possit ante interim conferri. c. commissa, de elect. in 6. c. si tibi, de præb. eodem lib. Ægid. Bellamera. dec. 752. Supposito: si tamen hic resignatarius adeptus fuerit aliud beneficium incompatibile, vacabit hoc primum per c. de multa. quia collatio interim valet, sed resolutur postea per obitum: ideo dicerē teneri promoueri, per cap. licet tamen, de elect. vt alibi dicam.

3 Quæro aliquis constituit procuratores ad resignandum coram Papa suum beneficium, q. pro curator resignauit, & is, cui facta est prouisio, non accepit possessionem intra sex menses, nec alio tempore: demum resignas iterum resignat, in vim cuius secundæ resignationis, collatum est beneficium secundo: & is adeptus est possessionem, postea moritur resignans beneficium intra sex menses, vel ultra, confertur per mortem. Quæritur cui debeatur? Et videtur, quod illi cui est collatum post mortem per istam reg. Cancella. 34. quæ vult beneficium censeri vacare per mortem.

4 Item per primam resignationem beneficium amiserat resignans. c. in præsentia, de renunc. etiā quo ad possessionem glo. assignari, in cap. inter. de præb. nam renunciatio beneficij inducit quoque resignationem possessionis, quæ animo perditur. Innocen. in c. super hoc, de renuncia. Panormit. & Imol. in c. sollicitè, de restit. spoliator. Calder. conf. 4. rub. de renuncia. ergo non poterat iterum resignare: alioqui daretur materia calumniandi, & sic faciendo plures resignations: quod non est permittendum.

5 Item ille, qui secundo resignat, nihil agit, quin imò stellionatus criminis venit puniendus, per gl. fin. in c. nulli, de rebus eccl. non alienand. vt dicit Berber. invicator. iuris, rubr. de crimine stellionatus in fin.

6 Alias dolus resignantis prodesset illi secundo resignatario: & quando secunda resignatio valeret, possit resignans semper fraudare primū, quod nequam est dicendum: imò illa simulatio, & varatio est in clericis maximè prohibita, cle. vna de renuncia.

7 Vnde si is qui resignauit, remaneat in possessione post in de facto post resignationem, tenebitur ad retumata sibi stituendum fructus, quos percepit à die sibi intiprouisitionē matæ bullæ resignationis, seu collationis: q. a prius tenuerit ad bonam fidem habere poterat, si superior noluissest #admittere, de Rot. decisi. 158. licet reus, in nouis.

8 Item si beneficium conferatur vni, & postea alij, & isti secundo traditur possessio. nihilominus *primus pro* *nisi prefer* *tur secundo* *etiam si se* *cundus pos* *fideret.*

9 Nec refragatur, quod secunda collatio, primæ

debet præferri. c. illud, & c. suggestum, de iure patro. Resp. horum. tex. rationem esse separatam, videlicet, quia illuc prima non fuit iure facta, sed in isto casu secus, & non minus censemur iure facta, licet primus resignans non adipiscatur possessionem in vita resignatis, quia hoc potuit facere semper: quod si non fecerit, vacavit per obitum.

10 Et in dubio præsumitur renunciatio iure facta. c. Gonsaldus. 17. q. 2. & is qui dicit eam non legitimam hoc debet probare. cap. cum dilectus, de successe ab intesta.

14 Ideoq; si pater non prouiderit, non succedent hi legitimati consanguineis etiam existentibus, quia non sunt ad hoc legitimati facti, nisi vt succedant ex voluntate legitimatis: de qua voluntate non appetat, qñ disponuit, ergo illi non succedent. arg. l. cūm prætor. ff. de iud. c. nōnne. de præsum- ptio. nam legitimari potest filius ealege, vt nō suc- cedat teste Francil. Clement. sing. 16. parte, &c. sed si instituti fuerint, vel donata eis bona, excludunt in hoc conianguineos: quandoquidem nituntur eius voluntate, cuius sunt bona, qui poterat etiam exteris relinquere multō fortius & huic legitimato, dummodo legitima relicta fuerit legitimis.

15 Nonò excipit dūmodo nō fuerit ius alius ac- quisitum, quæ clausula ex necessitate est apponenda: in prædicta. vt dicit, gl. in reg. Cancel. 18. quam refert Bened. in cū confan- repet. d. c. Raynutius. in verbo, & vxorem, nu. 186. genitare legitimare. nō abit. quia non intendit princeps legitimare in prædi- cium filiorum, vel consanguineorum, quibus est ius quæsitum. §. si quis, ergo filios legitimatos nō ha- bet, in auth. quib. mod. nat. effi. sui, colla. 7.

16 Vnde si q̄s habens filium legitimū, velit legitimare naturalē, nisi faciat mentionē de filio legitimo, nō valebit legitimatio, per d. §. si q̄s ergo. & §. si q̄s verò, quib. mod. nat. effi. legit. colla. 6. & hoc tenet Ant. Rosel. in tract. legitima. in 2. requisito.

17 Nec poterit hic legitimatus succedere cum legitimato: vt decidit Guido Papæ. q. 482. vtrum. sed in regno cum ex voluntate tātūm petentium le- gitimationem, seu parentum succedant, etiam si non esset facta mentio filiorum, valere poterit: nō tamen præjudicabitur filio, nec consanguineis ni- si parentes disponant.

18 Ideo dicunt quidam faciendam esse citationē Citari com- in impertratione rescripti: sed hoc non seruat vsus sanginei forensis in Francia: tamen in comprobatione re- in compre- scripti citari debent consanguinei, quorū nisi fa- batione le- gitimatio- nis debent. Bar. & ahj in l. Gallus. §. & quid si tantū. ff. de lib. & posth. vide Boér. in dec. Burdeg. q. 122. an in cō- cessione, imò dicit. Bal. in §. filij nat. si de feud. fue. controuer.

controuer. q. Imperator legitimans naturales extantibus legitimis est unum pecus non habens pre oculis iustitiam publicae honestatis refert. Feli. in c. i. col. 9. nu. 31. vers. quinta declaratio, de constit. & Ferra. cautele. i. quia datus Paulus, ait, *Non erit heres filius ancilla cum filio libere*. c. dicat. 32. q. 4.

19 Quinimò & si pater non habet filios legitimos legitimauerit suos naturales, & postea procreet naturales legitimos, legitimati non succedent: vt tenet Dinus, quem refert Bar. in l. ex facto. col. 2, ff. de vulgar. per l. si vñquam. C. de reuoc. dona.

20 In qual. si vñquam. Do. Tiraquel. num. 223. in verb. donatione largitus, abundè tractat hanc questionem, & demum suum interponit iudicium, q. si pater & princeps legitimantes cogitauerint de filiis, non reuocatur legitimatio: si non cogitauerint id quod verisimilius est, tunc non succedunt legitimati cum legitimis.

21 Sed ad certiorēm huius dubij decisionē vide nationem rentur faciendi casus sequentes: primus est, q. legitimatio per susceptionem legitimorum non reuocatur, quomodo sit semper legitimus, & valebit legitimatio quo ad filium legitimatum, vt possit succedere de voluntate patris, sicut extraneus succedit rupta legitimatio. sed hoc intelligi opiniatur, q. Rayner. & Bart. ac aliorum in d. l. ex facto.

22 Maximè quia non solet in Francia legitimari ad successionem, nisi voluntas eius, cui succedere debet, interueniat: vt inferius explicatur: ideo potest heres institui à patre hic legitimatus, sicut extraneus.

23 Secundus casus est, quod filius legitimatus, ab intestato non succederet cum legitimo: quia si vere omnium bonorum donatio fuisse facta, rumpetur per superuenientiam liberorum. d. l. si vñquā. C. de reuocan. dona. fortius impedierit ius succendi, si nascatur legitimus, secundum dictū Pauli. *Non erit heres filius ancilla cum filio libere*, etiā quia ad hoc non est legitimatus, & sic intelliguntur opiniones Dini, & aliorum erit tamen quo ad alia legitimatus.

24 Tertius casus est, q. si legitimatio fiat per subsequens matrimonium, succederet ille legitimus factus cū aliis postea in matrimonio natus: & in omnibus eadem iura cum his consequetur, per c. tan ta, vbi plenē doct. scribunt. qui filii sint legit. l. cum quis. C. de natural. liber, vbi Bal. & I. Diui, ibidem. & per ista sublate sunt omnes rationes dubitandi, & conciliatae: sic ē in Francia seruamus, vt in omnibus sufficiat hæc brevis distinctio: selecta ex multis scriptis quodammodo inter se multum cōfusis, vt quilibet videre poterit.

25 Decimò vult hæc legitimatio, quod ad omnes honores, officia, & alios actus legitimis isti legitimati admittantur, ac si essent ex legitimo matrimonio procreati: quippe legitimis existentibus spuriis non recipiuntur ad honores. l. generaliter. §. spurius. ff. de decur. Nam in honoribus, & muniberis gerendis imprimis consideranda est persona eius, cui defertur honor. l. honor. §. de honoribus. ff. de muner. & hono.

26 Sed cū sint legitimati, etiam existentibus le-

gitimis recipi poterunt, nec posset quis appellare, vel opponere, quominus recipi peretur: quia rescriptum vult, vt perinde recipientur, ac si legitimati essent; & quia nō est impedienda dignitas eius, qui nihil admisit. l. spurius. ff. de munerib. & honoribus.

27 Vndecimò cauetur his literis legitimationis, *Filij legitimis* filii orti ex eorum legitimo matrimonio possint ^{matri} an succedere in bonis suis quibuscumque iure hæreditario: & hæc clausula magni est momenti, ad tol lēdum diuersas opiniones: quia tam de iure quam de consuetudine filij Spuriorum etiam in regno natī successionis sunt incapaces, sicut & patres eorum, gl. & doct. in l. fi. C. de natur. liber. Bart. cōs. 118. adiutus. Bald. & alij in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & posthu. & ista videtur communis opinio, teste Alex. conf. 74. circa primum, in 3. volum. Guido Papæ, conf. 18. super casu, in fi. Chassa, multa referri in consuetu. Burgund. in rub. des fiefz. §. 5. nu. 70. sed hoc tollitur hic.

28 Et ibi dubitatur, an filius spurius possit aucto succedere? Resp. quod non: fed non est dubium quin possit succedere suo patre, quia cessant rationes positæ per docto. ergo & dispositio, maximè per hanc legitimationem, per quam & aucto succedere poterit, de voluntate tñ illius, & aliis cōsanguineis.

29 Duodecimò limita nisi vltra defestum huiusmodi natūlūli aliud quippiam repugnaret predi- *legitima* tu regni cto bastardo, vt si quoque esset hereticus, vel re minicus nō gni inimicus non posset succedere per l. i. C. de succedit. hered. insti.

30 Decimotertiò finitia soluitur sicut dixi in re- *Scriptura* scipto nobilitatis, & sic in legitimatione requiri- *in legitimata* tur scriptura, qua probetur gratia, per l. vñc. C. de tione neceſ mandā. princ. & quia legitimatio fit per rescriptū, *saria*. §. illud, in fin. quib. mod. natur. efficiant. sui. colla. 7. quod rescriptum non potest esse sine scriptura: vt superius scripsi: & hoc expreſſe scribit Ludouicus de Sardis in tract. de legi. ca. requisita, in legitima. impetrat. in q. 12. vide quæ plenē scripsi in Cōcor. in §. i. in verb. literas de mand. Apostolic.

31 Decimoquartò si hoc rescriptum sit subrepti- *legitima* tium, nō valebit: vt consuluit Signo. cons. 119. id eo ¹¹⁰ subrepti oportet exprimere qualitatē spuriætatis. teste Fel. in c. postulasti. col. 4. codem. Quamobrem exprimi debet, si natus sit ex consanguineo, vel consanguinea, vel ex adultero, seu moniali, aut monacho: alioqui legitimatio nullius erit momenti: vt Anto. Panor. & alij dicunt in d. c. per venerabilē, qui filij sint legit. debet quoque fieri mentio & nobilitate parentum, teste. Ioan. And. in c. fi. de filiis presbyt. ac Feli. in d. c. postulasti. col. 4. eum seq. de rescr.

32 Decimoquintò requiritur etiam clausula, non obstant. quæ etiam ex consuetudine inferioret. l. fin. C. si contra ius. gl. in §. fin. quibus modis natura. efficiant. sui. colla. 7. l. i. C. de natural. liber. Ludou. de Sardis in tract. legitima. c. requisita, in legitima. impetrat. q. 11. & seq.

33 Decimosexto quid operetur hæc clausula abs que praēiudicio venientium ab intestato, scribit Anto. Capit. in dec. Neap. q. 22. fuit apud me, superius dixi in forma dispensatio.

34 Ultimò quamvis legitimatio fieret olim per

*Legitima-
tio per obla-
tionem curiae, nempe si quis offerebat suum
filium curiae, ut in §. generaliter, quibus modis na-
tione curiae efficiantur, colla. 7. item cum quis eum no-
minabat filium quem ex ea susceperebat, cum qua
matrimonium consistere poterat, etiam legitimab-
atur, & per §. ad hoc autem, in auth. vt licet mat-
tri & aia, colla. 8. plenè Ludouij. à Sardis in tracta.
de legit. c. de legitima per partis nomina.*

35 *Hos rāmen modos non vidi in curiis Franciae
seruari, sed si matrimonium probetur, sit legitimatio,
non aliás, per c. tanta est vis, qui filii sint legit.
vel per principis rescriptū: vt hīc: quos duos mo-
dos frequentissimē vidi contingere.*

*Rex Frācia
legitimat
quoscūque
spurios.* 36 *Et per rescriptum princeps noster legitimar,
ta naturales, quām spurios, & incestuosos, & qua-
cunque alia macula irretitos, sicut Imperator per
text. in l. qui in pūncta. §. diuus. ff. de ritu nuptiar.
quicquid dicant nonnulli iuris interpretes. facit.
gl. in §. f. in auth. quibus modis natural. effi. sui. col-
latio. 7. Ioan. Ferald. in priu. 15.*

37 *Et hæc legitimatio similis est Alchimia, quæ
facit apparere illud, quod non est: transmutare ta-
men vnam speciem in alteram non potest: Sicut
legitimatus figuram legitimi gerit, sed non habet
eam substantiam, quæ proficilcitur à rerum natu-
ra, quæ divina & immutabilis est: vt docet Bald. in
c. i. col. 5. nu. 23. de constit.*

38 *Alia multa sunt rescripta & concessiones, quæ
conceduntur & à Papa, & à principibus seculari-
bus tam in istim, quām etiam ab uno solo: verūm
quia nonnulla parvi sunt momenti, alia in curiis
perraro exercentur, aut beneficia non concer-
nunt, quæ hic totis prosequor neruis, ideo ea missa
nunc faciam ista interim, lector amantissimē, be-
nigno (vt soles) an' mo suscipes.*

39 *Verūm ne quicquam ex his, quæ necessaria
sunt ad hanc materiam omittamus beneficiariam,
afferam quādam de concessione, quæ sit per bre-
ue, quod interdum ad gratiam respicit: vt inferius
videbitur.*

De breui Apostolico, & alijs.

*Breue quid
dicunt.*

Breue seu breuis dicitur scriptura par-
ua, summam rerum continens, sive
Commentariolus, vt placuit Budæo in
annor. prior. ad Pandect. probat. text. in l. fin. C. de
conuenienti. fisci. debitor. l. 10. iuncta. l. 1. de apochis
public. ibidem huius significationis secundum eum
exempla ponuntur in l. actuarij, & l. iubemus, ac l.
excellentia. C. de eroga. militar. anno. lib. 12. l. fi. de
Castr. ibid. l. vna, in fin. de colleg. lib. 11.

7 Item quælibet breuis scriptura potest etiā bre-
ue vocari, c. humanæ, in fin. 22. q. 5. vnde scripturā
continentem numerum modiorum salis, & quan-
titatem breui conscriptam, breuet, vocant ordin.
regia. in tit. du. seel. ordina. 2. art. 19. & seq. & art. 39.
& quid debeat continere, ibidem describitur, &
ordina. 3. artic. 22. & seq. & in d. l. excellentia. C. de
eroga. militar. anno. lib. 12.

Breue testa 3 Breue testa statum vocatur, quod summam rei, ali-
quando testimoniū nondum tabellionis scriptione

cōfirmatum, prædictiū clientelare instrumentum.
dicitur: vt placet Olden. & Spiegel. in hoc verbo,
probatur, in §. 1. quid sit inuestitura, vbi breue te-
statum accipitur pro instrumento publico breui
concepto, fidem vassalli & domini continens, se-
cundum Bald. & alios ibidem, & Zazi. in tract. de
feudis. tit. qualiter feudum constitua. idem in §. itē
si vassallus, si de inuestitura feudi contro. fuerit.

4 Galli etiam schedam notiorum, seu primam *Breue Gal*
scripturam à notariis Regiis factam, breuet voca- *li primam*
re solent, quia breui concipi solet, & conscribi, & *scripturam*
cum claus. &c. de qua scripsi in l. cæterorum. ff. de *notarii vo-*
verb. sign. vulgus etiā Pergamēsum vocat breuc, *can.*
teste Albert. in diction. in verb. br̄que, q. postea ad
effectum executionis, & aliorum extēdi debet in
instrumentum publicum: & hæc scriptura apud no-
tariū remanebit: vt in c. quoniam contra, de prob.
l. contrac̄ns, vbi doct. C. de fide instru. & in tit. de
tabellion. colla. 4. doct. in c. i. de fide instru.

5 Et in hoc breui tenentur notarij conscribere *Registria*
sequētia, primò nomina & cognomina coatrahē- *in breue no-*
tium: nam ad recognoscendos singulos nomina *tiorum.*
comparata sunt l. ad recognoscendos. C. de inge.

6 Secundò debent notarij qualitatem partium, *Statuta &*
& statum earum describere: vnde si contrahens *qualitas*
sit procurator, mercator, vel aduocatus, debet illa *partium in*
qualitatem notarius exprimere: vt postea index *breui ma-*
pro qualitate personæ facilius iudicare possit. l. 2. *breui ma-*
ff. de re iudica.

7 Nam si æger promiserit Medico, non valebit
promissio. l. Medicus. ff. de variis & extraord. co-
gnitio. vel si litigans aduocato, vel procuratori quo-
tam litis promiserit. l. item. C. de procur. ideo ista
notarius exprimere tenetur.

8 Tertiò debent notarij scribere cōtractum pla-
nè, vt facile possit intelligi, vt per totum. tit. de ta-
bellion. in auth. colla. 4.

9 Quartò à quo sit promissum, & quis, vel à quo,
& contra quem, dicit. tex. in simili, in l. i. in fi. ff. de
appel.

10 Quintò cauſa debet exprimi, alioqui promis- *Promissio*
fio sine cauſa non valet. l. 2. §. circa. ff. de dol. ex- *sine cauſa*
cept. quia indiscretè dicitur quis sine cauſa pro-
mittere. l. cum de indebito. §. pen. ff. de proba. ple-
nè scripsi in tract. de literis oblig. art. 1.

11 Sextò debet in breui dies solutionis & comple-
menti contractus conscribi, arg. l. exempt. §. offer-
ri. ff. de actio. emp. aliás in omnib⁹ obligationibus,
in quibus dies non opponitur, præsentis die debe-
bitur. l. in omnibus. ff. de iudic.

12 Septimò solent notarij obligare bona vtriusq; *contra*
contrahentium, si contractus hoc exigat. l. Labeo.
2. §. 1. ff. de verb. signif. & aliquando corpus, vt scri-
psi in tract. de liter. oblig. art. 1. & seq. in primo to-
mo constit. Regiat.

13 Octauis dies contractus solet etiam in hoc bre-
ui apponi. glos. in l. generali. C. de Tabular. libr. 10.
De hac data scripsi in forma mapdat. in fi. in Con-
cord.

14 Nonò subscribere solent notarij, per l. hac cō-
sultissima. C. de testa. & hoc breue sic confectam
non habet executionem, nisi in instrumentum
publicum.

publicum redigatur,& sigillo munitur Regio, vel alio autentico: ut scripti d. art. i. de liter. oblig. Alia quæ in instrumentis publicis ponit solent, conscribit gl. in d. l. generali, & doct. in c. i. de fide instr. & Barba. in illius repet. rub.

Breue Afo 15 Aliud est breue Apostolicum, quod dicitur Diploma, seu rescriptum à Papa, seu penitentiario magno emanatum, quod sic describi potest. Breue Apostolicum est scriptura modica, in paruis concessa negotiis, in papyro frequenter scribi solita, cera tubea, annuloque pectoris sigillata, ac signo secretarij subscripta.

16 Primo dico Apostolicum ad differentiam alterius brevi, de quo suprā dixi: & hoc solet concedi & à Papa, & à Cancellaria, ac à summo penitentiario: & horum quodlibet dicitur Apostolicum, & sic brevia dicuntur literæ Apostolicæ. [Quæ etiam in articulo mortis à Papa concessæ valebunt, vt confidit Dec. cons. 175. in causa. col. 6. nu. 7.]

Scriptura 17 Secundò dicitur in definitione, scriptura, quippe sine ea breue non potest consistere, sicut de bullâ superius tradidi in materia nouæ prouisionis, & in forma manda. Apostolic. §. i. in verb. literas, in concorda.

In partibus 18 Tertiò modica dicitur, quia brevibus verbis sit teste Bal. in c. i. de controv. inuest. vel q. in brevibus materiis concedi soleat & summari negotiū cōtineat, vt pote sine prefationibus, & sic dicuntur in modicis concessa negotiis, quia in arduis bullâ vtimur: & in signature soleat dici, quod in forma breui expediri possit: si materia hoc exigit.

Breue in papyro 19 In papyro descripta ad differentiam bullæ, & confessionalis, quæ in membrana describi solent: vt experientia nos docet, & interdum tamen vidi breue in membrana conscriptum, nec ob hoc vi-

tari, sed frequentius in papyro, vt sic alias causus minus frequens non excludatur, per autem. capi- fa. C. de sacrosanct. eccles.

20 Postea dicitur cera tubea, ad differentiam alterius gratiae, quæ cera viridi sigillatur: Demum tolluntur non obstantia, sicut in bullâ, ibi, non obstantibus.

Sigilli que 21 Item signatur annulo Pectoris, ad differentiam aliorum signorum & vocatur hoc sigillum annulus Pectoris, quia diuus Petrus, qui pector erat, hoc signo primus, vt verisimile est, vsus fuit: & sicut abique prefationibus & ampulis verborum vtebatur, ita & nunc Pontifices summi post eum, in hoc breui vtruntur.

Signature 22 Quam breuum materiam Alexander sexus Pontifex id temporis maximus ampliavit multum: & primus secretariorum collegium instituit, vt nullus Pector patet in suis regulis, etiam ad differentiam signatorum, quæ signari non solet: & sic appellatione signaturæ non continetur brevis nisi materia & ratio ista contineant: quia hæc sunt diuersa gl. in regul. Cancell. 25. & regul. 29.

Brevia 23 Et quamvis olim non concederent brevia, nisi gratiam & si in materia iustitiam concernentes: tamē hodie iustitiam, per breue non solum expediuntur negotia circa spicium. iustitiam, sed etiam circa gratiam: vt idem scribit Gorlae. vbi suprā, vnde vidi sepius concedi priu-

legium à Papa bibliopolis per breue, vt licet typis mādere talem librum, nullique alteri per certum tempus: interdum priuatiè alios omnibus prohibebatur à Papa, ne per decem annos imprimarent sub poena excommunicationis: vt licet videre in Iasonis consiliis, vbi est tale priuilegium, & alibi in multis libris.

24 Quare, quæ caussæ per breue expediantur? Causa qm
per breue
expediti
possum. Respond. supplicationes, siue cōmissiones de simili iustitia potest Cancellaria sine speciali Papæ commissione concedere & literas, secus in brevibus: quia per brevia caussæ pēdens in partibus cōmittitur, quam non potest Cancellaria committere: vt etiā firmat Egid. conclu. 46. Gomes. in tract. brevium. nu. 2. & seq. vbi brevia æquiparat bullæ expeditæ per cameram, per ea que no. Gardina. Alex. in c. in memoriam. col. penul. 19. dist.

25 Et ideo sicut falsa latinitas non vitiat bullam, quæ transit per cameram, quia nō examinatur per diuersos officiales, ita non vitiat brevia, sicut alias vitiat bullam, quæ conceditur per cancellariam. capit. ad audientiam i. de rescript. superius scripti, & in tract. de rescript. & liter. regis, in 2. tomo cōfici regiar.

26 Itē dispensatio fieri potest per signaturam, Dispersatio & habilitatio, & valet absque literarum expeditio- & reabilitatio ne: cū gratia sit pēfecta per fiat, vel concessum: tatio per si- vt cōfulto plenè de Ripa in lib. 2. respon. cap. ii. de iure sufficit, nec dicitur intrusus, qui duo beneficia habet cum simplici signatura, si in illa sit dispensatus, nec incidit in extrauag. Execabilis, gl. in reg. cancella. 53. scripti in interpreta. cap. postula tis, in glos. retinere, de cleri. excommunicata. ministrâ. vbi in conscientiæ foro dixi tantum prodeesse signatu- ram, quantum bullam: ibi vide.

27 Imò Alexand. Papæ 6. statuit, quod non dare- Reabilita-
tio per bre-
ue nō sole-
tis concedi. tur priuatio illius, qui cum sola signatura se intru- sit, quod in regno recipitur in quo possessionē ex simplici signatura recipiunt: hodie habitatio non fit ex stylo curie Roma. per breue: & hoc prohibuit Alex. 6. vt in suis regu. quilibet videre potest.

28 Aliquando tamen ad duos menses, ad duas dignitates in eadem ecclesia, & ad quatuor menses, ad duos canoniciatus, & præbendas per breue dispen- satur. vno. Staphile. in suo tract. versic. insu- per conceditur. Per breue quoque dispensatur se- cundum eum cum homicida, & habilitatur: quod prohibuit Alex. vt dixi: sed si impetrans sit pauper, concedi poterit per breue.

29 Et cū quædam inuenitur imperfectio in hoc Brevis im- breui, possū impetrare literas perinde valere, vel pēfectio perinde va- lere confirmationem gestorum per aliud breue: licet quidam teneant contrānam & si gesta ab alio so- leant, quæ à Papa cōfirmari, tamen ab ipso Papa gesta per breue non confirmabantur. Ego purarē Papam hoc posse: sed melius esset impetrare confirmationem perinde valere.

30 Itē dispensatio de nō promouendo per annum de non pro- communiter ex sola signatura dabatur per breue Dispersatio & signaturam & prorogatur ad annum etiam per breue, per bul- lam vero vltra, quantum Papa vult concedere. per breue.
& signa-
turam conce-
derit.

Prorogatio de non prorogando nō cōcedo nō cōuerit: potestque Papa hoc postea tēpus prorogatione debet esse re: sed in prorogatione nō debet dari maius tempore quā p̄ius, quā primus concessum fuerit: vt docet cōfessio, & ab ipso concedente dari, fil. 121. nobiles. col. vltima. in tertio volumine, per text. in authentic. qui semel C. quomodo & quādū iudex: & l. san. imus, de fide iussor. accessorium enim non debet esse maius suo principali: vt not. in l. cūm principalis. ff. de regulis iuris. Hippolytus singul. 52. prorogatio.

32. Et debet fieri ab eo, qui cōcessit, vel à superiori: vnde si dispensatio, à Papa de nō promouendo fuerit concella, nō poterit prorogari à summo poenitentiariori: vt docet Felin. in cap. cūm olim, in 10. quāst. Panor. de maiori, & plenē Gomes. in 2. parte. num. ii.

33. Vbi dicit tūc summum penitentiarium posse concedere per viam nouę concessionis, sed non prorogationis glo. in c. hi qui, de præb. libr. 6. nec valeret prorogatio nisi prima gratia referatur, eff̄etque subreptitia: quia si Papa memor fuisset se iam semel cum aliquo dispensasse, non est verisimile, quod tam facile iterum dispensasset. arg. l. 3. C. de Episcop. audien. Oldrad. consil. 215. puncta.

Prorogatio prima con- gressione da- rante sit.
34. Debet quoque fieri hæc prorogatio prima au- rante cōcessione, per l. sed si manente. ff. de preca. & debet apponi in hac prorogatione, quod tēpus prorogatum computetur à fine primi temporis cō- cessi, alias currat à die cōcessionis prorogationis. gl. in c. cūm ex eo, in verb. septennium, de elect. in 6. & in clem. vt li qui, in verb. constitutus, de etate & qualit. gl. & doc. in c. veniens, de præscript.

Absentiā li- centia visi- tandi sanctū sepulchri um, quan- do orator est præsens, conceditur per solā signa- turā: si vero sit absens, per breue: & hoc statuit Pa- sepulchrum per breue Alex. in suis regulis: & quando conceditur reli- giosis, dicitur de licentia superioris eorum, ne va- conceditur. c. si cupis. 16. q. i.

Appellatio nes extra urbem, nisi pro pauperibus, & miserabi- libus. Egid. conclus. 44. allegatio paupertatis, per i. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. manda, vel ni- fialtera pars habuerit commissionem per breue in partibus; tūc vt æqualitas seruetur inter partes, altera quoque dabitur. arg. c. non debet licere, & in c. in iudicis, de regulis iuris, in sexto. ca. primo, de iudic. ibidem. & hoc statuit Alex. sextus. de referenda gratia, & iustit.

Facultas te- standi quā- do per bre- ue conces- tur.
37. Item conceditur per breue facultas testādi de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ usque ad certam summam, modicam tamen, nec est componenda. si de modico: quia de modicis maximè Romani & mulieres nō curant. l. scio. ff. de restit. in integrum, secus si de magno.

38. Et religiosis quando hæc facultas datur, statuit certa summa arbitrio Papæ taxanda: & quod de licentia sui superioris testetur. arg. cap. cūm ad monasterium, de statu monacho. cle. religiosus, de procura. Egid. conclus. 247. frater. & quādo pos- sit concedere, declarat Panor. in ca. cūm esses, de testamen. in repe.

39. Item licentia vendendi res ecclesiæ, & pecu- niā exponendi in evidentem ipsius ecclesiæ vt- rū ecclie an per breue concedi: quando valor rei alienandæ non excedit cētum ducatos, aut in an- nuo censu quinq; ducatos supplicationi intreclu- sa, teste Staphi. in d. tract. versi, datur per breue.

40. Altare portatile non solet dari in forma con- fessionis per breue, nisi ex singulari gratia nobili- bus, aut graduatis, aut alias dignis personis, vt ce- lebrare valeant in oratoriis, vel domibus, argum. tex. in authen. vt in priuat. domib. sacra mysteria non siant. colla. 6.

41. Et prædicatores ac minores habent priuilegiū vt cū altari viatico possint celebrare sine episcopi licentia. cap. in his, de priuileg. etiam illud priuile- gium cum aliis obtinuit mihi egregius, & doctissimus domin. Ioan. suavis Romanus, auditor Ro- mat excellentissimus, & mihi amicissimus.

42. Itē licentia vesc̄eadi lacticiiniis, ouis & carni- bus per breue datur: de consilio tamen virtusque Medici animæ videlicet & corporis. gl. & doc. in c. fi. 82. dist. Corset. in sing. iacip. Caro. doc. in cap. cūm infirmitas, de pœnit. & remis.

43. Licentia Doctorandi non datur extra terras ecclie per breue, in vrbe autem sic adhibitis ad hoc duobus, vel tribus doctoribus eiusdem facul- tatis, teste Staphi. in dict. trac. de literis grati. rub. tur. de script. in forma breuium. fal. 190. verl. licentia, vbi tenet licentiatos haberi quo ad hoc pro doctoribus, quod videlicet de proximo cingedi pro cin- quis habeantur. l. penql. ff. de testam. militar. & bonus text. in l. qui pœnæ ff. de manu. quod non credo verum, per tex. quem allegat in l. nemini. C. de aduocat. dverfi. iudic. vbi doc. & Bald. in l. Athlet. in princip. ff. de excusat. tutor. scripsi glo. licen- tiatio. §. i. de collation. in Concordatis.

44. Ratio est, quia is qui non est doctor, non po- test facere doctorem, nec sibi dissimilem l. adiles. §. qui mancipia. ff. de ædili. editio. Panor. in ca. cu- ra pastoralis, in fin. de iure patro, sic nec doctorum priuilegiis gaudere.

45. Indultum de fructibus percipiendis non datur Fructu ut per breue, sed per bullam, si stet in curia Roma, in absentia vel in altero beneficiorum resideat, seu in studio quis perhie generali: non tamen comprehendit hoc indultum, ut quis distributiones quotidiana recipere possit. tur. c. vno, de cleric. non residen. in 6. gl. in c. 2. de pri- uileg. ibidem, plenē scripsi in scholastic. priuileg. & superioris in materia de non residendo.

46. Item per breue datur licentia promouēdiad quoscunque ordines extra Roma, curiam à quo- cupque catholico Antistite, & gratiam sedis Apo- stolica, habente: de quo operentur hæc verba, de- clarant glo. & doctor. in cap. veniens, de præscript. supra dixi, titui. de liter. dimissor. solet tamen adi- di clausula, de licentia sui ordinarij. capit. nullius, de parrochia, & hoc est introductum contra infamēs & pestillos, qui communiter confuerunt fugere loca propriæ nationis. cap. cūm deputati, de iudic. & ad alios ordinarios confugere; ob id scribitur claus. in c. i. & per totum, de tempor. or- dinand. in 6.

47 Sed episcopis & superioribus in vrbe degenribus, solet concedi licentia promouendi sub sola signatura, & quod vno die promoueri possint dominico, vel festo nam istis episcopis solet deferri: cap. 2. de offi. delegat. in 6. c. quia, de sent. excommu. ibidem scripsi suprà in dispensa. de non pro-mouen.

*Habitu ne
profec. m-
sej. spissas
sel prof.
fum fa-
cias, conce-
dunt.*

48 Per breue datur facultas & dispensatio alicui promoto ad locum regularem, vt non teneatur fuscipere habitum intra sex menses, per alios eiusdem ordinis gestari solitum, nec professionem emittere regularem: etiam solet prorogari ad sex alios menses, intrâ tamen tempus primù sex mensium argu. l. si manente. ff. de precar. & sex vltimi computantur à fine primi semestris. arg. c. cùm ex eo, de elect. in 6.

49 Imò solet etiam hisdem literis concedi, vt extra monasterium possit habitare deseruendo ecclæ cum cura, vel sine habita ramen licentia sui superioris. c. secundo, de statu monachor. Rota decis. 483. in no.

*Morandi in
alio monas-
terio breue
facultas im-
partitur.*

50 Per breue quoque regulari certum ordinem, professo, datur licentia morandi in alio monasterio, ad quod absque licentia sui superioris conuolauerat: & conceditur. absolutio ab apostasia, & ab aliis ecclesiasticis censuris, & pœnis, quas præmisforū occasione quomodolibet incurrauit, & super ea irregularitate, quam fortè contraxit celebrando, dum talibus censuris esset innodatus, non tamen incurrit pœnas. c. 2. ne cleri. vel monac. in 6. Roma. cons. 345. circa primum.

Moniali

51 Moniali etiam professæ datur per breue cum caufsa licentia transiundi ad aliud monasterium aliud mona monialium alterius ordinis, cum cōfensi superiori- steriū trāf- rum, & cum mutatione habitus. no. iu. c. Deus qui, cundi cōce- ditor grata, vt homines disparis professionis & habitus sumul in iisdem monasteriis socientur, cle. i. de elect.

mo more-

52 Et iusta quoque caufsa per breue concedetur, vt monialis in domo patris, seu fratr. seu matris extra monasterium quoad vixerit religiosè viuere possit, de licensia tamen sui superioris, & ea durante c. periculose, de statu reg. libr. 6. & si iusta caufsa adesset, vel si alia alium suscepissent habitum, aut monasterium esset destructum: aut si patr. vel mater essent valetudine longa detenti, & indigerent sua filia.

53 Vt vidi concedi Virduni cuidam moniali gene nobili, quæ post obitū patris nubere voluit: sed ego consului ibi hoc fieri non posse, quia in monasterio per viginti annos habitauerat, & professionem emiserat, licet diceret se hoc coacte fecisse, sed quia prolixitas temporis quemcunque metum purgauerat, ideo non potuit.

*Exemptio
ab ordina-
rio per bre-
ue conces-
sionem.*

54 Exemptio ab ordinario ex caufsa per breue dari solet, teste Staphil. in versi. datur, in d. tractat.

*Dispen-
satio
super defec-
tu oculi
per breue
indulgetur.*

55 Dispensatio etiā super defectu oculi per breue concedi solet ad omnes etiam sacros, & presbyters status ordines: & quod in illis, etiam in altaris monasterio deseruire liberè & licite valeat: dūmodò in oculo non tanta appareat deformitas, quod ex

hac possit scandalū generari. c. 2. de corpor. vitia. Et quando est absens committi solet illius ordinatio, q̄ diligenter aspiciat oculū, & defectū: si est in curia, ostedit referendario, qui poste à refert. vt superius dictum fuit in dispensa. cum corpo. vitiatiss.

56 Commutations quoque legatorum ad piam cauſam, vt in aliam fiant, per breue cōcedi solent

*Cōmutati-
nes legato-
rum ut in a-
liam piam
cauſa fāi,
concedit
per breue.*

57 Intellige quando erat ad opus certum, quia tunc non solet commutari, vt voluntas defuncti serueretur: alias secus. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonst. vltima enim voluntas debet exequi. l. vel negare. ff. quemadmo. testa. aper. cap. vltima voluntas. 13. quæst. 2. ex cauſa tamen solet immutari etiam in certis: vt quandoque vidi, & hoc de Pape autoritate.

58 Prorogatio temporis de consecratis Episcopis. *Prorogatio
solet dari per breue, ad bienniū computandum à
fine trium mensium datorum de iure. cap. cum in
cunctis. §. i. de elect. Et hæc prorogatio in Fracia
dari non solet, nisi episcopis prouis & confirmatis à
Papa, sicut nec de non promouendo ad sacros
ordines, teste Staphil. in tract. de literis gratiæ, in fi.*

59 Datur etiam per breue dispensatio ad omnes ordines, & ad beneficia illis tamen, qui olim contraxerunt matrimonium cum virgine & vnica ī defuncta: sed cum bigamis non solet Papa dispenfare: cap. acutius, & cap. vno. 26. dist. potest tamen

Papa de plenitudine potestatis dispensare cū illis, quia est maior Apostolo in potestate. ca. facrosancta. 22. dist. Rota dec. 447. quoddam factū, in no.

60 Hodie nulla petitur dispensatio ab eo, qui cōtraxit cū virgine vnica: quia hoc iure permittēte ab eo qui

poteſt, ergo fruſtra impetraretur per l. i. C. de Thesaur. lib. 10.

61 Postremò quo plures modos habeas, lector amantissime, per breue cōcedi potest, vbiunque in signatura est expreſſum, vt in forma breuis ex-pediri possit. Et hoc solet à cauſis pragmaticis cu-

riæ Roma. in signatura ponit, quod hoc expediatur per breue: vel quod sola signatura sufficiat, & maxi-mè in modicis vt expenſe vitentur.

62 Superest videre quomodo cognoscatur hoc breue: Respon. ex sequentibus. Primò ex breuitate, quia sine prefationibus & apparatu fit: at bulla

prefationem habet, & alia: ferè literæ, non minus tamen dicetur breue, quamvis multa fuerint verba pro negotij qualitate: sicut Imperator dicit pau-

cissima verba per vnam, aut duas columnas, in l. cū antiquitas. C. de vſu fructu.

63 Secundò quod in paruis materiis concedatur, & vbi non est multa pecunia exponenda: & sic in casibus conscientia, & in absolutionibus dari potest, & pauperibus, ac viduis.

64 Tertiò non solet Papa huc breui subscribere, sicut signaturæ, sed secretarius tantum.

65 Quartò in hoc fieri solet mentio annuli Piscatoris, & non in alis rescriptis: vt superius scripsi. Et vt melius imposterum dignoscatur breue, formam & tenorem eius subiicio.

FORMA BREVIS APO-
stolici. Iulius Papa III.

DILECTE Fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cui pientes commodis tuis, quantum cum Deo possumus paterna benignitate consulere, tuisque in hac parte supplicationibus inclinati, tibi ut ratione decanatus ecclesiae Parisi. quem, sicut afferis, in dicta ecclesia obtines, aut cuiuscunque alterius beneficij ecclesiastici curati, vel alias sacros ordines requireritis, per te pro tempore obtenti, ad aliquem ex sacris, etiam subdiaconatus ordinibus per biennium ad data presentium computandum, ut interim te in diuinis officiis melius instruere possis, te promoueri facere minime teneris: nec ad id inuitus a quoquam compelli valeas, praesentium autoritate speciali gratia indulgemus, prouiso, &c. Non obstantibus, &c. datum sub annulo Piscatoris, tertio idus, &c.

Effectus brevis
piam qui.
67 Effectus horum brevium est, ut tantam vim habeant iure cōfecta, & in illis materiis, in quibus conficiuntur, sicut rescripta, & alię literā Apostolice, Felin⁹ in rub. de rescript. col. vlt. & incidit in falso, qui hoc breue corrupit, quia literę Apo-

stolicę dicuntur, & in priam ea. ad falsiorum, de crim. falso, ea. in memoriam, 19. dist. ut iudicauit Alex. 6. in cōsistorio prout refert Gomes. in tract. brevium. num. 5.

68 Vbi dicit quendam Archiepiscopum combustum fuisse ob hoc, quod falso in brevi Papæ commisisset, & hoc probatur ratione sigilli: nam sigillum scripturam reddit authenticam. c. tertio, vbi docet de proba, & c. 2. de fide instrumento, & dixi in tract. de liter. obligat. artic. 1. in constit. reg. cōmenta. [Etvbi est sigillum appositum ab eo, qui potestatem generalem sigillandi habebat præsumitur, de voluntate Papæ appositum, licet Papa in illo casu non expresse concenserit, ut not. doc. in c. tertio loeo, de probatio, & sic consuluit Dec. conf. 175. in caus' a. nu. 7.]

69 Potestq; hoc breve derogare bullæ, si ultimum cōcessum fuerit, per c. 1. de const. in 6. c. ceterū, de rescr. & probat sicut aliud rescriptum, effectuque, aliorum ferè rescriptorum habet, quos concessi in tract. de rescript. q. n. in 12. tomo consti. regiar. Alia de his brevibus tractant Staphil. & Gomes. insuis tractatibus, quos unusquisque videre poterit.

70 Interim cum his finem huic Praxi imponens, rogado Lectorē benevolum, ut imitemur David primo Paralipo. cap. 16. qui. *Cum complexset, & diuisisset inter singulos panem, constituit, ut recordarentur operum eius, & glorificarent, atque laudarent dominum Deum, qui nobis ista donauit, Benedictus sit in secula seculorum, Amen.*

Spes mea Christus.

BULLA



B U L L A.

COENAE DOMINI S. D. N.

PAPÆ PAVLI. III. PRÆLATIS, ALII'S-

QVE VIRIS ECCLESIASTICIS, MAGNO-

pere necessaria, ac denique omnibus Christicolis

casus frequenter in Indulgentiis teserua-

tos scire cūpientibus. Cum elu-

cidationibus D. Petri

Rebuffi.

PONTIFICI MAXIMO, ORNAMENTO VITAE NON

minus quam Pontificio titulo illustrissimo, Paulo III. Petrus

Rebuffus Iurium doctor. S. P. N.



L' a fuit apud Romanos vetustate iā corroborata, in Pōtificibus, dignitati-busque creadis cōsuetudo, Sanctissime pater, ne quem collegio inimicū, infestumque ad dignitatis, honorisque gradū, aut ambitione, aut fauore, aut precibus promouerent. Sed supplicādi genus velut sordidum, & parum libero homine dignum rati, suis meritis non maiorum imaginibus prælucere studentes, ac nihil magis esse à virtute honore que alienum, quam suffragiis, & largitionibus, munus vel magistratum aliquem obtinere. Id in antiquorum monumentis, si quis perlegere nō grauetur, facile videre est. Lucium enim Crassum præsente Q. Scæuola, nunquam adduci potuisse more candidatorum populo supplicare legimus. L. etiā Lucullus cum ante adultam fratriū atatem magistratum petere nolle, tantum & honore, & gratia valuit, vt absens vñā cum fratre adilis crea-retur. Quid Phocionem referam? cui, cum nūquam populo supplicare sustinuisse, nec comitiis interesse, absenti tamen & inuito honores delati fuere. Id nostra memoria tibi Dei opti. maximi vicario principiū; gene-ris humani fato quodam contigisse, omnibus inconfesso est, hec quidem beatissime pater, tua est propria laus, atque singularis. Verebaris enim si precibus fratrum pri-ci-pumque omnium, qui te instanter flagita-bant protinus annuisses, ambitioni datum

esse iudicaretur, quod summopere vitādum curasti. Eum, quite ad hoc munus prouexit, & cuius vices, videlicet Iesu Christi, in ter-ris geris, bellissimè imitatus, vt qui in ipso tuæ promotionis initio thesauros ecclesiæ in singulos bonæ voluntatis homines distri-buisti, omne studium more boni pastoris, omnem denique curā, atque operam in ser-uandis domini ouibus ab hæresibus, atque schismatibus, aliisq; flagitiis adhibuisti, pro-teruos admonendo, & in peius euntēs cēsu-ris ecclesiæ coērcendo, & vt semel dicā, ni-hil à veri patris amore vel studiis, quominus partes veri Christi vicarij adimpleres, dimi-nisti, adeo, vt tua vigilantia firmetur ecclesia, & quæ ægerme laborare cœperat, iam nunc membratim conualescat. Quæ cum ita sint, non potui tuis sanctissimis scriptis, quibus scelestos homines profligas, eluci-dationes quasdam non inferere, quas S. tuæ nunquam dicare, perterritus sententia ad Phormionem Hannibal, ausus fuisse, nisi me & tua (quam clara fronte & reiecto superculo paſsim omnibus exhibes) humanitas, & propensa in viros literatos benevolē-tia, reuocassent. Quamobrem confido quòd tua saltem licet meis comitata non asperna-beris, quæ tuo prudentissimo iudicio repug-ganda statuo. Nunc Deum optimum maxi-mum precor, vt te diu tuo perfaci beneficio gaudeamus, & prospera incēpta pares se-quuntur euentus. Vale Pōtifex Maximi, cui me totum (quātus sum) dico dedicōque, & huic meo operi protrito si non graueris da-bis splédorem. Iterū bene vale Parisis anno à Christo nato 1537. 12. Kalend. Martij.

CONTI



CONTINENTVR HAC IN BULLA COENÆ DOMINI CASVS

IN QVIBVS RESERVATVR ABSOLVTIO

Pape, & nullus potest absoluere extra
eum nisi in mortis articulo.



Primus casus est in hereticis, fautoribus,
receptoribus, defensoribus, & cre-
deribus, & qui dicantur, articulo
primo, infra fuisse declaratur fol. 301.

Secundus casus est in piratis & cursariis vel lastror-
ibus maritimis seu receptoribus eorumdem,
& auxilium, consilium vel fauorem prestanti-
bus, ut articulo secundo, ubi de consilio & fa-
uore plene licet videre fol. 308.

Tertius est contra imponentes noua pedagia vel
prohibita exigentes. art. 3. & ibi vestigium
materia traditur fol. 310.

Quartus casus est de falsariis Bullarum Papæ &
aliarum literarum Apostolicarum, art. 4. ubi
multa de falsariis iniurieri possunt fol. 311.

Quintus casus reservatus est Papæ contra illos qui
equos, arma ferrum, vel alia metallorum gene-
ra, vel instrumenta, vel lignamina ad Turcas
vel Saracenos deferunt. art. 5. ubi decem pœna
describuntur contra illos fol. 312.

Sextus est contra impedientes seu inuadentes vi-
tualia, vel alia Roma curia necessaria ad cu-
riam Roma. deferri. art. 6. fol. 314.

Septimus in eos qui venientes Romanam, vel ibidem
commorantes offendunt. art. 7. fol. 314.
Octauus contra carcerantes, detinentes, munitan-
tes, vel verberantes, patriarchas, archiepisco-
pos, veleiscopos, eorumque mandatores. art. 8.
ubi traduntur octo pœna contra facti delinquentes. fol. 315.

Nonus in eos qui canfarum in curia pendentium
cursum, & literarum Apostolicarum execu-
tionem impediunt. art. 9. fol. 315. ubi super hoc

Leonis decimi bulla inseritur fol. 316.

Decimus contra eos qui libertatem ecclesiasticam
tollunt, seu impediunt, depriment, seu restrin-
gunt. 318.

Undecimus qui fructus, redditus & prouentus, be-
neficiorum ecclesiasticorum usurpant, sine cau-
sa. art. 9. fol. 318. ubi etiam bulla super hoc ad
verbum inseritur. ibid.

Duodecimus, qui collectas seu tallias viris eccl-
esiasticis imponunt, ac decimas. art. eodem. & ibi
etiam describitur bulla huic rei commoda. 320.

Decimustertius, contra officiales qui spirituales
causas à iudicibus Apostolicis auocant, & ex-
ecutionem literarum & mandatorum Apo-
stolicorum impediunt, ibidem, art. 10. 320.

Decimusquartus, in eos qui Romipetas & alios
peregrinos ad urbem causa deuotionis accede-
tes offendunt, vel impeaiunt, seu spoliant. art.
11. 321.

Decimusquintus, qui urbem, aut alias terras ec-
clesia inuadunt seu occupant. art. 12. 322.

Decimusseptus qui cruces, thuribula, reliquias, &
alia ornamenta urbis ecclesiastica abstulerunt,
seu detinent. art. 13. 322.

Alii multi casus in quolibet articulo continetur,
sed hi sunt principales, qui in hac bulla tradu-
tur, & sacerdotes in his casibus absoluere non
possunt, nisi in mortis articulo, alias sunt exco-
municati, & non possunt absolui ab alio quam
à Papa, & alijs 12. pœnis afficiuntur presbyte-
ri absoluentes in casibus hic prohibitis, quas li-
ceri infra videre in fine huius bullæ, in glossa pe-
nult. & ista in locum indicis sufficiimus.

Bulla Cœnæ Domini.

301

B U L L A C O E N Æ
D O M I N I S. D. N.
Papa Pauli III.

REGVISITVS fui à bene multis, casus qui in bulla cœnæ Domini referuantur, cum in omnibus fermè indulgentiis solent excipi, patefacerem, quibus opera meam sine aliquo Reipublicæ detrimento inficiari non potui. Quamobrem bullam à S. D. N. Papa Paulo III. summis cum laboribus & precibus obtinui, super qua elucidationes quasdam, ut omnibus nota sit proper facilem interpretationem, in serui. Igitur Christicola, hanc bullam à S. Christi vicario editam accipite, eamque perlegite, vt scelos homines in eadem comprehensos monere, & Christi præceptis ita instruere possitis, quod demum penitentia fructu gaudere possint, quod ut fiat dij faxint. [Vide Martham Zomettham in practica bene confundi.]

Paulus, a Episcopus b seruus seruorum Dei, ad futuram c rei memoriam.

a *Paulus.* Hic est Paulus tertius, in quo perfectio consistit, sicut omnium creaturarum perfectio in ternario numero posita est. Nam in omni re consideratur principium, medium, & finis, & omnia creata à Deo in numero, mensura & pondere. Sapient. c. 11. in fin. ipse Deus est trinus, pater, filius, & spiritus sanctus. Mundus sub hoc numero est, videbiles cœlum, terra, & mare, tres sunt vires animæ, cōcupisibilis, irascibilis, & rationalis. Et sicut tres discipulos assumpit dominus Iesus in montem Thabor, videlicet Petrum, Iacobum, & Ioannem, Matth. 17. & Luc. 9. Ita hos tres Paulos elegit Dns, hic in ipso sua creationis initio thesauros ecclesiæ disperlit, videlicet indulgentias nobis concedendo, & sui nominis allusionem sequens, quia Græca lingua Paulus dicitur quietus, teste Florent. in 1. parte Chronicæ tit. 6. in c. 5. in prin. Totis (vt aiunt neruis) pacem inter Christianos principes procurauit, ergo de hoc Paulo dicere debemus, Deus optim. max. nobis hunc seruet in columem, ut dies Petri videri possit, & demum paradisi gaudiis perfrui.

b *Episcopus.* Hæc verba declaravi in glossis concordatorum in forma mandati Apostolici, & etiā plenè licet videre in proemio Sexti & Cle. Ideo hic non insistam.

c *Ad futuram.* Ad rei memoriam sempiternam, dicitur in supra scriptione. c. Apostolice de re iud. in 6. & quæ ad perpetuam memoriam fiunt, diligenter propicienda sunt. c. 1. dist. 23. c. conuenientibus. 1. q. 7. Nec villa temporum commutatione varianda. c. quæ ad perpetuam. 25. q. 1. maximè vbi sunt posteris profutura. c. vno. vt eccl. benef. Spec. in 1. part. tit. de offic. omn. ind. in prin. testes aliquando lite non contestata ad perpetuam rei memoriam audiuntur, quando sunt fenes, valetudinarij, & lab. futuri. l. in lege Aquilia. si deletum, ff. ad 1. Aquil. c. quoniam. vt lit. non contest. sic ad futurā

rei memoriam hic positi excommunicantur. [Ista tamen bulla ad futuram dicitur fieri memoriam, sed non ad perpetuam, adeò quod expirat statutum in ea cum suo auctore, sed excommunicati sunt perpetuo, nisi absoluantur, ut inferius in fine patet.]

Consueuerunt a Romani b pôtifices prædecessores nostri.

a *Consueuerunt.* Diuturna enim consuetudo pro iure in his, quæ non ex scripto descendunt obierunt solet. l. diuturna. ff. de legib. Et id custodire oportet, quod moribus, & consuetudine judicatum est. l. de quibus. eod. tit. ideo consuetudinem laudamus, quæ contra fidem catholicam nil usurpare dignoscitur. c. consuetudinem. n. dist. quapropter hic voluit consuetudinem seruare. Nam generalis consuetudo ita obligat, sicut præceptum. cap. in his, & c. ecclesiasticarum. i. dist. Pan. in repe. c. cum esse. col. 3. nu. 9. de test. per illum. tex. Hic possem glossam longiorem de consuetudine prescribere, sed materiam nostræ rei conuenienter prosequar.

b *Romani.* Sic communius vocantur, ut in cap. i. de constit. in 6. vbi ponuntur alia nomina, dixi in rub. de mand. Apostolic. in verb. Romanus Pontifex. in concordatis.

Ad retinendam puritatem c religionis Christianæ d & ipsius unitatem e quæ in coniunctione membrorum ad unum caput Christum, videlicet eiusque vicarium principaliter consistit, & sanctam fidelium societatem ab offensione seruandam arma iustitia per ministerium Apostolatus in presenti ^{Articula} primus. celebritate exercere. Nos igitur vetustum, & solennem hunc morem sequentes excommunicamus f & anathematizamus.

c *Puritatem.* Id est ut religio Christiana sit immaculata, & sine forde peccatorum, sed sit sincera, & integra, sine prauitate. Sic exponit Bald. in consil. schismatis. nu. 16. facit. text. in c. statutum. in §. insuper ibi, cum omni puritate, de rescr. in 6. l. si quæ quam. C. de episc. & cler. Nam coquinatu non potest dici purum. Dicitur enim pura lex sine do- lo & malitia. c. pura. 3. q. 9. cle. Roman. §. porro. in ver. pura fide de iure. pura electio Ro. Pon. esse debet. c. i. ver. quod si prauorum. 23. distinc. Et alibi multa de puritate dixi.

d *Christianæ.* A Christo Christiani dicti sunt. Primo Christiani Antiochia discipuli Christi, nuncupati sunt Christiani, quod nomen postea omnes fideles retinuerunt, teste Floren. in 1. part. chronicæ tit. 6. c. 2. §. 7. in fin. Nec querat quis melius nomen quam autoris Domini nostri Iesu Christi: sed effectum etiā nominis habere procuret, si velit privilegii domini gaudere. Hæretici tamen, christiani non possunt dici verè nec propriè, text. in cap. quo iure. & ibi Card. col. 2. dist. 8.

e *Vnitatem.* [Ecclesia in suis membris firmata debet habere unitatem. ca. maioribus. de præbend.]

Ecclesia ergo est unum corpus per quod est una, & unica. Cant. 6. Una est columba mea, perfecta mea: quæ unum corpus representat mysticum, cuius caput est Christus, Christi verò Deus, extra unam sanctam, de maior. & obed. in communibus. cle. Romani. in prin. de iure iur. Item in ea est unus spiritus, Ephes. 4. c. Unum corpus, & unus spiritus per quem est sancta. Item in ea est unus dominus, per quem est universalis, & Catholica. Una enim arca Noë unum gubernatorem & rectorem habuit, extra quam omnia super terram existentia legitimus fuisse delata. Gen. 7. & seq. sic qui extra ecclesiam sunt. Est quod in ea una fides, per quam est apostolica, quia tenet illam fidem quam prædicaverunt apostoli: in ea est etiam unum baptisma, per quod est peccatorum remissio, ut in symbolo patet. Et Eph. c. 4. dicitur, unus Dominus, una fides, & unum baptisma, unus Deus & pater omnium, qui super omnes & per omnia, & in omnibus, &c. Item in ea est unus Deus, & pater omnium, per quem est salutis adeptio, igitur ecclesia unius & unicæ unum corpus, unum caput, non duo capita, quasi monstrum, Christus videlicet, & Christi vicarius, Petrus, Petri, successor, & subesse Ro. Pont. est de necessitate salutis. d. Extra unam sanctam & extra ecclesiam nemo salvatur. ca. quoniam. 24. q. 1. cle. 1. §. pen. de excep. præla. [& cl. 1. de sent. excomm. Præpos. in c. quamvis. 21. dist.] quod facit contra hæreticos contrarium afferentes.

f. *Excommunicamus & anathematizamus.* Anathema natura non differt ab excommunicatione sed forma: Quia forma anathematis est, ut proferatur ab episcoporum duodecim sacerdotibus episcoporum circumstantibus, & lucernas ardentes in manibus tenentibus, quas in conclusione anathemati proiecere in terram debent, & conculcare pedibus. c. debet. & seq. 3. q. 3. & illæ candelæ humi proiectæ ad nullum sunt viuum, sicut sal infatuatum. c. non omnes. 2. q. 7. Et dicitur Anathema quasi superna maledictio, unde anathematizare est damnare, excommunicare, maledicere, & separare. Et non imponitur nisi pro crimen mortali, & illis, qui aliter non possunt corrigi. c. nemo episcoporum. ii. q. 3. c. fi. 3. q. 4. Nec competit in inferiori episcopo. Pan. in repet. c. si quis contra col. pen. de foro compet. nisi haberet episcopalem iure speciali iurisdictionem. c. sicut tuis, de simo. Fel. in c. 2. col. 3. vers. est enim anathema;

Excommunicatus non anathematizatur, nec à quoquam credantur quæ ab eis dicuntur, vel conscribuntur, & hi alias accusare minimè possunt. c. omnes. 3. q. 4. & talis excommunicatus, cum sit extra ecclesiæ, & membrum diabolicum. c. omnis Christianus, & seq. ii. q. 3. fugiens ad ecclesiam non gaudet illius immunitate. gl. in verb. Iudæ, in tit. de interd. indifferenter non ponend. in pragma. ideo ab hac excommunicatione & anathemate sumus operè cauere debemus. [Sexaginta pœnas excommunicatorum cumulaui in tit. de excom. vitand. in concord.]

Ex parte a Dei omnipotentis patris & filij & spiritus sancti, auctoritate quoque bea-

torum Apostolorum Petri & Pauli ac nostra, omnes b. hæreticos. c

a. *Ex parte Dei.* Ergo ab ista excommunicatione non licet appellare, quia non habet superiorē, nec ab excommunicatione appellari potest, quin trahat secundū executionem. c. pastoralis, de appell. quod fit ut magis ecclesiæ claves timeantur. c. quid ergo. ii. q. 3. & quod excommunicatus quis pro contumacia. c. i. de iud. c. ex parte. & c. c. t. olim. de verb. signif. glos. in c. duo sunt. 96. dist. ideo dicit Chrysost. in c. nem. o. ii. q. 3. nemo contemnat ecclesiastica vincula, non enim homo est, qui ligat, sed Christus qui hæc protestatem dedit, & dominos fecit tanti laboris.

b. *Omnis.* Propriè dictos, ut in gl. proxima dicetur, ideo simoni ac us licet dicatur hæreticus largè. c. quisquis. i. q. 1. gl. in c. si quis pecunia. 79. dist. tamen hic non comprehenditur nec alij, qui largè dicuntur hæretici, quia in odiosis non fiet extensio. Regula Odia, de reg. iur. in 6. l. cum quidam. ff. de lib. & posth. yde gl. in c. 3. de hæret.

c. *Hæreticos.* Hæreticus est, qui alicuius temporalis *Hereticus* commodi, & maximè vanæ gloriae principatusque *quis si.* sui gratia, falsas ac nouas opiniones vel gignit, vel sequitur. c. hæreticus. 24. q. 3. & hæretorum vocabulo continentur, qui vel leui argumento à iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare. l. 2. C. de hæret. Et hæresis propriè dicitur, prout est error in fide. c. hæresis. 24. q. 3. & gl. in c. 3. de hæret. Ethæreticus antequam dicatur, oportet quod errat in mente, vel intentione circa fidem, & sic primo hæresis sumit initium in corde, postea descendit in os, exprimendo mentem & intentionem per linguam, quæ nuntius metis appellatur. Barb. in cl. 2. in fi. de elect. Quia verba sunt signa earum quæ in anima sunt passionum, ut Philo. in libr. 1. periper. inquit. Sicut fides principaliter consistit in corde: secundario in ore, ut testatur Paulus ad Roma. 10. corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. ca. vno. §. quia vero de sacra traditione: sic in hæresi, quæ est opposita fidei, ut ipsam fidem laedat, oportet quod à corde incipiat, quando quis errat in mente, & postea ad vñteriora procedat. si proferendo errata. Nam factum sine errore non facit aliquem hæreticum, ut si quis fornicetur, licet agat contra legem, & veritatem, quæ dicit, Non moechaberis, non est tamen hæreticus, nisi credit, vel opinetur, quod fornicari sit licitum, & sic quod iure suo possit hoc facere.

Secundò requiritur pertinacia seu obstinatio in voluntate, ergo non omnis error hæresis est, sed ille solus qui est fidei orthodoxæ contrarius adjuncta. pertinacia. c. hæresis. 24. q. 3. vbi dicitur, Hæresis ab electione dicitur, quia unusquisque eam eligit disciplinam, quæ putat esse meliorem, & postea oportet, quod electioni adiungatur pertinacia, taliter adhærendo errori, quod nullo modo velit ab eodem discedere, hinc Augu. scribens contra Manich. ait in c. qui in ecclesia. 24. q. 3. Qui in ecclesia Christi morbum aliquid prauumq; sapiunt; si correet, ut sanum rectumq; sapiant, resistunt contumaciter, suaque

suaq; pestifera & mortifera dogmatā emendare noluit, sed defensare per̄sistunt, hæretici sunt. Thomas secunda secundæ, q. ii. art. 2. Ideo si statim se corrigat, hæreticus non est. c. Nunc autem, 21. dist. Vnde dicit Apostolus ad Titum. 3. c. & transsumptuè in c. dicit Apostol. 24. q. 3. hæreticum hominē post primam & secundam correctionem vitādum, in quibus verbis declaratur pertinacia eius, qui monitus corrigere se noluit, probatur in cl. vna. §. porro, de sum. trinit. cle. vna. §. fin. de vñur. Item legitur i. Reg. cap. 12. & seq. quod cum homo Dei ad Hieroboam missus esset, vt peccata sua exprobraret, atque ultionem suam futuram prædiceret, panem apud illum edere, & aquam bibere est prohibitus, quod cum non custodisset, diuina sententia inde rediens mortuus leonis in itinere interiit. ca. si quis inquit. i. q. 1. [Lucas de Pen. l. i. col. 6. C. de priuileg. scholar. lib. 12. & Paul. Grillan. in tract. suo de hæret. lib. i. q. 1. & 2. text. in cap. Anastasius. Si ergo causa disputationis aliquid dicere, non censeri debet hæreticus: quia hoc non dicit pertinaciter. Et hoc dicit Bald. in l. si possessor. §. quanquam. ff. de petit. hæred. & hodie omnes hæretici volunt sic excusari: quod fieri non debet. vt dixi in c. i. de sum. trinit. 19. dist.]

Pertinax Quæret quis, quando dicatur pertinax? Respō-
tus. dico. quando se non corrigit ad mandatum supe-
rioris, arg. tex. sing. iuncta. gl. in l. tutor. §. tutores. ff.
de suspe. tuto. vbi si tutor ad preceptum superioris
pecuniam pupilli ad emptionem prædiorum non
deponit iudicatur pertinax, & tanquam suspectus
cōdemnatur, & ibi dicit Bart. hoc facere contra
hæreticum; vt possit tanquam pertinax condēna-
ri, qā inquisitori aliquid afferenti non credit, ideo
qui epo, inquisitori, vel theologo per eos destina-
to non credit, dum eum corrigunt, is pertinax est
censendus. Fel. in rub. de hæret. & est pro hoc pul-
cher. tex. in c. hæc est fides. 24. q. 1. vbi Hierony. ad
Dama. Papam sic ait, Hæc est fides, Papa beatissi-
mè, quam in catholica didicimus ecclesia, quamq; semper tenuimus, in qua si minus perire, aut parū
cautè fortè aliquid possum est, emēdari cupimus
à te, qui Petri lēdem & fidētenes, quod facit pro
baccalaureis & doctoribus theologiae, qui in initio
suarum disputationum solent protestari, q. si aliqd
contra fidem & sanctæ matris ecclesiæ determina-
tionem protulerint, pro irrito volunt haberi: sic
& ego ipse hic ea protestatione iuuari intendo,
quam not. Card. in cle. vna. in prī. q. 2. de summa
trinit. igitur si aliquis extra superiorem moneret
hæreticum, & is se non corrigeret, non diceretur
pertinax, etiam si illum errorem non deponeret,
quia fortè alias etiā errat, nam posset esse, q. idio-
ta moneret theolum, vt resiliat à sua bona opini-
one, & acciperet nequiom, quod non est fa-
ciendum, ideo pertinax dicitur imprudenter su-
stiens errorem, durus, irreuocabilis, indocilis &
obstinatus. gl. in d. §. porro, de sum. trinit. glo. plena
in extraug. cum inter, in verb. pertinaciter. de
verb. sign. in extraug. Ioan. 22. & per Ioannē Ger-
son in 1. parte. alpha. 14. Et ideo pertinacia non quā
præsumitur, nisi confite de illa. Ioan. Andr. in c. cū

contumacia, de hæret. in 6. vbi dicit extra illum-
casum non præsumi pertinaciā. Idem tenet Anch.
& Ioan. de Ana. in c. excommunicamus. §. qui au-
tem. col. 2. in s. illo. tit. Nam pertinacia est qualitas
facti, quæ debet probari. l. cum actum. ff. de nego-
tiis gestis. Ioan. And. in c. i. de homi. in 6. sunt qui-
dam qui instar Laurentij Vallæ triduo dicunt se
Theologos factos, sacrosq; doctores nihil haben-
tes, quib⁹ repugnat Christi actio, qui inter docto-
res voluit esse, ab eisq; audire. Item dicitur, quid
autem iniquus est, quām impia sapere, & sapien-
tioribus doctribus non credere. Sed in hanc insi-
pientiam cadunt, quicunque ad cognoscendam,
veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad
propheticas voces, non ad apostolicas literas, non
ad euangelicas auctoritates, sed ad semetiplos re-
currunt, & ideo magistri erroris existunt, quia ve-
ritatis discipuli non fuerunt verba sunt. text. in ca.
quid autem. 24. q. 3. [Et dyodecim signa pertinacię
scribit Ioan. Gerson. in rub. sequuntur. 12. conside-
rationes, &c.] Inuitantur isti hæretici ad veritatem.
Alij stimulis, sicut lethargi, vt qñ publicè canunt
Palinodiam, 23. q. 4. quid faciet, alij funibus, cum
suspenduntur, vel ligaminibus, sicut phrenetici. c.
ad fidem. ipſa pietas. ibi. Alij disciplinis & verberibus cū fu-
stigantur, sicut peccatores duplicit. c. displicet. ibi.
& Gulielmus de monte Lauduno in c. 2. de hæret.
in 6. Et multi potius timore ignis quām amore
Dei abiurant hæresim, & veritatem agnoscent.
Imò coguntur ad ecclesiam redire, sicut dicitur.
Luc. 14. q. patr. familiæ dixit seruo suo, exi in viis
& sepibus. i. in hæresibus, & schismatibus, vt expo-
nit. text. in c. schismatici. 23. q. 6. & compelle eos in-
trare. c. nimium. 23. q. 4. Nam & Paulus fuit tractus
ad veritatem, vt ibidem legitur, & Actuum. c. 9. &
Angelus coegerit Agar vt ad dominam suam redire.
cap. quando vult, in prin. 24. q. 3. Item multi te-
nentur iniqui, & includuntur, vt bonū opus, id est
Episcopatum suscipiant. capitulo displicet ibidem.
Hodie non oportet cogere ad episcopatum, quia
bene multq; ambiunt, multo fortius hæretici tra-
hendi sunt ad veritatem. Nam pastores puniuntur,
quibus dicitur, errantem nō reuocastis, perditum
non requisiuitis. c. quod errauerat. & c. seq. 23. q. 6.
Et quia illi hæretici compellunt catholicos ad mali-
um, ideo & ipſi ad bonum compellendi sunt. cap.
schismatici. ibidem, alibi dicitur hæreticus more
simiarum, quæ cum homines non sint, formam
humānam imitantur, vultum ecclesiæ catholicæ
& auctoritatē sibi & veritatem vendicat, cum
ipſe in ecclesia non sit, benedicit, cūm à Deo sit
maledictus, vitam pollicetur, cum sit mortuus,
Deum invocat, cum sit blasphemus, sacerdotium
administrat, prophanus, munus ponit ante altare,
sacrilegus, ad hæc omnia accedit, vt antistes dia-
boli audeat eucharistiam facere. Cypria. in cap. si
quis, inquit. i. q. 1. Causæ ex quib⁹ hæreses oriri
solent, describuntur. 2. ad Timoth. 3. ca. hoc autem
scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora
periculosa, & erunt homines seipso amantes, cu-
pidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obe-
dientes, ingrati, scieisti, sine affectione, sine pace,

Bulla Cœnæ Domini.

erimatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatim amatores, magis quam Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.

Prima radix est immodicus sui amor, ex quo oritur, ut sua semper sibi placeant, propriis inuentis delectentur, inde nascitur obstinatio, & pertinacia.

Secunda est gloriae cupiditas, ut gloriam popularem captent, videanturque ab hominibus doctissimi, ac rabi vocentur.

Tertia est cupiditas & avaritia, quæ est radix omnium malorum, hæc latè prosequitur frater Alfonso lib. i. aduersus omnes heres. c. ii. & seq. vbi addit alias tres causas, videlicet negligentiam

Ex negligē prælatorū, nam dicitur. Luc. 2. quod pastores erat etia præla- vigilantes & custodiætes vigiliæ noctis super gemitum, ideo dicit. rex. in c. excommunicamus.

Ex defictu predicationis. §. vi. de heret. volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiae præcipimus, ut ad hæc efficaciter ex trāf-

citer exequenda ep̄i per dioceses suas diligenter lazione sa- inuigilant, si canonicam velint effugere vitionem.

Ex scriptura in lingua vulga- Si quis enim ep̄s super expurgando de sua diocesi si hereticæ prauitatis fermento negligens fuerit,

re heres vel remissus, cum id certis indiciis apparuerit, & ab episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituatur idoneus, qui velit & possit hæreticam confundere prauitatem. Hæc sunt verba illius text. quæ quidam prælati oculo toruo forte conspiciunt. Item defectus prædicationis verbi Dei, unde dicit David, lucerna pedibus meis verbum tuum. Et iterum, declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulus. [Et notwithstanding est quod populus reprobatus fuit cognitus ex mutatione linguae. Gen. ii. c. Nā Populus Deo gratius fuit, primam & antiquam lingua retinens: alius ex mutatione lingue tanquam reprobatus punitus fuit, ut Simon de Cassia scripsit in tractat. de iusto iure domi. Sic est dicendum hodie, quum fidem ecclesie est sequitur, a domino probatus fuit: qui vero nouitates linguae Lutheri & aliorum amplexi sunt, hi reprobi & heretici inueniti sunt.] Tertiò sacrarum literarum in linguam vulgarē tralatio, nam fit ut vulgus legens non intelligat, in quo doctores longo tempore laborarunt, ideo dicitur. Matth. 7. cap. Nolite sanctum dare canibus, neque intratis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dissumptuant vos. Dignoscitur autem hereticus a fructibus eius. Matth. 7. Tum primo quia est nouarū rerum amicus, & eas querit, ut prædicet aut doceat, & sic prædicare vult seipsum, non Iesum. Tum nimia libertas in pronunciando, unde Jacob. i. dicitur, Si quis putat se religiosum esse, non tñfrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vanâ est religio. [Vnde dicit Berodus. lib. 3. quod Noë docuit Theologiam Armenos, quam Scythæ solis sacerdotibus commandant: neque enim fas est illâ vili inspicere aut legere vel docere, quam solis sacerdotibus & inter sacerdotes duntaxat.] Tertiò quod si corrigatur ostendit impatiëtiam: de his 2. ad Tim. 3. mali homines & seductores proficiunt in peccatis, in errorē mittentes, & ipsi errantes, & ideo

dicit glo. Esa. 56. c. omnes qui ecclesiam deserunt, tradentes se spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, nihil ad Deum pertinere credentes. Sed stellarum cursu vel varietati fortunæ omnia gubernari. Hi tradentur æternis suppliciis, ut nullus eorum possit evadere hæc ille. [Et quicunque aliter sacram scripturam intelligit quam sensus spiritus sancti flagitat, à quo cōscripta est, licet de ecclesia non recesserit, tamen hereticus appellari potest. c. quidam in fi. 24. q. 3.] Alia multa dicere contra hereticos, sed quia multi scripsierunt in eos, ideo alia missafacio. Et quomodo opinio heretica per sacra scripturam conuincatur & probetur heretica, tradit Guido de Perpi. in sum. de heret. c. 4. & seq.

Gazaros, a Paterenos, b Pauperes de Lugduno, c Arnaldistas, d Speronistas, e Passageiros, f Vuicliuistas. g.

a Gazaros. De his in auth. Gazaros. C. de heret. & in c. excommunicamus, 2. illo. tit. & hæc secta in partibus Tholosanis inuoluit. c. sicut. i. de heret. & forte à quodam Gaza huius heresis inuentore dicti, nil aliud de his inueni, sed Hieron. super. 47. c. Esa. dicit Gazarenos artus, ut in cata. heret. citatur, & alia ibi de his non dicuntur, ideo pertransito, quia pauci sunt emolumenti.

b De paternis. in d. c. sicut. fit mentio. Alij vocant eos Paternianos, à Paterno dicti, qui inferiores corporis partes à diabolo factas opinabantur, contra ea que scripta sunt. c. i. Genes. & c. nam sic. 56. dist. Hoc ait Bern. Luxemburgo. in Cata. heret.]

c Pauperes de Lugduno. Ideo sic dicuntur. Quia Vualdo siue Valdesius Lug. ciuus harri auctor heres fuit. Is enim cum diuines admodum esset, opibus relicti pauperibusq; erogatis, euangelicam paupertatem se seruaturum constituit, sub cuius velamine multos impios errores tegere creditit. Nam cum idiota esset, quodam lib. vulgari ac materna lingua sibi cōscripsi. c. cit. cum aliquibus sanctorum testimonii, quos libros cum non sanè (ut decebat) intelligere, suo tamè inflatus spiritu apostolorum officium prædicando, usurpauit, multis se, atque discipulos erroribus implicuit. Iuuenimus in prelatos prædictos quo odio infestus, & quia discipuli eius hanc irritabatur paupertatem, ideo pauperes vocati sunt, & de Lugduno, quia Vualdo Lugdunensis erat. Et quia Vualdo vocatus fuit auctor, etiam vocati sunt credentes & sequentes eius secta Vualdensis (si Guaguino credatur) lib. 6. Cōtra quos plene scripsit Clau. de Seicello episcopus Maxiliæ. hi viginti tres errores maximè prosequabantur, quos etiam reprobavit Guido de Parpiniano in sum. de heresib. fol. 79. vbi dicit incepisse circa annum 1170. & eorum sectam Romæ in concilio generali reprobata fuisse.

d Arnaldistas. Ab Arnaldo Italo Brixien. dictos. hic errorem Petri à Bailliardi suscitauit, qui suo cōfessus ingenio, omnium sanctorum doct. sententias (ut quidam nunc heretici faciant) contempnere cepit, & velut alter Ismaïl manus suas contra omnes leuauit. Quapropter iustum fuit ut lingua & manus omnium in eum leuaretur. Non cito eorum errores,

Quomodo
cognoscatur
hereticus.

errores, cum plene Alphonsus in lib. aduersus hæreses. 3. de beatitudine scribat. Hic est de quo dicitur, qd Arnaldum Brixia euomuit, Roma exhortuit, Francia repulit, Germania maledixit, Italia cane peius & angue odio habuit, diabolus magno furore puniendum accepit.

e. *Speronistæ.* Hi etiam excommunicantur in cap. excommunicamus. 2. de hæret. & dicti sunt forte à quodam Speronio, qui sine aliquibus meritis saluari sperabat. Eorum tamen hæreses non vident frater Bernard. de Luxemburgo, vt in catalogo hæretic. attestatur in eodem verbo, sed de his scribit Floren. in 4. parte, summæ. tit. II. c. 7. in fine, qd cum beatus Dominicus primus fundator ordinis prædicatorum diu contra eos prædicasset, & disputasset, post longam verborum concertationem: cum dictis hæreticis conuenit, vt accenso igne in conspectu populi, hæretici iactarent libellum suā doctrinam continentem in ignem, & beatus Dominicus libellum etiam vera doctrinæ fidei nostræ illuc proiceret, & cuius libellus incombustus remaneret, illa vt vera fides acceptaretur, quod & factum fuit, mira profectio fuit res. Nam subito hæreticorum liber exultus fuit, libellus diuini Domini in flamas traditus ter receptus fuit penitus illæsus, & nunquam combustus. Et notandum est quod maior est auctoritas ecclesiæ in determinationibus eorum quæ sunt fidei omni ratione & auctoritate doctorum, nam dicit B. August. Euangeliō non crederem, nisi ecclesia illud approbasset, teste Floren. vbi supra.

f. *Passagieros.* Hivel Passagini, Patareni vel paterni omnes à nominibus inuenientium istas sectas sic dicti sunt, secundum Ioan. And. in d. c. excommunicamus. 2. de hæret. Et in catalogo hæret. idem dicitur. Et isti dixerunt hominem in statu coniugali non posse saluati, sicut & Taciani, & Martiani, contra quos dicitur. 2. ad Tim. 5. c. Quidam in nouissimis temporibus discedent à fide, attendentes doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, prohibentium nubere, & alibi, qui non potest abstineri nubat in domino. Melius est enim nubere quam viri. Plenè prosequitur Ioā, Neuifa. in sua silua nuptiali, & Do. And. Tiraq. in tract. de legibus connubi.

g. *Vuiclefistas.* Dictos à Ioanne Vuiclef Anglo hæretico, istiushæresis inuentore, qui in cōcilio Constantien. damnatus fuit, & multo astante populo combustus, eo quod diceret, & prædicaret, mulieres etiam quo ad rem venereum communes esse debere, eratque ecclesia catholica detractor, & Roma pontificis oppugnator, Cardinalium hostis, & persecutor prælatorum, ac cleri, Christianæq; religionis inimicissimus, hic etiam crucem dominicam nullo pacto adorandam censuit, contra quem extat Davidis auctoritas, Psalm. 98. Adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est, quod autem verius scabellum Christi quam crux? cui pedes illius affixi sunt: & ita exponit D. Hieronymus ibidem, tam de anima & corpore Christi, quam de cruce. Item. Psal. 131. Introibimus in tabernaculum eum, adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius,

& in hoc conueniunt Theologi, & vsus communis, aliisque. 45. eius articuli in dicto concilio damnati fuere, vt pater in dicto concilio Constan.

Seu Husitas, a Fraticellos, b de opinione nuncupatos, necnon per fœl. record. Leonē Papam decimum prædecessorem nostrum superioribus annis damnatam, c impiam, & abominabilem Martini Lutheri d hæresim sequentes, ipsi⁹; Martino quominus puniri possit, quomodolibet fauentes, & quolibet alios hæreticos quocunque nomine censeantur, ac omnes fautores. e

a. *Husitas.* Dictos à Ioanne Hus hæretico discipulo Ioannis Vuiclef, qui dicebat comites & ecclesiasticos ad Christi imitationem omnino pauperes esse debere, quia extata diuinarum copia populū scandalizatur, & fuit in concilio Constatien. damnatus, atque viuus exultus vna cum Hieronymo eius discipulo, anno 1413, vt in supplemento chronicarum patet.

b. *Fraticellos.* Hi nouam inuenerunt religionem, contra iura prohibentia ne quis nouam inueniat religionem. in c. ne noua, de relig. domi. & in cap. vno, illo. tit. lib. 6. & extra. vna. eo. tit. extra. ag. Ioā. 22. ideo eorum secta reprobata fuit, hi pulchriores virgines & viduas decipiabant, ac postea in antris noctu clausæ cum clericis diuinæ laudes pro ritu eorum canebāt, quibus nocte media finitis sacerdotes alta admonebant voce binos debere masculum & feminam sancto spiritu inuocato in copulam carnalem commisceri, quibus dicti lumen extinguebantur, quilibet proximam mulierem prosternebat, & si ex tali coitu mulier cōcepisset, infans genitus in speluncam deferebatur, & per singulas manus trahebatur tandem tortisq; baulidus, quādiu animam exhalaret, isq; in cuius manibus expirabat, maximus pontifex creatus habebatur, teste fratre Bernardo de Luxemburgo in suo catalogo hæretico. in eodem verbo, & puto dictos Fraticellos eo qd fratres dici non merebantur, quia omnes Christiani sumus in Christo fratres. c. ad mensam. II. q. 3. Sed hæretici non ideo fraticelli vocati fuere.

c. *Damnatam.* Bene dicit damnatam, quia omnia per Lutherum suffarcinata fuerunt iam in sacris concilijs damnata, qui tanquam canis vomitum reaflumpsit, vt pulchre docet frater Alphonsus de Castro in suo lib. aduersus hæreses. Et Ecclīus doctor iuris.

d. *Lutheri.* Inde puto dictum Lutherum, quasi lutum ructantem, quod lutum iam damnatum, id est, hæreses adhuc ructauerit: vel Lutherus dicitur quasi luthere rudens, vel luto alias inficiens. Nam luto, inficio est. O bone Deus quot sita lutoſa & abominabili doctrina infecit, & ad infero traxit, hic indulgentias primo ingressu subuertere nifus fuit, ac demum in sanctissimum Christi vicarium. recalcitrare, ac potestate suam à Deo sibi datum

tollerare! eo Leo decimus eum pluries monitum à Christi ouili tanquam ouem putridam abegit, eumq; & sequaces excommunicatos esse voluit, vt hic patet. Alias hæreses suscitauit, tam contra ecclesiam quam ordines ecclesiasticos, quas propè diem spero comburi cum suo authore & sequacibus, iuxta id quod dicitur. Esaïæ. i. c. in fin. Erit fortitudo vestra ut fauilla stuppe, & opus vestrum quasi scintilla, & succenderetur utrunque simul, & non erit qui extingua, sic forma Lutheri fuit cōbusa. Romæ anno 1526. Junij. 12. teste Luxembur. in suo hæret. catalogo. lib. 4. art. 3.

Fautores & Fautores. Hæc verba tradūtur in c. excommunicamus. i. §. credentes de hæret. & Cle. Romani. §. porro, de iure iur. Et in duplice sunt differentia,

Quidam habent iurisdictionem. Alij non, illi qui habent iurisdictionem dicuntur fautores, si negligant capere, vel punire hæreticos. cap. negligere. 2. q. 7. vbi sunt hæc verba, Negligere (cum possis) perturbare peruersos, nihil aiud est quam fouere, nec caet scrupulo societas occulta, qui manifesto facinor definit obuiare. Idem dicitur in c. qui potest. 23. q. 3. Vnde dicit August. ad Lotharium, Qui vitii nutriti parsit, & fauet, ne contristet peccantium voluntatem, non tam est misericors, quam qui non vult cultrum rapere pueru, ne audiat plorantem, & non timetne vulneratum doleat, vel extinxit. c. qui vitii. 23. q. 5. & i. Reg. 15. c. dicitur, q; rex Saul damnatus fuit & regno priuatus, q; a contra præceptum domini pepercit Achab regi Amalech. facit. auth. si vero. C. de hæret. Scriptum alibi quippe est, qui crimina, que potest emendare, no corrigit, ipse committit. c. præterea. 23. q. 8. & error, cui

Confides, non resilitur, approbatu, & veritas, cum minime defensatur, opprimitur. c. error. 83. dist. Ideo potest, consules, vel alij, qui ciuitatis præesse volunt, debent iurare ad requisitionem episcoporu, quid iura, vel vicariorum suorum, seu inquisitoru hæreticæ re debeat, prauitatis, q; præcisè attendere, & iniuolabiliter obseruare, ac facere à suis subditis obseruari toto tempore suis regiminis in terris suæ iurisdictioni subiectis, constitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorū, ipsorumq; filios, & nepotes à sede apostolica promulgatas, ac etiam approbatas, quas qui iurare noluerit, & seruare, vt infamis & tanquam hæreticorum fautor, ac de fide suspecto officio & honore sui regiminis spoliatur. Hæc sunt verba, tex. in c. vt officium. §. fi. de hæret. in 6. hodie diccesani & inquisitores non petūt hoc iuramentum in Francia, & male, hoc enim non deberet omitti, maximè ist tempore. Considerent ergo habentes iurisdictionem, ne hunc fauorem præstent, non habētes verò iurisdictionem si dictos hæreticos non capiant, vel puniant, non dicuntur fauentes, q; ad eos non pertinet, sed ad illos, qui iurisdictionem habent. l. no est singulis. ff. de reg. iur. c. si de area. 26. q. 2. nisi isti essent sacramento adstricti, vt q; iurarunt indicare, & celant, tunc fautores dicentur. c. si q; vero, & c. qui quis. ii. q. 3. facit. l. solent. ff. de prescr. verb. Possunt etiam isti priuatif fautores dici, quādo excusant hæreticos serio, dicendo istos no esse

tales quales reputantur vulgo, vel dicunt, q; dicti hæretici reputati non negant istas propositiones. Archid. in c. 2. de hæret. in 6. col. 3. velsi dicat sciēs esse hæreticum eum esse iustum & sanctum. cap. si quis dixerit, & seq. ii. q. 3.

Item aduocati excusantes excessus illorum dici possunt fautores, & alias etiā fautores dici possunt consideratione habita personarum, temporis, & locorum. non enim hæc omnia possunt ad vngue perstringi, plerumque enim hæc verba homines simplices ad amorem hæreticorum prouocant, & deuotionem quam habent ad ecclesiam minuant & eneruant, huius falsi excusatores fauere, etiam dicuntur. ii. q. 3. c. non solum. [Bart. in l. post legatum. §. sunt qui putant. ff. de his quibus ut indig.]

Item fautores sunt, qui sub quadā iustitia specie fucatis quibusdam exquisitis adiumentibus æquitatem obtulerunt, & pruaricationem eorum tegere argumentis suis. c. ita. ii. q. 3.

Facto etiam q; s; dicitur fauere hæreticis, utpote, qui alimoniam procurat, qui eos liberat, & qui ea per quæ liberantur administrat. c. est iniusta. 23. q. 4. l. si pignore. ff. de furt. c. accusatus, in fine, de hæreticis, in 6. nam dicitur. Deut. 13. c. Ne parcat ei oculus tuus, vt miserearis, aut occulces eum, sed statim interficies, quod facit contra iudices hæreticos liberantes.

Idem in eo qui precibus hæreticum liberat. §. i. vers. illud. 14. q. 6. caueat sacerdos istis absolutionē dare, nisi damnationē incurere non metuat. vide Albert. in l. si testa. ff. de conditio. & demonst. [Et hodie istorū hæreticorum infinitus est numerus, sicut stultorū. Eccles. c. i. in fi. & apud Theognidē scribitur, Non superest unus numina ritè colens.]

& receptatores, liberosq; ipsius Martini, aut quorūvis aliorū eiusdē lecte sine auctoritate nostra & sedis Apostolicæ quomodolibet

f. Et receptatores. Hi dicuntur, qui hæreticos recipiunt scientes eos esse tales, & eos occultat & celant, forte ut manus iustitiae euadat. l. i. ff. de receptat. l. 2. C. de his qui latro, vel alii crimi. reos occultant. maximè si aliquid receperint, vt illum hæreticum seruarent, & reciperent. l. marito. §. quæstū. ff. de adult. c. felicis. in pr. de hæret. in 6. ibi, aut posteā receptauerit, vel defensauerit sciēter, etiā si semel tantum receperit. Nam frequentatuum receptare, pro recipere frequenter ponitur. l. fi. ff. de receptato. & est propriè recipere, refugii abscondēti causa præstare, vel in agro suo, vel in alieno loco, ædificione. l. i. §. quod autem. ff. de seruo corrupt. Et hi perinde puniuntur atq; hæretici. l. i. ff. de receptat. c. i. de homic. in 6. multa de his receptatorib; dixi in practica mea. rub. de cōtumacia. art. 67. in gl. 2. q. 7. vbi posui regulā cū limitationib; declarando cōsuet. Tholo. rub. de immunit. ciuiū. art. i. Et nota q; hodie nullus extra Papam potest excommunicare aliquem cum omnibus receptatoribus & participantibus, sed opus est q; participes prius moneantur. c. statuimus. de sent. excommunicat. ip. 6. Pan. in c. quod in dubiis. illo. tit. legentes,

legentes, a aut in suis domibus b tenentes c, imprimentes d aut quomodolibet e defendentes, ex quauis causa publicè vel occultè f quoouis ingenio vel colore.

a Legentes. Et sic legentes libros Luteri Oecolampadij, vel aliorum hereticorum sunt excommunicati, vt hic, nec debet absolu ab alio quam à Papa, si tamen legerint ignoranter librum alicuius hereticorum, in quo authoris nomine non erat descriptum, non habet locum quod hic dicitur, quia ignorantes nolumus ligari, dicit tex. in l. generali. C. de tabulari. ff. vel ille qui cōpositerat, non erat habitus pro heretico, no in l. Barbarus. ff. de off. p̄t. vel si legerint auctoritate Papæ, vt in hoc tex. dicitur.

b Aut in suis domibus. Id est proprii, id est si teneant libros in domibus conductis, vel in ea in qua gratis inhabitant, institu. de iniur. § lex cornelia. & l. lex cornelia. § domi. ff. illo tit. Appellatione enim domus habitationem significari palam est. l. qui dominum. ff. ad l. iul. de adult. Idem sūn aposteca teneant. Alex. col. 223. in 2. vol. Barba. cons. 20. col. 4. in 2. vol. Vide quā addidi ad dictio. Alber. in verbo domus. & in c. sine exceptione. 12. q. 2.

c Tenentes. Retinens libros hereticorum est excommunicatus, vt hic, nec potest absolu ab alio quam à Papa, immo eo ipso quod libri hereticorum reperiuntur peres aliquem, ille præsumitur hereticus, & potest de heresi condemnari, text. in ca. si forte. & c. sane. & ibi archi. 22. q. 4. facit l. maiorem. C. de falsis. Hippoly. consil. 52. misericordia. nu. 34. Vnde dicit imperator, Nemo huiusmodi habere libros, & sacrilega scriptorū audeat monumenta seruare. l. quicunque § nō. C. de heretic. quod facit cōtra multos nostra memoria in his pertinaces. [Sed hi libri comburedi sunt: noluerunt enim prisciviri quicquam in ciuitate seruari, quo animi hominum à Deorum cultu auocarentur. Valer. lib. i. de neglect. relig. c. 13.]

d Imprimentes. Et sic imprimentes libros hereticorum sunt excommunicati. Quid si imprimant bonos libros cum additionibus hereticorum? Idem dicerem, quia additiones sunt pars librorum, ideo qui imprimit partem, est etiam excommunicatus, argum. l. quā de tota. ff. de rei. vendi. c. pastoralis. § item, cum totum, de off. delega. [Et idem censetur statutum in additionibus quā in libris Feli. in c. nu. 34. de sponsal.]

e Quomodolibet. Siue verbo, siue facto, siue per se, siue per alias. glos. in extrauagan. ad conditorem, col. 3. de verbo. significatio. in extrauagan. Ioh. 22. Quare qui hereticis & schismaticis patrocinatur cēlula diuina in eorum probatur facinore, & pene non solum duces & actores, sed etiā participes destinari, nisi se à communione malorum separauerint, præcipiente domino per Moysen, Separmini à tabernaculis hominum istorum durissimorum, & nolite tangere de omnibus, quae sunt in eis, ne simul pereatis in peccatis eorum. Sunt verba beati Cypriani in c. si quis inquit, in fine i. q. 1.

f Publicè vel occultè. Referri ad omnes prædictos potest, videlicet quod fautores publicè vel occul-

tē sunt excommunicati vt hic, de hoc verbo publicè est glo. in cle. i. de sepul.

Item receptatores eorum publicè vel occultè sunt excommunicati hic.

Item legentes libros, etiam occultè, hic excōmunicantur. Præterea tenentes libros etiā occultè in suis domibus ligantur hic, &c qui quis sit ille, nisi hoc de auctoritate sedis apost. faciat, vt sunt quidā theologi, qui ad confutandas heresies necessitate habent videre libros hereticorum, maximum doctores huius aliae vniuersitatis, qui semper vera fidei tuatores & hereticorum oppugnatores fuere, ideo vt his naniis per hereticos adductis respondere valent, libros hereticorum ex auctoritate Papæ habere poterunt. Nā errores, qui ignorantur, reprobari non possunt. cap. legitimus. 37. dist. cap. fin. 24. q. 3. Imprimētes palam vel occultè hac poena astringuntur, &c nisi essent hi, non palam facti essent tot libri istius suffarcinati Lutheri, nec aliorū, sed potest dici, vñ illis, nesciunt quid faciunt.

Item quomodolibet defendentes tam publicè quam occultè vt infra dicetur, hic excommunicantur. Illos etenim publicos & manifestos dicas, qui contra fidem catholicam publicè prædicant, aut profitentur, seu defendunt eorum errore, vel qui coram prelati suis concubunt, vel confessi, vel ab eis sententiā liter cōdemnati. c. super quibusdā. in prin. de verb. signifi. Verū dicitur Psal. 18. Ab occultis meis munda me domine. Nā licet ecclesia non iudicet de omnino occultis, tamen quando proceditur ad aliquem actum exteriorē, iudicare potest vt hic, quia factum occultum damnat, vide. licet electionem clandestinā. c. quia prōpter. §. si. de elect. & collationem occultam suspectā habet c. vno. vt Eccles. benefi. &c. & ibi gl. in ver. occultā, & c. cum ex iniuncto, de hær. & ibi Feli. Sic & lex factum occultum reprobat. l. nō existimo. ff. de admīnist. tur. o. l. ita fidei, de iure filii. l. conuenticulā. C. de epi. & cle. & l. C. de delato. nō tamen excōmunicatur hic, qui heresim solum in corde habet, per gl. in c. cum quis. de sent. excom. in 6. vbi si quis habere ratam verberationem clerici in animo cātum, non est excommunicatus. Ange. de clauis. in sua summa. in verbo hereticus. q. 2. licet glo. teneat contra in summa. 24. q. 1. & in cle. i. §. verum. de hereticis. quā possunt intelligi. quādō peruenisset ad aliquem actum exteriorē, ut pote scribendo, vel aliud occulte faciendo, sicut de Ioseph ab Arimathia, qui actu exteriori ostendit se esse discipulum Iesu, videlicet sepeliendo eū, alias ecclesia nihil de eo dixisset, si ad aliquem actum non peruenisset, & in aliis iuribus dicitur occulte respectu publici. Vi de in summa siluestrina, in verb. excōmunicatio. 7.

Et generaliter quolibet defensores g eōrundem.

g Defensores. dicuntur duobus modis. Primo quādo perlonam errantē quis defendit, ne ad manus iudicis perueniat examinandus, vel puniēdus aut ne forte aliquā reuelat. c. si custos. 27. q. 1. & q. 5. per totum. & cōtra hos defensores potest ad excōmunicationē procedi, vt hic, & tales sunt suspecti,

& potest eis indici purgatio.ca.hi qui.14.q.6,vide tex.in c.dixit.24.q.3.c.a.vno.de homicid.in.6.

Alij defendont errorem, & is damnabilior est eo, qui errat, quia nō solum errat, sed etiā alij offendicula erroris præparat, & cōfirmat. vnde quia magister erroris est, non tantū hæreticus, sed etiā hæresiarcha dicendus est. c. qui aliorum. 24.q.3.

Item si defendat errorem & errantem, quia dicitur, qui cōsentit peccantibus, & defendit aliū delinquentem, maledictus erit apud deum & homines, & corripetur increpatione severissimā. hinc etiam quidam sanctissimus pater ait, si quis peccatum defendit, acrius quam ille, qui peccauit, coercentur. Et si quis alterius errori cōsentit, si at se cū illo simili modo culpabilem iudicandū, sunt verba tex.in c. qui cōsentit. II.q.3.c. cum homo. 3.q.5.

Et aliquando plus punitur consilens, quam is qui facit. I.vtrum. ff.adl.Pompe.de partici. Et ideo medicus daps venenum filio, vt id præbeat suo patri, plus punitur, quam si ipse medicus patre veneno necasset, vt ibidē dicitur, & in car. tanta. 86.dist. & ibi gl. Item in extraag. Ioan. 22. quorumdam. in fi. de verbo. significatio. dicitur, si quis autem damnatas hæreses, vel ipsarum alteram sc̄iēter, verbo, vel scripto defēdere, vel approbare presumperit, de fratru nostrorum consilio decernimus, vt tanquam hæreticus ab omnibus evidenter habeatur, & ibi glos. hoc diffusius declarant, quæ possunt vide ri. Et hi & quicunque hæretici si ad ecclesiam revertantur, debent recipi per episcopū, & abiurare hæresim [scripto, capit. conuenientibus. I.q.7.] & promittere episcopo, quod tenebunt deinceps fidem catholicam, & hoc facient publicē, si publicū erat crimen. Privatum, si privatum erat cōmissum ca. quotiens. I.q.7.vbi ponitur forma abiurationis, & in ca. ego, de conse. distinet. 2. quod si post abiurationē repertus fuerit recidisse, sine villa audientia seculari iudicio est relinquendus. cap. ad abo lendum, de hæretic. quantum tamen ad fidē & ad absolutionē in extremis non debet ei denegari, si penitentie signa in eis apparuerint manifesta, qd ecclesia nemini claudit gremium. c. adhuc instat, de pœni. dif. 3. cap. super eo, de hæret. in 6. Non tamen dicetur relapsus, qui vnum abiurauit articulum, si in aliis delinquat, nisi erras in uno simpli citer vel generaliter omnē hæresim abiurauerit, ca. accusatus. §.i. de hæretic. in 6. Ille vero qui post abiurationem hæreticos acceptat, deducit, visitat, siue associat, aut dona vel munera eis donat, vel mittit, seu favorem eis impedit, qui excusari non possit, merito debet iudicari relapsus. §.ille. & cap. accusatus. Hodie vero per Bullā Clementis 7. cōcessam anno 1533. 3. Kal. Septem. mandatur omnibus hæreticis, maxime in regno Franciæ degentibus, vt intra duos mēses hæreses abiurēt. Si autem id nō fecerint, seu facere noluerint, lapsis duobus mensibus tanquam in hæresim relapsi, eo ipso habebantur, arbitrio secularis potestatis animaduersione debita puniendos, etiam si publicē hæresim abiurare paratos, vel ad fidem reuerti velle dicāt, relinquendi. Hæc sunt verba Bullæ, per quæ patet judices secularares non errare, si hodie aliquem hæ-

reticū licet volentem abiurare hæresim, igni mā dent, si iuxta tenorem Bullæ hæc faciant, declarat Guido de perpinia in c. 10. summa, de hæresibus. Credentes illi dicantur, qui ore proprio confiten tur se credere erroribus illorū, c. potest fieri vers. quid ergo, & c. actione, de pœnitent. distinet. I. & c. Deus quando. 24.q.3. Nā vniuersusque voluntas ex confessione demōstratur. c. cū pro parculis. & c. si qua mulier. de consec. dist. 4.vbi dicitur, quod vniuersusque propriæ voluntas in cōfessione demon stratur. doct. in c. excōmunicamus. §.i. & §. credentes. de hæreti. Imo etiam illi qui adorauerunt, seu reuerentiam suo more exhibuerunt, vel communione seu cōsolationem ab hæreticis receperunt, vel similia perpetrauerūt, quæ ad ritū eorum pertinēt, hæretici dicuntur, vt expresse tradit Guliel. de mōte Lauduno in c. 2. de hæret. in 6. Nā ex factis de afflītu p̄ficiuntur, c. qui viderit, & c. sicut. 32.q.5. Nec enim refert facto vel verbo talia face re. c. extiunt. in q. 3. l. de quibus. ff. de legib. dūmo do tale factum sit, quod aliquid erroris in se mistū habeat, vt supradictum est. d. §. credentes. vbi dici tur credentes eorū erroribus. Secus si de se bonū esset, vt facere eleemosynā talibus, vel hospitium præbere, vel visitare eos, in quibus nil de eorū ritū exp̄ssum ostēditur; tūc si interuentu pecunie hæc fāt, non iudicātur credentes, sed potius fa tores, de quibus supra. Secus si prius lapsi, & semel moniti hoc facerēt, credentes etiam dicerēt. c. accusatus. §.ille quoque. de hære. in 6. Itē credentes dicuntur qui prædiciones illorum audierūt pluries, & frequenterunt. Secus si semel, quia nō videntur approbasse, quod postmodū vita erunt. arg. c. constat. & cap. si quis inquit. I.q.1. facit l. qua contra, in fin. C. de incest. nup. & cap. ex studiis. de præsumpt. & illis potest indici purgatio.

Idem si libros eorum legant, per d. c. excōmunicamus, ibi. Qui autē inueni fuerint sola suspitione notabiles, &c. Idē si libros hæreticorum sus pectos suscipiat, nisi eos exhibuerint, vel alio modo destruxerint. arg. c. primi. & c. si quis. 5. q.1. & d. c. si quis inquit. I.q.1. Guliel. & Archid. in d. ca. 2. de hæreti. in 6. ita tradunt. Nota tamen, quod ille qui iuit ad hæreticum causā discēsi, nondū tamen à fide catholica discēsi, euadit mortem, & punitur pœna decem librarum auri fisco applicanda: per text. in l. quicunque. §. eos verò. Cod. de hæred. & mortale peccatum incurrit ratione curiositatis, & periculi. Tho. 2. 2. q. 267. refert eum Purpu. in l. in 96. vers. 2. inferiur. C. de sacrosan. eccles.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes piratas, a cursarios, latrunculos maritos, & illos b. præcipue qui mare nostrum à monte Argentaneo usque

• **Piratas.** Pirata Græcè, prædo Latinè dicitur, à nomine primi latronis, qui prius mare infestauit, à quo omnes maritimi predones, & spoliatores pi ratæ dicti fuere, vthic. Postea declarat hic, dicēdo cursarios latrunculos maritos, piratæ cursarij maritimilingua vulgari Italcorū & Occitanorū vocātur, & sunt qui prædatur, & spoliant Christianos nauigio

Articulus secundus.

nauigio vectos, & tales excommunicat hic Papa, & etiam à iure excōmunicantur in c. excōmunicationi, de rapto, vbi dicit Hostien. quod isti ter in anno proprio ore Papæ excōmunicantur, & maximè in coena domini, vnde nullus presbyter præsumere debet istos absoluere. cap. si quis. 24. q. 3. & ratio traditur, quia nauigantes & iter agētes sunt quasi miserabiles personæ. Panor. in d. c. excōmunicationi. ideo ecclesia eos defendit, & excōmunicat tales infestantes eosdem. Notandum est, quod tria faciunt piratam. Primum quando indifferenter omnes spoliat, nec se restringit ad aliquam nationem, sicut meretrix que passim omnes admittit, nō habendo rationem ad homines suæ ciuitatis, vel pulchros, vel ad nigros seu albos. Sed vulgo sicut os inferni neminem recusat, ut dicitur Prover. 30. c. Trias sunt insatiabilia, infernus, os vulua, terræ quæ non satiatur aqua, ignis verò nunquam dicit, sufficit.

Secundum, Intentio principalis huius piratæ furoris exercēdi, que intentio iudicat omnes. c. cū ab omni. & ibi Io. Andr. de vita & hone. cleri, vnde si Ianuenis intendat spoliare omnes Venetos, sed non principaliter, sed suis vacare negotiis, non est pirata. Nā id quod principaliter agitur inspicitur. l. si quis nec causa. ff. si cer. pet. & ibi plene doctor. Tertium, sic spoliare non indicto bello facit eum piratam, secus si bellum etiam indictum esset. Summa Sylvestrina, in verbo, excommunicatio. 7. q. 20. Et quid si mercator miserit famulum cum mercibus in Alexandriam, & is fuerit per piratas spoliatus, & captus an dominus teneatur dare pecuniam pro redemptione? Respon. quod non regulariter, quia nō tenetur de casu fortuito, concludit Aegid. Bellamera, conf. 22. quidam mercator, vbi etiā dicit quid de capitaneo capro in bello, an Rex teneatur pecuniam pro redemptione illius soluere, ibi vide tu qui indiges.

Rex an te-
neur solue-
re pecunia
pro capita-
ne capro
ab inimi-
cis.

b. Et illos. Excommunicat hic Papa illos, quis Romanæ vicinū mare discurrunt, & discurrendo illud, deprædantur, si ergo tantum discurrerent, & non deprædarentur etiā si animo deprædandi discurrerent, non sunt hic excōmunicati, quia cogitationis pœnam nemo meretur. dicit tex. in cap. cogitationis. de pœnit. distin. 1. & hic requirit factū, sed apud Deum puniretur ille, cū omnia sint eidē aperta, tanquam dies hesternus. gl. in §. conditiones, per illum text. insti. de verbo. obligat.

ad Terracinam discurrere, & nauigantes in illo deprædari, mutilare, a interficere ac rebus & bonis suis spoliare præsumperūt haec tenus & præsumunt, ac omnes receptatores eorundem, & eis auxilium b. dantes, consilium, c. vel fauorem.

a. Mutilare. Dicuntur membrum abscindendo, vel debilitando. c. i. & 2. de cleric. pugnat. in duel. Ioan. de Imol. in glo. mutilat, in clem. vna de homicid. Felin. in c. cum illorū, col. vlt. de sent. excom. licet Panor. voluerit contrarium tenere ibidem, & hic pirata excommunicatus non potest ab alio

quām à Papa-absoluvi, ut infra dicetur.

Soleat tamen poenitentiarius maior (qui cōmuniciter est Cardinalis) in casibus arduis, & Roma. pontifici reseruatis, absoluere. gloss. & ibi Cardin. in clemen. ne Romani. §. eo tamen. de electio. Minor verò poenitentiarius absolvit à casibus reseruatis episcopis.

b. *Auxilium.* Hic latè sumitur pro quolibet adiutorio seu fauore, siue quis mutuet pecunia piratae siue alimenta tradat, siue patrocinij præstet, vel simile quod ad eius utilitatem pertineat. l. 4. ff. ad re. leg. Iuliam maiest. ibi armis, telis, equis, pecunia, aliave aliqua re adiuti erūt. c. excommunicamus. de hæreti, ideo dicit Iurisconsultus auxilium dāri armis, manu, clamoribus, obiectu corporis ac plorando. l. 1. §. potuisse, & seq. & l. cum dominus. ff. de Senatuscon. Sylla.

Item præbendo domum, in qua se occultet pirata. l. qui domū. ff. ad legem Iul. de adult. vel sarcinas, aut furtæ, seu alia paramenta recipiendo. ca. sicut. §. hi quoque. de homicid. Socin. in repet. c. ad audientiam. q. 63. vers. visis. de homicid.

Item cundo cum aliquo datur auxilium. Bal. in ca. vno. col. 5. de alaudii per illum text. Albert. in 4. parte, statuto. q. 32. Corset. in sing. incip. auxiliū. & dicitur auxilium ab augēdo, quia per ipsum aliquid augetur. nam sicut terra auxiliatur frugibus, sic qui opem præbet auxiliatur ei, cui præbet. Saly. in l. vna. col. 4. nu. 22. C. de rapto. & sic quando auxilium prohibetur, vel punitur simpliciter, non ratione certi actus, tunc generaliter sumitur, & latè, secus si respectu certi actus. vt ad homicidium, vel aliud maleficium committendum. Barto. in l. furti. §. ope. ff. de furtis. Angel. in tractatu de malefic. in gloss. Andream auxiliatorem, vide Felin. in cap. si- cut dignum, de homicid. plene Hippoly. in practica sua. §. constante. num. 65. vbi dicit nunquam puniri auxiliatorem non sequuto delicto, per text. in l. scpe. in fin. Ibi nec consilium habuisse nocendi, nisi & factum sequutum fuerit. ff. de verb. signi. vbi scripsi. gloss. in l. fed & diuortij. & ibi Dy. rerum amot. Bald. in l. 1. colum. 3. in quarta oppo. C. deser. fugitiui.

c. *Consilium.* Dicitur quædam probabilis persuasio debito tempore, alijs insinuata, teste Bal. in l. 1. col. 2. C. de vindic. liber. & requirit quandā maturam deliberationem. Oldrad. conf. 44. quaritur, & potest se habere dupliciter, vno modo prout quis in se deliberat, & deliberando eligit, alio modo prout quis alteri consilium, ut aliquid faciat, & ita capitur hic, vt sentit. Bart. in l. scpe. & ibi dixi. ff. de verb. sign. Socin. in repet. ca. ad audientiam. §. sequitur. q. 77. de homicid.

Notandum estramen, quod in quibus casibus debet puniri dans consilium, auxilium, & fauorem, debet intelligi, vt miti pœnæ debeat, quamvis qui fecit delictum. Saly. in l. 1. colum. 7. Cod. de rapto. Capol. conf. 27. requisitus. col. vltima, & etiam debet intelligi vt teneatur tūc eadē pœna in casibus, in quibus a iure cōmuni teneretur eadem pœna, videlicet si dedisset causam mori, & quando non esset nudū consilium, vel auxilium, lecussi esset nudum.

Bulla Cœnæ Domini.

nudum.Hippol.sing.15.statuta,& in l.f. numer. 52.
cum seq. ff.ad legem Corn. de sica. & in l.eiusdē.
col.1.ibidem fallit in c.Felicis, & ibi.Ioannes Mo-
nach.de peñis.in 6.

*Articulus
tertius.* Item excommunicamus & anathemati-
zamus omnes qui in terris suis noua peda-
gia a imponunt vel prohibita exigunt.

Pedagia. Dicuntur quæ dantur à transeuntibus
per loca,in quibus sunt constituta,à pede dicta.

Guidagium datur pro cōductu securō per ter-
ram alterius habēdo.gi.& doct.in c.super quibus
dam.¶ præterea,de verbo,signif. & hæc duo vo-
cabula sunt ex communī vsu hominū introducta,
potius quā Latina,hoc à vulgari idiomate dicitur
à guide inde guidagium.Vestigal.verò dicitur id,
quod præstatur pro rebus,quæ vehuntur.glo.in l.
1.ff.de publica,& vestigal.Hodie ex communī vsu
loquendi vestigal pedagium vocamus,et iā nulla
potest colligi differētia inter hæc,teste Anchār.in
capit.quanquam de censib.in 6.sequitur do.Ioan.
Sanfon in consuetud.Tūro.in rubr.*Des droit de*

Pedagia peage, art.1.adhæc quod est eadē ratio prohibitio-
quare inueniētis in gabella,sicut in pedagio,put cōsuluit Cor-
nel.conf.199.circa.col.2.vol.1.Etabiūto scire
inuenta pedagia,eo quod solet negligi,quod cō-
mune est.¶ i.inf.de fatisda.tutor.l.3.¶ penul.ff.de
excusa.tut.Ideo viæ & alia loca publica negligebā
tur,quare fuit cōcessum vni,videlicet principi,vt
quicquam reciperet,idq; exponeret,tam ad in-
structiones ponticam,quam reparations viarum,
& pro defensione fidei,ac patriæ,vel alia simili iusta
causa,ideo is qui pedagium recipit,supradicta fa-
cere tenetur ac seruare soluentē intra iurisdictionem
suam,& districtum in persona & rebus,alio-
qui tenetur ad satisfactionem plenariā,si ea causa
datum fuerit.Hohtiensi.summa de cēsibus.¶ ex
quibus causis.ver.sed nūquid sine causa,quem se-
quitur Guido Papæ.conf.65.viso.themate.col.1.

Notandum est quod ius ciuile nouam vestigal-
ium & pedagiorum impositionem exosam habuit
ad eo,vt nulli vestigalia noua inducere permis-
erit.C.vestigalia noua institui nō posse.l.i,& per to-
tum,imo si quis vestigalia noua imposuerit,iure
ipso in centum aureis cum infamia punitur.l.vna.
ff.ad legem Iul.de ambitu.

De iure verò canonico donec satisficerit,cō-
munione caret Christiana.ca.si quis Romipetas.
24.q.3.c.innowamus.de censib.c.quamquā,illō tit.
in 6.& hic excommunicatur à Papa propter crimi-
nis atrocitatē,etiam subditis consentientibus.
Ratio est ne domini exhauiant pecuniam subdi-
torum,& oppressiones subditis faciant,que etiam
fieri potest,si augeantur pedagia imposta,& noua
tunc dicuntur.per l.vestigalia.ff.de publica,& ve-
stigia,quia quod iuris est in toto,& in parte.ca.pa-
storales.¶ item cum totū de offic.deleg.vulgata.l.
quæ de tota.ff.de rei vendi.Salice.in d.l.vestiga-
lia facit l.hactenus,in si.ibi,neque autem ampliare
posse.ff.de vſufruct.

Fallit quando pedagia imposta exigerentur,

quia hi exigentes non comprehenduntur per hoc
verbū noua pedagia imponunt.Nam postquam
non conueniunt verba,nec dispositio.l.4.¶ tories.
ff.de dam.infect,c.indēnitati bus.¶ supradicta.de
elect.¶ n.6,dic tamē,quod si exigatur sine causa ve-
ra vel puraria hic comprehenditur in verbis vel
prohibita exigūt,& tūc est atrox crimen:& si cum
armis exigatur,punitur lege Iulia.de vi publica.l.
fi.ff.ad l.Iul.de vi publica.si sine armis,peñal.Iulie
de vi priuata,nota in l.pen.& fi.ff.ad leg.Iul.de vi
priuata.si verò ex iusta causa sit indictum,vel est
iustus error,tunc crimen non contrahitur,si secū-
dum legē vel priuilegium exigatur Bal.conf.289.
Quia consuetudo.col.2.in 4.vol.veruntramē si pu-
blicanus malē exigat,quia de illis de quibus non
erat consuetum,tunc peñal capitali de iure ciuili
punitur.l.vniversi,C.de vestig. & commissis:si ve-
ro plus (vi frequenter fit) exigat,quam licitū erat,
tunc publicanus exilio punitur.l.fi.C.noua vesti-
galia,vel alias,vt in l.¶ dixerit.ff.de publica.non
tamen excommunicatur hic vt dixi.

Secundū fallit in Imperatore & Rege,c.super
præterea.de verb.signit.ca.innowamus,de censib,
de Rege Franciæ,quod noua vestigalia imponere
in suo regno possit,firmat Salyc.in l.vestigalia.C.
noua vestigalia.Bertach.in tract.de gab.in prima
parte,q.1.Ioan.Feral.in tract.de iuribus regis Fran-
ciæ.in 17.priuilegio.Iacob.Bonaud.in suo panege-
rico sito post tract.contra rebelles regum.Ioan.de
terra rubea,& Chassa.in consuet.Burgund.in rub.
des iustices.¶ 4.Nume.23.vnde Philippus Valesius,
cum pecunia ad paranda bella eidem non sufficeret,
vestigal salis impositum,videlicet,vt nemo vnu
sal vendere sine eius mandato posset,quod etiam
hodie penditur,vt videre est per Gaguinum,in vi-
ta Valeſij.lib.8.vers.inter tot quæ ,&c.Simile salis
vestigal,Ancus Martius Romanorū rex apud Ro-
manos induxit,vt in eius vita cōtinetur,vino quo-
que impositum nouū vestigal per Carolum quintum
legimus,apud eundem Gaguinum lib.9.vers.
est præterea.Potest etiā Delphinus,vbi supremus
est,& iura Imperij habet in Delphinatu,noua ve-
stigalia imponere,teste de Ripa in l.2.resp.c.28.
Allobrogum idem in alio principe nō recognoscē
te superiore,vt plenè consuluit Deci.conf.534.
procedendo,nō poterunt tamen isti indicere,piis
ob necessitatem,vel vtilitatem publicam,alioquin
peccant teste Ioan.Fabro in d.l.i.in fin.Sed cum iis
poterit etiam rex in suo regno concedere iura ve-
stigialium.Barto,in l.si publicanus.¶ fin. ff.de pu-
blic Berth.in tract.de gabel.in 1.part.q.2.& Specul.
intit.de possessionis.¶ 2.versic.quid de colligentia-
bus.vbi Ioā.And,dicit in addi.incipiens.super qui-
busdam,quod concessio facta per principem de
nouo pedagio in loco grauato pedagiis hoc tacito
per impetrantem est subreptitia,& nō valet,quia
si princeps sciūset locum iam esse oneratum,non
concessisset,vel non ita de leui.cap.postulasti.de
rescript.Et etiam rex potest prohibere,prout facit
Ludo.12.in sua ordina.ne quis in suo regno indebi-
tas exactiones faciat,alioqui ad duplū exigentem
punii voluit,& ibi dixi rationem propter timo-
rem

rem conspirationis, metus, & compulsionis. Nam talis impositio possit inducere perturbationem vel diminutionem collectarum (quas talias vocant) & etiam quia interest regis subiectos habere locupletes. §. f. insti. quibus ma. nō licet, etiam eius interest dictos subditos liberos esse & Fracos, iuxta nominis allusionem, sic consuluit Iason conf. 8r. cōmunitas. col. 4. nu. 5. in 3. vol. quia ista impositio est de iure regaliorum, vt in vſib. feud. quæ ſint regalia, etiam si baro vel alius dominus indigeat, tamen ob hoc plus ſolito grauare subditos nō poterit. Floria. in l. f. filia. in princ. ff. famili. hercif. ideo conſuetudo vel præscriptio non iuuat comites, vel alios dominos: quia quando Baro vel alius potens vſus est aliquo iure præteno ſuper non potentem, & maximè quando arrestat, vel arreſtari & ignorari facit, ſine cauſe cognitione, præſumitur extortio, & violēcia, vel clādefinitas. l. f. §. pen. ff. quod me- tuſ cauſa, hoc expreſſe tenet Guido Papæ in cōf. 65. viſo themare. coll. 1. allegando. Ivn. in c. bonæ. 2. de poſtul. præl. & Ioan. Fab. in l. f. certiſannis. C. de paſt. & §. æque. q. 3. circa finē. verſi. illud autē nota inſtit. de actio. & tunc non ſufficit præscriptio, vel conſuetudo longiſſima, etiā quinquaſinta anno. tum quia eſt violenta, vt dixi, & ſic non debet ma- nuteneri in illa poſſeſſione, quæ eſt irrationabilis, & induc̄tiua eſſer peccati, quia abeſſet bona fides c. vigilanti. & c. fi. de præscript. in authent. vt nulli iudicū, in princ. collatio. 9. & ideo requiriſt præ- scriptio centum annorum, Guido Papæ conf. 150. viſo ad plenum. colu. 2. & seq. quod eſt notandum contra dominos locorum multa iura ſuper subdi- toti ſibi vſurpantes, vt in hiſ vſurpati per iudices manutenere non debeant. [Vide Lucam in l. vi- ros. col. vlt. C. de diuersis offic. lib. 12.]

Articulus quartus. Item excommunicamus & anathema- tizamus omnes falsarios, a bullarum, b a Omnes falsarios. Tria in falſo iura requirunt, pri- mo dolum. l. i. in princ. ff. ad legem Cornel. de fal. §. item lex Cornel. inſtit. de publi. iudic. gl. in ca. ad falſariorū. m. de cri. fal. c. homines. & seq. 22. q. 2. Se- cundò mutationem veritatis. tex. in auth. de instr. cautela. & fide. in prin. & l. quid si falſum. ff. de fal. Tertiò requirunt, vt falſum alteri noceat. glo. sing. in l. damus. & ibi addidi. C. ad le. Cornel. de fal. de- ciſ. Neapolit. q. vlt. Lanfranc. in rep. c. q. quoniam. in verb. teſtium depositiones. col. 6. in magno. vol. de prob. & ſic patet, quid ſit falſum, nam eſt immuta- tio veritatis dolo facta, & ſic falſarij illi dicuntur quo ad hunc tex. qui dolo immutauerunt verita- tem in literis apostolicis, & illi ſunt excommunicati, nec poſſunt ab alio quā à Papa (niſi in mortis articulo) abſoluſi, ſiue ſint laici, ſiue clerici. c. ad falſariorū, de cri. fal. vbi vult propter hoc falſum, clericos eſſe degradādos, & curiæ ſeculari tradē- dos. Hodie per legē regni poena falſi, etiā extra li- teras apostolicas, eſt mors, quādo falſum commiſſum eſt in iudicio, ſiue p. notarios, ſiue per testes, & ſic ordinatum exitit per christianiſ. d. not. regē Franciſcum, ad tollendas omnes falſitates, & ad inducendum terrorem deponere falſum volenti-

bus, vt dixi in dicta ordinat.

b Bullarum. Bulla aurea erat olim inſigne trium- BULLA que
phantium, quam in triumpho Romani præfe ge- dicatur.
rebant, inclusis intra eam remedii, quæ crederet aduersus inuidiam valentissima, hinc deductus mos apud Romanos fuit, vt prætexta (quæ magi- ſtratum erat) & bulla in vſum nobilium puerorum vſurparetur ad omen, & vota conciliandę virtutis, ei ſimiſis cui primis in annis munera iſta ceſſerūt, & hec bulla teſte Macrob. in Saturnal. erat rotun- da in cordis figuram formata, quam ante pectus anheſebant a collo, vt bullam impicietes ita de- dum ſe homines eſſe cogitarent, ſi corde præſta- rent. Romani deposita adoleſcentia ea exuebant, a cuius rei ſpecie quidam tumor aquæ, quæ cito naſcitur, repenteque decidit, vocatur homo etiā bulla eſt, quia vita hominis ſimiſis bullæ fluxa vi- delicit & caduca.

Bullæ etiā dicuntur ornementa, quibus ſingu- la decorātur. Calphur. in Buc. Alternat vitreas la- teralis cingula bullas. Hodie verò, quia literæ Ro- ma. Pontif. ornantur plumbo. Ideo illæ literæ ſic plumbo decoraſe dicuntur bullæ. Nā plumbeum in literis pendens vocatur etiā bulla. capit. licet, ibi vt falſa bulla falſis literis apponatur, de crimi. falſ. gloſſ. in reg. cancel. 14. & Papa. eo vtitur bulla plumbea, non aurea, vel argentea, ne propter pre- tiouſum metallum detur occasio furandi. gloſſ. in verb. aurea bulla. in clem. vna. in fi. de iureiur. vbi dicit Imperato. em vti bulla aurea poſſe.

Seu literarum Apostolicarum c & ſup- plicationum d gratiam vel iuſtitiam e con- cernentium per Romanum Pontificem vei- vicecancellarium ſeu gerentes vices eorum, aut officium vicecancellarij S.R.E. de man- dato eiusdem Romani Pontificis signata- rum, aut ſub nomine eiusdem Romani Pon- tificis ſeu vicecancellarij, aut gerentium vi- cem prædictorum, ſignat̄ ſe supplicationes, eaſdem extendentes g capitulum ad falſa- riorū cum omnibus poenit in eo contentis ad falſificantes, ſeu mutantis ſupplicationes per nos, ſeu de mandato noſtro ſignatas, & datatas ſine noſtra aut datarij noſtri licentia.

c Apoſtolicarum. Et ſic committens falſum in bul- lis Papa eſt excommunicatus: ſic is qui in aliis li- teris apostolicis. Nā multæ ſunt, non tamen pro- cedit in literis legati, vel delegati Papæ. Panor. in c. olim. de reſcript. licet debeat puniri, non tamen excommunicetur hic, quia dicitur hic falſarios li- terarum apostolicarum. Ergo ſi falſum aliquis fe- cerit, in literis regis, vel alijs puniſtur, non tamen eſt excommunicatus. c. ad audienciam. de rim. falſ. & quādo agitur de fallo factō ſuper magno ſigillo regis, ſolus cācellarius in Francia cognofit, teſte d. Rufeo, in 17. priuilegio iuriſ regalio. In magno tamen

tamen cōsilio fuit hoc anno 1536, in mēse Februario proclarum arrestū, pro quodam clero, qui in regis sigillum falsum commiserat, & in secretarij signum, ut gaudere posset adhuc priuilegio clericali, quamvis esset coniugatus. Et falsum dicitur etiam quis committere, quando quis plumbum vnius bullæ mutat, & alteri applicat, vel quādo filum, & aliis modis, de quibus in ca. licet, de crimi. fals. Imo si aliquis hodie addat vnam literam literis Apostolicis, aut vnum pūctum, vel corrigat extra officiales curia Roma. est excommunicatus, nec potest absolvi ab alio quām à Papa. Hostien, in sum. de crimi. fals. s. qualiter cōmittantur, vers, sed hodie, & fallare io fiat, est fallare literas apostolicas, & propriissime, sicut illud in quo tota conficit virtus, & substantia. Verba sunt collecta in c, ad falsariorum, col. i. de crimi, fals, vide Pan. in ca. ex parte. de fid. instrum. vbi cōcludit quod in bullæ, vel aliis literis apostolicis defectus vnius literæ non vitiat, ut n̄ quis impetreret ecclesiam sancti Pácrati, & in bullæ dicatur sancti Panceratij, non minus dicitur valere, quod est notandum, quia sa- piens de hoc vidi dubitari.

d. *Et supplicationum.* Quas vocamus signatures, per quas Papæ supplicamus, ut conferat beneficiū, di- spendet, vel aliud faciat, & cōmunius incipiūt, Beatisim pater, &c. vel pater sancte, vel dignetur S. V. & expediūtur in papyro. [Dixi in mea praxi be- neficiaria.] Bulla in pergamento, & in hac supplicatione nō apponitur plumbū. In bullæ sic nō proce- dit quod hic dicitur, quando quis impetraret lite- ras etiā à Papa suggesta falsitate, vel tacita veritate, q̄a talis non est excōmunicatus, per hæc verba bullæ huius, sed cōmodo literarū carere debet. c. sedes. c. ex tenore, & c. super literis, de rescriptis, quia veras literas impetrat, licet falsum dicat, nec talis propriè dicitur falsarius, ideo hac pœna non coercebitur, nec timeat sacerdos istū absoluere.

e. *Gratiā vel iustitiā.* Illa rescripta dicuntur cō- tinere gratiam, quādo Papa cōfert beneficiū, seu mandat conferri, vel cōcedit illud ad quod de iu- re non tenebatur nota in c. gratia. de rēscript. in 6, dixi in gl. gratiam. in forma mandati in concorda, in additionibus nouis, quæ sint literæ gratiæ.

Iustitiam vero continere dicuntur, quādo con- cessa continēti iustum & honestum. Nam illa verba sonant petita & concessa continere ius cōmu- ne. Cald. cons. vlt. rubr. de rescr. Idem sidicatur in supplicatione, aduersarios indebet contradicere, quia denotat, quod supplicans petit iustitiā, ut ex forma commissionis appareat. Barb. in rub. de rescr. col. 2, & alia regulariter literæ quæ ad lites impe- trantur. Doct. in ca. super literis, & c. postulasti. de rescr. Rescripta etiam gracioſa possunt contine- re iustitiam, ut si promoto sine beneficio dentur literæ cū secundum apostolum, vel in forma com- munī vocata, & hæc iustitiæ vocantur, quia iustum est prouideri ordinato sine beneficio, ne in oppro- brium cleri mendiceret. c. diaconi. in 5. dist. 93. & ca. cum secundum. de præbend.

f. *Aut sub nomine.* Et sic signantes supplicationes nomine Papæ vel vice cancellarij, aut gerentis vi-

cē, sunt excommunicati ut h̄c, quia cum debeant signari à Papa, vel mandato eius ab alio, si nō fiat, falsum dicitur, ideo punitur sic faciēs vi falsarius, & excommunicantur h̄c, & tales non possunt ab alio absolvi, quām à Papa,

g. *Extendentes.* Mutari supplicationem, quam dicimus signaturam, vel falsificans eam à Papa seu eius mandato signatam, sine licentia eiusdem pō- tificis est excommunicatus, & debet puniri omnibus pœnis contentis in d.c. ad falsariorū. de crimi. fals. Nam hodie propter dulcedinē beneficiorum saepius fabricatur in beneficialibus falsum, vt quo- tidie video agitari in palatio, & plus in illa materia quām in alia. Deberēt ergo iudices, maximè Do- Senatores, tollere acriter tales puniendo ut cede- ret cæteris in exēpiū, ideo prohibetur h̄c. Olim excommunicabatur, qui literas ab aliis quām à Pa- pa officialibus recipiebat. c. dura. de crimi. fal. sed glos. & doct. dicunt illud c. non seruari in curia.

Item in eis qui falsam Regis Franciæ cūdūt vel fabricat monetam, & qui extra regnū prædictum eam emunt, & in regno exponunt, nam excommunicati sunt, & absolvio Papæ reseruatur, in extrau- vna de cri. fal. in extraua, Ioann. 22, sed non est de casibus reseruatis in cœna domini, vt vides hic.

Item excommunicamus & anathema- Articulu
quimus.

a. *Omnes illos.* Alia hic excommunicatio profet- tur contra ferentes arma ad Sarraenos, vel alia quibus possunt oppugnare Christianos, ita prohi- buit concilium Lateran. vt patet in c. ita quorundam, de Iudæis, & ratio est propter fidem tuendā, cuius Papa tanquam Christi vicarius est caput. c. i. de translat. episco, alia ratio ponitur in extraua. pri- ma, de Iudæis in communib; quia Christiani op- probrium Christo illatum in terra haereditatis suę: totis viribus vindicare debent, & tamen potius in- iuriatoribus fauent, & degenerantes miserabiliter at statu fidelium famæ propriae immemores, & salutis oblii, inimicis crucis Christi contra ipsius negotium hæc faciunt. d. extrauag.

b. *Equos.* Sunt sint in cursu velocissimi, sive vere- di, id est vehementes redam. l. i. C. de cursu public. lib. 12. Sunt alii, cum hic generaliter loquatur, & de na- tura equorum qui praesagiunt pugnam, & amissos lugenti dominos, lachrymasq; interdum desiderio fundunt. Licet videre per Pliniū lib. 8. cap. 42. vbi narrat de equo Bucephalo Alexandri, qui regio in- structus ornatu neminem alium quām Alexandru recepit in fedem, alios passim reiciens, cui defun- eto rex duxit exequias vrbeq; tumulo circundedit nomine eius. Aliaque ibi mira de equis citatur, quæ videri possunt, & quod hinnitum illius, qui cōtra eum vult pugnare, cognoscit, teste Ari- stotel. in li. de natur. animal. 8. cap. 24. & quomodo boni equi dignoscatur tradit Virgil. in Georg. Argutumque caput, breuis alius, obesaque terga. & Pet. de Crescentiis in lib. de commodis ruraliū. 9. vbi etiam tradit infirmitates equorum, & curā il- lorum. Quartuor in equo esse inspiciēda tradit Isidorus, in lib. Etymolog. 12. cap. 1. quæ prosequere,

et ibidem per eum.

c *Arma.* Quorum appellatione hic comprehenduntur nedium arma offensibilia cuiuscunque generis, sed etiam defensionis, ut pote scuta, casis, galeæ, lorice, platoe, diploides, & similia. glos. in extrauag. Quorundam de Iudæ, in extrauag. Ioa. 22. facit. l. 3. §. armis. ff. de vi & vi armata. etiæ fustes & lapides machinarum non ædificiorum hic prohibentur, cum etiam armorū appellatione veniant. L. armorum. & ibi dixi. ff. de verb. signif. & etiæ quia per ea oppugnantur Christiani, igitur venient armorum appellatione, licet alias contrà, ut dixi in d. L. armorum.

Notandum est quod nobiles & alij qui possunt portare arma non possunt ea portare in Palatio. Bald. in §. si quis rusticus, de pace tenet, eius viol. hodie in loco litigatur, & sic coram iudicibus non possunt portari arma. tex. in l. qui dolo. §. item qui cum telo. ff. ad legem Iuliam. de vi publi. Bart. in l. prima, illo. tit. & seruatur in hoc senatu & aliis, ut nullus intrare audeat cum armis locum quem. Parquetum vocant.

Ferrum, filum ferri, stannum, calybem, b
omniaq; alia metallorū genera c atque bel
lica instrumenta, d lignamina, e canabum.

a *Ferrum.* Factum, siue infectum. l. 2. C. quæ res ex porta non deb. quod est intelligendum quod ad offensionem vel defensionem conferre posset, se-
cū si de alio, ut gladij ad incidendum pennas, vel panem, nisi tot portarentur, q; possent in aliud genus armorum coquerti. Siluest. in sua sum. in ver. excommunicatio. 7. q. 21. & quia est eadem ratio & conditio omnium particularium, ideo inde finita e q; pollet vniuersali, teste Dy. in proce. reg. 6. in 2. q.

b *Calybem.* Calybes populi sunt in ponto iuxta Termodontem fluuium ut Plinius & Strabo testantur: hi nudi ferrū effodiunt. Verg. India mittit ebur, molles sua thura sabei, at calibes nudi ferrū, aliquando verò ponitur p ipsa ferri materia, ut hic, vel pro instrumento ex calybe factō. Virg. vulnificoq; calybs, & Luca. calybem frenosq; momordit.

c *Metallorum genera.* Quæ sunt: septem, videlicet aurum, argētum, elec̄trum, c̄s, stannum, plumbeum, & quod domat omnia ferrum, teste Isid. lib. 6. etymolog. c. 16. & seq. & Lu. de pēna in rub. C. de metal. lib. 11. & dicitur à metello, quod est scutor, siue inquirō, quod spesist vna vena iauēta, alterius inquirēdæ & inueniendæ. Plinius author est lib. 33.

d *Bellucæ instrumenta.* Ergo quæcumque bellici instrumenta hic prohibet, siue sint bombardæ, siue colubringæ, balistæ, arcubalistæ, spingardæ, siue alia tormentorum genera, quorum meminit Crapal. lib. 2. de partibus ædium.

e *Lignamina.* Exponit gl. in d. extrauag. vna de Iudæ, esse ligna galearum, vel de quibus galeæ vel alia nauigia fieri possunt. d. c. ita quorundam & comprehenduntur omnia ligna quibus fieri possunt naues, galeæ, & machinæ offensiæ, vel defensiæ, secus si ad comburendem, gl. ibi.

Funes, & alia prohibita deferunt f Saracenis, Turcis, & aliis Christiani nominis ini-
micis, quibus Christianos impugnant, g non obstan. quibus suis priuilegiis h & concessio-
nibus quibuscumque principibus aut domini-
nis, seu priuatis personis, per nos & sedem
prædictam hactenus forsan concessis, quæ
illis nolumus in aliquo suffragari. i

f *Deferunt.* Siue patronus nauis fieri, & sc̄iter de-
ferat, siue mercator, qui ad Turcas conducebat illa.
arma sunt hic ambo excommunicati, etiam si mer-
cator nō ire, sed mitteret. tex. in c. significavit, de
Iudæ. q; a est eadem ratio prohibitionis, & qui per
alium facit, ipse facere videtur, per regulam iuris.
Secus, si patronus fuerit ignorans. Item etiam non
procedit, quando causa necessitatis Christianus
venderet ensem suū Turcis propter famem, aut
aham necessitatem, tūc nō est excommunicatus.
Nā prohibetur deferri causa venditionis, vel alien-
nationis, sed hic nō deferebatur ea causa, sed tui-
tionis corporis. Ideò postea necessitas facit lictū,
quod alias erat illicitum. c. si quis propter de furtis.

g *Impugnant.* Seu impugnare possunt idem iudi-
catur hic de potentia, sicut de actu, dicitur in simili
in proce. insti. de Augusto, qui dicitur, eo quod
auget, vel augere debet. Et idem in matrimonio
dicit ibi. gl. in verbo August. Multa similia addu-
cere possem, nisi breuitatem quærem.

h *Non obstant priuilegijs.* Non derogatur hic priu-

ilegium Venetorum, qui à Papa Martino habet priuilegium deferendi merces, & victum ad Sarace-

nos, sed arma, vel alia supra prohibita deferendi

non vidi eisdem cōcessum priuilegium, & si esset,

hic tollitur, de hac clausula vide text. in c. clericis,

in fin. de immunita. ecclesiastarum. in 6.

i *Suffragari.* Et sic non obstante priuilegio excom-
municatur hic deferentes res prohibitas ad Saracenos,
sed lex ciuilis capit. pœnam eisdem cum
bonorum proscriptione imponit. l. 2. C. quæ resex-
porta, non debeat, vbi dicitur: Perniciosum nāque
Rom. Imperio & proditio ni proximum est, barba-
ros (quos indigere conuenit telis) eos ut validiores
reddantur instruere. Eadem pœna statuit ad-
uersus eos qui docent barbaros & Turcas facere
naues. l. fi. C. de pœn. Et notandum est quod supra
expressa ad eosdem prohibentur deferri omni tē-
pore, siue pacis, siue belli. tex. & ibi ponderat. Pan.
in c. significavit. de Iudæ. viçtualia verò & merces
prohibentur ad Saracenos deferri tantum tem-
pore belli, ac omni consilium impedi, & aliud sub-
sidium. c. quod olim, de Iudæ. nisi pro captiuis re-
dimicis: nam merces & viçtualia, etiam tēpore
belli non prohibentur: secus in armis. Doct. in c. si-
gnificavit, de Iud. Suri. angel. in verbo excommuni-
cacio. 5. in 21. causa. Et Capyt. in dec. Neap. q. 150.
Fallit in Soldano ad quem omni tempore prohiben-
tur etiam viçtualia deferri, q; ille solus occu-
pat terram sanctā, ideo ecclæsi eū bellū videtur
habere perpetuum, si tamen Turca possederit,
idem dicam. De iure canonico iis qui ista prohibi-

Bulla Cœnæ Domini.

Pueri def- bita deferunt, alia pœna imponentur. Prima est *excommunicatio*, ut hic. Secunda quæd ab alio, quæm à Papa & solu non possunt, vel de eius spe*ci*cili mandat, quod de facili non præbet, teste Pan. in d.c. quod olim. infin. Tertia, quod serui efficiuntur capientium etiam si Christiani fuerint, contra ea quæ dicit Bart. in l. hostes. ff. de captiuis. & dict. Boëri. in §. i. de consuet. iuris status perso. in consuet. bitur, vbi dicit iura seruitutis & captiuitatis inter Christianos locum non habere, sed speciale est in hoc casu. Quarta, sunt infames & sic omnibus peccatis, quibus infames affliguntur, hi puniri debent. Quinta, sunt intestabiles, tam actuè quæm passiue: quia nec ipsi de bonis suis disponere possunt, nec aliquis eis relinquere, vel aliqua legata facere, vel donationes. Sexta, ad succedendum sunt inhabiles, tam ab interestato quæm ex testamēto. Septima, ad publicanō possunt admitti officia, vt ibidem habetur. Octaua, Omnes actus legitimi sunt eisdem interdicti, de quibus in regula actus legitimi, de reg. in sexto. Nona, Omnia bona eorum sunt confiscata. Ultimò, quia diebus dominicis publicè excommunicati nunciari debent, Hæc pœna describuntur in extrauag. prima, de Iudg. in communib. Alias quilibet videre poterit per discursum iuriis & hic addere.

Articul. 6. Item excommunicamus & anathematizamus omnes impedites seu inuidentes virtualia & seu alia ad usum Ro. curiæ necessaria, adduentes, vel qui ne ad Romanam curiæ adducantur, vel deferuntur impedirent seu perturbant, vel qui talia faciunt vel defendunt, cuiuscunque fuerint ordinis, b. præminentia, c. conditionis d. & status, e. etiam si pontificali, regali, reginali aut alia quauis ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate.

a. *Virtualia.* Victus & virtualium appellatione continentur, quæ esui, & potui, cultui quoque corporis, quæq; ad viuendum homini necessaria sunt, vestem quoque virtus habere vicem. Labeo ait, cætera quoque quibus viuendi curandive gratia corporis nostri utimur, ea appellatione significantur. In verbo virtus. & seq. & ibi dixi. ff. de verb. signo & video postea declaratur in text. seu alia, &c.

b. *Ordines.* Siue sint proceres, siue decuriones, separatores, scabini, vel alij similes. l. i. §. sed & si seruus, in gl. ordinum. ff. de ven. inspicien. vel ordinis intellige siue maioris, siue minoris, siue fuerit clericus primæ tonsure, siue acolytus, siue subdiaconus, diaconus, vel presbyter, vel alterius ordinis, quos tradit Host. in sum. de ordin. ab episcopo qui renunc. episc. §. i. vbi dicit nouem esse ordines clericorum, sicut sunt nouem ordines angelorum, Præpos. in c. clericos. i. dist.

c. *Præminentia.* Ecclesiastica vel mundana, etiam si Imperiali præfulgeat dignitate, gl. quibusque in cl. i. de Iud. & hoc declarat infra, & fortè hic imperator non est expressus, ne arbitretur Papam, istud facere in odium suum, sed dignitatem rega-

lem expreſſit, quia plures sunt reges, & unus Imperator, ideo noluit eum nominare per not. in ca. cum omnes. de confit.

d. *Conditionis.* Siue si clericus, vel clericus, ex vi verborum hoc declaratur, per gl. in verbo, conditionis, in extrauag. ad reprimendam, quomodo in leſſa maiest. criminis procedat, siue fuerit masculus, vel foemina, maior, vel minor, dummodo doli capax. cap. i. de deli. puer. §. pupillus, instit. de inutil. stipula. Idem dicitur, in cap. fundamenta, in fin. de elect. in 6. siue fuerit miles, siue non, siue diues, siue pauperi: siue magnus, siue non, gl. in verb. conditionis. l. præsentis, in princip. C. de his qui ad eccles. confugi.

e. *Status.* Nobilis, siue vilis, seruus vel ingenuus, gl. in ver. status, in extrauag. ad reprimendam. Et tres sunt mundi status. Ecclesiasticorum, nobilium & plebeiorum. Et quando rex vult habere collectas, mandat gentibus trium statuum, vt imponat eas, & quomodo conuocentur tradit. d. Chassa. in procem. consuet. Burg. in gl. *Les gens des trois estats*. de literis status scribit. Benedictus in repe. c. Rayn. in verbo testamentum. i. num. 22. de testa. Ego ipse scripsi in illa ordinatione regia prohibente literas status dari.

Articul. 7. Item a excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui ad sedem apostolica venientes & recedentes b. ab eadē nec non omnes illos qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam aliquam non habentes, in eadem curia morates temeritate propria rapiunt, spoliant, & detinent aut proposito deliberato verberare, mutilare vel interficere præsumunt, & qui talia fieri faciunt, seu mandant.

a. *Item excommunicamus.* Probatur in c. si quis Rom. metras. 24. q. 3.

b. *Recedentes.* Privilegium datum ad eundem, censetur datum ad recedendum, & ad morandum. c. quia diuersitatem, de concessione, præb. c. statutū. §. præferendo, de rescr. in 6. dixi plenè in pr. schol. in auth. habita. C. ne fil. pro patre. Idem dico in saluo conductu. in præ. mea rub. de securitate & sic excommunicantur primò hi qui rapiunt venientes ad sedem apost. propria temeritate, secus ergo si iuste, ut pote, si veniens ad sedem apost. aliquem occideret, & iudex eum caperet, non incideret in hanc excommunicationem, quia non facit temere. l. eum quem. ff. de iud. c. eum qui. de præb. in 6. Secundò qui rapiunt, propria temeritate à curia Rom. discedentes. Tertiò illi, qui iurisdictionem non habent, tamen capiunt morates in curia Ro. Quartò qui prædictos spoliant. Quintò qui eos detinet. 6. qui eos verberant. 7. qui eos mutilant. 8. qui eos interficiunt. 9. qui hæc, vel alterū istorum fieri faciunt, vel mandant. Nona tu presbyter, & horum absoluas neminem.

Articul. 8. Item excommunicamus c. & anathematizamus omnes temere mutilantes, verberantes

rantes, vulnerantes, interficienes, capientes incarcerantes, & detinentes patriarchas, archiepiscopos, & episcopos, eorumque mandatores.

c Item excommunicamus. Probatur in cle. i. de pœnis quod si quis verberauerit episcopum, vel occiderit, tenetur ut hic dicitur, quod est intelligendum quando temere, ut hic, & in d. clem. dicitur, suadente diabolo, ut in c. si quis suadente. 17. q. 4. se eus si ignoranter, quia inuenit eum laruum, vel de nocte sine lumine, tunc si praefectus vigilum, vel seruientes eum capiant, non sunt excommunicari, ut hic, quia episcoporum est deo seruire, & dei personam induere, & non diaboli, qui in multis fe transfert figuris. not. in c. cum ad decorum, de vita & honeste cleric.

Secundo etiam non procedit, quando aliquis se defendendo percussit episcopum, quia tunc non dicitur facere iniurias, vel temere, ut dicitur in c. eum qui, de præb. in 6. sicut dixi de scholari bus in auth. habita. C. ne filius pro patre. vbi prohibet fieri aliquam iniuriam scholari bus sine causa, ex causa non, videlicet si scholares aggrediantur aliquem, ille poterit se defendere, etiam contra scholarem & episcopum & quemvis alium, & not. in l. ut vim. ff. de iustit. & iure.

Mandatores intellige si effectus fuerit secutus, id est, si ex illo mandato fuerit verberatus episcopum vel occisus, alioqui non: quia verba debent intelligi cum effectu. l. i. ff. quod quisque iuris. glof. & doct. plenius declarant in d. c. i. Et sic excommunicantur hic multilantes patriarchas, archiepiscopos vel episcopos. Iste ordines declarantur in c. clerros. 21. dist. Secundo, vulnerantes eosdem, vel illorum alterum. Tertiò, interficienes. Quartò, capientes. Quintò, incarcerantes eosdem. Sextò, detinentes prædictos. Septimò, mandatores. Octauum addit d. c. i. de pœnis qui bannierit episcopum, ut eo ipso sit excommunicatus, & nō possit absolui ab alio quam à Papa, nisi in mortis articulo. Nonum etiā addit in eo qui facta contra has personas rata habet. Nam etiam est excommunicatus, qui rata habet percussionem clerici suo nomine facta. tex. in c. cu. n quis, de sent. excom. in 6. Decimum, ille qui facienti fuerit socius. Undecimum, qui dederit consilium vel fauorem. Duodecimum, qui scienter defenderit illos scelestos. Et septem pœnèhos circundant, quarum prima est quia offendēs, patriarchas, archiepiscopos vel episcopos est ipso facto excommunicatus. d. c. i. Secunda est, quia absolutio reseruatur soli Roma. pontifici. Tertia, quia priuatur omnibus beneficiis spiritualibus & temporalibus, ac feudis, emphiteosi, & locationib⁹ quæ tenebat ab illa ecclæsia cuius pontificē offendit, siue locatio ei fuerit facta ad longum tempus vel ad modicum, cum d. cl. indistincte loquatur, ut not. ibi doct. Et si duo episcopatus essent vniū ut Valen. & Dien. priuatur beneficiis & officiis, quæ tenet ab utraque ecclæsia. Quarta, qd ad hanc priuationem non est necessaria hominis sententia priuatoria sed declaratoria tantū super huiusmo-

dicrime sacrilegij, cum ipso iure sit priuatus. ca. cum secundum leges, de hæret. in 6. Quinta, quod filii delinquentis per lineam masculinam descendentes usque ad secundam generationem inhabilitantur ad obtinendum beneficia ecclesiastica in illa dioecesi cui præterat pontifex offensus. Sexta. pœna, quia terra offendens episcopum est supposita interdicto ecclesiastico & etiam locus in quo ep̄s detinetur captiuus ut in d. clem. i. dicitur. Septima quod publicandus est excommunicatus per omnes ecclæsias, ciuitates & dioceses. Ultima quod non debet absolvi nisi satisficerit, vel donec cauerit de soluendo pœnitentiam iniunctam, has pœnas tradunt doct. in d. cl. maximè Bonifa. de Vital. num. 70. Quid in verberante vel occidente cardinalem? hic non exprimitur sed est excommunicatus hoc faciens & absolutio Papæ reseruatur ac aliae pœnæ imponuntur in c. felicis, de pœnis. li. 6. Imò idem in verberante vel iniiciente alias manus violentas in quemcunque clericum, etiā primæ tonsuræ. c. si quis suadente. 17. q. 4. non tamen excommunicatur hic, sed à iure, nec potest absolvi nisi à Papa, vel à legato, vel in mortis articulo. c. quamvis de sent. excom. dixi hoc anno interpretando. d. c. si quis suadente.

Item excommunicamus a & anathematizamus omnes illos qui per se vel alium seu alias quascunque personas ecclesiasticas vel seculares ad Rom. curiam super eorum causis & negotiis recurrentes b illaq; in eadem curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, aduocatos, procuratores ipsorum, vel etiam auditores, seu iudices super dictis causis seu negotiis depuratos, occasione causarum vel negotiorum huiusmodi verberant, mutilant, vel occidunt, seu bonis spoliant, ac illos qui ne aliquas literas apostolicas etiam in forma breuis tam gratiam quam iustitiam concernentes, etiam citationes, monitoria & executoriales quæ à sede apostolica emanarunt, & pro tempore emanabunt, sine eorum beneplacito & examine, executioni demandent, inhibit ac notarios, executores vel sub executores literarum monitorialium & citationum ac executorialium huiusmodi capiunt incarceraunt, & detinent, vel capi, incarceraunt, detineri faciunt.

a Item excommunicamus. In cle. multorum, de pœnis, excommunicatur persona ecclesiastica, quæ procurat ut ecclesiasticus capiatur, & detineatur à seculari potestate, si ad sedem apostolicā vadat, citatus ab homine vel à iure, aut ut suo renunciet beneficio, ut si procuret detineri, ne ad d. sedem apostolicam vadat, hic tamen excommunicatur quicunque tam laicus quam clericus impediens

aliquem clericum, vellaicum habere recursum ad cur. Rom. nec est illa constitutio superflua, q. a. hinc excommunicatur tantus d. in c. cl. alia poenæ infliguntur, ratio tamen ponitur, in d. clem. quia hic excessus tendit ad denigrationem honoris. Ro. eccl. & ad inquietationem & perturbationem statutus & ordinis clericalis, qui debet esse prosper & quietus, & etiam indecorum est filii pereuntibus vel multum oppressis optata matris vbera denerari, videlicet sedis apostolicæ c. fundamenta, de elect. in 6. & cum Papæ tribunal sit maius quounque alio temporali, ideo debet ei cedere. l. contra. §. i. ff. de re iud. Imò impedientes subditos Regis Franciæ ne ad regem eant, punirentur criminè laicæ maiestatis teste Luca de penna, in l. vna, col. 10. cum seq. C. vt nemo ad suum patro. suscipiat. dixi in materia euocationis in repet. l. quod iussit. not. 2. ff. de re iud. facit. c. quia plerique, de officio. ord. in 6.

b Recurrentes. Fundatur in c. quoniam, de immuni. ecclesiæ, in 6. vbi impedientes aliquem coram iudice ecclesiastico litigare, aut literas apostolicas impetrare in causis ad forū ecclesiæ sp̄eciantibus, de iure, vel de antiqua cōsuetudine, sunt ipso iure excommunicati. Idem si procurant, ut desistat litigare coram ecclesiastico. Et nota casus sequentes. Primus est in his qui mūlāt recurrentes per se vel alium ad Romanam curiam super eorum causis & negotiis. Nam iniuria dicitur inferri, quando iurisdictio alicuius turbatur, vel impeditur. d. c. quoniā, & ibi Perus. no. & sic comprehenduntur hic quicunque impediētes, siue clerici, religiosi, seculares, siue laici, siue habentes iurisdictionē, siue non, cūm hoc generaliter loquatur, & religiosi ad hoc solēt habere statuta, & tamē aliquando ut aufugiāt suorum superiorū poenas, ad iudices vel magistratus laicos configiūt. Secūdū qui impedit procuratores, negotiorū gestores, aduocatos ipsorū, vel etiā auditores, seu iudices super dictis causis seu negotiis deputatos, &c. probatur hic cum dicit aut procuratores, &c. Tertiō q. prædictos recurrentes, aut procuratores ipsorum, & alios hic descriptos occasione causarum huiusmodi verberant, mutilant, vel occidunt seu bonis spoliant, ibi occasione causarum &c. Quartō qui impedit prosequentes litē, vel negocīū in curia Roma. ut hic dicitur. In eadē curia prosequentes, intellige quādō iure prosequi tur. glo. in verbo, prosequētes. §. i. de māda. aposto. in cōcorda. Nam si Italus conueniret Gallum Romæ non haberet locum quod hic dicitur per rub. de causis, in concordia. vbi omnes & singulæ causæ exceptis maiorib⁹ in iure expressis apud illos iudices in partibus, qui de iure vel de consuetudine præscripta vel priuilegio illarum cognitionem habent terminari, & finiri debēt. & sic Galli possunt dicere, nos legē habemus contrariā cui non derogatur, nec derogari per vñū posset. Quintō qui inhibit literas Apostolicas gratiam vel iustitiam concernētes, sine eorum beneplacito & examine executioni demandari, ibi ac illos qui &c. & hoc probatur in capitul. quoniam, de immunita. eccl. lib. sexto, & super hoc extat bulla Leonis decimi

cuius tenor talis est.

Leo Episcopus Seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In supremo Apostolicæ sedis folio meritis licet in paribus constituti, ad ea libēter intēdimus, per quæ debitus honor & reverētia dictæ sedi à subditis & inferioribus, praesertim Pontificali dignitate præditis impēdantur, & si quid peruersè aut minus rectè per eosdem inferioribus factum aut gestū reperiatur, q. in dicta sedis depreciationm ac malū exemplū & scandalum plurimorū cedat, id per nostrę prouidētia ministerium reuocetur, & ad debitā normam reducatur, ne membra à capite (cui obedientiam debitā & deuotam præstare tenētur) discordare videantur. Sancti licet felicis recordationis Bonifacius Papa Nonus prædecessor noster, ad quem fide dignorum relatione peruererat, quād certi Prælati quib⁹ pię memorie Urbanus Papa Sextus etiā prædecessor noster cōcesserat, vt in eorum Ciuitatibus & Diœcēsibus executio literarum Apostolicarum fieri nō possit, nisi literę ipsæ Prælati ipsi aut eorum officialibus prius exhibita, & per eos approbatæ forent, & eorumdem Prælatorum officiales in consuetudinem deduxerāt, aliqui verò prætextu statutorum Provincialium seu Synodalium etiā seruabāt, quād nullus literas Apostolicas huiusmodi exequi auderet nisi postquam Prælati seu officiales ipsi per suas literas (quas vidimus nuncupabant) mandarent, & cōcederēt, vt iudices in ipsis literis Apostolicis deputati & sine licētia vel cōfensiū quorūcunque Prælatorum, vel superiore, aut officialium eorūdem literas Apostolicas exequi possent, & deberēt. Tamen nuper in publica signatura coram nobis nonnullæ supplicationes propositæ fuerūt, continētes quād in Toletā. & Carthaginē. ecclesiis sub colore falsitatis obviandi editæ fuerant constitutio. nes Synodales, quibus caueri dicebatur, vt Tabelliones & Notarij, etiā à partib⁹ requisiti literas Apostolicas nullaten⁹ recipere possent, nisi ille prius per Archiepiscopum Toletan. & episcopum Carthaginē. pro tempore existētes aut eorū officiales examinatæ forent, à nobisque earundē Constitutionum confirmatio peteretur. Nos petitionem huiusmodi vti ratione carētem, cum Romani Pontificis gesta per inferiorēs & sibi subditos sine eius speciali licentia examinari non debeat, indecens & absurdum quinimo temerariū esse censentes, quod aliquis quavis occasione literas Apostolicas sine Romani Pontificis speciali commissione, examinare velle præsumat. Propterea supplicationes ipsas prout merito reicienda erant, reieciimus: & corā nobis lacerari fecimus, ac cōstitutiones edētium temeritatē tali castigatione reprimere, ac super his tale remediu adhibere yolētes, vt alii in posterū cōmittēdi similia aditus præcludat. Motu proprio & ex certa nostra sciētia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine literas Bonifacij prædecessoris nostri huiusmodi tenore præsentiu approbamus & innouāmus, ac ppetuā firmitatis robur obtinere, illasq; inuicibiliter obseruari debere decernimus, necnon quascunque Constitutiones Synodales, tam in dictis Tolet. Carthaginē. quam quibusvis

quibus suis aliis ecclesiis per vniuersum orbem constitutis super iis factas, motu, scientia, auctoritate, & potestate prædictis, cassamus, & annullamus, ac statuimus, & ordinamus, quod iudices & executores in literis Apostolicis pro tempore deputati, ac notarij & tabelliones super his requisiti, literas ipsas Apostolicas, sine alicuius personæ cuiuscunque ecclesiasticae, vel mihi dianæ dignitatis fuerint, licentia vel consensu, exequi possint & debeantur. Et insuper vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, Primitibus Episcopis, & aliis prælatis, & personis ecclesiasticis, necnon dilectis filiis Communitatibus ciuitatum, & vniuersitatibus, Castrorum, oppidorum, terrarum, & locorum sub interdicti, singulatibus vero personis eorum secularibus, sub excōmunicationis, & anathematis penit, quas eo ipso si contrafecerint absque alia declaratione incurram, & a quibus non nisi a nobis vel superioribus nostris Roma, Pontificibus canonice intrantibus, præterquam in mortis articulo constituti & debita satisfactione præmissa, absolvi, & interdicti huiusmodi relaxationem obtinere possint, in virtute sanctæ obedientiæ, distictè præcipiendo mandamus, ne iudices, & executores literarum apostolicarum, ac notarios & tabelliones super his requisitos, quominus literas apostolicas huiusmodi exeq. possint, quoquomodo impedire præsumat, ac eos qui executionem literarum huiusmodi impudentibus auxilium, cōsilium, vel fauorem quoquimodo, directè vel indirectè, publice vel occulite, præstare præsumperint, etiam si Patriarchali, Primitiali, Episcopali, & quavis alia ecclesiastica vel mundana, etiam Imperiali, Regalæ Reginali, aut Ducali, vel alia præfulgent dignitate eidem excommunicationis & anathematis sententiæ, à qua non nisi vt præfertur absolvi possint, subiaceat, ac Ciuitates, Terras, Castra, oppida, & loca prædicta, ad quæ inobedientes & contraria facientes declinare, & in quibus moram trahere contigerit, ecclesiastico supposita interdicto, tamdiu firmiter obseruando, donec campuncti corde, huiusmodi interdicti relaxationem, debita satisfactione præmissa meruerint obtinere, ac ibidem permanferint, & per triduum post eorum inde decessum. Motu, scientia, auctoritate, & potestate plenitudine similibus decernimus, ac sub dictis penitentiæ mandamus illis in quorum libris, Constitutions, Synodales & Provinciales huiusmodi descriptæ repertijuntur, ita deleri & cassari faciant, vt amplius legi non possint, non obstantibus præmissis ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis quæ idem Bonifacius predecessor in suis literis voluit non obstat, contrariis quibuscumque, aut si Patriarchis, Archiepiscopis, Primitibus, Episcopis, & aliis personis præfatis, vel quibus suis aliis communiter vel diuisim ab eadem sit fide indulcum, vt interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de induito huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis & literis Apostolicis generalibus vel specialibus quorūcumque

tenorum existant, per quæ præsentibus non in certis effectus eorum impediti valeant, quomodo libet vel differri, & de quibus quorumcumque toti tenoribus de verbo ad verbum sit in nostris literis specialis mentio habenda, quæ quo ad hoc cuique nolumus aliquatenus suffragari. Ut autem presentes literæ ad omnium notitiam dedicantur, volumus & mandamus illas in Cancellaria Apostolica & valuis Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe nostra affigi, vt iij, quos huiusmodi literæ concernunt, quod ad ipsos non peruerterint, aut illas ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, vel ignoratiæ allegare: cum non sit verisimile quo ad ipsos remanere incognitum, quod tam patenter fuerit publicatum. Verum quia difficultè foret præsentes literas ad singula quæcumque loca in quibus expediens fuerit illas deferre. Volumus & dicta auctoritate decernimus, quod illarum transumpto manu publici notarij inde rogati subscriptio & sigillo alicuius prælati seu alterius personæ in dignitate ecclesiastica constituta munitione, ea prorsus fides in dubia in iudicio & extra auctalias vobilibet adhibetur, quæ præsentibus adhibetur, si illæ essent exhibita vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innovationis, cassationis, annulationis, statuti, ordinationis, mandati, voluntatis & decreti infringere, vel ei aucti temerario contraire. Si quis autem hoc attinet præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo, decimo octavo Kalendas Martij, Pontificatus nostri, anno sexto,

Albergatus.

Lecta & publicata fuit retroscripta Bulla, sive constitutio Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingeniesimo, Decimonono mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris Domini nostri Leonis, diuina prouidentia Papæ Decimi, anno sepimo.

Sexto qui notarios executores vel sub executores literarum monitorialium & citationum ac executorialium huiusmodi capiunt, incarcerant, & detinent, vel capi, incarcerari, seu detineri faciunt. Septimo, qui impediunt ne literis sedis apostolicae sine beneplacito vel assensu, vel certo prelio non soluto pareat per literas, vel alias, ibi nec non qui, &c. Vidi in Sege schallia Nemausen, impetrari literas ne clericus laicum, contra quas clamat Maleret, in tract. de elect. fol. 33. veritcul. sed aduerte. Octauo, qui tabelliones impediunt, vel notarios super huiusmodi literarum & processuum executione, instruenter, vel acta confiscere, aut facta parti cuius interest, tradere, ibi, neve tabelliones, &c. Nonò, qui sub quibus suis penitentiæ prohibent, ne pro negotiis in curia prosequendis, seu gratiis impletandis ad Rom. curiam eatur, se re-

cursus ad eam habeatur, vel gratiam ab eadem impetretur, seu imperatis vtratur, ibi, qui ne sub quibusuis pœnis. Decimò qui à Ro. Pontificis obedientia se subtrahere, seu quomodolibet recedere præsumunt, ibi, quive animarum, &c.

Necnon qui ne literis & mandatis sedis prædictæ & legatorum ac nunciorum & iudicium delegatorum eiusdem similiter gratiam vel iustitiam concernentibus decretisq; super illis & rebus iudicatis, processibus & executorialibus, non nisi habito primū eorum beneplacito & assensu pareatur pereorum literas executoriales vel alias nuncupatas, & certo pretio soluto, néve tabelliones & notarij super huiusmodi literarum & processuum executione instrumēta vel acta confidere, an facta parti cuius interest, tradere debeant, qui ne sub quibusuis pœnis quibuscumque personis in genere vel in specie, ne pro quibusuis eorum negotiis prosequendis seu gratiis impetrādis, ad Rom. curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas à sede apostolica impetrēt, aut imperatis vtantur directè vel indirectè etiā sub grauissimis pœnis prohibere, statuere, seu mandare, quive in animarum earūdem periculum se à nostra & Rom. Pontifi. pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahere seu quomodolibet recedere præsumunt, quive ex eorum officio, vel ad instantiam quorumcunque personas ecclesiasticas, capitula, conuentus, & collegia ecclesiistarum quarumcunque coram se ac eorum tribunal, audientiam, cancellarium, consilium vel parliamentum, præter iuris cōmunitatis dispositionem trahunt, ac trahi faciunt vel procurant directè, vel indirectè quouis quæsito colore, necnon qui statuta, ordinaciones, cōstitutiones, pragmaticas, seu quævis alia decreta in genere vel in specie ex quavis causa & quouis quæsito colore etiā sub prætextu literarum apostolicarū in vsu non receptarum seu reuocatorum haētenus fecerunt, ordinarūt, seu publicarunt aut facient ordinabunt, vel publicabunt in futurum, per quas & quæ libertas ecclesiastica tollitur seu in aliquo lēditur, vel deprimitur, aut aliās quouismodo restringitur, seu nostris & dictæ sedis iuribus quomodolibet tacitè vel expressè præiudicatur. Quive iurisdictiones seu fructus, redditus & prouentus ad ecclesiasticas personas ratione eccle-

siarum, monasteriorum & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per eas obtentorum pertinentes usurpant, vel surripiūt, seu quavis occasione vel causa sine Rom. Pontificis expressa licentia sequestrant aut collectas, decimas, tallias, præstatiās, & alia onera clericis prælatiſ, & aliis personis ecclesiasticis ac eorum & ecclesiarum, monasteriorum & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum bonis illorum fructibus, redditibus & prouentibus huiusmodi absque simili Rom. Pontifi. speciali & expressa licentia imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut à spōnte etiam dantibus & consentientibus recipiunt. Necnon qui per se vel alium seu alios directè vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdē auxilium, consilium, vel fauorem, aut votū, suffragium, palam vel occultè præstare non verentur, cuiuscunque sint præminentia, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si imperiali aut regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alij potentatus, qui cunque etiam regnis, prouinciis, ciuitatibus, & terris quo quomodo præsidentes fuerint, aut quavis etiam pontificali dignitate præfulgeant, innouamusq; decreta super his tā per sacros canones & concilia generalia, quām etiam in Lateranensi concilio a nouissimè celebrato, edita, etiam cum interdicti ecclesiastici ac aliis censuris & pœnis in eis contentis.

Vndecimò qui trahunt, aut trahi faciunt, seu procurant personas ecclesiasticas, capitula, conuentus, vel collegia ecclesiarum coram se ad eorum tribunal, præter iuris dispositionem, vel concordatorum directè vel indirectè, ibi qui ne ex eorum officio, &c. Duodecimò qui statuta, constitutiones vel ordinationes fecerunt, per quas libertas ecclesiastica tollitur seu in aliquo lēditur, vel deprimitur, vel aliās quouismodo restringitur. De hoc dixi in glos. concord. rub. de firma & irreuoc. concor. stabilit. §. & cum omniū. alibi plenius scripsi. Decimotertiò qui faciunt statuta, seu fecerunt iuribus sedis apostolicæ quomodolibet præiudicantia. Decimoquartò, sunt excommunicati qui iurisdictiones usurpant, v̄susfructus, redditus, & prouentus ad ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum, monasteriorum & aliorum & beneficiorum ecclesiasticorum pertinentes, vel surripiunt, seu sine expressa licentia Papæ sequestrant, ibi, quive iurisdictiones. Decimoquintò, qui collectas decimas, & alia onera clericis, prælatiſ & aliis personis

personis ecclesiasticis, ac bonis ecclesiariū vel monasteriorum, & aliorum beneficiorū ecclesiasticōrum imponant, & exigunt, aut à sponte etiam dantibus recipiunt. Ista probatur in c. non minus, in c. aduersus de immunita. eccl. & expressius in c. i. & in c. 3. illo tit. in 6. [Quia sacerdotes pro omnibus solent orare quorum elemosinas & oblationes accipiunt, qua fronte præsumūt laici oblationes quas Christiani pro peccatis suis offerunt, vel ipsi concedere, vel aliis concedere. c. quia io. quæst. i. nisi episcopus & clerus tantam necessitatem, vel utilitatē aſperxerint, vt abſque exactione ad reueandas communes utilitates, vel necessitates, vbi laicorum nō ſuppetūt ſubſidia per ecclesiās aſtimet cōferenda. d. c. nō minus.] Decimoſexto, qui prædicta facere, vel exequi non verentur per ſe, vel alium. ibi necnon qui per ſe, &c. Decimoſeptimo, qui auxiliū confiſum, vel fauorem, ſeu votum, vel ſuffragium palam vel occulte, preſtare non verentur, etiam hic excommunicantur, cuiuscunq; dignitatis, ordinis, præeminentiæ ſint, & ſic ſummatim eſt elucidatuſ hic articulus.

In Lateranensi concilio. Tenor Lateranen. cōciliij contra ſurripientes vels eſqueſtrates fructus beſſiciorum ecclesiasticorum, aut ſuper illis vel personis ſeu bonis ecclesiasticis, decimas, collec-tas præſtātias, & alia huiusmodi onera imponen-tes qui continentur in bulla reformationis, lecta in nona ſeffione concilij Lateranen. de quo fit men- tio hic.

Leo Episcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpe-tuum rei memoriā, ſacro approbante concilio ſu-pernæ diſpositionis arbitrio, &c. Et cum fructuum ecclesiārum cathedralium & metropolitanarum, monasteriorūque & aliorum quorūcunque beſſiciorum ecclesiasticorum plenaria diſpositio & adminiſtratio ad nos & Rom. Pontif. pro tempore exiſtētem, & illos etiā qui eiusmodi ecclesiās mo-naſteria & beneficia, iure, & canonice obtinēt ſolum pertineant ſecularēſque prīncipes omni etiā diuino iure id prohibente de dictis ecclesiās, mo-naſteriis ac beneficiis intromittere ſe nullatenus debeant. Statuimus & ordinamus ut fructus, red-ditus & prouentus ecclesiārum, monasteriorū ac beſſiciorum per ſeculares viſlos prīncipes, etiā ſi Imperator, Reges Reginæve ſeu Repub. vei potē-tatus fuerint, aut per eorum officiales, ſeu iudices etiā ecclesiasticos, vel quascunq; alias personas pu-blicas vel priuatas de eorundē Imperatoris, regū, reginarūme, ac prīcipū rerumq; publicarum, vel potentatuum mādato eſqueſtrari occuparive aut aliquo modo detineri, ipſūm q; huiusmodi ecclesiās, monasteria ac beneficia obtinētes, ſub p̄r-texto fabricæ instauratiōneſque, ſine Romani Pō-tificis pro tempore exiſtentis expreſſa licētia, aut elemosynarum, ſeu quoquis alio colore, aut fuco impediri non debeat, quominus de illis, vt antea libere ac ſine impedimento disponere valeant.

Etiā ſequeſtrati fuerint, occupatiōe, aut deten-ti integrē, liberēque, ac ſine exceptione vel mora-

prælatiſ, ad quos de iure legitimeſque ſpectat, reſtituantur: de quibus ſi dissipati nulquam reperi-ri poſſint eorū iuſta aſtimatione facta, dictis prælatiſ latiſifieri volumus p̄ eos qui dictas feſqueſtrationes applicationes, diſipationēſque fecerint, aut fieri mādauerint, ſub p̄cna excōmunicationis, aut interdiicti ecclesiasticī taliū principū, terris, & domi-nio eo ipſo incurrendis. Et vt eorum ac eisdē ſub-iectorū bona vbi cuuque reperita, ſi moniti parere noluerint, capi & retineri poſſint. Ipsi verò cōtra-faciētes tam ſupradictis p̄cniis quām priuationis feudorū & priuilegiōrum, quæ à nobis & Roma, vel aliis ecclesiis nunc & pro tēpore obtinuerint, & aliis contra violatores & oppreſſores libertatis ecclesiasticæ etiā per extrauagantes & alias conſtitutiones etiā incognitas, & forſan in vſu nō exi-ſtentes impoſiti ſubiaceant. Quarum omnium te-nores pro expreſſis & infertis habentes innoua-mus, ac perpetuę firmitatis robur habere decerni-mus & declaramus, ac ſecundum eas per quoscun-que iudices etiā Sanctæ Romanae ecclesiæ Cardina-ña, ſublata & adempta eis aliter iudicandi declaran-di que poſteſtate ſententiari, iudicari & interpretari debere volumus atque mandamus. Et cū a iure tā diuino quām humano laicis Poſteſtas nulla i ecclesiasticas personas attributa ſit, innouamus omnes & ſingulas cōſtitutiones fœlicis record. Bonifacij Papæ. 8. etiam prædeceſſoris noſtri quæ incipit, Fœlicis, & Clemens. 5. quæ incipit, Si quis fuadente, necnon quascunq; alias apostolicas fanctiones in fauorem libertatis ecclesiasticæ, & contra eius violatores quomodolibet editas, & p̄cniis etiā contra talia præſumen. in bullā quæ legitur in co-cna Domini contentis in ſuo robore permansuris.

Et cū in Lateranen. pariter ac conciliis gene-ralibus ſub excommunicationis p̄cna prohibi-um fuerit, ne Reges, Principes, Duces, Comites, Baro-nes, Republicæ & alij potentatus quicunque re-gniſ prouinciis, ciuitatibus ac terris quoquomodo præſidentes collectas, decimas & alia huiusmodi onera clericis, prælatiſ, & aliis quibuscunq; per-sonis ecclesiasticis, imponant, exigantque, neve à ſpōte etiā dantib⁹ & cōſentientibus, etiā recipiant atque in præmiffis, auxiliū, fauorem confiſſumve, paſla vel occulte præſtanties, in excommunicatio-niſ latē ſententiæ poenam eo ipſo incident, & ipſa quoque Republicæ, communites & vniuerſi-tates, circa hoc quomodolibet delinquentes ecclesiasticō eo ipſo ſubiāntur interdiicto, prælati etiā præmiffis abſque Rom. Pont. expreſſa licētia, vltro cōſentien. excommunicationis & depositionis poenam ipſo facto incurraut, statuimus & ordina-mus ut de catero talia præſumentes etiā ſi (vt p̄fertur) qualificati fuerint, vltra ſupradictas poenās, quas contrauenientes eo ipſo incurrere volumus, innouamus ad omnes actus legitimos in-habiles & inſtabiles habeantur.

Et cum ſecundum leges ciuiles & ſacrorum canonum cefuras, &c.

Datū Romæ in publica ſeffione in Lateraneni ſacrofanctā Basilica ſolēniter celebrata anno in-

Carnationis dominice 1514.3. Nō. Maij. Pontificatus nostri anno 2.

Articulus decimus. Itēm excommunicamus & anathematizamus omnes & singulos cancellarios, vicecancellarios, & consiliarios ordinarios, & extraordinarios quorumcunque regum & principum ac præsidentes cancelliarum & consiliorum, ac parliamentorum, necnon procuratores generales eorundem, vel aliorum principum secularium, etiam si impenitenti, regali, ducali vel alii i quacunque præfulgeant dignitate necnon archiepiscopos, episcopos, abbates, commendatarios, eorumque vicarios, & officiales, qui per se vel per alium seu alios quarumcunque exemptionum vel aliarum gratiarum & literarum apostolicarum, necnon decimarum ac beneficiales ac alias spirituales & spirituibus annexas causas ab auditoribus & commissariis nostris (vt eorum verbis vtamur) auocant, ac executiones monitoriorum, citationum, inhibitionum sequestrorum executori alium, & aliarum literarum apostolicarum, tam gratiam quam iustitiam concernientium à nobis, necnon camerario & præsidentibus cameræ apostolicæ, ac auditoribus & commissariis apostolicis in eisdem causis pro tempore emanatarum, illarumque cursum & audientiam ac personas, capitula, conuentus, & collegia, causas ipsas prosequi volentes auctoritate laicali impediunt, & se de illarum cognitione tanquam iudices intromittere, ac partes aetrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, seu reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum eos contra quos tales inhibitiones emanarunt à censuris & peenis in illis contentis absolui, ordinant vel compellunt, vel alias executionem literarum apostolicarum, vel executori alium, etiam sub prætextu violentiae prohibendæ impediunt: declarantes b nihilominus, ac protestantes prout tenore præsentium declaramus, ac expressè protestamur, absolutionem hodie vel alias etiam solemniter per nos faciendam præfatos suprà nominatos, & qualificatos, ac cancellarios, vicecancellarios, consiliarios, & procuratores, ac alios excommunicatos prædictos,

nisi prius statuta, ordinationes, constitutions, pragmaticas, & decreta huiusmodi publicè reuocauerint, & ex archiuis seu capitularibus locis aut libris in quibus annotata reperiuntur, deleri & caſſari, ac nos de reuocatione & caſſatione huiusmodi certiores fecerint, & alias à præmissis, cum vero proposito vterius similia non committendi destiterint, comprehendere, nec illis aliter suffragaturam fore, ac in præmissis omnibus & singulis ac aliis quibuscumque iuribus sedis apostolicæ ac S.R.E. vnde cumque & quomolibet quæſitis seu quærendis per quoscumque actus cōtrarios aut quomodolibet præiudicat̄ tacitos, vel expreſſos à nobis vel à sede apostolica quomodolibet factos aut faciendos, aut quemcumque temporis vel tollerantiam, fluxum seu patientiam nostram vllatenus præiudicari debere, aut quomodolibet posse.

a Excommunicamus. Quinque casus hic tradūtur, Primus, excommunicantur Reges, Archiepiscopi, Senatores vel alij officiales, qui ab auditoribus & aliis commissariis Papæ causas decimarum beneficiales vel alias spirituales euocant, quia superioris est euocare, & non inferioris. I. iudicium soluitur. ff. de iudi. capitul. vnostrum, de appella, plenè dixi in repet. l. quod ius sit, in 2. not. ff. de re iud. Secundus casus est, quod impedientes citationes, monitiones, vel literas Apostolicas exequi, tam gratiam quam iustitiam concorrentes, sunt excommunicati: de hoc suprà dictum extitit artic. præcedens. Potest enim iudex suā iurisdictionem etiam poenali iudicio defendere. l. vna. ff. si quis ius dicen. nō obtemp. Tertius casus, qui impediunt personas volentes prosequi causas in curia Ro. vt etiam suprà dictum fuit. Quartus casus, qui partes aetrices, quæ illas committi fecerunt causas, à sede apostolica reuocare faciunt citationes, vel inhibitiones, seu alias literas apostolicas, vt solent quidam iudices seculares facere, vt expertus sum aliquando.

Quintus qui compellunt iudicem seu partem à censuris absoluere, & peenis in illis contentis liberare: superiores enim volunt dici iudicibus ecclesiasticis, ideo peccant, vt hic habetur, & excommunicantur hic ore proprio Papæ.

b Declarantes. Hic versiculos, declarantes, vult absolutionē prædictis personis faciendā etiā per Papam non valere, nisi illi qui statuta contralibertates ecclesie fecerint illa reuocauerint: Secundū requiritur quod publicè reuocauerint, quod declarauit suprà quando dicatur. Tertiū quod illa statuta seu ordinationes delect & caſſet. Quartū quod de illa caſſatione & reuocatione certiorē faciant papam

papam, alioqui paria sunt eam esse & nō apparere. I. duo sunt. ff. de testam. tutel. Quinto quod ab illis cum vero proposito similia non committendi non destiterint, alias potest absoluiri. & de istis debet inquirere presbyter, & si ista non concurrant, non absoluat.

Artic. 11. Item excommunicamus & anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes, & interficienes, seu capientes & detinentes, seu deprædantes Romipetas a & peregrinos, ad urbem, causa deuotionis seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel recedentes ab ipsa, & in his dantes auxilium, consilium vel fauorem.

a Romipetas. Quia quibuslibet oppressis, ecclesia tenetur cōtra improborum violētias protectionis & defēsionis auxiliū impartiri. 87. dist. quasi per totū. ideo statuitur hic aduersus mutilantes illos qui Roman accedunt, causa peregrinationis excommunicatio, & non possunt absoluiri ab alio quām à papa, ita excommunicantur vulnerātes dictos peregrinantes, & interficienes, capientes, detinentes, deprædantes, & consilium, auxiliū vel fauore his malignis præstantes contra peregrinos. probatur in c. si quis Romipetas. 24. q. i. vbi dicit Ioan. de Turre crema. merito excommunicātur hi, tū quia Deū offendunt, qui in sanctis suis gloriatur, vt dicit Dauid, Gloriosus Deus in sanctis suis. tum quia hi impidentes, & alij charitatis vinculū rumpūt, & deuotionē ad sanctos minuant, ideo dicit pulchert text. in c. illi ibidē. illi qui peregrinos, vel oratores, cuiuscūque sancti, siue clericos, siue monachos, fœminas, aut inermes pauperes deprædati fuerint vel bona eorū rapuerint, vel in malā eis obuiauerint, anathematis vinculo feriātur, nisi digne emēdauerint. deinde subiicit text. ibi, Pax vera illa, quā treugā Dei dicimus, fideliter obseruetur: qui autem eā infregerit, excommunicationi subdātur. & ibi dicit Ioan. de Turre crema. Nota quod quedam sunt personæ, quibus perpetuò, treugē canonicæ obseruantur, sicut sūt presbyteri, monachi, conuersi, peregrini, mercatores, rustici, euntes & redeuntes, & in agricultura existētes, & animalia quibus arant, & fœmina portant ad agrum: habent enim rustici priuilegiū, quandiu steterint in agricultura, sicut milites, donec militant: sic clerici, & monachi, ac conuersi, donec in ecclesiis canonice & regulariter, viuunt. Item legati, quamdiu sunt in legatione. Item Romipetæ, & oratoria visitantes. hæc ille. Item accedentes ad sepulchrū domini, licet sint excommunicati, si sine licentia Papæ iuerint, & eius absolutio reseruatur Papæ, vel eius penitentiario maiori, teste Florent. in 3. par. summa tit. 24. c. 30. in fin. vbi dicit se reperisse hunc casum in libro summi penitentiarij.

Artic. 12. Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui per se, vel alium, seu alios directè vel indirectè sub quocunque

titulo vel colore occupant, detinent, vel hostiliter destruant, seu inuadunt, aut occupare, detinere vel destruere, aut inuaderi hostiliter præsumunt, in totum vel in partem Almam urbem, regna Sicilæ seu Trinacriæ, insulas Sardiniae, & Corciæ, terras citra Pharum patrimonium beati Petri, in Tuscia ducatum Spoletanum, Comitatum Venaysinum, Sabinen. Marchiæ, Anconitanæ, Macæ, Trebatiq, Romandiolæ, Capaniæ, & Maritimæ prouincias, illarūmque terras, & loca ac terras specialis comissionis, Arnulphorum ciuitatēsque bnostras Bononiam, Ferrariam, Regium, Mutinam, Fauentiam, Imolam, Forliuim, Rauennam, Ceruiam, Cesenam, Ariminum, Beneuentum, Perusiam, Auenionem, Ciuitatem castelli, Tudertum, Camerinum, & alias ciuitates, terras, & loca vel iura ad ipsam Roman. ecclesiam spectantia, & pertinentia, & adhærentes ac fautores, & defensores eorum, seu in his dantes, auxilium consilium vel fauorem.

Artic. 13. Item excommunicamus & anathematizamus omnes sanctorum reliquiarum & ornamentorum ecclesiasticorum quorūcunque calicum, crucum, candelabrorum, thuribulorum, vasorum argentorum & aurorum, vestium sacrarum ad diuinum cultum & usum deputatarum, ex basilicis & ecclesiis tam urbis, quām extra illius mœnia consistentibus, & aliarum quarumcunque rerum in ipsa urbe tempore illius directio- nis, vsque in presentem diem nequierit ablaturum ablatores & illos occupatores, ac quoscūque alios ad quorum manus res ipsæ quocunque titulo & ex quauis causa scienter peruerenterint, & existāt, cuiuscunque fuerint ordinis vel præminetiæ, conditionis, ac status, etiam si pontificali, regali, reginali, aut alia quauis ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate, nisi restituerint res ablatas huiusmodi eorum veris dominis: si eorum notitiam habuerint, vel cū ipsis dominis desuper amicabiliter cōcordauerint, seu si eosdem dominos ignorauerint, nisi res ipsas ad manus personarum, ad hoc per nos deputatarum, consignauerint, realiter, & cum effectu.

b Ciuitatēsque. Iste ciuitates hic nominatae, dicūtare ecclesiæ, tam quo ad temporalem iurisdictio- nem

nem, quam spiritualem, ideo excommunicantur illi, qui eas occupat. Et an sit necesse ecclesia habere temporalia, Quod sic concludit Benedictus in repet. ca. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 268. & sequen. de testa. dicens spiritu sancti ordinatione actum esse, quod ecclesia abundaret, cum paucis tantæ perfectionis inuenirentur, qui sine administriculo temporalium onera ecclesiastica sufficerent, ex quo peribat magna pars fidelium, non stantibus ministris, qui sacramenta spiritualia administrarent, facit glos. in cap. clericus. 12. quæst. i. & etiam temporalem iurisdictionem potest habere, ut ibi plenè licet videre per eum qui alios allegat, ideo eos missos facio, sed vide tex. in ca. valide. 94. distinct. & c. relatum, 10. q. 3. hæc vasa non debent alienari, etiam cum consensu ecclesiasticorum, nisi pro famis & captiuorum redemptione. l. sancimus. i. C. de sacro sanct. eccl. dixi in compendio super alienatione rerum ecclesiasticarum, in quo etiam elucidavi. ca. fine exceptione. 12. q. 2. vbi hanc materiam tractavi summatim.

a Non obstantibus quibuscumque priuilegiis, & indulgentiis, ac cliteris Apostolicis generalibus, vel specialibus eis, vel eorum alicui, vel aliquibus cuiuscumque ordinis, statutis, vel conditionis, dignitatis, vel præminentiae fuerint, etiam si (ut præmittitur) Pontificali, Imperiali, Regali, Reginali, seu quauis alia ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate à prædicta sede, sub quauis forma vel tenore cōcessis, quod excommunicari vel anathematizari, non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac ordinibus, locis nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus, eorum mentionem, nec non consuetudinibus & obseruantis scriptis & nō scriptis & aliis cōtrariis quibuscumque per quæ contra nos processus huiusmodi ac sententias quomodo includantur in eis se iuuare valeant, vel tueri: & quæ quo ad hoc penitus tollimus, & omnino reuocamus.

b Et à quibus c quidem sententiis nullus per alium quam per Romanum pontificem.

a Non obstantibus. De his non obstan. dixi in glos. concordato. in verb. non obstantibus, & in extrauag. ad reprimendum, in verb. non obstantibus, quomodo in crimi. laſſæ maiesta.

b Reuocamus. Hic tolluntur priuilegia, per quæ impeditur hæc excommunicatio, nam Roman. Pontif. non potest aliquem ita priuilegiis ditare, vt non sit sibi subiectus, vel ne possit eum excommunicare. Ioā. Andr. in c. cū instantia, in fi. de cēsib. q

est intelligendum quo ad spiritualia, unde nō posset facere Papa, quod prælatus vel alius clericus non sit sibi subiectus, nec ecclesiam vna eximere a subiectione sedis apostolica, quia effet acephalus, quod non permittitur. c. nulla. 93. dicit. Sed posset indulgere subiecto in temporalibus, vt non possit conueniri coram se ratione temporalitatis, sed coram alio iudice seculari. Fel. in ca. cum non licet, in fin. de præscript.

c Et à quibus. Nota, quod nullus præter Rom. Pontif. potest in his casibus absoluere, nec etiā legatus nisi super his speciale haberer potestatem. Quero quid faciet presbyter, si aliquis confessus fuerit multa peccata eidem, de quibus potest absoluere, & vnum de quo non potest absoluere? Respond. quidem quod de illis, de quibus potest absoluere, absoluat, de aliis remittat ad superiorē tamē quia Deus non nouit opus imperfectum. c. sunt plures. de pœnitent. dist. 3. nō debet absoluere, nisi prius fuerit absolutus à reseruatis per superiorē, vel eidē fuerit comisssum, vt etiam à reseruatis absoluat, & istud est tuus. Adrian. de Traiecto. in 4. sententia. distin. 17. de confess. 4. quæst. versic. sed dubium. nam non valet confessio, quando quis partem peccatorum confiterit vni, partem alteri. tex. in c. cōsideret. de pœnitent. dist. 5. circa fin. quod facit cōtra hypocritas vt iusti videantur, qui sic faciunt. Nam postquam prima non valuit, quia non facta. in charitate, nec in statu gratiæ, ergo de integro tenebitur omnia peccata confiteri. capi. omnis vtriusque sexus, ibi omnia, & ibi sacerdotis, & ibi dixi, de pœnit. & remiss.

Nisi in a mortis b articulo, c constitutus absoluvi possit. Nec etiam d' tunc, nisi de stando sanctæ Rom. ecclesiæ mandato, satisfactione, & sufficieti cautione præstitis, etiam prætextu confessionalium, seu quarumuis facultatum, e verbo, literis, aut quauis alia scriptura, etiam in qua quod sola signatura sufficeret concessum, & quauis derogatoriarum derogatoriè fortiores & efficaciores, ac insolitæ clausulæ apparerent quibusvis personis cuiuscumque præminentiae, dignitatis, conditionis, aut status fuerint, etiā si ut præmittitur, pontificali, imperiali, regali, reginali, vel quauis alia præfulgeant dignitate religiosis & secularibus vtriusque sexus, capitulis, collegiis, conuentibus, ordinibus, etiam mendicantium & militiarum, hospitalibus, confratriis, vniuersitatibus conciliarum à nobis, vel à prædicta sedē & quas concedi contingere quomodolibet in futurū. Illos autē f qui cōtra tenorē præsentiu talibus, vel eoru alicui, ceu aliquibus absolutionis beneficiū impēdere defacto præsumptiū p̄scrīnt

ferint, excommunicationis & anathematis sententia innodamus, eisque prædicationis, electionis, administrationis sacramētorum, & audiendi confessiones officia interdicimus, prædicentes & declarantes aperte trāf-gressoribus & contemptoribus prædictis nos grauius contra eos spiritualiter & temporaliter prout expedire cognouerimus pro cessuros. Et nihilominus quicquid egerint absoluendo vel aliā nullius sit roboris vel momenti. Ut autem huiusmodi nostri processus ad communē omnium noticiam deducantur, cartas seu membranas processus continentis eosdem in valuis basilicarum principis apostolorum, & S. Ioannis. Lateranensis de vrbe affigi seu appendi faciemus, quæ processus ipsos quasi honoro præconio & patulo iudicio publicabunt, ut quod ad ipsos non peruererint, aut ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere seu ignorantiam allegare, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur,

a *Nisi in.* Hic est unus casus in quo potest absoluere presbyter hos celestos videlicet in mortis articulo, & tunc per suum curātum vel vicarium poterit absoluī, si copiā illius habeat, aliā scilicet in mortis articulo presbytero. text. & ibi glo. in cap. pastoralis. §. fin. de offic. ordin. text. in cap. nuper, de sent. excom. Cardina. in cle. i. §. pen. de hæret. & in summa Siluestrina, in verbō cōfessor, primo, in fine. & in eodem verbo in 3. nu. 6. Etiā absoluīt in mortis articulo presbyter in c. non dubium; in c. quod de his, c. quāuis, de sentē, excommunicata. & cap. eos, eo. tit. in 6. extraug. i. de sepult. in communib. & clemē. 1. §. verū, de hæreti. & extraug. vna, ne sede vacan. in eisdē communib. & cl. i. §. fi. de pœnitē. & c. fundamēta. in fi. de elec. in 6. c. si quis suadente. 17. q. 4. extra. suscep̄ti, in fine, de maior. & obedien. & regulariter in omnibus, etiam enorribus, in causa mortis absoluere potest etiā simplex sacerdos, teste Thoma. in 4. senten. dist. 18. & 20.

b *Mortis.* Scilicet naturalis, cum mortis appellatione veniat mors naturalis. l. ex ea. §. insulam. ff. de verbo. obliga. l. cum pater. §. hæreditatem, de lega. 2. Et sic cōstitutio volēs, ut quis puniatur morte debet intelligi de naturali, videlicet ut anima sepa-retur a corpore, cū mors dicatur animę & corporis dissolutio. glo. & ibi Bal. in l. res vxoris. C. de dona. inter vir. & vxo. & in l. vna. C. de his qui ante aper-tas tab. Barb. in repe. c. Rainaldus. colum. 6. & seq. de testa. vbi appellatione mortis dicit venire tam mortem naturalē, quam violentam, & alia quocunque modo proueniētem: secus si lex dicat capite puniatur, vel pœna capitali, quia tunc intelli-

getur de pœna exiliij, nisi aliter declaratum fuerit: glo. in l. transfigere. C. de transfaēt. tex. in l. editō. §. Rei autem capitalis. ff. de bono. possēt. Angel. in tracta. de malefi. in gloss. & ibi. caput. versic. quid si statutum dicat, non ergo hic intelligimus de morte aeterna, vel spirituali, ciuili, seculari, vel effectua-li, de quibus per Archidia. in cap. placuit. 2. quæst. 7. & Lucam de penna in l. i. colu. 8. C. de deferto. lib. 12.

c *Articolo.* Non cātum infirmaz valetudinis cau-sa, sed periculi etiam propinquaz mortis. ab hoste, vel à prædonibus, vel ab hominis potentis crude-litate, aut odio, aut nauigationis ineunda, aut per insidiosa loca iturus, aut ætate cōfectus, hæc enim omnia instans periculum demonstrant. text. in l. 3. cum seq. ff. de dona. cau. mor. Idem si mulier prægnans sit prope partum, quia solent multæ in par-tu mori. Ideo in articulo mortis dicitur, & eo casu, absoluī potest. Hostien. & Pan. in c. pastoralis. col. 2. de offi. ordi. vbi dicit Panor. longum esse omnes casus percurrere, sed tantum debet considerari, an mortis articulus verisimile immineat, & tunc presbyter absoluat in his casibus, alioqui nō. Joan. And. Ancha. & alij, in ca. de his. de sent. excomm. Idem si ad mortem fuerit per iudicem, vel alium habētem potestatem damnatus. cle. i. de pœni. & remissio. Idem de alio periculo probabili, quod iudicio boni viri relinquitur, vt in summa Siluestrina. in verbo, absolutio. i. nu. 7. patet. Et hīc articu-lus mortis semper excipitur. cap. non dubium, de sent. excom. gl. expressa in c. i. §. si vero. in verb. articulo. de elec. in prag.

d *Nec etiam.* Nota quod sacerdos in mortis articulo nō debet absoluere, nisi pœnitēs satisfecerit vel cautionem præstiterit de stando mandato ecclesiæ, si non sit facultas satisfaciendi, gl. in cleme. 1. §. penult. de hæreti. & iuribus supra allegatis. & si aliā absoluat, nō valet absoluīt facta per eū, imo presbyter erit excommunicatus, vt infra patet. gl. in extraug. suscep̄ti. Ioh. 22. Rub. de maior. Et tūc cessante periculo, debet visitare Papam, suscep̄tu-rus mandatum ab eo, nō tamen petet iterum ab-soluī potest, sed narrabit Papaz, qualiter propter impedimentum obtinuit absolutionem ab inferiore, & q. pro satisfactione est paratus subire māda-tum apostolicum, vt probatur, in ca. ea noscitur. in fi. de senten. excom. Panor. in d. cap. de his. Si ta-men cessante impedimento non accedat ad Pa-pam, dum commode potest, incontinenti recidit in eandem excommunicationem. c. eos. de sent. excommunic. in 6. Et ideo dicunt doctores, q. non sufficeret ire Romam, nisi se præsentaret Papaz, quia ibi dicitur ecclesia Romana vbi est Papa. ca. scire. 7. q. i. vel mortuo Papa pœnitētiario maior, qui absoluere potest. cle. ne Roman. de elec. §. i.

e *Quarumvis facultatūm.* De hoc patet in literis Sixti, infra descriptis. Sextus episcopus, &c. ad futū ram rei memorā, & infra. Et præmissis & aliis ra-tionabilibus causis animum nostrum moventibus motu proprio nō ad alicuius nobis super hoc obla-tæ petitionis instantiā, sed de nostra mera volūtate & deliberatione auctoritate apostolica tenore

Bulla Coenæ Domini.

præsentium statuimus, & ordinamus, q̄ de cætero
prætextu facultatum huiusmodi cōcellarum à no-
bis, vel auctoritate nostra. Et quas cōcedi quomo-
dolibet continget in posterum, verbo, literis, aut
quauis alia scriptura, etiam cum clausula quod so-
la signatura sufficiat, etiam in fauorem fidei, &
cruciatæ, nullus confessorū eorūdem quempiam
cuiusvis status, gradus, ordinis, vel cōditionis exi-
stat, & quacunque ecclesiastica etiā episcopali, vel
maiori aut mūdana, etiā regali, & maiori dignitate
præfulgeat, qui offensæ ecclesiasticae libertatis, vio-
lationis, interdicti ab eadē sede impositi, seu hēre-
sis, postquam fuerint de ea sententialiter cōdenati,
delati, seu publicè diffamati, cōspirationis in per-
sonā, aut statu Rom. pontif. seu cuiusvis offensæ
inobedientiæ, aut rebellionis eiusdem pōt. vel di-
ctæ sedis, mutilationis membrorum vel occisionis
cuiuscunque in sacris ordinibus cōstituti, offensa
personalis in episcopū, seu alium pralatum, inua-
sionis, depredationis, occupationis, aut deuastatio-
nis terrarum Rom. eccl. mediate, vel immediate
subiectarum, ac etiā invasionis Romipetarum, seu
quoruncunque ad Romanam curiam venientium
prohibitionem, derelictionem causarum ad dictam
curiā, delationis armorum, & aliorum prohibito-
rum ad partes infidelium, impositionis nouorum
onerum realium vel personalium, ecclesiæ vel ec-
clesiasticis personis, simoniæ super ordinibus, vel
beneficiis consequēdis in dicta curia, vel extra eā
contractæ, criminum quomodolibet reus foret. Et
generaliter in casibus contentis in literis, quæ cō-
luerunt in die coenæ domini publicari, prætex-
tu huiusmodi facultati absoluere, & per eos amis-
sa peregrinationis ultra mariæ, & visitationis li-
minū apostolorū Petri & Pauli, Iacobi in Compo-
stella, & castitatis, ac religionis vota, nisi speciali li-
cētia, & certa scientia nostra, de qua demū cōsta-
re censemur, cum signatura nostra desuper manu
nostra scriptū, aut in literis nostris expreſsum fue-
rit, nos ex certa sciētia & de speciali gratia id con-
cedere, cū derogatione præsentis cōstitutionis il-
lius de verbo ad verbum inserto tenore, non autē
per clausulas id importantes, vel in articulo mortis
cōstitutum & tunc in casibus, in quibus satisfactio
fuerit impendenda, facta satisfactione, vel idonea
præstata cautione, cōmutare præsumant. Et si ali-
qui confessorum prædictorum contra præsentem
cōstitutionem, quenquam absoluere, aut exce-
pta vota prædicta commutare attingauerint, abso-
lutio & cōmutatio huiusmodi nullius sit roboris,
vel momēti. Et cōtra facientes eo ipso excommu-
nicationis sententiam incurrāt, à qua (nisi in mor-
tis articulo cōstituti) ab aliquo quam à Roma, pō-
tifice absolui nō possint. Non obstantibus literis &
cōstitutionibus huiusmodi & ordinationibus &c.
Et ne aliquis de præsentibus ignorantiam valeat
allegare, mandamus eas in cancellaria apostolica
& audientia literarum cōtradicitarum legi, & pu-
blicari, ac inter extraugātes alias apostolicas cō-
stitutiones in quaterno dictæ cācellariæ describi,
&c. Nulli ergo, &c. Datum Roma apud sanctū
Petrū, anno incarnationis Dominicæ 1479.3. Kal.

Januarij: Pontificatus nostri anno 2.

f Illo autem. Nota peinas presbyterorum absol-
uentium in his casibus delinquentes.

Pena cōtra
Presby-
teros ab
casibus pro
batis.

Prima, quia presbyter est excommunicatus &
anathematizatus proprio ore Papa, ut hic dicitur,
nec potest ab alio absolvi, quam à Papa, quia eius
est soluere, cuius est ligare. Si pueræ ff. de spon-

Secunda est quia interdicitur ei officium prædi-
cationis, licet sit valde priuilegium, ut dicitur, in
c. inter cætera, de offic. ordin. & dixi in glo. prædi-
cationis. §. i. de collat. in cōcorda. vbi dixi quod in
peccato mortali existens non debet prædicare.

Tertia prohibetur eidē officium lectionis. Ideo
si esset theologus, qui legere haberet virtute suæ
præbēdæ theologalis, aut alias prohibetur eidem
lectio. excommunicati enim non debet communi-
care cum aliis, ne alios inficiant. cap. excommuni-
catus. ii. q. 3. & si lectores boni esse debent, ut
alios ad bonum instruant.

Quarta administratio sacramentorum, nam sa-
cramenta nō debet ministrare excommunicatus,
c. a nobis, & ibi doct. de sententia excommuni. c. i.
celebrat, de cle. excommuni. ministran.

Quinta facultas audiendi confessiones interdi-
citur, quia per quæ quis peccat, per hæc debet tor-
queri. c. postulatis. de cleri. excommuni. ministra-
vbi dixi.

Sexta comminatur hic eis Papa penam spiritua-
lem & temporalem.

Septima pena est, quia absolutio non valet, ideo
dicit Dñid psal. 113. manus habent, scilicet presby-
teri, sed nō palpabunt confiterentes in his casibus. &
Ecclesiastici. i. c. v.æ manib⁹ malefaciētibus. & E-
saïe i. c. cum extenderitis manus vestras, dicit do-
minus, auertam oculos meos à vobis, cum multi-
pli caueritis orationem, non exaudiām.

Octava ultra hic positas est quia hic excommu-
nicatus presbyter est exclusus à regno cœlorum,
nisi absoluatur à Papa. c. nemo. ii. q. 3. c. quodcum-
que. 24. q. i. Nona, si iste sacerdos sic excommuni-
catus se ingerat diuinis, efficitur irregularis. c. i. &
per totum, de cleri. excom. ministran.

Dēcima, non potest cum aliis participare, vel
communionē habere, nam toties peccat mortali-
ter, quoties alios virare contemnit, vel cum aliis in
ecclesia orat. c. illud, de cleric. excommuni. mi-
nist. c. quoniam. 10. q. 5. [Imō communicans cū hoc
excommunicato in diuinis incurrit minorem ex-
communicationem. text. singularis c. significavit.
de senten. excom. secundum Felii. in cap. excom-
municamus i. col. 3. de hæretic.] Panor. in c. nulli.
& c. a nobis. de senten. excommuni.

Vnde cīma, non potest esse iudex. c. ab probandū,
de re iudi. nec aduocatus. c. decernimus, de lēte,
excommuni. in 6. nec testis. vt ibi, nec actor. c. in-
telleximus. de iud. nisi fuerit prius absolvitus,

Vltima, quia hæc excommunicatio priuat ex-
communicatum suffragiis ecclesiæ, quæ saltem ad
quatuor prosunt, teste beato Thoma in 4. senten-
dist. 22. quæ refert Io. de selua. in tracta. de benefi-
ciis. in 3. parte. q. 4 vbi alia excommunicatis prohibita
tradit. Notent sacerdotes has peinas, & in his casi-
bus

bus delinquentes non absolvant, alioqui damnationem incurront.

Verum ut presentes. Mandat Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum ordinariis, ut has literas semper saltem in anno publicet, in ecclesiis suis, dum multitudo populi ad diuina conuenierit audienda, & declarent. Verum enim uero, quia haec per Episcopos, vel alios ordinarios declarata non vidi, immo pluries super his interrogatus fui: ideo quantum ad me attinet, hanc bullam palam facere, & elucidationes breves, quatenus concernunt materiam inferere volui, super quib[us] bone Lector, æquib[us] bonique consulas, & errata corrigas: gratanter enim accipimus, quando ab alio quicquam addiscere valemus, instar Augustini, qui etiam ab anniculo erat paratus doceri. c. sic viue. 16. q. i. Super his autem omnibus Deo gratias ago, qui in Trinitate perfecta viuit & regnat per secula. Amen.

Verum ut presentes literæ ac omnia & singula in eis contenta eo fiant notiora, quo in plerisque ciuitatibus & locis fuerint publicata venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Primitibus, Archiepiscopis, Episcopis, ac locorum ordinariis vilibet constitutis, per haec scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ, districte praepiendi mandamus, quatenus per se vel aliu, seu alios presentes literas, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, saltem semel in anno, aut pluries, prout expedire viderint in ecclesiis suis, dum maior in eis populi multitudo ad diuina conuenierit, solenniter publicent, ad Christi fideliū mentes deducant, nuncient, & declarent. Decer-

nentes earundem præsentium, transumptis etiam impressis manu notarij publici subscriptis & sigillo alicuius iudicis ordinarij Rom. cur. munitis, eandem prorsus fidem in iudicio & extra vilibet adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostendæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, extensionis, reuocationis, inductionis, interdicti, innouationis, protestationis, declarationis, commissionis, mandati, voluntatis & decretorum infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit in cursurū. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ, 1536. Idus April. Pontificatus nostri, anno secundo.

Anno à Natuitate Domini 1536. Inditione 8. die verò 13. mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri D. Pauli, diuina prouidentia Papæ 3. Anno secundo, retroscriptæ literæ Apostolicae affixa & publicatae fuerunt in Sancti Ioannis Lateranen. ac principis Apostolorum de urbe Basilicarum, valuis seu portis, dimisis ibidem per aliquod temporis interuallum affixis per nos Thomam Roger & Franciscum de Crosa prelibati S. D. N. Papæ Cursores. Petrus Cornuti magister cursor.

Ec



B U L L A
I E I V N I O R V M E T
 S V P P L I C A T I O N V M P R O P A C E , E T
 G R A T I A R V M P R O V I D E A . S . D . N .
 plenissimè concessarum.

*Cum interpretationibus Domini Petri Rebuffi, Iurium Doctoris & Comitis,
 in universitate Parisiensi publici professoris, in Senatuq[ue]
 supremo ibidem Patroni.*

Paulus Episcopus Seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam.



V o in statu respublica Christiana constituta sit, & quæ pericula extremæ calamitatis imminent, satis ab omnib. cognosci arbitramur. Nō enim solum uno malo premimur, sed multis externis, & internis mixtis. Hinc enim perpetuus Christiani nominis hostis nostris imperiis ac regnis datus, & potentior ac vicinior iam factus, reliquias afflictæ Christianitatis inhians, dissensiones nostrorum principum letus aspicit. Neque aspicit solum, sed fouet, & ad suū lucrum vertit. Habet namque domesticum exemplum occupati hoc astu & via per maiores suos, Orientalis Imperij, quod tunc Græci eodem quo nunc nos laboramus morbo, hæresibus & intestinis bellis laborabant. Illinc verò nos, quamvis ex tanto Christianorum populorum numero pauci admodum relicti, tamen hoc non valente, tenues virium nostrarum reliquias assidue inter nos consumimus, & paratiores ad prædam reddimus, miscendoq[ue] omnia, ac Deū magis ac magis in dies offendendo, omnem operam damus, vt pericula ipsa satis per se ceruicibus nostris imminentia matuerint & augeantur. Quorum malorum omnium radix & priuicipium quoniam est discordia, ideo nos vsque ab initio nostri Pontificatus hoc per Dei gratiam præsidentes, rectum iter tenere & æquum patrem nos omnibus præbere studuimus.

Nota specialia qua in hac Bulla conceduntur.

PRimum est quod quamvis quilibet teneatur suo confiteri Sacerdoti, c. omnis vtriusque fœxus, de pœnitentia & remissione, hic tamen datur facultas cuilibet eligendi confessorem. Debet tamen eligi idoneus, f. qui catholicus sit, non hereticus, & qui gratiam fidei Apostolicę habeat. cap. Venies. de præscriptio. vbi gl. dicit per hos excludi excommunicatos, suspensos & interdictos, vt non possint eos eligere. Is presbyter electus diligenter peccata confitentis audire debet dicto. c. omnis.

Secundum speciale est, q[ui]licet is qui ligadi potest, testam non habeat nec soluerit. i. c. verbum. de penit. dist. i. tamen is presbyter electus ratione huius Bullæ absoluendi potestatem habet, vt hic.

Tertium quamvis quedam criminata reseruata sint absolutioni Papæ, vt quod quis verberat clericum atrociter. c. si quis suadente. i. 7. q. 4. His tñ simplex sacerdos poterit absoluere etiam de Papæ reseruatis, multo fortius de reseruatis episcopis.

Quartum q[ui] de casibus in Bulla cœnæ Dñi reseruatis nullus præter Papā absoluere possit, vpropter hereticos, defensores, fautores, receptatores, & eis credentes, nec piratas seu receptatores, auxiliū, consilii vel fauore eis præstantes, imponentes noua vestigalia, falsarios Bullarū, nec eos qui equos, arma, ferrū, vel alia metallorū genera ad Turcas deferunt, nec impediunt viualia Romā deferri, nec q[ui] venientes peregrinos Romā, vel ibi cōmorantes offendunt, detinentes Cardinales, vel eos verberates. Archiepiscopos vel Ep[iscopos] eorumq[ue] mādatores, qui impediunt cursum literarū Apostolicarū & exequitionem, qui libertatē ecclesiasticam tollunt seu deprimunt, qui fructus & prouetus beneficiorū ecclesiasticorum usurpant sine causa, qui collectas viris ecclesiasticis imponunt ac decimas, qui spirituales causas à iudicibus ecclesiasticis euocant, & executionem literarum impediunt, qui terras ecclesiæ inuidunt seu detinent, & presbyter qui absolvit in his casibus nisi articulo mortis, nec tunc nisi de stando Romanæ ecclesiæ mandato satisfactiōne & sufficiēti cautione præstis, etiam prætextu

textu quaruncunque literarum, est excommunicatus, nec potest ab alio absolui quam a Papa: & alii duodecim poenitentia affligitur quas in fine Bullæ cœnæ Domini scripsi. Tamen hic datur sacerdotibus plena facultas, etiam in his casibus absoluendi. Vide textum in extrauag. etiæ dominici, de poenit. & remiss. in extrauag. communibus.

Quintum quod iste electus presbyter poterit absoluere a censuris incurso propter hoc delictum, nempe symoniacus excommunicatus est. c. insinuatum de Simonia, & hereticus. cap. cum ex iuncto. de heret. & hereticus quia cui conceditur antecedens, & consequens. l. ad rem legatam. ff. de procurat. Requiritur tamen quod emendet: quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, per regulam juris. Peccatum. & hoc vult diceré Bulla, ibi, prævia tamen emendatione cum poenitentia. Et sic oportet quod sacerdos imponat poenitentiam pro qualitate delicti. c. Deus qui de poenitentia. & remissione & ibi.

Sextum quod vota regulariter implenda sint, vt infra de voto & voti redēptione, & illud, Votete & reddite Dō. Tamen hic datur facultas commutandi vota omnia, duobus exceptis, in alia pietatis opera.

Septimum, quod gratis & sine quæstū aliquo ista cōceduntur, & sic quilibet eas obtinere potest.

Et quia in concedendis indulgentiis quinque requiruntur, ea præfabor.

Primo requiritur potestas ligandi & soluendi, siue authoritas concedendi, quæ ante promotionem non datur. Luc. 12. c. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Ergo super qua familia est constitutus, potest concedere Indulgencias, & sic subditis tantum, prouident. c. quod ante de poenit. & remiss. In eo qui potestatem habet requiriatur sequentia. Primum voluntas sincera & sancta, vt ad bonum finem, vt hic non per pecuniam. Secundum iusta causa, ibi fidelis & prudens, quia dispensatio est ca. & si illa. q. 7. Tertium promoto. Quartum, vt iurisdictione in illos habeat. Quintum communio sanctæ matris Ecclesiæ. Vnde hereticus non posset ita cōcedere, nec excommunicatus. Ultimum quod nō excēdat metas suæ potestatis. d. ca. cum ex eo de poenit. & remiss.

Secundo idoneitas requiritur in recipiente: nam actus actiuorum sunt in patiente bene dispositio. Thesaurus ecclesiæ membris illius conceditur. c. nihil. 11. q. 3. Sanctum canibis non datur. c. in mandatis. 43. dist. & sic idoneitas requiritur. Primum ratione subiectionis. d. c. quod autem. Secundò vt credat concedentem habere talem potestatem. Tertiò ratione contritionis, quia contritus esse debet. Quartò ratione implementi actus: & hoc dicit inferiū, ibi, qui præmissa adimpluerint.

Tertiò requiritur pietas, & honor Dei, debent omnes indulgentiæ ad honorē Dei, & fidei exaltationem & augmentum concedi, d. c. quod autem. & Gerson in suo tractatu de Indulgentiis.

Quarto utilitas in opere cui datur, & ad honorem Dei: vt qui visitauerit templū, lucretur ceterum

dies Indulgientiarum. Nempe, quicunque honorificauerit me, honorificabit eum pater meus. & gl. in extrauag. i. de poenit. in communibus.

Quintò congruitas in tempore per glossam in dicta extrauag. prima. Sexagenarius & ultra iuit Massiliam ad conciliandos Imperatores, & Franciæ Regem, & foedus temporale decem annos in iuit inter predictos, licet ante tempus expirat, foedus ruptum fuerit. Ecce quomodo summis coordinatis studuit se patrem præbere.

Néque aliquid, inquam, omisimus quantum in nobis fuit: quod ad pacem inter Principes Christianos conciliandam attineret à quare etiæ labores nostri toties ante hac incassum suscepit detergere nos poterant, volentes tamen cum Apostolo Paulo perseverare, dum licet, in omni patientia & doctrina, nouissimè intelligentes Christianos exercitus in hyberna deductos esse, statim nostrum & apostolicarum sedis legatum de latere, ad charissimos in Christo filios, nostros Carolum quintum Romanorum Imperatorem, semper Augustum, & Franciscum Francorum Regem Christianissimum iterū pro pace misimus. Verum quum omne datum optimum, defussum proficiatur a patre luminum, & pax speciale donum sit Dei.

Pacem non habemus propter sex causas: prima quia non puniuntur maleficia. Eccleſ. 8. Secunda abundantia temporalium. Gen. 3. & Hier. 9. Tertia, quia non occupamur in pugna contra demones, ad Ephes. 6. non est nobis colluctatio aduersus carnem. Quarta, quia damnata bellū non consideramus, in quo anima & corpus perditur. Hierem. 40. Fortis incidit in fortē, & ambo pariter cedērunt. Quinta, nō consideramus dudum bellī, cūtum. 2. Reg. 11. Varius euenter bellī. Sexta, q. a. præcepta Dei non seruamus, nec decimas soluimus. Hier. 3. & Esa. 48. Ut ipsam attendisses ad mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua. glo. in c. ad apostolicā. in verb. pacem. de re iudic.

Eam desuper petendam & orandam centes, ac considerantes quod ad vnius precē diuina prouidentia non concedit, id eam aliquando multiplicatis intercessoribus largiri, & quod per prophetā cōqueritur, quod nemo eius ira precibus & orationibus se opponeret, necno edocti in sacris literis patres nostros ieiunio & fletu ac orationibus diu pura fide & sincera charitate factis, Dei iram sibi placasse, & pro dissidio concordiam, pro bello pacem, & victoriam impetrasse. Idcirco cūm multum valeat oratio ecclesiæ

assidua, omnes utriusque sexus fideles tam in alia urbe nostra, quam in quibusunque regnis, dominiis, prouinciis, ciuitatibus, opidis, terris, & locis, per vniuersum orbem constitutos requirimus & hortamur in domino, ut ad eundem dominum nostrum se conuertendo.

Ad obtinendas has indulgentias septem requiruntur. Primum publicatio, Secundum preparatio orationibus & erogationibus eleemosynarum. Tertium ieiunium saltem die sabbati, nisi sint impediti iusto impedimentoo. Quartum quod procureret a quarta feria usque ad sabbathum exonerare conscientiam. Si tamen non confessus fuerit, quia dicit procurantes non perficientes, ob id poterit etiam confiteri die dominico. Quintum quod si die sabbathi ieiunium sit, arctiori viatu fiat. Sextum quod die dominice suscipiat sacrum corporis Christi sacramentum, si tamen vomitum haberet, poterit lucrari. Septimum orate pro calamitatibus, ut eas Deus auferat, & pacem inter Christianos componat. Haec probantur in texu sequenti.

Postquam ex publicatione per ordinarios locorum facienda praesentium notitiam habuerint, quarta ac sexta feriis immediate sequentibus, orationibus, & eleemosynarum erogationibus vident, & qui astatim legitimam fuerint, nisi iusto impedimentoo teneantur, saltem die sabbathi sequenti etiam ieiunent, interim cordis contritione & oris confessione suam conscientiam exonerare omni studio procurantes. Et si ipsa die sabbathi alias ieiunium ab ecclesia indicatum fuerit, illud aliquanto arctiore viatu ratione, & cibi potius abstinentia quam ecclesia ritus communiter consuevit, pro cuiusque tamen viibus obseruent. Utque Deum sibi magis propitium reddant, die dominica, dictam diem sabbathi immediate sequenti sacratissimum corporis Christi sacramentum deuotè percipient, Deum ex intimo cordis exorantes, ut calamitates populi sui pretioso filio sui sanguine redempti, tandem miseratus toti orbi Christiano pacem, unitatem, & concordiam largiri dignetur, ut sic eius fideles ab omnibus aduersitatibus liberati, & in tranquillitate constituti diuinæ maiestati eius deuotum exhibeant famulatum. Ut autem dictum sacramentum tranquilliori conscientia recipere valeant, nec ab hoc ex absolutionis difficultate retrahantur, atque etiam ut eorum oratio quanto puriori animo, tanto ad impetrandam misericordiam

& gratiam diuinæ bonitatis sit acceptior, omnibus & singulis Christi fidelibus supradictis, ut confessores sibi eligere valeant, presbyteros seculares, vel cuiusvis ordinis regulares, qui confessionibus eorum diligenter auditis.

Si consideremus legem naturæ dicemus, ab ea etiam confessionem emanasse, proinde & nunc quoque necessarium fuisse (naturæ enim dictat ratio, & virget conscientia, ut quisque confiteatur se peccatorem esse,) quam Deus voluit exigere de Adam, quando clamauit, ubi esset. Sciebat namque Deus ubi esset, sed extorquere confessionem ab eo cupiebat. Genes. 3.

Idem voluit dominus à Cain quod fratrem interficerat suum, sed is confiteri fratricidium noluit: quonobrem maledictus fuit. Gen. 4. sed interna hic tantum requirebatur.

Postea in lege Mosaica triplex reperitur confessio. Quædam generalis, quam sacerdos faciebat pro peccatis totius populi, eamque præcepit Deus Leuit. 16. ibi, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israël, & ista solet fieri etiam nunc in quatuor festis solennibus in aliquibus Francie locis. Altera non erat vocalis, sed facto exhibebatur, quia pro peccati qualitate sacrificia offerebantur. Leuit. 4. & Zach. 6. c. Vnde cum sacrificium offerebatur, deprehendebat sacerdos, quo genere esset offensus maculatus, & sic facto confitebatur peccatum. Numer. 5. Leuit. 13 & seq. Vbi ponitur hostia quæ fiebat in leprosis, qui quatuor signa habebant leprosia, in capillis, in cute, vestitu, & in domo, quæ figura erant huius leprosia, quam contrahit animalia ex peccatis, & Iosuæ 3. c. da gloriam Deo & confitere atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Postquam ergo in veteri testamento confessio facto sacerdotibus fiebat pro munera qualitate, ita & vocalis confessio nunc fieri debet ad peccatorum remissionem.

Cum igitur ex lege naturæ confessio in corde erat, ex lege Mosaica in corde & opere, ob id in lege euangelica quæ perfectior est, quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Ioan. 1. & Matth. 6. Nisi abundanter iustitia vestra plusquam scribarum & Pharisaorum. Vnde antequam Christus veniret mediator Dei & hominum, non est mirum si non fiebat perfecta confessio, quia nulla erat perfecta reconciliatio. Sed nunc cum sumus in lege perfecta, confessio perfecta fieri Deo & homini eius vices in hac parte gerenti, debet. Quod probatur lege noua. Matthæi. 3. cap. vbi homines euntes ad Ioannem, ab eo baptrizabantur, confitentes peccata sua, & sic illi confitebantur, alioqui ad baptismum eos non admisisset. Marci. 1. c. Idem dicit. Jacobus. cap. 5. Confitemini alterum peccata vestra, & Iob. 19. cap. Si erubui in conspectu populi peccata mea confiteri. Sic Salomon. Ecclesiast. 4. c. in fin. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias te omni homini pro peccato. Ergo peccator

tor debet se subiicere alicui homini, & sic confessori, cum prohibeat omni, ergo alicui ignaro, vel Dei inimico vel laico, non, sed alteri idoneo. Sic & quamvis in veteri testamento non esset vocalis instituta, tamen hodie est necessaria. c. fi. de pœni. dist. i. Sed cum in veteri testamento claves cœli nondum essent hominibus date, frustra ergo confessus quis hominibus fuisse. Sed cum Christus tradiderit claves hominibus. Ioan. 20. Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis, voluit ut vocalis confessio hominibus fieret, alijs frustra datæ eis essent, sed Deus nihil facit frustra, nec sacerdotes remittunt non conscientibus eis. Ergo illis est confessio facienda. c. quis aliquādo, & c. agite. de pœni. dist. i. Vbi etiam nec pœnitentia imponi posset sine confessione, sicut nec medicus pharmacum sine inquisitione morbi. Nam si postquam soluisset Lazarum, dixit Apostolis ut illum soluerent, & leprosis iussit, ostendite vos sacerdotibus, multo fortius voluit ut per confessionem homines se ostenderent sacerdotibus, & illis confiterentur peccata sua. Nempe D. Petrus. Matth. cap. 18. ait, quoties remittā fratri meo, septies: Christus ait, nō solum septies, sed & septuagies septies, ergo petas, remittere debet, ac alij sacerdotes.

Aduertendum est tamen, quod antequam quis ad confessionem accedat, debet accuratè euolue re librum suæ conscientiæ, atque in eo peccata sua recolere, ut possit illa demum coram sacerdote commemorare. David, Psal. 37. Quoniam iniquitatem meam annunciaro, & cogitabo pro peccato meo. & Esa. 38. Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, & Hiere. 2. Vide vias tuas in conuale, scito quid feceris, quidnam est vallis nisi conscientia? Et talis debet esse meditatio & diligentia, qualem quis adhiberet in re maximè seria. Vnde cogitet tempus, videlicet singulos menses, hebdomadas, dies, deinde postea loca pingat in quibus est conuersatus, quid ubique fecerit, & personas insuper cum quibus versatus est, recensere debet, & cogitare quidnam cum illis egerit. Recenseat quomodo offendit in quinque sensibus, postea aduolat ad peccata mortalia, & super singulis cogitare qualiter offenderit, ac demum super præceptis decalogi, ac super fidei articulis, si fuerit in eis constans, nam dubius in fide, infidelis est. c. 4. de hereticis. Et deinde septem operam misericordiarum euoluat, an compleuerit, an res illorum sit, vel septem sacramentorum ecclesiastorum, quibus euolutis videbit quantum offendit. Non tamen debet immorari cogitando multum super peccatis iræ aut odij & carnis, quia facile super his noua posset oriri tentatio, teste Eckio in lib. de sacra. Homil. 44. Et ita cœcludimus vocalem confessionem, quam quidam auricularē vocant, necessariam esse. Et ita tenet vniuersalis ecclesia. c. fi. de pœnit. dist. i. Et contrarium tenere est hereticum. Quæ ecclesia errare non potest, quia Christus oravit pro ea: nec hoc iugum impo suisset nobis, si hoc Christus non præcepisset Apostolis, qui postea per manus nobis tradiderunt. Et multa alia Deus fecit & præcepit, quæ non sunt in

Euāgelio scripta, sed sufficit ab Apostolis esse tradi ta quibus claves datae erant.

Et & eorum quemlibet à quibusunque eorum peccatis, criminibus & delictis quantumcunque grauibus & enormibus, etiam fedi apostolice referuatis, etiam in bulla quæ in die cœnæ Domini legi consuevit, contentis, & à censuris propterea incurisis.

Nota differentias inter excommunicationem maiorem & minorem. Prima quia maior à communione hominum relicit, minor à receptione sacramentorum. c. 2. de except. Secunda à maiori absoluit is qui excommunicauit. c. nuper: & cap. si concubine de sent. excom. à minori etiam alius & simplex sacerdos cui aliter confiteri potest, quia eius est soluere, cuius est ligare. l. si voluntate. ff. de sponsa. Tertia celebrans excommunicatus maiori excommunicatione, est irregularis. c. latores. & c. postula. tis. de cler. excom. Secus in excommunicato minori, licet peccet. c. fi. de cler. excom. Quarta non repellit minor excommunicatione ab agendo. Sicut in maiori. c. intelleximus. de iudiciis. Et sic potest esse testis excommunicatus minori. c. decernimus. de sent. excom. in 6. Quinta excommunicati majori eligere non possunt, lecus in minori detenti. c. fi. de clericis excom. c. cum dilectus. de consue. c. cum inter. de elect. Sexta communicans cum excommunicato majori est excommunicatus, & peccat. c. 2. de exceptionib. Secus in minori. Nam communicans cum excommunicato minori excommunicatione non contrahit latem etiam minoris excommunicationis.

Aliæ differentiæ colligi possunt ex his quæ scripsi in rub. de excommunicatione. vitandis. Ibi sexaginta pœnas excommunicatis concessi.

Prævia tamen commendatione cum pœnitentia & debita satisfactione hac vice dun taxat absoluere, ac pro commissis sibi pœnitentiam salutarem iniungere, ac vota quæcumque per eos emissa, castitatis & religionis votis dun taxat exceptis, in alia pietatis opera commutare valeant, facultatem dicta auctoritate apostolica impartimur. Et insuper ut eosdem Christi fideles etiam pœmisi cœlestibus ad hoc inuitemus, omnibus & singulis Christi fidelibus supradictis qui præmis sa adimpleuerint, ac processionem desuper indicendam & ordinandam in oratione & abiisque strepitu ac contentione fecuti, aut qui aduersa valetudine, seu alio legitimo impedimento detenti, huiusmodi processioni interesse nequeentes, eleemosynam iuxta eorum deuotionem alicui pauperi Christi eis bene viso piè elargiti fuerint, vel si indigentes existant, quinques orationem

Bulla Ieiuniorum & supplic.

dominicam & toties salutationem angelicā pro pace & fœlici statu militantis ecclesiæ, orantes deuotè recitauerint, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apóstolorum eius authoritate confisi plenissimam peccatorum suorum remissiōnem in domino concedimus & elargimur.

Casus episcopis reseruari his verbis comprehendi possunt.

*Virginis intacte, pueri & stuprator adibit
Pontificem, occisor, clericpercussor, adulter,
Virgineum soluens votum blasphemus, & omnis
Sacrilegus, proprie prolius fædator iniquus,
Sortilegus scēta falsi, fætator & ignis.
Qui clandestinè uxori se fædere iungit.
Hac sunt Pontificis, vel que seruauerit ipse.*

Primus est casus in deflorante virginem. c.2. de adult. Secundus in concubitore pueri. Tertius in homicida, vt in rub. de homicid. Quartus in clerici percussore. c. si quis suadente. 17. q. 4. & in rub. de cler. percussore. Quintus in adultero, vt in rub. de adul. Sextus in soluente votum virgineum & corrumpe moniales. Idem in soluente aliud votum. c.1. de voto. Septimus in blasphem. in c.2. de maledicis. Octauus omnis sacrilegus, siue de sacro siue de non sacro. Nonus cognoscens eos sanguiineam. Decimus fortileg. in rubr. de fortileg. Undecimus in seftatore scēta, id est, in hæretico. c. ad abolendam. de hæret. Duodecimus falsarius, vt in rub. de falsis. Decimustertius ignis fætator, id est incendiarius. in rub. de rapto. & incend. & c. si quis pessimam. 24. q. 5. Quartus decimus clandestinum matrimonium contrahens in rub. de clande. desp. Ultimus casus est quando episcopus sibi reseruauerit.

Qua remittuntur poenæ iniunctæ tam pro mortalibus quam venialibus, & iniungendæ seu quæ potuerunt iniungi, teste Adriano in 4. sent. rub. de clauibus. §. sed ex hoc peras. verf. pro intellectu. Et intelligitur à Dœo plena remissio, prout clauium potestas se extendit. gl. in extraua. 7. in verb. plenissimam, de poenit. in communibus.

Indulgentiæ concessæ sunt usque ad quinquennium, à quo tempore computetur, an à data an à publicatione. Certum est quæ indulgentiæ concessæ valent à tempore datae. c. capitulum, de resc. & ab

illo tempore ius est quæ situm illi loco cui concessæ sunt, & ab illo tempore paratur facultas capacibus ad lucrandum illas. Sed quantum ad eos qui lucrari velunt, incipiunt in eis efficaciam habere, quam primum eis præsentant & notificantur. Ideo istud quinquennium computatur à die quo exhibitæ sunt literæ, quæ debent exhiberi episco- po. c. cum ex eo. de poen. & remis. Nam antequam publicentur, non possunt lucrari. cl. 2. de poenit. & remis. quia populus eas ignorat, & in concernentiis animam requiritur scientia & acceptio. arg. c. gratia. de rescr. in 6. & receptio literarum. c. audita. de restit. spol. Et quando priuilegium datur populo, ipsum publicè insinuandum & publicandum est. arg. l. nam ita. ff. de adopt. c. vt officium. §. compescendi. de hæreticis. Bonifacius in d. clem. 2. num. 16. Ideo hoc quinquennium non computabitur nisi à die insinuationis seu exhibitionis.

Et vt hæc omnia ad multorum utilitatem peruenire valeant, simul & misericors dominus pluribus exoretur, omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & alijs ecclesiistarum prælati, vt quam primum præsentes literæ ad eorum manus peruerent, eas siue earum transumptum manu alicuius prælati seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ subscriptum, ubique per eorum provincias dioceses vel ecclesiæ, absque vlla fraude vel quæstu cum gratiis, concessionibus, facultatibus & indulgentiis suis, gratis publicati faciant in virtute sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, constitutionibus & ordinationib. apostolicis & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Præsentibus postquam in vrbe ac ciuitatibus & diocesib. prædictis publicatæ fuerint, aut ad supradictorum Christi fidelium aures perueerint, & quartæ ac sextæ feriæ ac dominica dies, præfati elapsi fuerint, minimè valituri. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis domini 1543. 5. Id. decemb. pontificatus nostri anno. 10.

Blo. El. virginen. B. Motta.

ADDIT.

Additiones Petri Rebuffi in regulas Cancel. 331

ADDITIONES AD REGULAS CANCELLARIAE
a Petro Rebuffo incepta. Anno 1540.

REGULA I.

REGULA diffinitur in l. i. ff. de regulis iuris, vbi Decius & alij multa scribunt. De hoc tu illos, si lubet, videto. Et dicitur regula, eo quod regat, vel quod distortum paruumque corrigat, vel quod normam recte viuendi præbeat. Et quod sit recta, quasi reticula. Lucas de Penna. in l. Diuæ. col. i. C. de decur. libr. io. vbi tradit quot modis capiatur regula, post Archid. in c. regul. 3. distinct. Et quia culpa est ignorare iuris regulas, teste Ludo. Rom. in l. quod te. ff. si cert. per. quia ab omnibus leges sciri debet. l. leges. C. de legib. ideo oportet vt hæ regule sciatur. Nam habent vim legis, & sunt seruanda, viuente earum conditore, vbi non sunt contrariae decretis sive eorum conciliorum institutionis. 25. q. 2. c. i. de constit. Austrer. deci. Tholos. c. 44. In Francia tamen si sunt contrariae concordatis, istas regulas non seruamus. Quia virus non potest concordatis derogare, cum sint inita inter Papam, & sedem Apostoliam ex una, & Regem ac Regnum ex altera: & cum vim contra factus habeant, vt patet in rub. de firma & irreuocab. cōcorda. stabili. scripsi in p̄f. ad rub. de collatio. in concord. Etiam aliae multæ sunt, quæ non sunt in hoc regno receptæ, quas infra in qualibet regula notabo. Ob id vt quilibet scriret, quæ sunt regulæ, quæ in forensi iudicio seruantur, & quæ non, eas annotare volui. Tu bone lector, boni consules, & omisla supplebis. infinita potuisse hic scribere: sed multa in concord. Francia scripsi, quæ hic repetere nolui: frequentius ad illa videnda incito, ne per longas ambages te remorer ac suspendam. Multa etiā tum utilia tum necessaria ibi omisi, quæ hic scribā: quia melius hic conueniunt. Postquam hæc glossemata compleuisse superuenerunt ad me commen- taria doctissimi & reverendi patris D. Gomesij super his regulis, quæ si prius vidisse, nō in vanum post eum laborarem, cū fatus supérque super his descriperit. Sed multa dixi, quæ ipse non attigit, in forensi iudicio valde utilia, vt legenti patebit: sed retraham manum, alibi que ista dicam.

Ordinationes.

Orderationes. Dupliciter hoc verbum sumi potest, generaliter & specialiter. Generaliter omne id, quod est ordinatum & factum ab aliquo, potest dici ordinatio. Vnde text. in c. i. de schisma, dicit, ordinationes ab hereticis factas irritas esse. & 9. q. i. ca. ordinationes. Vnde sanctiones sive statuta, vel regulæ: eo quia in ordinem rediguntur, dici possunt ordinationes ut hic, & in ordina. Francia. Et specialiter ordinatio dicitur, quando quis ad ordines promotus est, dicitur ordinatus. d. c. ordi-

nationes. ca. sanctorum, 70. distinct. & in rubr. de ordinatis à non suo episcopo. & in rubr. de temp. ordinando, per totum.

Et constitutiones.

Constitutione est, quod tantum Rex, vel Imperator constituit. c. constitutio. 2. distinct. scripsi in rubr. de constit. in concord. post doct. in rubr. de constit. in decretalib. & in 6.

Aduertendum est quod mali mores optimis rendis legibus & cōstitutionibus sapè causam derunt. Quia vbi perperam viuitur multiplicibus edēdūs Regib⁹ magna datur occasio, inde apud Aeginetas cautū est, vt qui nouæ condendæ legis causam daret, iniūs omnibus & execrabilis fieret. Sic apud Indos, si quis aliquid perniciosi inuenisset, nisi protin⁹ remedio succurreret, morte plectebatur. teste Alex. lib. 6. genial. c. 14. vbi dicit leges & cōstitutiones breves esse debere, velut monita oraculorū diuinitus missa: vt paucis iubant, non pluribus disputent: shadeantque magis quam comimentur, aut pœnam imponant, quas Plato iussit esse quam paucissimas. Nam si suo iure fungantur magistratus, nihil opus esse multiplici lege putauit. Vbi verò eorum improbitate aliò detorquentur, ex legum multitudine perniciem afferrī dicebat. Licerunt sint quidam magis in legibus condendis faciles, quam in gratiis concedendis, & nō habitō consilio, contra Alexan. Mamm. Imperatorem, qui nullam cōstitutionem facrauit sine vi- ginti iuriis peritis, & aliis quinquaginta doctissimis, disertissimisque viris. Et id quidem ita faciebat, vt per septentrias singulorum iretur, ac scriberetur quidnam quisque dixisset, dato prius spatio ad inquirendum, cogitandumque priusquam dicerent, ne de rebus arduis ex tempore respondere cogerentur, teste Ayma. Rival. in histo. iur. civil. de Alexan. Mammæ. Et hec sic cōditæ sunt perpetue: sed alia leuiter conditæ, leuiter recedunt, & cum suo authore extingūtur, & in fauillas cōvertūt. Nota sing. dictum Bald. in cōsil. 46. Quædam scriptura. in fi. vol. i. quod tantum distant sacri canones à legibus mundi, quantum distant perpetuū à corruptibili: & tanto altiores sunt canones legibus, quanto cæli gubernacula distant à mortalibus, hæc ille.

Ioan. 22. Pontifex maximus, & Caturcen. natione, primus fuit, qui regulas cancellariae in scripta rededit, nam alij pontifices ante eum, consuetudine quadam seu stylo utrebantur, vt plenius scribit d. Gomes. in procem. harū rég. q. i. fed. Nicolaus. Pontifex maximus ad huc statum & ordinem reduxit, vt in fine patet.

Quamobrem inuentæ sunt, vt officiales cancellariae per eas in literis expediendis instruantur, & quid scriuari & agere in illis debet, teste Gomes. in q. 2. procem. reg. cancellaria.

Cancellariae sanctissimi domini nostri domini Pauli diuina prouidentia Papæ tertij.

Cancellaria. Dicuntur cancellarie: quia in can-

Additiones Petri Rebuf.

cällaria sunt, corrigantur, & publicātur, & in cällaria maximè seruandæ sunt. nō cancellariæ, id est iustitiae, quia plures sunt regulæ gratiæ, & de gratiis & beneficiis statutæ, quam de iustitia. quā quis glo, hic contra tenet: hoc tamen pertinacibus relinquo, cūm sit pauci emolumenti. vide tamen Fel. de regul. cäccel. in c. 2. col. pen. de rescrip. Qui-dam referunt cancellariam fuisse in esse productâ tempore Lucij tertij, per tex. in ca. ad hæc. de re-scrip. sed quia parum refert inquirat alius.

Sanctissimus.

Sanctissimus. Quis enim sanctissimum illum du-bitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? ca. non nos. 40. dist. Et intellige quod est sanctissimus no-mine & qualitate. Sed interdum persona criminibus & affectionibus multis perturbatur maximè erga consanguineos: & interdum caro & sanguis plura reuelat ei, quam spiritus sanctus. quia homo est. Dixi in procœmio concor. in verbo sanctissimo, quod hoc nomen conuenit Papæ tanquā præcel-leti. ad Hebr. c. 7. talis enim decebat, vt nobis esset Pôtifex, sanctus, innocēs, impolutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus. Primo pô-tifex debet esse, qui postem faciat ad paradisum, per bonam operationem, debet esse innocens, per perfectam intentionem. Impolutus per castâ conditionem. Segregatus à peccatoribus per singula-re conuerlationem. Excelsior cœlis factus, per æternorum contemplationem. Ergo Papa sanctus debet esse, tum quia sancta vitæ seruare fide pro-fessus: tum quia sanctu officiū exequitur. Adhæc, quia sanctum membrum sancti capituli Christi ef-ficitur. Tum quia à sancta ecclesia nutritur, & sancto spirito sugerente domino famulatur. Et præ-cipitur Leuitici c. 19. sancti estote: quia ego sanctus sum. Vide quindecim conditions sanctorum per Berco. in verb. sanctus. & in cap. tenere. 31. dist. vbi Archiadac. exponit sanctum pro mundo.

In Christo pater.

In Christo pater. Non dicitur ergo Papa h̄c sim-pliciter pater, forte ad tollendum sinistram suspi-tionem quæ posset in mentibus hominum gene-rari, vt haberet filios. quia eos in Christo habet. Nam omnes filii Dei estis per fidem, ad Galat. c. 3. non per genituram. Sicut enim mula non generat, nisi miraculosè: ita nec Papa. Et dicitur pater pa-truum gl. in proc. clena. in verb. Papa. Et dixi abu-dantius in procœm. concord. in verbo patri. Et in forma mandati, in verbo dilectis filiis, & quod mo-dis quis vocetur pater, scripti inter scholastico-rum privilegia, privilegio. 67.

Et dominus noster, dominus, &c. diuina prouidentia Papa, &c. Suorum prædecessorum vestigiis inhærendo, normam & ordi-nem gerendis dare volens in crastinum as-sumptionis suæ ad summi apostolatus ap-i-cem, videlicet die 20. mensis Nouemb. An-ni Domini. 1523.

Dominus. Scripti de domino, in procœm. Cōcord. in verb. oominus, hic non repetam.

Normam & ordinem. Et sic non adhibet in his re-gulis formam substantialem regulariter, vt infra dicetur.

Rebus gerendis. Nam ad futura extenditur lex, non ad præterita, vt plurimum c. fin. vbi plenè Fe-li. de constit.

In crastinum assumptionis. Hoc dicit, secundum quosdam, vt collat non esse factas in conclavi, in quo eligitur, dicit Zochus hic, quod ibi multæ sunt promissiones, Deus scit, illis relinquo, sed illæ promissiones factæ præ nimio gaudio, non valent, quia tunc est extra mentem cap. Vnusquisque 22. quæst. 4. facit gl. in §. serui. de liberti. in iustiti. Sed mundano more loquitur, quia vir prudens propter mala sibi obuenientia nō irascitur: nec etiam ex bonis fortunæ multum congratulatur, nisi in Deo, vt in cälico Virginis Mariæ dicitur. Et exal-tauit spiritus meus in Deo, &c.

Reseruationes, constitutiones, & regu-las infra scriptas fecit, quas etiam ex tunc suo tempore duraturas obseruari voluit, & quas nos Hippolytus sancti Laurentij in Damaso diaconus, Cardinalis sanctæ Ro-manæ ecclesiæ, Vice cancellarius, die louis quinta mensis Nouembbris anni prædicti in Cancellaria Apostolica publicari fecimus.

Fecit. Per se vel alium. Nam cum tot sit negotii implicitus, committit alicui vt hoc faciat: tamen ipse facere césetur. regula, qui per alium. de regu. iur. in 6. etiam proprie. dicit. l. certe. ff. de precar.

Extunc. Intelligit à publicatione scientes ligari statim: ignorantes non, nisi post duos menses. ca. 1. de concess. præb. glo. in c. cum singula. & ibi Domi. de præb. libr. 6. vide quæ dixi in verb. publica-tionem. in §. præfato. 1. de colla. in concorda.

Suo tempore. Quia suis successo ibus nullum potuit in hac parte præjudicium generari, pari post eum, immo eadem potestate functuris. tex. in ca. in-notuit, de elect. plura dixi in præfa. ad rubric. de coll. super hoc vide quæ ibi scripsi. & sic istæ regu-læ cancellariæ mortuo Papa expirant. vnde ordinarius poterit conferre beneficia reseruata, antea quam Papæ nouiter creatus alias regulas publi-cet, vt consului Domi. consil. 93. quia hoc Papa vult per hoc verbum, suo tempore.

Diaconus, Cardinalis. Nota quod Cardinalium alijsunt episcopi, & sunt sex. Alij sunt presbyteri, & sunt 27. singulis vrbis ecclesiis assignati. Alij diaconi vt hic, & sunt 19. & olim erat presbyter Cardinalis, vt licet videre in provinciali. in princip. & Barba. in cap. præsentia. col. 3. numer. 5. de proba-tionibus.

Vice cancellarius. Olim vocabatur cancellarius, & volebat se instar Luciferi, æquare Papæ. Quam obrem fuit capite minurus, vt licet videre per Car-dinalem. in Cle. 2. §. eo ipso. q. 4. de elect. hec tamē nō recipitur: sed eo ipso vocari cancellariū dicūt, quod sol⁹ Pôtifex in ecclesia vocetur cancellarius, nō potuit ali⁹ cancellarius esse: ne duo capita eſet. hec

hæc tradit Gomes. in q.t.in fi. huius procœmij post Philip. p' robum in ca. is cui.de sent. excom. in 6.

In primis reseruationes facit similes illis, quæ in constitutione Fel. Re. Benedicti Papæ X I I. quæ incipit, Ad regimen, &c. cōtinentur: & illas locū habere voluit, etiam si officiales in ead. cōstitutione expressi, Apostolicæ sedis officiales ante obitum eorum esse desierint, quoad beneficia quæ tēpore quo officiales erant, obtinuerant.

Imprimis. &c. Ibi, ad regimen, est extrauagans in communibus, rub. de præben. vbi reseruantur beneficia curialiū: intellige, vbi cunque decedant si fuerint legati Papæ, vel nūcij, seu rectores, vel thesaurarij: sc̄us ergo in aliis beneficiis curialiū, quia non sunt reseruata per d. extrauag. Ad regimen, nisi vacent in curia, vel in loco proximo per duas diætas, ita exprimitur in d. extrauag. Ad regimen. Et sic intellexit Domi. consil. 92. in causa col. 2.

Etiā si dicit officiales. In eadem constitutione, Ad regimen, exp̄ressi Apostolicæ sedis officiales si ante obitum eorū esse desierint, quo ad beneficia, quæ tempore quo officiales erat, obtinuerat. Nam ista beneficia debet venire ad officiales nouos, qui de præsenti Papa seruunt. Et quamvis officiales Papæ, si desinat esse officiales, & familiares non gaudet priuilegijs. l. 2. §. plane ff. de iudic. quia finita causa priuilegij, cessat priuilegium. l. bi. & l. seq. ff. ex quibus cauf. maio. scripsi in priuil. 166. inter scholast. priuilegia, tamen hic officia, seu beneficia illorum vult esse reseruata, quia semel affectum, semper durat, nisi liberetur. c. si Apostolicæ, de præbend. in 6. quod est verū in beneficiis obtentis tempore seruit. secus in aliis. Perus in c. statut. col. 2. de præben. in 6. vbi etiam dicit non procedere in beneficiis patronatis sub patrone laico.

Nota, quod decretū Papæ in reseruatione appossum, nedum titulū afficit, & annular: sed etiā possessionem. arg. c. si eo tempore de electio. in 6. c. vt nostrum. de appellat, & possesso cōtra reseruationem Papæ obtenta, caret omni effectu & iuris ad miniculō, sine quo in beneficialibus possesso non procedit. Rota decif. 16. si contra agentē, in nouis, concludi restitutionem esse negandam spoliato, cū nullam possessionem haberet. vide ibi fufius & in decif. 23. ibidem. & in §. 1. de firma. & irreuoca. concorda. stabilita. in concordat. quæ ibi scripsi.

Ac reseruauit beneficia, quæ per constitutionē piæ memoriae Ioannis Papæ XXII. quæ incipit, execrabilis. vacant, vel vacare contigerit.

Est secunda pars huius regulae, in qua reseruantur beneficia iam per extrauag. execrabilis, reseruata, de qua extrauagan. infra aliqua scribam. Et nota quod sicut iurā disponentia de beneficiis, trahuntur ad officia secularia, vt sentit Barto. in l. 2. §. data ff. de optio. leg. Lucas de peana in l. annonas.

C. de eroga. militar. anno. lib. 12. Io. Lupus exp̄essim in repeti. c. per vestras. in princ. num. 6. de donat. inter virum & vxorem. Ita & iura loquentia de officiis, trahuntur, si eadem ratio hoc dicet. Et nisi cōtrarium sit statutum ad beneficia, vt dicam infra de annatis, in regula.

REGULA II.

Item reseruauit generaliter omnes Ecclesiæ Patriarchales, Primatales, Archiepiscopales, Episcopales.

Prima reseruatio huius text. est quod ecclesiæ Patriarchales, Primatales, Archiepiscopales, & Episcopales sedi Apostolicæ reseruantur: hodie in hoc Franciæ Regno nominatio spectat in istis ad Regem. Et illarum prouisio pertinet ad Papam ad Regis nominationē: vt est in rub. de regia ad præla. nomina. facien. §. 1. vbi abundantius scripsi. Patriarchæ vero, cum non sint in regno Franciæ, nominatio ad regem non pertinet: sed ad Papam prouisio. & hi post Apostolicum primum tenent locum. c. clerros. 21. distinct. Et sunt quatuor instar euangelistarum. c. antiqua. de priuileg.

Nec non omnia monasteria virorum, valorem ducentorum Florenorum auri communi estimatione excedētia. Et voluit quod excessus huiusmodi in literis exprimatur.

Secundo reseruat omnia monasteria virorum valorem ducentorum aureorū excedentia. hæc est sublata in regno Franciæ per concordata generaliter loquétia. Et quatenus vult quod excessus exprimatur in literis, non reseruatur etiam in hoc regno, in quo habemus consuetudinem exprimendi, cuius fructus non excedunt summam viginti quatuor ducatorum auri de camera, secundum communem estimationem, quamvis multo plus valeat, & excedat mille libras. vt scribo plenius infra in regula de vero valore exprimendo.

Nota tamen, q̄ si Cardinalis impetraret vnum ex istis beneficiis, verum valorē etiam in Francia exprimere tenetur, & hoc propter cōstitutionem concilij Lateranen. editum anno 2. Leonis X. quia cauetur quod de cætero Cardinalibus non commendentur aut conferantur beneficia, quorū fructus ducentorum ducatorum auri de camera, secundum communem estimationem, valorem annum non constituant vel attingunt, vt pauperibus prouideantur. & quia minoribus minorū decent, & majoribus maiora, teste Cassado. in decif. 2. de præbend. & sic ordinarius nō posset hæc minorū beneficia Cardinali conferre.

Reseruauit dignitates, post pontificales maiores in cathedralibus etiam metropolitanis, & principales in collegiatis.

Tertia pars est. nā suæ dispositioni reseruat dignitates maiores, post Pontificales, in cathedralibus & metropolitanis, q̄e dignitates principales in collegiatis, quæ reseruatio etiam est sublata per concordata, cū omnes reseruationes ibi sint sublata;

sublatæ: vt ibi abundantius scripsi: excipiendo tamen aliquas, & sic hæ dignitates, cùm hic reserueretur, solent in literis expectatiis excipi de stilo: nō tamen in mandatis Franciæ, nisi dignitas electua, vt poteſt videri in forma manda, in cōcordia. Fræcīæ. Sed que dicitur dignitas major post pōtificalem? Respon. hoc cognoscitur ex fundationibus ecclesiasticis, & ex consuetudinibus earū, quia si decanus statim post ep̄m incedat, decanatus erit dignitas maior, si Archidiaconus hoc faciat, idē di- cendū erit. Rora, dec. 173. de theſauraria, in nouis.

Item principales dignitates sunt in collegiatis, ſicut p̄adixi. Is enim qui primū locum in collegiata habet, dicitur habere principale dignitatē, quaſi primam & p̄cipuā in ecclæſia. Ioā. Andr. & Peruinus in c. deliberatione. de offi. legat. in 6, ſicut in collegiis ſcholasticorū licet videtur. Et ſic patet, quod ſi non eſterniſſi vna, nō ceneretur reſeruata: tum quod majoritas, ſeu principalitas, non poteſt demonſtrari, vbi eſt vna tantum dignitas. Clemen. & ſi principalis, de reſcript. tum quia non p̄ſumit voluſſe priuare vna dignitate. argu. I. Illicitas. §. Illicita ministeria. ff. de offic. p̄ſidis. gl. in Clem. i. de p̄bend. ſcripsi in gloſ. pro expreſſis. in forma manda, & expreſſum consuluit Domi. conf. 36. Caſuſ talis. col. 2.

Item per dictam clauſulam non tollitur reſeruatio recti beneficij, & pro certa persona reſeruati, quia Papa non intendit illi p̄ſiudicare. arg. ca. cauſam, & ibi dicitur, de reſcript. & c. quanuis. eo. tit. li. 6. ſic expreſſum consuluit Domi. conf. 12. Vtrū ille. col. 2. vbi generales non obſtantias dicit nunquam alteri p̄ſiudicare: niſi ſpecialiter exprimat, per c. cū clim. de conſuetud.

Item beneficia in iure patronatus conſistentia, non debentur per expectatiis & reſeruationes generales, quia nō eſt veriſimile quod Papa voluerit derogare, niſi hoc expreſſerit. gl. & Doct. in ca. 2. de p̄bend. in 6. ſequitur Ioān. Staphileus in tract. de literis gratiæ. fol. 54. verſic. 3. an ſit locus, & c. poſt Lapum alleg. 96. Beneficia.

Ac dignitates conuentuales quorumcunque ordinum: ſed non militiarum, nec non ſuorum.

Quarta. dignitates conuentuales quorumcunque ordinum reſeruantur. Sed in concordatis tit. de regia. ad p̄ſalut. nomina. facienda. §. Monasteriis ſpectat nominatio ad Regem, ſi ſit prioratus conuentualis, vt ibidem dicitur: alioqui collatio, vel elecțio, ad illos, ad quos ex fundatione ſpectare debet in hoc Franciæ regno pertinebit, & conuentualis dicitur dignitas a conuentu, cui habens dignitatem p̄ſelt, & ex communī viſu loquendi ecclæſia religioſorum dicitur conuentualis, teſte Panor. in c. edoceri. & c. capitulum. de reſcript. & c. cū ecclæſia. de cauſa poſſeff.

Item militæ ſancti Ioānis Hierosolymitani vel aliae, quas commendarias vocamus, non reſeruantur hic: ſed ſunt in diſpoſitione magni prioris illius ordinis, per verbum in hac regula poſitum: ibi, ſed non militiarum. Et ſic beneficia, quia habent mi-

lites ſancti Ioānis Hierosolymitani non ſunt reſeruata hic, quia non poſſunt confeſſi, niſi militibus illius ordinis.

Item non comprehenduntur in his reſeruationibus generalibus beneficia manualia, quia Papa in telligit reſeruare perpetua. arg. c. precepta. 55. diſt. Calde. in tit. de p̄b. confil. 26. an in reſeruationibus, nec alia, de quibus ſcripsi Ioān. Staphileus in tract. de literis gratiæ. in 9. forma. fol. 26.

Et Cardinalium familiarium beneficia,

Quinto Papa reſeruat beneficia ſuorum familiarium, & beneficia familiarium Cardinalium, & eſt de receptis in regno Franciæ, vt ſupra ſcripsi in prima reſeruatione. Et quidē nō parum eruditū dicebāt legatum habere curiam, quod ultra Herculis columnas reieci, dum legatus vellet confeſſare, quibus vellet omnia beneficia, quæ vacabant iuxta eum, dicens habere curiam: quod nō eſt verum. nam ſolus Papa habet curiam quoad hoc vt nullus beneficia in curia confeſſare poſſit. iuxta c. 2, de p̄bend. in 6.

Intellige reſeruari beneficia hic expreſſa, toties quotiens vacabunt, quia per viā legis hic reſeruantur: ſecus ſi Papa ſuā collationi reſeruaret vñā dignitatē, quia tūc ſi ſemel prouidere intelligeretur extincta reſeruatio. argu. I. boues. §. hoc ferme ne. ff. de verb. ſign. c. nō poſſet. de p̄b. in 6. ſecus ſi commendaret, vt consuluit Roma. confil. 350. in caſu. col. 2.

Notandum autem eſt, q̄ due ſunt species reſeruationum, quædam ſunt generales beneficiorum, quādo Papa reſeruat omnia talia beneficia, vt hic, & in extrauagan. Execrabilis. titulo de p̄bendis, in extrauaganti Ioānis. 22.

Quædam verò ſunt ſpeciales: & iſtæ quædā ſunt ſpeciales quoad certum corpus beneficiorum: nō tamen pro certa persona, vt quando reſeruatur tale beneficium collationi Papæ, vt in ca. cum olim, de re iudica. ca. ſi eo tempore de elecțio. in 6. vide Domi. confil. 30. Bonifacius.

Aliæ ſunt ſpeciales ſuper certo corpoſe beneficij, & ſpecialiter pro certa persona: vt, reſeruamus collationi noſtræ ieneſtium ſancti Genesij monialium pro Ioanne Limano, &c. vt in c. dudum. de p̄bēn. in 6. & c. executor. de confeſſ. p̄bēn. illo libro. Vnde per clauſulam poſitam in impetratioibus, vel aliis literis Apostolicis, etiam ſi generaliſter vel ſpecialiter reſeruatum eſſet, non tollitur reſeruatio quādo vacat in curia, quia in illa requiriſtur ſpecialis & expreſſa mentio; ca. 2. de p̄bēn. in 6. interdum reſeruaptur beneficia, que quis obtinet in fauorem alicuius. Et tunc ſue iuſtè obtineat, ſue iniuſtè, niſi fuerit intruſus, vel violentus, reſeruata cenſentur, teſte Collecta. in c. ecclæſiam, col. 6. nu. 20. de ſortileg. quia in dubio fit interpretatione pro ſede Apostoliča. Clemen. i. vt lite pend.

REGVL A III.

Item reſeruauit generaliter omnes dignitates maiores poſt Pontificales in cathedralibus ac metropolitanis: ac principales

pales in collegiatis ecclesiis , valorem decem florenorum auri communi aestimatio-ne excedentes,nec non prioratus , præposituras , præpositatus, ac alias dignitates con-uentuales , & præceptorias generales ordi-num quoruncunque : sed non militiarum.

Hic repetit reseruationes supra factas:& addit-aliam reseruationem,videlicet dignitates princi-pales in collegiatis ecclesiis , valorem decem flo-renorum auri communi aestimatione excede-tes.

Acquæcunque beneficia,quæ sui, etiam dum Cardinalatus fungebatur honore, exi-stentes : & sanctæ Romanæ Ecclesiæ vi-uentium nunc , & qui erunt suo tempore, Cardinalium familiares , continuï com-mensales.

Et sic familiares Papæ dicuntur, qui cum Papa commorantur,& continuï commensales sunt. Et familiares Cardinaliū, qui cum Cardinalibus de-gunt,& continuï cōmensales eorum sunt. c. licet. vbi Archid. de priuul. c. fi. de verb. signif. & Cle. vlt. de celebra. misa. & requiritur ad minimum quod quatuor menses fuerint continuï commensales , ut habetur in regula 32. in fi. Nota, quod Papa & Car-dinales, instar Christi, non vocant seruientes suos seruos , sed familiares & amicos : nam Christus in Euangeliō ait, Iā non dicam vos seruos , quia ser-uus nescit quid faciat dominus eius ; vos autē dixi amicos , quia omnia quæcunque audiuī patre meo nota feci vobis. Paul. Castren. consil. 340. Pre-missis. col. 1. vol. 1.

Sunt tamen quida qui familiaritatis literas ha-bent:non tamē eis dantur priuilegia familiarium: nisi exerceant officia propter quæ illæ literæ con-ceduntur. & ita declarauit Innoc. V. in extraag. ad futuram rei memoriam, quæ notat Feli. in ca. Insi-nuante. col. 2. in gl. familiares. de offic. deleg. & se-quitur Cassado. in decif. i. de verb. significa. Etili foli capellani Papæ gaudent priuilegiis capella-norum, qui sunt in prosecutione officiorum & ne-gociorum a se Apostolica eis commissorum, te-ste Cardi. in consil. 126. Vacarunt. col. penult. nu. ii. Imō familiares Papæ per literas facti, instar familiarium descriptas in rotulo, non nocent veris fa-miliaribus Feli. in d. ca. Insinuante. nu. 5. & bonum esset quod isti familiares declararentur in vna re-gula cancellariae, vel alibi. quia infinitæ fraudes su-per hoc fünt. Et episcopus non dicitur familiaris Cardinalis de stilo curia Romana.

Effectus familiaritatis, quos scripti in §. i. rubric. des adournemens, in stilo Bituricen. adde hic.

Obtinent.

Sed dubitatur, si nunc obtineant vnum bene-ficium, quod postea dimiserunt, & optauerūt aliud, vtrum dimissum sit referuantum: an illud optatum. respond. quod optatum, & hoc per verba sequen-tia declaratur, quod firmat Cardin. consil. 126. Va-carunt. in fin. alias sequeretur, si dimissa essent re-

seruata, quod omnia beneficia, quæ obtinerent fa-miliares, essent reseruata idiotis, vt h̄c subiicit.

Et in posterum obtinebunt, eorum fa-miliaritate durante.

Et sic cessante familiaritate, cessat reseruatio. Et priuilegia data familiaribus cessant, cessante causa priuilegij. l. 2. §. plane. ff. de iudic. Et famili scholasticorum non gaudent priuilegiis scholasti-corum, quādō non sunt in servitio illorum , vt plen-è scripti in scholastic. priuileg. 166. Intellige de iu-re: sed per verba sequentia beneficia semel affecta, semper permanent, vt sequitur. vide infra in regula. 32. Et quando quis expressi se familiariter, qui talis non erat, an vitetur, & quando, impe-tra-tio, docet Cassad. in decif. 10. de præbend.

Ac in quibus, seu ad quæ ius eis competit, aut competierit, etiā si ab ipsa familiaritate, per obitum Cardinalium eorūdem, vel alias recesserint, ac Fe. Re. Pauli II. & Innocentij VII. Romano. Pontifi. prædecessorū suo-rum vestigiis inhærendo , declarauit digni-tates, quæ in cathedralibus, vel metropoli-tanis, post pontificales non maiores existūt. Et quæ ex Apostolicæ sedis indulgentia, vel ordinaria authoritate, aut consuetudine præscripta, vel alias quoquis modo in colle-giatis ecclesiis principalem præeruinētiam habere noscuntur, sub reseruatione prædi-cta comprehendendi debere.

REGULA IIII.

Item reseruauit generaliter omnia bene-ficia ecclesiastica quoruncunque collecto-rum & vnicorum in quacunque ciuitate, vel diœcesi, qui suo tempore eorū officia exer-cuerint sub coll. etorū fructuum & pro-uentrum cameræ Apostolica debitorū. Illa videlicet beneficia duntaxat, quæ duran-te eorum officio, obtinuerint, ac in quibus seu ad quæ ius tunc eis competierint.

Hæc reseruatio per prædicta non seruat in hoc regno Franciæ: imō corrigitur per prædicta concordata, & per pragmaticam sanctionem olim in concil. Basiliæ. editam.

Notandum est quod ista reseruationes sunt stric-tè interpretandæ: quia iuri alterius præiudicant. c. si eo tempore de elect. in 6. sic concludit Dom. confi. 92. in causa canonicularis. col. 3.

Tenendum est menti. quod loantes. 21. concep-sit Auenione, ac expresse inhibuit omnibus iudici-bus ordinariis & delegatis, ac inq. sutoribus hereti-ce prauitatis, ne cōtra sedis Apostolica officiales, vel nūcios, vel pſorū aliquę, quāuis occasione, vel causa, absque dictæ sedis licetia speciali, procede-re, aut in eos, vel eorū aliquem excommunicationis vel

Additiones Petri Rebuf.

vel suspensionis, seu quasuis alias sententias promulgare presumant quoquo modo. Voluit tamē ordinarios & inquisidores super his, quae negotiū tangunt fidei, vel rem publicam, vel priuatam, si quid per officiales iudebitē forsan attentatū existet, se plenus informare: idque postea Papæ significare, ut de opportuno remedio prouideat. Quod priuilegium postea Auenione confirmauit Papa Clemens Kalend. Iul. anno sui Pontificatus octauo, extenditque illud ad capellanos dictæ sedis & scriptores, ac familiares & officiales Papæ, ac dictæ sedis. Et ego vidi diploma concessonis. vide alia priuilegia in c. felicis. de pœnis. in 6. &c. licet de priuilegiis. ibid. c. fidei verb. signific. ibid.

REGULA V.

Item reseruauit omnia & singula beneficia ecclesiastica quorumcunque curialium, quos dum curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decadere contigerit, & in quois loco quantumcunque etiam à dicta curia remoto.

REGULA VI.

Item reseruauit generaliter idem Dom. N. Papa dispositioni suæ omnia beneficia cubiculariorum & curiorm suorum.

Hæc reseruatio est approbata in corpore juris, per tex. in c. præsenti. de præbend. in 5. tamen non seruatur si non decadant in curia, vel in loco proximo per duas dietas, vt supra dixi, & idem in regula sexta dicas, quamvis durent in seruicio. vide Bonifac. in Clem. vna num. 37. de celebra. missa.

Imò etiam solet Rex iure regali concedere beneficia, quæ vacant iure regaliorum, etiā si familiaris Papæ illud habeat, & in curia Romana dece dat. Ita fuit dictu pro collatione facta à Rege contra promissum per Papam anno 1344. die 12. Maij.

REGULA VII.

Item reseruauit dispositioni suæ generaliter quoscunque canonicius & præbendas ac dignitates, personatus, & officia in principiis Apostolorum sancti Ioannis Lateranen. ac beatæ Mariæ maiore de vrbe ecclesiis: nec non ad collationem, prouisionem, & præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem sanctæ Romanae ecclesiæ Cardinalium & Romana curia absentium ratione suorum Episcopatum, Cardinalatus, & ipsorum Cardinalium titulorum spectantia, quandiu absentia sua durauerit, canonicius & præbendas, dignitates, personatus, administrationes, vel officia, cæteraque beneficia ecclesiastica cum cura, vel sine cura vacantia, & antea vacatura tam in eadem vrbe, quam in ecclesiis, ciuitatibus, &

diocesibus, dictorum episcopatum confi- stentia, ac decreuit irritum, &c.

Reseruatio hæc recipitur in Fræcia quoad beneficia vrbi: secus si in Franciæ diocesibus existant, quia tunc hæc regula non habet locum per concordata.

REGULA VIII.

Item voluit idē Dom. noster Papa, quod concessa per Clementem prædecessorem suum, & de eius mandato expediantur in forma, rationi congruit, sub die coronationis suæ, vt moris est, & idem quo ad concessa per felicis recordationis Leonem Papam decimum, & Adrianum Papam sextū etiam prædecessores suos, ad sex menses duntaxat, ab ipso die coronationis incipiendos, obseruari voluit.

Vult ergo Papa, quod s' prædecessor concesserit gratiam per signaturam tantum expediendo, quod ipse expediet bullas, quæ sic expediti solent: Paulus, &c. Rationi cogruit, & conuenit honestati, vt ea quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superueniente obitu, literæ Apostolicæ super illis confessæ non fuerint, suū plenum consequantur effectu, &c. Et vult hic vt expediantur, non solum si concessæ fuerint ab immediato prædecessore, videlicet à Clemente: sed etiam à mediato, videlicet à Leone, vel Adriano, dummodo intra sex menses à die coronationis suæ veniat ad eum: vidi etiā super hoc disp̄sari post annum: & quandocumque Papa vult, hoc potest expedire, postquam est honestum, & æquum, sed ideo hic addit sex menses, quia per regulam cæcellariae, bullæ debet expediti intra sex menses. Et hoc rescriptum vidi etiam impetrari semper permutatione facta tempore prædecessoris, idem in Episcopatu: tamen addita erant ista verba, rationi congruit & conuenit honestati & æquitati, vt ea, quæ de Romani Pontificis prouidentia etiam benignitate præsertim in prouisione ecclesiæ cathedraliū processerint, licet eius superueniente obitu, literæ Apostolicæ confessæ non sint, super illis plenum sortiātur effectum. Dudū siquidem bonæ memo. &c. Et regulariter in omnibus gratiis, quæ fuerint concessæ per prædecessorem, solet Papa expedire per hanc clausulam, rationi cogruit, &c. & vidi interdum addita hæc verba, rationi cogruit, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia in prosequendo desideria iusta potentium processerunt, &c. Et sic per hæc verba Romanus Pontifex nollet expedire dispensationem ad quatuor, vel aliud quod iustum non habet desiderium; quia iustum desideriū potentium expedire vult, non iniustum. Et facit iustum est desiderium. Cod. de edendo. Et per hoc dicere quod si primū bulla fuit expedita tempore prædecessoris: tamē nō fuit plenè expedita, quod

quod adhuc poterit expediri, quia eadem ratio & aquitas versatur in uno, sicut in alio. quia quoties vitiosæ expeditæ sunt, pro non expeditis haberi debent. l. quoties ff. qui satisfare cogantur. secus si semel fuerint expeditæ, & cum omnibus clausulis necessariis.

Et per hoc infertur, cùm rationi & honestati sit congruum, quia ius iam erat illi quæsumum per concessionem. gl. in cl. dudū. in gl. verb. de sepult. Papa non debet hoc denegare, & si hoc faceret, contra rationem honestatemq; faceret, & sic pecaret. per l. vnam. C. ne fiscus rem, quem vendic. euinc. lib. io. vbi sunt ista verba, retractare fiscum quod semel vendidit, æquitatis honestatisq; ratio non patitur. Vbi dicit Lucas de Penna, quod lex, seu legis ratio, debet super æquitate & honestate fundari. c. erit autem lex. q. distin. honestas enim detrahit legum rigori, imo hic honestatis semper censetur exceptum. l. quod ex liberta. C. de operis liberto. vbi dicit pulchrè Bald. quod dominus non potest cogere libertam ut veniat ad saltandum in domo patroni, nec nobilis potest cogere rusticam subditam ad turpia, alias amittit ius superioritatis. plura cumulat. Decius in l. semper in contradicibus. ff. de reg. iur. vide quæ scripsi super his literis, & aliis in forma manda. in verb. gratiam.

REGULA IX.

Item declarauit omnium & singularum ecclesiastarum cathedralium, & monasteriorum prouisiones, quas præfati prædecessores sui ordinationi, & dispositioni eorum: necnon omnia & singula beneficia ecclesiastica, quæ dicti prædecessores etiam præfatæ dispositioni cum interpositione decreti referuaerant, quæ quidem ecclesiæ, & monasteria, necnon sit referuata beneficia, tempore obitus eorumdem prædecessorum vacabant: aut ecclesiæ, vel monasteria huiusmodi sic commoda, vel eis administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent remansisse, & remanere per huiusmodi referuationem, & decretum affecta, nullusque de illis, præter Romanum Pontificem, ea vice se intromittere, vel disponere potuisse, siue posse quoquomodo decernens irritum & inane, si securus de illis attentatum forsan erat, tunc vel in posterum contigerit attentari.

Referuat suæ dispositioni beneficia, quæ vacabant, vel erant referuata tempore obitus sui prædecessoris, quas referuationes intelligimus in Francia, vt suprà dixi, & vt scribitur in cap. 2. & 3. si apostolica. de præb. in 6.

Nota tamen quod licet nullus, possit conferte illa beneficia, quæ semel Papa contulit inhabili, vt hic, quia sunt Papæ referuata. c. vt nostrum, de ap-

pel. Ioan. Andr. in c. quod sicut de elect. tamen in Francia haec referuatio est reprobata, & si beneficium vacet in curia, est referuatum Papa, vt nullus intra mensem possit conferre: post mensem sic. c. 2. de præb. in 6. Si tamen Papa contulerit alicui non curiali, ante acceptationem factam, vacat semper in curia, & alij in d. c. 2. Secus si semel acceptauerit, quia tunc non dicitur in curia vacare si acceptans extra eam sit, etiam si sit inhabilis. Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. q. 72. vide Pan. & Ioan. And. in c. inter dilectos, in fin. de excessib. præl. quia postquam ille acceptauit, amplius non vacant. ergo non dicuntur in curia vacare.

REGULA X.

Item prædictus dominus noster, omnes & singulas ab ipsis prædecessoribus suis, infra annum, ante diem obitus eorum, concessas gratiæ, vel iustitiæ literas, temporibus debitis earum executoribus non presentatas omnino reualidauit, & in statum pristinum, in quo videlicet ante fuerant, & eos pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenariè restituit, ac decreuit per executores prædictos, vel ab eis subdelegandos perinde ad ipsarum executionem procedi posse, & debere, ac si executio huiusmodi temporibus prædictis inchoata fuisset.

Quando executio gratiæ facta est, res non est integra. & sic non expirant literæ. l. mandatum. C. mand. si vult hic Papa, quod quando quis impetravit literas gratiæ vel iustitiæ à suo prædecessore, & nondum est elapsus annus, tunc vult ut illarum executio fieri possit ac si executio inchoata id temporis fuisset, & per hanc regulam patet, quod si per eundem Clementem concessum fuerit mandatum de prouidendo executoribus deputatis, & ante annum mortuus fuerit Papa Clemens, q. licet præsentatum non fuerit, tamen valebit: & eorum executores poterunt ad executionem procedere, recusante vel negligente collatore, per hanc regulam. vide quæ scripsi in gloss. concor. in §. 1. de mand. Apostol. in verb. sui pontificatus facit pro ista regula. c. si autem. & c. plerique de rescr. vbi rescripta iustitiæ non exequuta intra annum, non valent post annum.

REGULA XI.

Item reuocauit quascunque expectatiæ & collationes, mutationes, ac reualidationes, & extensiones, eas quomodolibet concernentes, etiam si qui per eas in canonico sub expectatione præbendæ, vel portionum creati aut recepti fuissent. Necnon alias

quā super quibus per cancellariam apostolicā literā in forma expediti consueuerunt. Referuationes etiam mentales, perinde ac si non emanassent, de quibusuis etiam patriarchalibus, metropolitanis, & aliis cathedralibus ecclesiis, ac monasteriis, & beneficiis vacatibus cum prouisionibus, & commendis aliaq; dispositionibus, seu de promouendo & commendando, aliaq; disponendo mandatis, & extensionibus inde securis. Necnon absque consensu coadiutorias, seu coadiutorum deputationes, etiam cum successione, per dictum Clementem & alios Romanos Pontifices suos predecessores, in favorem quorumcunque & quibuscūque, etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus: & sub quibusuis verborum formis, etiam motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine seu consistorialiter concessas & factas, ac facultates nominandi, referandi, conferendi, commendandi, & alias disponendi, quæ ab eisdem predecessoribus emanarūt, illarumq; vigore factas nominationes, & referuationes. quoad ea in quibus nōdum verè, non autem per decreatum in illis appositum, sunt sortitæ effectū, nec alicui quascūque declaraciones aut preseruationes, vel extunc, prout ex die reuocationis huiusmodi restitutiua & reualidatiua clausulas, vel adiectiones, etiam si in eis decretum esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, & ius in requisitum fore, aduersus reuocationem huiusmodi, in aliquo suffragari, & tenores & formas omnium premissorum pro expressis habere voluit.

Hic annular omnes gratias expectatiuas, etiā si qui per eas in canonicos sub expectatione praebēda recepti fuissent, probatur in c. pen. de præb. in 6. & c. pen. & vlt. de concess. præb. illo. lib. vide decem formas expectatiuarum per Io. Staphil. in suo tract. de literis gratiæ in præb. Et sic licet mandatum per mortem non extinguatur, vt probauit plenè in §. i. in glos. verb. sui pontificatus. de mand. Apost. in concord. tamen Papa potest reuocare, vt hic, & hoc probatur in c. si gratiæ de rescript. in 6. vbi gratia ad beneplacitum sedis Apostolicæ, non extinguitur per mortem; nisi fuerit reuocata per Papam: sic nec mandatum: tamen istam reuocationem tenetur quis probare: cùm ea, quæ facti sunt non presumantur. Dicunt tamen quidam hanc reuocationem non obesse Gallis habentibus mandata, cum fiat in præjudicium Concordatorum, quæ fuere edita in totius regni utilitatem: & ne res iudicaria Romæ exhauriatur, vt patet in

proœdictorum concordatorum. ergo, &c. Tamē non est præjudicium ut non prouideatur mandatarii, & ista regula fortè posset intelligi si post annum, regula proxima si ante annum obitus Papæ concessa fuerint literæ. Nota tamen quod Papa reuocat expectatiuas, quæ non sortitæ sunt effectum, id est, quando in vim illarum alicui non est prouisum, & plus p̄dest ista reuocatio, quā mors mandantis. Nam per mortem concedentis nō reuocantur expectatiuæ, quando præsentata erat bulla executori, & fulminatus processus, quia tūc non dicitur res amplius integra: sed fallit quando expressè reuocatur, vt hic text. in c. si is cui. & cap. pen. & fin. de præb. & c. vlt. de cōcess. præb. illo. lib. Et hanc fulminationem processus, nō potest executor facere, ante literarum executorialium receptionem: etiam si bullam gratiosam receperisset. text. in c. cum teneamur, ibi, mandatum nostrum in alicuius prouisione receperis. de præb. c. suscepimus. de rescript. in c. super eo. & c. vt debitus. de appell. dom. de Rota. dec. 439. circa tertium in nouis. Itē reualidationes vocat hic, literas de perinde valere, quæ validant gratiam, vt not. Cassador. dec. 33. super reg. cancel. & do. Gomes. q. 7. in reg. de non iudicand. iuxta formam supplicationis.

REGULA DVODECIMA.

De reuocatione vniōnum.

Item rationabilibus suadentibus causis ipse dominus noster omnes vniōnes, annexiones, incorporationes, suppressiones, extictiones, applicationes, & dismembrationes etiam perpetuas de quibusuis Cathedralibus, necnon aliis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus officiis, ac locis & beneficiis ecclesiasticis per ceſsum, vel de ceſsum, aut quamvis aliam dimissionem, seu amissionē qualiacūque fuerint inuicem, vel aliis ecclesiis, monasteriis, mensis, dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis, & piis, ac aliis locis, vniuersitatibus etiam studiorū generalium, & collegiis etiam in favorem sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium, seu ecclesiis, monasteriis, & beneficiis per eos obtentis, quomodolibet apostolica vel alia quavis auctoritate factas, quæ suum sortitæ non sunt effectum, ac quæcunque cōcessiones, & mandata super vniōnibus, annexionibus, & incorporationibus, ac aliis præmissis taliter faciendis, reuocauit, caſſauit, & irritauit, nulliusque decreuit existere firmatatis: nec alicui quascunque clausulas, vel adiectiones in quibusuis apostolicis, etiam quæ motu proprio, aut ex certa scientia, etiam

etiam consistorialiter processerant, & emanauerant literis: etiam si in eis decretum esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, aut ius quæsitum fore, quomodolibet contentas, aduersus reuocationem, cassationem, & irriuationem huiusmodi, voluit aliquatenus suffragari.

Hic reuocat vñiones, quæ nō sunt sortite effectum. Intellige quando auctoritate Papæ erat facienda, quia Papa mandauerat iudicium partibus, quod si de narratis cōstaret, q̄ vñiret: si id téporis Papa moriatur, reuocat hic Papa illas vñiones faciendas, & factas quæ non sunt effectum sortitas: secus de faciendis, vel factis auctoritate ordinaria. Et quia de vñione loquimur hic, pauca de ea subiungam, à definitione incipiendo.

Aliud est rescriptum vñionis, & est id in quo Papa vñum beneficium alteri annexit & adiungit. Vnde sic definirem vñionem, Vnio, est duorum vel plurium beneficiorum ab epo vel alio superiori legitime facta annexio. Primo dico, q̄ est duorum annexio, probatur in cap. 1. ibi, vt idem esset episcopus vtriusque, ne sede vacante, &c.

Item dico, vel pluriū, quia interdum plura annexuntur vni, vt in c. expoliisti. de præb.

Postea dicitur beneficiorum: quia est terminus generalis vt comprehendat dignitates, personatus, officia tam maiora quam minora: & sic omnia beneficia, vt in c. postulasti. de rescr. & c. i. de reg. iqr. in 6. siue sint parochiales ecclesia, siue præbenda. c. extirpanda. §. qui verò de præb. siue sit regulare, siue seculare. c. 2. de relig. dom. & cle. ne in agro. §. ad hoc. de statu monach.

Etiam vñiri possunt duo episcopatus in vnum. cap. decimas. & seq. 16. q. i. vnde iura loquentia de vñione non distinguit de qualitate: sed simpliciter dicunt vnam ecclesiā vñiri alteri posse. c. sicut de excessib. præl. cl. fi. de reb. eccl. non alien. & episcopatus Dien. & Valen. vñiti sūpt in Delphinatu: & vnu est in illis duobus episcopatibus præf.

Præterea in definitione dicitur, ab epo, quia sicut vñire episcopatus, atque potestati subiicere aliena, ad summum pontificem pertinere dignoscitur: ita episcopi est ecclesiarum suæ diœcesis vñio, & subiectio earudem. c. sicut vñire. de excel. sib. prælat. c. quod translationem. de offic. lega.

Ad hæc in definitione dicitur, vel alio superiore, ad declarandum à quo possit fieri vñio. nam vt prædicti, Papa potest vñire tam episcopatus, quam alia beneficia, & sic omnia beneficia tam maiora, quam minora. c. decimas. c. & temporis qualitas, & seq. 16. q. i. quia habet ipse plenariā potestatem in beneficialibus. c. 2. de præb. in 6. & cl. 1. vt lit. pend.

Item legatus de latere vñire potest: quia omnia potest quæ ep̄s in sua diœcesi. Spec. in tit. de leg. §. nunc ostendendum. vers. 89. ibi legatus igitur, & quia est maior epo in prouincia sibi decret. c. 1. de offic. leg. in 6. Do. de Rota. decif. 58. legatus. & dec. 18. secundum maiorem. in not. & decif. 459. nota. secundū maiorem. in antiq. Guido Pape in cōs. 134.

Circa processum. in 2. quæstio.

Fallit in episcopatibus, quos non potest vñire legatus. c. quod ad translationem. de offic. leg.

Fallit etiam in præiudicium ep̄i, videlicet in totū eximendo à iurisdictione & subiectione ep̄i: sed licet collationem conferat, vniendo: tamen vñio valebit, dummodo non conferat subiectiōnem, obedientiam, correctionem, vel alias à iurisdictione episcopi non eximat. c. fin. de confir. vñil. vbi Deci dicit hanc esse magis communē opinionem, & secundum istam collegium Papiense consuluisse, sic tenent Do. de Rota. dec. 459. nota. secundum maiorem, in antiq.

Item fallit, quando ecclesia esset sub iure patrōnatus laici. gl. & doct. in c. nobis. & c. cum dilectus. de iure patronatus.

Postremo non procedit, quando vellet ecclesia in qua est collegium clericorum secularium, conveniūn religiosum facere, quia non potest alterare statutum ecclesia. c. pen. de eccl. adific. Feder. de Senis. cons. 195. in Christi, & c. faclum ita se. & c. plenè Petrus Perus. in tract. de vñio. eccl. c. 4.

Quamvis istam quæstionem dubiam & indecisam relinquat, Ioan. Bapt. Caccialup. in tract. de vñio. art. 3. vbi solū recitat Doctorum opiniones, & postea dicit istam quæstionem satis dubiā, sed per predictas limitationes quæstio videtur factis clara, & non dubia, & ad fundamenta in contrarium per Doctores adducta. Respondet Ioan. Brunel. in tract. de dignitate. lega. concl. 13.

Archiepiscopus etiam in diœcesi potest vñire, cùm in ea tantam potestatem habeat, sicut ep̄s. teste Specul. in d. tit. de lega. §. nunc ostendendum, ver. legatus igitur, quem refert & sequitur. Ioan. Caccialup. in suo tract. de vñio. art. 3. q. 4.

Sed beneficia pertinentia ad collationem sui suffraganei vñire non potest. text. in c. sicut vñire, in fi. de excessib. præl.

Item in definitione dicitur, ab epo, quia ab inferiore ab episcopo vñio fieri non potest, vnde priores, vel abbates non possunt vñire. gl. in d. cle. fi. tex. iuncta. gl. in verb. ordinarios. cl. ne in agro. §. ad hæc. de statu monacho. vbi dicit. gl. non procedere, quādo præscriperunt inferiora vñire beneficia, non episcopatus: sed requiritur titulus: vel tantum tempus, cuius memoria non fit in contrarium, probat Petrus Perus. in d. tract. vñio. eccl. c. quarto. ver. sed circa hoc. Roman. consil. 275. quo ad primum. Alex. consil. 70. in causa. col. 1. vol. 3. & consil. 101. circa. col. 1. vol. 6.

Sed vna ecclesia potest præscribere alterā tanquam vnitā, etiam per illud tempus, quia tūc non præscribitur ecclesia vñita: nisi quo ad proprietatem: & nō quo ad titulum: quod potest fieri. c. audit. de præscr. & c. cura. de iure patro. Perus. in d. tract. vñio. c. 4. & Caccialup. in eodem. tract. art. 2. in fi. Oldra. consil. 296. Fel. in c. causam. colum. 2. de de præscr. Rota. dec. 205. Nota quād vbi. in antiq. & tunc sufficit probare tempus, etiam sine causa vñionis. Rota. dec. 375. Nota quād vbi. in antiq. q. a ex diuturnitate temporis omnia præsumuntur esse solemniter acta. l. quæcunque ff. de publicia.

Additiones Petri Rebuf.

Poterit tamē capitulū sede vacāte auctoritatē vnioni p̄stare, dumodo per eā nihil iuri detrahatur episcopali: alias securus, q̄a ea, quā sunt iurisditionis, ad c. capitulū sede vacāte trāseūt. c. vno. de major. & obed. Io. Frāc. de Paninis in tract. de offi. & potesta. capitulū, sede vacāte, in 2. par. q. 3. col. pe.

Idem in vicario epi, si hoc commisum fuerit ab epo, teste Peru. in p̄dicto. tract. c. 4. in fi. & qui vnionem facere possunt, eam ex causis quibus fieri potest dissoluere possunt, per regulā. l. is potest. ff. de. acq. h̄are. & l. 3. de re iud. c. 1. de reg. iur. & l. nihil tam naturale. ff. illo. titul. hoc exp̄sē docet Caccialup. in suo tract. vno. art. 9. & Petrus. de tract. de reuocatione visionis, vbi plenē scribit, vide eū si non graueris, & Deciū. conf. 233. viso. col. 3. & 275. viso. Notandum est, q̄ vno sine causa fieri nō debet: & ex causa falsa facta, seruata forma iuris, valet: sed venit regocanda. Rota. deci. 59. vno. in nouis, & deci. 168. & seq. & sūl. in antiqu. Quod est yērum qn̄ facta esset ab ordinario: securus per rescriptum Papæ, quia tunc subreptio ipso iure vitiaret, rescriptum, & vniōne teste Nicol. Milio. in verb. vno. i. & Feli. in c. postulaſti. col. 7. vers. potest etiā inferri, de rescr. & sic deciſum fuit in Rota, vt refert Cassad. in dec. Super reg. cancel. rub. de vno. nib. deciſ. i. Et duæ sunt, ad quas aliae reducuntur, causæ videlicet euidentia necessitas, & utilitas. c. exposuisti. de p̄eb. Guido Papæ. cōf. 134. circa. q. i. Et facta sine causa, nō valet, q̄a est contra ius, volens q̄ quilibet ecclesia suū rectorē habere debeat. c. cum non ignores. de p̄eb. Oldr. conf. 260. q̄ vno. Card. conf. 96. Papa vniuit. Ripa. libr. 2. Resp. in c. i. & si vniōnis. Dec. conf. 233. viso. Necessitas est, vt si duæ ecclesiæ sunt pauperes, quæ ad victum duorum non sufficiunt. c. vno. io. q. 3. c. postquam. 16. q. i. cle. ne in agro. §. adhac. de statu monach. Et quādo dicatur pauper, declarat. gl. in c. clericus. 21. q. i. Idem si sit destrūta per hostes, vel desolata. c. 2. de relig. domib. vel propter populidecrementum. c. ad audienciam, & c. fln. de ecclesiis adificand. & quando ecclesiæ sunt vicinæ, & populus mortuus est, & nunc sunt pauci. c. & temporis. 16. q. i. Vtilitas est quando propter tenuitatem fructuum non inueniuntur idonei ad deseruendū illi beneficio, vel ecclesiæ cathedrali. Pan. & alij in d. c. exposuisti. & c. i. ibi, ne plus fauissē personæ quām ecclesiæ videremur, & c. ne sede vacante. Ergo cum causa tenetur ep̄s hanc vniōnem facere: & si recusaret, posset adiſ superior. c. nullus. de iure patr. Petrus de Perus. exp̄sē ita tradit in d. tract. c. 3. & 10. & Caccialup. art. 5. Et quamuis sit causa: tamen non potest fieri vno ab epo, sine consensu capituli ecclesiæ cathedralis, quia vno alienatio est in qua consensus interuenire debet. text. in cl. vlt. de reb. eccl. non alien. & cl. ne in agro. §. ad h̄ac. de statu monach. Bald. conf. i. vol. i. Domi. conf. 87. Apparet. in t. q. & in 2. q. dicit an interuenisse presumatur & cui incumbat onus probandi. vide Alexand. conf. 219. p̄oderatis. col. i. & seq. in 6. vol. & poterūt consentire etiam si aliquod commodum sentiret. Rota. dec. 859. Præposituræ in antiqu. & deciſ. 4. de rerum permūt. Old. cōf. 182. licet. Et si nollet con-

sentire, causa existente, posset compelli: immo ipsissimis à Papa fieri posset, per c. cum dilectus, & ibi not. de his, quā vi metuſe caus. fiunt. Inno. in c. in Lateranen. de p̄eben. Alias, si causa non subfesset, vnius contradictio vitiarebat, teste Caccialup. in d. tract. vno. art. 6. in prin. & ista causa est probanda. Oldr. conf. 261. in vniōne. & conf. seq. Erquomodo sit probanda, conf. 296. de iure. & Alex. conf. 70. in causa, col. i. vol. 3. & conf. ior. circa. in 6. vol. Deciſ. conf. 233. viso tenore. col. 2. Imo requiritur consensus patr. c. suggestum. de iure patro. Card. conf. 96. Papa. in 2. q. & in dec. Rota. in secunda causa in ultimis Thomæ Fastoli. & in octaua causa. 2. dubio. ibid. Soc. conf. i. nu. 6. in 3. vol. Dec. conf. 148. Reuerēde. col. i. & illorum quorum interest, & quod diligens vocatis fiat. d. cl. ne in agro. §. adhac. & tradunt Decius. in d. ca. sicut vñire, & Petr. de Perus. in d. suo tract. c. 5. quod est verum, si non fiat à Papa: q̄a ille hoc potest facere, etiam in iusto epo. c. 2. de relig. do. Ripa. libr. 2. resp. c. 18. nihil proponitur. Non requiritur tamen consensus rectoris: sed ei ad suā vitam non præiudicatur. clem. vlt. de reb. eccl. non alien. nec est eidem insuanda dicta vno, postquam non præiudicat nisi vt ignorantiam nō possit prætendere ad hoc vt permuttere, vel alias resigñare istud beneficium non possit. cap. ad hoc. de postula. p̄al. Joan. Gallus in q. per arresta. q. 134. & seq. Rota. dec. 160. Nota quod beneficiū, in antiqu. & deciſ. i. rub. de rerum permūt. Oldr. conf. 257. factum. Et per vniōnem factam per Papam, vel legatum non præiudicatur epo in iuribus suis, videlicet in visitatione, subiectione & aliis iuribus. cap. cum dilectus. vbi gl. quod merus causa. gl. in cl. fin. de reb. eccl. securus in collatione, & aliis iuribus, quę salua esse non possunt, valida existente vniōne, quia illis censetur derogatum, propter repugnatiā. Caccialup. in tract. vno. art. 8. q. 16. Secus ergo si fieret vno ab episcopo: quia tunc videretur iurantum sua remittere. cap. pastoralis. de dona. Card. in d. cl. vlt. Perus. in d. tract. de vno. cap. i. vbi dicit, quod ep̄s, in cuius diecesi est ecclesia vñita, adhuc iurisdictionem in illa habebit & iura episcopalia, de quibus in c. conquerente de offi. ord. vnde solet Papa in rescripto vniōnis scribere post narrationem factam. Nos igitur super hoc prouidere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinat, dicta parochiale ecclesiam, cum omnibus iuribus & pertinentiis suis eidē monasterio auctoritate apostolica in perpetuum incorporauimus, annexuimus, & vniūmus: ita q̄ cedente, vel dece- den. rectore dictæ ecclesiæ, qui nunc est, vel alias ecclesiam ipsam quomodolibet dimittente, liceat abbatissæ, pro tempore existenti, & dilectis in Christo filiabus, conuentui dicti monasterij, per se vel alium, seu alios corporalē possessionē patrochialis ecclesiæ, iuriumq̄ & pertinetiarum prædictorum auctoritate propria apprehendere, & tenere fructusq̄, redditus, & prouentus ad iura vniuersa eiusdem ecclesiæ in monasterij & ecclesiæ prædictorum utilitatem conuertere: reservata tamen de fructib⁹, redditibus, prouetibus, iuribus & obuentiōibus huiusmodi pro perpetuo vicario in ea instituendo

REGULA XIII.

instituendo congrua portione, ex qua idem vicarius commode sustentari valeat, iura episcopalia. soluere, & alia sibi incumbentia onera supportare, dispositioni apostolicæ reseruamus districtius inhibentes fratri nostro episcopo N. ac illi, vel illic, ad quem, vel quos collatio prouisio, praesentatio, seu alia quævis dispositio pertinet communiter vel diuisim: ne de huiusmodi parochiali ecclesia disponere quoquonodo præsumens ac decernentes ex nunc irrituni & inane, si secus super his à quoquā quavis auctoritate sciēter, vel ignanter contigerit attentari, non obstant. &c. Hic concedit Papa, q̄ auctoritate propria possint possessionem recipere, quod non possent facere, nisi concederetur, per tex. in cap. pastoralis. de priuile. Ripa.lib.2.Resp.c.18.nihil.

Vltimo cognoscitur an vniō sit perpetua, quādo hoc dicitur in vniōne, solet enim Papa dicere in prin. literarum, Paulus, &c. ad perpetuam rei memoriam, vel in perpetuum vnuimus: & hoc etiam solent alij dicere quando volunt esse perpetuam. d. S. qui verò. c. extirpanda, de præb. vel quando ad beneplacitum sedis fit. c. si gratiōe. de rescr. lib.6.

Aut quando fuit facta contemplatione ecclesiæ, c. i. ne sede vacante, secus si fiat contemplatione personæ, quia tunc mortua persona, cuius contemplatione fuit facta, extinguetur. c. quoniā abbas. de offi. deleg. Et hodie in hoc regno Franciæ non potest fieri vniō in fauorem personæ, quia sapit reseruationem quæ est in Francia prohibita, ne per indirectum fiat, quod directè fieri non potest: hoc expressè docet. gloss. in §. fin. de reserua. in pragm. alias quotidie fieret fraus isti prohibitioñi reseruationum: & fierent per indirectum, quod non est permittendum. Et quamvis Papa possit dispendare, vt quis duo habeat beneficia. c. de multa, de præben. tamen non potest vniire, vt dicit ibi, gloss. p. hoc fuisse prolatum Aretum pro cura. sancti Ioannis in Grauia. in dubio facta censetur contemplatione ecclesiæ, non personæ. d. c. i. Perus. in d. tract. c. vlt. Et quot modis fiat vniō scribit, gloss. & Dec. in c. & temporis. 16. q. i. & in cap. i. ne sede vacante, & Perus. in d. tract. c. i. Et an dissoluta vniōne per obitum, remaneat reseruatione scribit Cassidor. decis. 2. facta erat super regulis cancel. rub. de vniō. quod non, vide plenē ibi, & si adesset, eam Galli non seruarent. Item subreptio vitiat vniōnem ipso iure. Calder. cons. vlt. de reb. eccles. non aliepa. sequitur, Ripa.lib.2.responso. de rescr. c. 10. & si vniōnis, & statuit Alex. Papa, vt non fieret vniō ad indignius, videlicet vt parochialis vniatur capellæ: sed capellania parochiali vñiri potest. Insuper omnes vniōnes, quæ non fuerunt fortitæ effectum, reuocantur, in regu. cancel. ii. & hodie in concilio Tridentino, siue fuerint fortitæ, siue non, si à quadraginta annis factæ fuerint: quod statutum si serueretur, videbimus multos seculares apostatas, nunc nudos & destitutos beneficiis.

Præterea, quæ in vniōibus requirant, exprimitur in reg. cancel. Inno. 21. quam inferius describam.

Itē reuocauit quæcunque facultates cōcessas quibusvis patriarchis, Archiepiscopis, episcopis, ac aliis prælatis & personis: necnō apostolicę sedis nunciis, ac fructuum, & prouuentum camerae apostolicæ debitorum collectoribus de dispensando cū quibusvis personis, super matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac super natum & ætatis defectibus, & de incompatibilibus beneficiis ecclesiasticis in simul retinēdis: necnon de notariis publicis creandis: ac de disponendo quomodolibet de quibusvis beneficiis ecclesiasticis, & aliās à præmissis officiis ipsorum nunciorum & collectorum directè non concernentes. Necnon facultates & indulta quibusvis Cardinalibus, aut aliis personis, de quibusvis beneficiis ecclesiasticis certarum ciuitatum, & diocesum, in quibus ipsi non erant, nec vñquam fuerant veri ordinarij collatores: sed de ipsorum ordinarij consensu, aut etiam sine eorum consensu, seu sede episcopali, vel etiam Archiepiscopalivacante, disponendi, aut vicarios perpetuos, seu temporales, qui etiam eisdem Cardinalibus, aut personis huiusmodi beneficia conferrent, vel commendarent, deputandi aut ipsi vicarij per quoscunque Romanos pontifices prædecessores suos deputati fuissent, etiam perinde ac si veri, & nō facti inibi ordinarij collatores essent: ac etiā cum decreto, quod dispositiones de eisdem beneficiis absque eorundem Cardinalium vel personarum consensu, etiam per sedem apostolicam pro tempore factæ, nullius essent roboris, quomodolibet concessa, etiam si in literis desuper confessis sint clausulæ restitutoriæ, reintegratoriæ, & derogatoriæ derrogatoriæ, & alia efficaciores, quas pro expressis haberi voluit quod omnia, in quibus facultates ipsæ non sunt sortitæ, sed legati de latere competens, sit concessa potestas, decernens irritum, &c.

Ista regula tollit dubium scriptum per Doc̄o. an per mortem Pape expirant facultates per eum concessæ, & hic tollit expressè ad remouendum. illud dubium quod deciditur in c. fin. de cōcessio. præb. in 6.

Patriarchis. Quis dicatur patriarcha declarat. text. in c. cler. 21. dist. scripsi quam potestate habeat supra episcopos, in §. si quis verò. de collat. in concord.

Archiepiscopis, Episcopis ac alijs prælatis, & personis.

Ista vocabula declarari in d. §. si quis verò de coll. in concor. post tex. & propos. in d. c. cleris. 21. dist.

Necnon apostolicis iudicis nunc sacra fuitum ac prouenium casare Apóstolica debitorum collectoribus. Hos duos expressim nominat quia his solet dare amplas facultates, maxime collectoribus: & quas potestea declarat.

De dispensando cum quibus suis personis super matrimonio contrahendo, vel contrahendo in gradu prohibito. Quædam est prohibitio à lege diuina de contrahendo matrimonium, & in illis personis prohibitis Papa sine magna causa non dispensem, vt Leuit. 18. & Deut. 27. & cum rege Anglia fuit dispensatum vt vxorem fratris sui defuncti ducere posset, vt scribit Egid. de Bella Mera. cons. 28. licet eam, si ne iudicio ecclesiæ postea reliquerit, sed transcat cūceteris erroribus suis, vide pro hac dispensatione Anch. in cons. 373. & Anto. Rozellū in tract. de potesta. Papæ. fol. 33. col. 3. & Tostatum super. c. 18. prin. reg. q. 155. & Doct. in c. literas. de festis. spol.

Altera verò est prohibitio à lege canonica, & in illis gradibꝫ sicut Papa prohibuit, ita potest dispēfare & dare potestatem dispensandi, vt hic probatur in c. quod dilectio. de consang. & affinita.

Ac super natalium, & ætatis defectibus. Itas duas facultates infra abundantius habes descriptas, videlicet de dispensando super defectu natalium, ut pote cum bastardis, ut possint promoaci, & beneficia obtinere. c. 1. de filiis presbytero. in 6. & super defectu ætatis, non obstante ætatis defectu, quod beneficium curatum obtinere & retinere possit cōtra. c. cum in cunctis. §. inferioria. de elect. & c. super inordinata. de præb. scripti. infra in reg. 53. & seq.

Et de incompatibilibus beneficiis ecclesiasticis inservi retenendis. Quæ sint beneficia incompatibilia declarat. gl. & Doct. in c. gratia de refert. in 6. & infra abundantius scribo in regul. 54.

Necnon de notariis publicis creandis. Papa solet creare comites, quos Palati. os vocat, quibus solet dare potestatem creandi notarios, intellige apostolicos, de quibus alibi abundè scripsi.

Ac de disponendo quomodo libet de quibus suis beneficiis ecclesiasticis. Ut in c. 18. cui. de præb. in 6.

Et alias à præmis officiis ipsorum nunciorum & collectorum directe non concernentes. Est limitatio à prædictis, quod Papa non revocat facultates tangentes officia collectorum & iudiciorum: sed facultates non tangentes officia illorum.

Necnon facultates & indulta. Revocat indulta cōcessa Cardinalibus, ut nullus possit beneficia ad suam dispositionem pertinentia conferre: quando ipsi in illis non erant veri ordinarij collatores, nec vñquam fuerant, vnde non revocat in his, quæ jure ordinario conferunt, tanquam episcopi, Abbates: seu alia tanquam veri collatores, quod est notandum.

Aut vicarios perpetuos seu temporales, qui etiam a fidem Cardinalibus aut personis huiusmodi beneficia conferrent, vel commendarent. Vide Boctr. q. 347. & Paris. consil. 80. in 4. vol.

Ecce hīc quod quamvis ep̄s & aliis collator

possit creare vicarium, vel vicarios ad consilidum, beneficia. c. fi. de offi. vicar. in 6. tamē iste vicarius, vel vicarij non poterunt conferre ep̄o, qui illud creauit, quia ibi ipsi per se non potest cōferre, nec potestatem conferendi dare. c. fi. de institut. ob id solet aliqui ambitiosi ep̄i, vel Abbates, omnia beneficia deglutire, cupientes à Rom. Pontifice hoc impetrare, vt vicarios habeāt, qui illis, qui crearūt eos possint conferre, vt hic, & tunc hoc poterunt vicarij auctoritate Apostolica, & nō ordinaria: né vñus cōferat sibi ipsi, cōtra dictū. c. fi. de institut. & c. per vestras, de iure patr. vidi tñ istos vicariae tanq̄ reipublicæ pestilentes reprobari p̄ senatum Parisi.

Notandum est, quod ep̄s solet creare officialē, vt iustitiam nomine ep̄i exercere possit, & tunc potest in criminalibus cognoscere nisi specialiter eidem commissum sit. c. 2. de offi. vica. in 6. Nec potest cognoscere de causa commissa ep̄o, quamvis ep̄s commiserit eidem causas præsentes & futuras, quia ep̄s non habebat iurisdictionem id temporis quo committebat. Ideo delegare non poterat. arg. c. 1. de offi. vicar. in 6. Rota. dec. 157. Nota q̄ vbi ep̄s. in antiq. etiam si dicaret, auctoritate ordinaria, vel delegata mihi competentes, vel competituras. arg. l. non potes videri ff. de iudi. quia iurisdictio nondum competens committi non potest. arg. c. Romana. de offi. ord. in 6. sic concludit. Do. de Rota. dec. 3. incipit Ep̄s. rub. de offi. vicar. Sed bene poterit officialis, siue vicarius ex officio vel ad instantiam requirentis, cogere patronum ecclesiasticum ad assignandum congruam portionem, vicario. Fuit decisum Tholosa, vt refert Aufre. in decisi. Tholosa. q. 148. & q. seq. plus dicens in Francia judices regios hoc usurpare, & in quibus constitutæ administratio in temporalibus, & in spirituibus, pulchre scribit. Bald. consil. 477. præmittendum. col. 1. in 4. vol.

Itē vicarium, q̄ vires suæ gerat eo absente, vel præsente, circat ep̄s, vt per totum titulum de offici. vica. Et quamvis olim, q̄a prelatus se absentabat ab ecclesia, teneretur constituere procuratorem. c. fi. de voto. tamen hodie tenetur constituere officialem & vicarium, hoc probatur per d. c. fi. in arg. & per §. teneantur de colla. in concor. vbi scripsi.

Et si vicarius, sine speciali cōcessione, beneficia cōferre nō poterit. c. fi. de offi. vicar. in 6. q̄a in generali cōcessione nō veniūt ea, quæ non esset verisimiliter q̄s cōcessurus, vt ibidē dicitur, & q̄ alex magis cōfisit de prælato, cuius oves sunt propria, quam de vicario, qui dicitur mercenarius, cuius oves non sunt propria. Ioh. 10. Claud. de Seycello. in speculo feud. qui feud. dare possunt. §. 2. principaliter. col. 9. Et quia conferre, donare est, c. regalatum. in gl. de præb. & in generali mandato non venit, vt quis donare possit. l. filius fam. ff. de dona.

Donare enim est perdere. d. l. filius fa. ff. de dona, & in dubio quis non videtur velle iactare suum, l. cūm de indebito. ff. de probatio.

Non valebit tamen si committat vicario in specie collationem certi beneficij: securus si in genere omnium beneficiorum, ne detur via ad vacatura, contra. c. 2. & 3. de concessi. præb. in 6. & pro hoc est

est tex. in c. consitutus. de concess. præben.

Item hoc est decisum in legato in cap. deliberatione. §. prohibemus de offi. lega. in 6. vbi legatus non potest committere alicui facultatem recipiendi resignationem talis beneficij. Et eadē ratio videtur in episcopo. ergo idem ius. illud. ff. ad legē Aquil. Sed Do. de Rota decif. 397. Si episcopus, in no. concludunt episcopū posse committere vicario generali potestate in recipiendi resignationē certi beneficij, & conferendi recta personæ, quia tunc cessat ratio captandæ mortis. de Rota decif. §. rub. de concessio. præbenda, & hoc quando simul & semel darentur ambe potestates: secus si separatim. & ad quæst. de rerū permuat. & idem repetitū idem Do. de Rota decif. 388. Nota quod episcopus, in antiquo. quod episcopus suo vicario generali dare potest potestate conferendi beneficia vacatura, & recipiendi resignationem: non tamē potest committere singulari personæ, & de singulari beneficio. dicto. §. prohibemus, & ita fuit obtentum.

Item vicarius episcopi habens potestatem recipiendi resignationem beneficiorum causa permutationis, nō potest beneficia sic resignata conferre, cùm speciale mandatum requiratur in collatione. d. c. fi. de offi. vicar. in 6. Ideo deberet in vicariatu inseriri, dedit facultatē recipiendi resignationes, & beneficia resignata conferendi, c. dud. i. de præb. in 6. Rota dec. 43. Nota quod vicarius. in antiquo. vbi dicit istam opinionem teneri communiter in Rota. sequitur de Selua, in tract. de benefi. in 2. part. q. 14. Et si data esset facultas recipiendi resignationes, eas recipere posset, sed non conferre, teste Cald. in consil. 3. an renunciatio. rubr. de renuncia. Indò si aliquis possit conferre beneficium situm in diœcesi alterius episcopi ex priuilegio, vel consuetudine: ramen non poterit resignationem illius recipere per gl. & ibi Card. in Clem. vna. q. 7. de rerum permuta. Ideo debebit fieri in manibus eius, cuius in diœcensi beneficium est situm, vt expresse tradunt Do. de Rota, decif. 398. Si aliquis episcopus, in not. facit decif. 218. Nota quod cui. in antiquo. facit gloss. in verb. locorum. Clem. vnic. de supplend. negli. præla.

Itē episcopus potest vicario generali dare potestatem conferendi beneficia: certæ verò alteri personæ, quam non constituit vicarium, non potest, ne fiat fraus concilio Later. & ne detur via ad vacaturam. c. 2. & c. constitutus. de concessio. præb. sic consuluit Oldrad. cōsl. 77. quod episcopus. per dict. c. fi. per tex. sing. in c. statutum, de præbend. in 6. Quod est verum in vacaturis: secus in vacante beneficio, cuius collationem committere certa personæ, sine generali potestate & vicariatu, potest, quia cessat ratio prohibitionis concilij generalis, Rota in decif. 327. Nota quod licet, in antiquo. Ioan. de Selua in tract. de benefi. in 2. parte. q. 2.

Poterit etiam vicarius generalis, habēs potestatē conferendi beneficia, conferre dignitates, quia appellatione beneficiorū etiā veniunt dignitaires, cùm non sit materia ambitiosa. gl. c. i. de reg. iur. in 6. & Clem. auditor de rescript. ca. tua. de verb. signifi. Rota dec. 437. Nera vitrum, in antiquo. & decif.

2. rub. de offi. vicar. Panor. in c. fi. de cōcessio. præb. in 2. nota. Tutius est tamē in vicariatu exprimere dignitates, & etiam quod possit commendare, licet in mandato non sit expressum, quia plus est conferre, quam commendare. c. Nemo. de elect. in 6. & cui plus conceditur, & minus concedi censetur, per reg. iur. tutius est etiam exprimere, & ego vidi exprimi.

Icm collatio facta extra diœcesim ab episcopo valer, licet à vicario in diœcesi eodē die fiat, quia est facta à majori, & ideo prævaler. cap. si à sede. d. præb. & quia maior est potestas episcopi, quam suis vicarij. c. dudum, de præb. in 6. & quia censetur reuocatus vicarius quo ad illam collationem, sicut in domino non tractat cause, ut censeatur quod ad hoc reuocare procuratorem. c. si quem de procur. in 6. Et per cognitionem, quam facit delegatus videtur reuocare sub delegatum. ca. intimaisti. de appell. Archi. in ca. quamvis de offi. deleg. in 6. sic & in ordinario cōferente consiluit Cald. consil. 2. an collatio. sub rub. de offi. vicarij.

Ite vicarius generalis, licet nō possit conferre, nisi expresse fuerit ei cōcessa conferendi potestas. d. c. fi. poterit tamē presentatos à patronis instituer. per tex. no. in c. ex frequentib⁹ de instit. secundū Rom. sing. 601. tu scis quod suudatores, & Pan. in d. ca. ex frequentib⁹ ac lo. de Selua in tract. de benefi. in 3. par. q. 14. Ro. dec. 43. Nota quod vicarius. in antiquo. & de Bellamera. dec. 93. licet vicarios.

Sed ego dicere conteriam, quia institutio non potest fieri, nisi canonice fiat, & iuris vel consuetudinis auctoritate. c. penult. de instit. & ca. i. de reg. iur. in 6. sed quando non est vicario data nisi certa potestas, non potest illā excedere, alioqui contra mandatum faceret, & non valerer ab eo gestū. ca. cum dilecta. de rescript. formā enim mandati est diligenter obseruanda. l. diligenter. ff. de māda. Si ergo est vicarius constitutus generaliter, & non est data potestas instituendi, sine potestate non instituit, nam verbum conferre comprehendit etiam institutionem. rubr. ut ecclesiastica beneficia sue diuina, conferantur, & scripsi in §. Statuimus. i. de colla. in concorda. & quamvis non sit libera institutio: ramen alia ratio text. habet locum, quod in generali mandato, &c.

Nec refragatur tex. in d. c. ex frequentib⁹, nā dicit posse fieri ab officialibus episcopi, qui hoc de iure possunt, vt pote ab illis, cui est data potestas & non ab aliis per illud relatum qui, quod restringit, vt per Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure.

Nō obstat quod institutio est necessaria dispositio. Nā resp. esto sane: ramen nō potest instituere is, qui non habet potestatem, & cū hic vicarius in hoc non habeat potestatē, sed limitatam, non extendetur. arg. l. in agris. ff. de acq. et. doni. Et quia etiam institutio sapit donationem, quam vicarius facere, sine speciali mandato, non potest. d. c. fi.

Item institutio & destitutio pertinet ad episcopum. c. cum ex iniuncto. de heretic. & sic non ad vicariū: nisi eidē committatur, & sic vicarius non potest priuare quem beneficio: nisi sibi expresse fuerit cōmissum, ut consuluit Anchara. consil. 65.

duplici. potest tamen declarare possidentē beneficium, nō habere iustum titulum in beneficio, cū per modum actionis hoc petatur, vt expressum cōfuluit. Bald. consl. 478. Pr̄mittendum. in col. 2. in 4. vol. Sed an possit monere beneficiale, vt ostendat titulum, scribit Anchār consl. 60.

Item non valet instrumentum vicariatus, in quo nō reperiuntur testes descripti; alias possent episcopi cum secretario, instrumentū vicariatus facere, & sic fraudare vel nominatos, vel Apostolicos, qđ non est permittendum. c. fedes. de rescript. Ita fuit prolatum arrestum, anno 1519. die 29. Iulij. Solent enim collatores literas definiare ad aliquos, & dicere si yacent beneficia Parisi poteritis ea cōferre: sed vellem vt conferretis talibus: & te inuenies vi- cariu, si conferat tali inuenietur vicariatus, si vero non cōtulerit illi pro quo mandauit episcopus, nō tradet vicariatu isti. Igitur abusus tolli debent, & vicariatus in curiis registrari, alias quod non detur fides istis falsis instans sic communiter fabricatis.

Item habens potestatem conferendi & substi- tuendi, cum simili potestate: si substituat postea nō expresso quod dat specialiter potestatem confe- rendi, valer: quia secunda cēsetur specialis, habita relatione ad primam inxta l. ait pr̄tor. §. 1. ff. de re iud. vbi paria sunt exprimere certum, velse ad cer- tum referre, & pro hoc videtur text. in c. tibi, qui. de rescr. in 6. & ibi Alex. de Antilla declarat. quia substitutio facta per vicarium debet intelligi & cō- tinere quod in prima vicarij potestate contineba- tur. l. aſſe toto. ff. de hæred. instituen.

Item specialiter dicitur data potestas, quando expressa collationis, vel prouisionis, seu dispositio- nis beneficiorū facta est in vicariatu mentio: alias non cū illud dicatur specialiter cōcessum, quod est à generalitate verborum abstractū. l. itē apud. §. hoc edictum. ff. de iniur. c. qui ad agēdū. de pro- cura. in 6. gl. & ibi Imol. n. 2. in Cle. 1. de iud. Alex. de Imol. consl. 134. Prauiso. nu. 2. in 1. vol. & cōf. 7. vi- deretur. col. 2. in 4. vol. & consl. 123. vīso, ac cōf. seq. ipso. vol. & consl. 95. diligenter. col. 1. in 5. vol. quod est repetitum consl. 63. diligenter. in 6. vol. vbi facit differentiam inter specialiter & singulariter. ac in consl. 155. videretur. col. 2. in 6. vol. & consl. 189. vīso statuto. col. 2. in 7. vol. & Barb. cōf. 25. scribitur. col. 9. vol. 1. & cōf. 37. Illud. col. 8. ib. & cōf. 48. Illud. col. 4. ibid. & consl. 15. Preclare. col. 7. vol. 2. plene Andr. Tiraq. in tract. de leg. cōnub. in gl. in verb. expref.

Item etiam procedit in vicatiis Pape, vt non possint cōferre, nisi eiſdem data sit à Papa potestas, quia limitata potestas extendi non potest. d. l. in agris. ff. de acquir. rerum dom. Feli. in c. cum ordi- nem. col. 4. vers. limitata. de rescript.

Et quamvis d. c. fi. de offi. vic. in 6. loquatur in vi- cario episcopi tamē quia est eadē ratio in vicario Papæ, ergo eadē erit iurius dec. l. Illud. ff. ad l. Aquil.

Etiā si esset vicarius Cardinalis, quia ad hoc non dicitur habere potestatē, nisi sit legatus. c. i. de offi. lega. li. 6. hoc tenet expressum Bal. in l. aliquando. q. penult. ff. de offi. pro conf. & leg. quem sequitur Ca- telian. Cott. in 2. parte memorial. in verb. vicarius,

Quamvis contrarium teneat Barba. in tract. de

pr̄stan. Cardin. in pr̄lud. secundē partis. per text. in l. vicarius ff. de legatio. vbi vicarius dicitur lega- tus, & legatus cōferre beneficia potest, ergo & Cardinalis vicarius. Resp. quod ille text. probat cōtra- rium sīc dicens, qui est vicarius alieni munieris, vo- luntate sua datur, cogitū legationē sīc p̄cipere: non tamen est legatus antequā sīcipiat, & sic nō omni- visarius est legatus, p̄t illū text. Et diuersitas nomīnum rerū diuersitatem inducit. l. si idem. C. de codicil. tanquā legatus non potest, quia nō est legatus: tanquā vicarius etiam non potest, quia ei non data est potestas, tanquam Cardinalis nō re- peritur quod habeat potestatem cōferendi ante- quam sibi detur, ergo nullo modo potest conferre si non sit nisi vicarius constitutus.

Nec refragatur secundū, quod Cardinalis quan- do constituitur legatus, sicut gaudet pr̄rogatiua honoris vitra a. i. o. c. i. de offi. leg. in 6. ita & quādo Cardinalis constituitur vicarius, transcat honor in Cardinalem vicariū, ratione sui Cardinalatus: sed quod ex hoc habeat potestatem conferendi, nullo iure caretur, vt pr̄dixi: licet sit honorandū.

Nec obest tertium, quod conferre beneficia ma- gis sibi competit gratia honoris, & pr̄rogatiua, quām legationis. dict. c. i. ergo quādo est vicarius, Cardinalis habet illam pr̄rogatiua honoris, ergo poterit cōferre. §. cōf. quod Cardinalis, nō quādo est Cardinalis, nō habet illam potestatem beneficia conferendi: sicut quando est vicarius, nisi sibi committatur, sed statim quod est legatus à latere, sic d. c. i. & p̄t hoc puto Cardinalem constitutum vicarium sive à Papa sive ab alio non posse confe- re beneficia, nisi sibi expreſſe commissum fuerit, & hoc adulatio[n]is forte gratia sustinuit Barba. in d. tracta. de pr̄stan. Cardinalium. in pr̄lud. se- cundē partis.

Idem puto in vicario generali Archiepiscopi, vel alterius pr̄laeti: cūm sit eadem ratio text. & quāuis expreſſerit vicarium episcopi, noluit vicarios alio- rum collatorum excludere, cūm à ratione incipiat ille text. in d. c. fi. de offi. vicarij in 6.

Idem si sit vicarius capituli, & quia etiam nō po- test conferre, cum in illo habeant etiam locū duæ rationes expreſſe in d. c. fi. & quia vicarius est.

Idem in procuratore generali laici, vt non possit pr̄sentare, nisi expreſſa detur eidē pr̄sentandi potestas. Panor. in c. fi. de concessio. pr̄b. vbi dicit quod laicus nō potest constituere vicarium: sed si necesse habeat proficisci lōga absētia: poterit pro- curatorem omnium bonorū constituere, cui pr̄- sentandi potestatē concederet, hanc opinionē ibidem sequitur Imol. & alij, & Paul. de Citad. in tract. de iure patro. in 6. parte. quest. 41. & q. seq. di- cit patronū ecclesiasticum, debere constituere vi- carium generale ad omnia, & etiam ad pr̄sen- tationes facandas. Philip. probus in ca. i. de offi. vi- ca. in addi. ad Ioan. Monach.

Itēm vicarius alium constituere non potest. ca. clericos, de offi. vic. nisi fuerit ei data potestas sub- stituēdi aliū, tum quia personæ industria eligi sc̄let, que in diuersis est diuersa. l. inter artifices. ff. de foli. l. si non forte. §. libērtus, de condit. indeb. istus

istius est sententia Bald. in marg. in verb. vicarius. 94. allegat Hofstien. in d.c. clericos. nisi ex maxima causa, & non frequenter, ut consuluit Bertrand. consil. 117. ex literis. col. 3. nu. 5. in 1. vol. secundum nou. impressio.

Item per constitutionem secundi vicarij videtur reuocatus primus, sicut per constitutionem secundi procuratoris. l. si quis cum procuratorio. §. si ff. de procurato. & Cardin. & Barb. in c. volentes. de officiis. lega. licet Panor. ibi teneat contrarium, & in c. non iniuste. not. 4. de procura. ac Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 2. parte. q. 14.

Ex quo infertur quod collatio beneficij ecclesiastici facta per primum reuocatum, non valet, si facta erat intimatio, & notificatio alterius vicarij creati: alias valet per l. si forte. ff. de officiis. presid. Roma. sing. 57. fuit q. Romæ. & sing. 656. quod l. si forte. Bertach. in tract. de episcopo in 7. parte. lib. 4. q. 21. Deci. consil. 395. in causa. col. 2.

Etiam est notandum, quod vicarius episcopi excommunicati, non potest conferre: sicut nec episcopus excommunicatus. text. in ca. i. de officiis. vicaria. in 6. quia episcopo suspenso, suspensa est iurisdictione vicarij, per gl. & Dec. ibi scripti in repeti. c. postulatis. in 2. no. de clericis. excom. ministrante.

Vltimo sciendum est, quod vicarius generalis episcopi vel alterius, potest conferre beneficia etiam extra diœcесim. gl. in c. nouit. de officiis. lega. Rota dec. vlt. de officiis. vicar. quia conferre est iurisdictionis voluntariæ: quod etiam extra territorium fieri potest. l. 2. ff. de officiis. procon. Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. q. 40.

Fallit in beneficiis vacantibus in curia c. statutum. de præbend. in 6. vbi si Papa non conferat beneficia in curia vacantiæ intra mensem, post mensim ordinarii, vel cuius vicarius poterit, in diœcесi tamen existens, & non extra, & hoc est statutum: collatores creant vicarios Romæ, & collationem Papæ auferant, & quia de iure speciali competit, ut afferit Rom. sing. 48. tu habes. dixi id. c. statutum.

Secundò fallit, quādo esset limitata potestas vicarij: quia potestas limitata nō extēditur. l. in agris. ff. de acq. regū dom. & licet insula acquiratur illis, qui habet prædia in ripa proxima. §. Insula. insti. de rerum diuisio. tamen non habet locū in agris limitatis, quia tunc occupantis sit. l. ait prætor. §. Insula. ff. de huminib. Et potestas data domino in causis vasallorum, non egreditur controversias fundatas. Panor. in c. caterum. de iudiciis. Fel. in ca. cūm ordinem. col. 5. nu. 6. de rescript. vnde si vicarius sit creatus cūm potestate conferendi beneficia in suā diœcесi, non poterit extra, vt dico infra.

Item quando alicui conceditur facultas limitata, excedens limites, non facit etiam id quod sibi concessum est: sed aliud. l. sed si ante. ff. ad Trebel. l. si communem. §. i. quemadmodū seruit. amitta. l. si pupillorum. §. si prætor. de rebus eorum. Albert. in tract. de augmēto. conclus. 8. limita. i.

Item fines mandati sunt diligenter obseruandi: alias si aliquid fiat ultra mandatum, non valet. l. diligenter. ff. manda. c. cum dilecta de rescript.

Item quamvis maritus pro vxore agere possit:

tamen si sit constitutus procurator in aliquibus, ad alia agere pro vxore non potest. l. maritus. C. de procura. sic dicendum de vicario. Ut autem materia sit omnibus nota, facio casus sequentes.

Primus est, vicarius constitutus ad conferendum beneficia diœcесis Paris. poterit: tam in diœcесi, quam alibi conferre, siue constitutus sit generaliter, siue indefinitè. glo. in d.c. nouit. de officiis. legat. & supra dixi.

Secundus casus, vicarius constitutus ad conferendum beneficia Aurelianen. diœcесi vacantia Paris. non poterit conferre Aurelia, quia ibi non vacant, & ad hoc non est constitutus: & sua potestas est limitata. no. in c. pro illorum. de præb.

Tertius casus, vicarius constitutus ut conferat omnia beneficia diœcесi Lemouiten. in ciuitate tamen & diœcесi: nō poterit extra diœcесim conferre, quia sua potestas est limitata ut in diœcесi: id est intra diœcесim: ergo non extra. text. in l. i. §. in publico. ff. de flumin. & dictiones in, & intra, & equiparatur. l. i. §. si intra. de succello. edict. ff. l. 2. de verbo significat.

Quartus casus, vicarius constitutus ut possit conferre beneficia quādiu episcopum abesse cōtigerit, non poterit conferre quando episcopus erit præfens. c. si delegatus. de officiis. delega. in 6. cap. antiqua. de priuilegiis. Io. de Selua intracta. de beneficiis. in 2. parte. q. 14. col. penu. vide tamen Paul. in l. sed & si pupillus. §. conditio. ff. de instit. actio. Qui nō cōfertur constitutus in præsentia, nam inclusio vniuersitatis est exclusio alterius. l. cum prætor. de iudiciis. Ideo eum, qui habebit collationem à tali vicario, oportebit probare episcopum fuisse absentem: tum quād sit intentionis sua fundamentum: tum quād presumatur episcopus præfens, per totum titulum de cleri, non residen. vbi debent residere in episcopatu.

Quintus casus, si data sit potestas vicario cōferringi beneficia affecta graduatis & nominatis, vel vacantiæ in mensibus illis præstituti, non poterit alia beneficia cōferre, cūm nō debeat fines mandati & vicariatus excedere. c. cui de non sacerdoti tali. de præb. in 6. Et data potestas vicario ut conferat beneficia spectantia ad collationem episcopi, nō extendetur ad beneficia, quā auditoriate Apostolica conferre posset episcopus: vi potestate propter negligientiam regularium prælatorum. Cle. vnic. de supplen. negli. præl. Ideo in vicariatus instrumento debet scribi, quod nō solum beneficia cōferre possit, quā nō iure ordinario conferre possemus: sed etiam omnia illa, quā iure deuoluto autoritate Apostolica, vel quāvis alia potestate à iure communi, vel speciali, quod est bene notandum.

Viēimus casus est, quod gesta per vicarium & collationes facta per eū non valent, sive eius non constet mādato. hoc exp̄ressum tradit. Bertach. in tract. de episcopo. in 7. parte quarti libri. q. 8. Gestā delegati. de quo Barto. in l. 2. ff. si quis ipsius voca. non ierit. & Doct. in c. pastoralis. de rescript.

Et tunc solet vicarius condemnari ad omnia damna, & expensas partis, cui cōfult beneficium, qui eam decepit, ita vidi seruari in practica.

Additiones Petri Rebut.

REGULA XIII.

Item reuocauit quascunque facultates, & literas desuper confessas, per quas quicunque sui prædecessores Romani Pontifices quibusvis personis ordinariam collationem, seu aliam dispositionem beneficiorum ecclesiasticorum de iure, vel consuetudine habentibus: & quauis etiam Patriarchali, Archiepiscopali, vel alia dignitate (non tamen Cardinalatus honore fungébibus) quauis consideratione, vel intuitu, seu etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesserant, vt quandiu viuerent, vel suis ecclesiis, seu monasteriis præfessent, aut ad aliud tempus de beneficiis ecclesiasticis generaliter referuatis, seu affectis ad eorum collationē, prouisionem, præsentationem, electionem, aut quamuis aliam dispositionem communiter, vel diuissim spectantibus, disponere liberè & licetè valerent: aut etiam ad id per eosdem prædecessores vicarij perpetui, vel ad tempus constituti forent.

Reuocat facultates & indulcta concessa quibuscunque personis exceptis Cardinalibus, per quæ possent liberè disponere de beneficiis ecclesiasticis generaliter referuatis, seu affectis ad eorū prouisionem spectantibus, vnde oportet vt denuo concedatur, alias prima concessio nullius est momenti.

REGULA XV.

De dictiōnibus numeralibus.

Item vt in Apostolicis literis committēdi crimen falsi per amplius tollatur occasio, voluit, statuit, & ordinauit, quod in antea dictiones numerales, quæ in dictis literis ante Kalend. Nonas, & Idus immediatè poni cōsueuerūt per literas, & syllabas, extensè scribantur: & illæ ex præfatis literis, in quibus huiusmodi dictiones aliter scriptæ fuerint, ad bullarium nullatenus mittantur.

Hic statuit quod dictiones numerales extensè scribantur, vt in literis apostolicis plenior cōmitendi falso tollatur occasio: vt tertio idus, sexto nonas, nono calendas, non abreviatè, vt 3. idus 6. calen. & quod istæ dictiones ponatur ante, & non post: vt tertio calen. non, calen. tertio: & si sic ultimum inuenirentur, essent contra stylum. cap. quām graui. de crimi. falsi. & præsumeretur falsa, & ideo non valerent: quia contra stylum.

Notandum est, quod si iure, vt hic vel consuetudine caueatur, quod scriptura extensè ponatur, tunc non sufficiunt abbreviaturæ, alias secus, vnde thesaurarij solent extensè scribere prima, cētum, vel aliam summam, & postea abbreviatè: vt C. vel quinquaginta, per L. & ista est communis sententia doct. in authen. quod sine C. de testam. & Imol. in l. quoties. §. i. ff. de hæred. instit. & sic bullia sic expedita non valebit per prædicta, licet hic non annuletur expresse: sed quia est facta cōtra hanc regulam. Et non dubium est, quod ea quæ contra leges fiunt, pro infectis habentur. l. nō dubium. C. de legib. & etiā hic vult non remittatur ad bullariū, ergo vult quod non expediatur, & sic non valere. Alber. Brunus in tractat. de forma & solennitate actus in rub. ex quibus consistat forma, &c. fol. 26, col. 3. versic. sed an illud, quia non habet formam scripturæ, quando est abbreviata: nec diei potest scriptura extensa secundum eū. Et ista regula potest habere locum tam in literis apostolicis gratiæ, quam iustitiæ, cum simpliciter loquatur de illis, & generaliter, tamen facilius committitur falsitas in literis gratiæ, quam iustitiæ: potest tamen & in his falsum committi. ob id, ista regula tūc habebit locum. Et quamvis hæc regula loquatur de literis apostolicis, & sic non habeat locū in literis & collationibus ordinariorum: tamen vt crīmē falsi vītetur, bonū effet quod etiam in collationibus beneficiū ab ordinariis factus feruaretur, & quod extensè ponerentur annus & dies. Et idem in universitatibus Franciæ, vt in nominationibus hæc etiam extensè scriberentur. An sufficiat scribere primam literam nominis, vel cognominis impenetrantis, vel rei, aut iudicis, describit Fel. in ca. cum accessissent. in princ. de constitu. & Ripa. in c. cum M. Ferra in 2. nota de constitutionib.

REGULA XVI.

Item voluit, quod de concurrentibus, super vacantibus, seu recto modo vacaturis beneficiis, illis quibus gratiæ motu proprio conceduntur, cæteris simili modo gratias non habentibus: alias graduati, non graduatis: & inter graduatos, magis graduati: aut inter æqualiter graduatos, prius graduati, necnon colorato titulo possessores, non possessoribus, ac inter personas alias in curia præsentes, absentibus ab ea, ac inter præsentes, non beneficiati beneficiatis, & similiter inter absentes, & cæteris partibus, oriundus non orjundo: & dicefanus non dicefanus, in reliquis verò singuli, qui prius apostolicas desuper literas eorum executoribus præsentauerint, alii in ipsorum de quibus agi contigerit, beneficiorum assecutione, præferantur.

Hic ponuntur plures qualitates super concurrentibus in data Prima est quod pluribus eiusdē datę existen-

existentibus, is præferendus est, qui habet clausulam motu proprio, cæteris non habentibus. & hoc est iuri conforme, quia hæc regula motus proprii atget gratiam, ut plenè scripti in forma mand. in verb. motu proprio. in concord. siue ponatur in literis ad vacatura beneficia, ut in mandatis: siue ad vacantia, ut in impetracionibus. Nam si plures eodem die impetraverint, & in una sit hæc clausula, is præferetur, & iste motus p̄p̄ius cæteras prærogatiuas vincit, ut hic, quia præponitur, & hoc etiam firmat Cassador. in dec. 14. in f. rub. de præbend.

Secunda qualitas est, ut graduati non graduatis præferantur. c. de multa. de præb. & in concor. in §. statuimus i. de colla. Et quid si quis dicat se doctorem & non sit, an valeat gratia: vide Cassad. dec. 7. de concess. præb.

Tertia, quod inter graduatos magis graduati, ut pote si unus sit doctor, præferetur licentiatu, quia maior minori præferri debet, & constitutus in maiori dignitate alteri existet in minori: scripti in §. statuimus i. de colla. vbi dixi doctorē in vitroque, doctori in altero præferendum.

Quarta, quod inter æqualiter graduatos prius graduati præferuntur, qui enim prior est tempore, posterior est in iure regula qui prior, & scripti in gl. concord. in d. §. statuimus i. & in tract. no. quæstio. 21. num. 43.

Quinta qualitas, ultra tex. quod si omnes in omnibus concurrant, legentes, non legentibus præferantur, ut dixi in d. §. statuimus i. de coll. in concor. per tex. in l. 2. C. ut dignita. ordo seruetur. li. 12. & in tract. nominatio. scripti. q. 21. num. 48.

Sexta qualitas etiam est ultra text. quod inter non graduatos, actu studentes, non studentibus præferantur, & scholastici, non scholasticis. l. 1. C. ut dignit. ordo seruetur. lib. 12.

Septima qualitas in tex. posita, est quod possesse, non possessoribus. cap. si à sede de præb. in 6. beati qui tenet, dicit gl. in §. si tres. de pace tenenda.

Octava qualitas text. est quod presentes in curia absentibus præferuntur: sicut in quotidianis distributionibus dicimtis in c. vno de cleric. non resident. in 6. Vnde si episcopus contulit alicui existenti in curia. & Papa alteri existenti extra. si. qui erat in curia præferetur, & hic intelligi debet de curia Romana, non de alia curia. sed ista videtur contraria infra descriptis, videlicet quod bonus preferatur, nam curiales instar vulpium sunt astuti, & fallaces, & ob id non debent bonis & simplicibus præferri: sed transeant cum vulpina simplicitate.

Nona qualitas inter presentes, non beneficiati, beneficiatis: sed hodie omni habenti datur. Et quod patiperes præferri debeat beneficiatis, est tex. in c. cum adeo. vbi docto. de rescrip. c. quia in tantum. & cap. cum secundum. de præbend. Fallit quando ecclesia esset debitibus onerata: tunc diues pauperi præferendus esset: & beneficiatus bene ficiat. Panor. & Perus. in c. cōstitutis. de appe. Felin. in cap. cum adeo. col. 7. & c. postulasti. col. 9. de rescrip. Roch. de Curte in verb. honorificum. q. 19. de iure patro. Item hic plus dicit, præferendū esse magis beneficiatum, minus beneficiatō: ut is, qui

non habet nisi quinquaginta in beneficiis, preferitur illi qui centum habet. gl. in verb. numerum. in §. item quod vniuersitates. de colla. in pragma.

Decima qualitas inter absentes, oriundus, non oriundo præfertur, & dicecesanus, non dicecesano. c. neminem. 70. dist. 50. l. in ecclesiis. C. de. episcop. & cleric.

Vndecima & præcipua qualitas est, quod bonus malo præferri debet: ut prætulit David, vide licet bonitatē, disciplinam, & scientiam petendo.

Duodecima, doctus ignaro præferri debet. cap. cum ex eo. de elect. in 6. Doct. in c. cum nostris. de concess. præb.

Decimatercia est, ut ille debeat præferri qui habet signaturam per fiat, illi qui habet eam per cōcessum, ut scripti in reg. 34. infra.

Vltima, qui prius literas collatoribus præsentaverint. c. duobus. de rescript. in 6. vbi aliæ qualitates describuntur. Vide ibi, quia loquitur tantu de literis ad vacatura beneficia, non ad vacantia: sed extenditur per istum text. & sic inspicienda sunt qualitates prædictæ ante ista, cū in fine ponatur.

REGULA XVII

Item ne per varias, quæ pro commissionibus, seu mandatis & declarationibus habendis in causis plerūque fiunt suggestiones, iustitia postponatur. Idem dominus noster decreuit & declarauit suæ intentionis fore quod deinceps per quamcumque signaturam, seu concessionem, aut gratiam, vel literas Apostolicas, pro commissionibus seu mandatis aut declarationibus huiusmodi, etiam si motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam ante motam litem à sanctitate sua emanauerint, vel de eius mandato facientes, nulli ius sibi quesitum quomodolibet tollatur.

Papa in dubio non est intentionis, ut velit ius quæfirū alicui tollere. Ratio ponitur in principio. ne per varias suggestiones, instituta postponatur, quæ plerūque fiunt pro commissionibus seu mandatis & declarationibus habendis in causis, & ista regula est iuri diuino conformis, & conueniens. Nam Achab Rex, qui vineam Nabot accepit, volens etiam meliorem dare pro ea, vel argenti pretium, audiuit à Domino, In loco, in quo linxerunt canes sanguinem Nabot, lambent quoque sanguinem tuum. 3. Reg. 21. dixi in tract. congruae portio. in f. Est etiam iuri humano consentanea, ut in multis probabo exemplis.

Et sic per istum textum iudices debent securè procedere, quod non obstante rescripto Papæ, non dubitent ius partibus reddere. Quia si Papa contulerit duobus, & declareret postea quod intendit & intendebat isti secundo cōferre, & non primo, ea declaratione non obstatæ, iudicabitur pro primo: & ita iudicauit magnum consilium super prioratu

Additiones Petri Rebuf.

prioratu sancti Martini de campis Paris. Quia per importunitatem, & suggestionem impetrantur plerique istae declarationes, sic consuluit Francisq. consil. 142. habita col. 7.

Secundò hic statuitur per quacunque signaturam, seu aliam coctionem, sive in literis iustitiae, sive gratiae, non intendit Papa ius tertij tollere. Tum, ne vnde iura nascuntur, iniuria nasci videatur. I. meminerint. C. vnde vi. Tum, quia omnipotens subditus aequalis defensio juris est debita. I. capitulum. §. ad statutas ff. de pennis. Et quia apud eum non debet esse acceptio personarum, c. nouit, de iudic. & illam semper solitus est referuare causam, vt de illis iuris promiscuatis cōmodum, quod alius non imminet detrimentum. c. uno, de concessio. præb. in extra. loan. 22.

Tertio non intendit Papa ius quæsumum tollere per quacunque literas Apostolicas, sive gratiae. unde si conseruat non obstante quacunque collatione, intelligitur de invalida, non de valida, ne ius quæsumum tollat. Feli. & alij in c. causam. de rescript. & sic per hoc verbum, literas, habet locu hæc regulatam ante item cœptam, quam postea decit. Casiod. 39. super regu. cancelli. Ita ut etiam non videatur velle tollere possessionem acquisitam, sicut nec ius quæsumum, tum quod possesso iuris sit. I. j. vbi Bart. diffinit, elle ius insistēdi, &c. ff. de acquir. posse. Feli. in rubr. de reser. col. 3. Panor. in c. dudum. notab. i. de priuilegiis etiam, quia princeps non intendit possessoribus præiudicare. I. f. C. si per vim. & c. cum nostris. de concessio. præb. Oldra. consil. 68. q. & Soc. in consil. 15. in causa. nu. 4. in 3. vol. col. penult. & consil. 120. memini. col. 6. nu. 8. ibid.

Quarto vult hic Papa quod per qualcumque cōmissiones, vel mandata, aut per declaraciones, non tollatur ius tertij, vnde mandatum secundum non tollit primum, etiam si in eo sit apposita clausula anteferriri nisi Papa derogauerit huic regulæ. text. in c. pen. de concessio. præbend. in 6. & cap. quodam per literas. cod. lib. 6. quid vix in Francia recipetur, quia habemus formam præstitutam. facit quod consuluit. Card. consil. 136. factum sic se habet, vacantibus. col. j.

Quinto etiam patet hic, quod per clausulam, motu proprio, vel per clausulam, ex certa scientia, non intendit Papa ius tertij tollere, etiā per utramque, nec per eas clausulas dicitur apparere de mente principis, quod illud ius velit tollere. Clem. per literas de preben. Card. consil. 96. Papa in f. & cōs. 136. præmitto. col. vlt. nu. 24. ac consil. 142. videtur. col. pen. num. 9. vbi dicit verba rescripti potius improprianda quam tertio præiudicetur. Dec. consil. 468. superiori anno. nu. 20. & seq. ac consil. 544. ferentissimus. col. vlt. vbi concludit feudi concessio. nem ab Imperatore factam, non valere in præiudicium agnatorum, quibus iam erat ius quæsumum. Nam ea importunitate, qua fuit concessio facta: fuit & illa clausula adhibita, & ideo non valeret, vt dicunt in simili Docto. de renūciantie exceptioni non numerata pecunie. in l. si ex cautione. C. de non numerata pecu. Feli. in cap. si cautio. de fide instr. Dec. consil. 520. in causa quāvis hæc clausula motus

proprijs, multos habeat effectus, quos abūde scripsi in gl. cōcord. in forma mand. in verb. motu ppr. o. Idem diceret si apponetur clausula ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis, per rationes prædictas, etiam si diceret quod vult, t retrohatur.

Item donatio facta à principe intelligitur sine præiudicio tertij, vnde si donauerit terras alicui, ille tenebitur soluere, & collectas ciuitati dari folitas. vt consuluit Alexan. consil. 125. viso titulo. in 2. vol. & consil. 35. viso processu. col. 3. in 4. vol. & cōs. 23. viso. col. pen. in 3. vol. nec censetur princeps vel le tollere gratias, quæ sortitæ sunt esse clum. c. f. de concessio. præb. in 6. Paul. Castr. consil. 340. præmissis. col. pen. 1. in 1. vol.

Sexto in commissione quantucunque generali nunquam censetur cōcessum, quod possit tolli ius tertij. Et ideo vicarius imperialis, vel vicerex, ex quacunque generali potestate hoc non potest, & si attenteret, cum in hoc sit priuata persona. I. 3. ff. de officiis. præfici poterit illi resisti. argum. I. defensionis facultas. & I. prohibitum C. de iure fisci. lib. 10. Cum a. consil. 158. vasis. in 1. q. & hoc aliquando allegauit contra quenqā proregē, qui me grauate postea respxit. ob id potest appellari ad parliamentum. Imo non valet declaratio Papæ, vel regis in præiudicio tertij. Anch. consil. 398. Præmitto. in f.

Septimo remissiones delictorum, quas gratias vocamus, que fiunt à principe, nunquā trahuntur ad remittendum pœnam partii applicatam, vel applicandam. argum. c. quamus. de rescript. in 6. Fel. in c. super eo. de offi. deleg. Iaf. in l. venia. C. de in ius vocando. Decius cōs. 520. in causa. Ob id solet princeps in gratia exprimere ista verba, *Quittons, remettons, & pardonnons, le fait & cas dessus dict, avec toute peine, amende, & offense corporelle, criminelle & civile, en quoy pour occasiō dudit cas, il pourroit estre encouru enuers nous, & enuers iustice, &c. satisfaction faitte à partie civilement tant seulement si faict n'est, &c.* De hoc scripti in ordin. reg. rub. de gratiis. Octauo legitimatus à principe, quamus possit succedere patritiamen si legitimetur post mortem patris, illi non succedit, quia ius quæsumum princeps non intendit tollere. Bart. Iaf. & alij in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. Francis. qui. consil. 168. habita. & Cuman. consil. 168. Reuerendus. col. 2.

Noно vassallus negans feudum, & vt dicunt, *desauit son seigneur*, perdit feudu. §. vassallus. in 22. si de feudo defuncti cōtentio fuerit inter dom. & agnat. vassalli, nisi in quibusdam casibus descriptis a Boco. in §. 13. & seq. de consue. feud. in cōsue. Bitur. Et si impetraverit literas regias, vt eo non obstante non priuetur feudo, ille literæ non comprobabuntur nec interinabuntur, quia inciules. Nam rex non videtur velle tollere ius quæsumum per negationem, & vt vulgo dicā. *desauit*. c. i. de reb. eccl. non alienā. in 6. quod est no. quia vidi in causa ardua dubitari. & dicūt quidam interuenisse Arrestū ad utilitatem do. Ioānis Bertou doctoris in medicina, contra Sangum præpositum Syluanensem.

Decimò ista regula, dummodo ius alteri quæsumum, &c. præseruat habentes ius in re: sed derogat habentib⁹ ius ad rem: vnde si mandatarius vacans benefi

beneficium in vim sui mandati acceptauerit, & ante quam sibi prouisum fuerit Papa alteri conseruat, valebit collatio: non erit subreptitia imprestitio, licet de acceptatione non fecerit mentionem, do. de Rota. dec. 244. licet de more. in nouis. Cald. conf. 8. in f. rub. de rescr. Roman. conf. 256. Quod non habet locum in hoc Franciæ regno, praetextu ordinationis regiæ, volentis Papæ præventionem non habere locum, post mandatarij acceptationem & pertex. in §. declarantes, vbi scripsi in verb. iure præventionis. de mand. apost. in concor.

Vndeclimo iuri in re, qd. quis habet ex electione vel collatione, non videtur Papa derogare: secus in iure ad rem, qd. habuit ex acceptatione: qd. a postea iterum non præstaretur, vel non eligeret: sed bene iterum poterit beneficium in vim sua gratiæ acceperare, teste dom. Gome. hic in 2. qd. fallit in subrogatione, per quam etiam nō videtur tolli ius ad rem ex acceptatione proueniens, vt consuluit Aegid. Bellam. in conf. 35. vtrum. in fin. & Ioan. de Selua. in tra. de benef. in 3. part. q. n. in 25. qualitate.

Duodecimo, priuilegium motu proprio cōcessum, extenditur ad item pendente, etiam si de ea non fuerat facta mentio. gl. singul. in l. qui autē. ff. qui satisd. cogan. quod est verum si nulli afferat præiudicium, alias contra, quia iuri tertij non videtur princeps voluisse præjudicare, vt hic. & hoc dicit Spec. in tit. de dispensatio. §. qualiter, vers. diximus ergo. Refert Ioan. Staphil. in tract. de literis gratiæ. rub. de effectu & vi clausularū. fol. 85. vers. secundo, & c. principaliter.

Decimotertio hæc clausula etiam intelligitur in concessione facta minori, vel militi. l. impuberi. ff. de administ. tut. Iaf. in l. beneficium. col. 4. num. 20. ff. de constit. prin. etiam si concessio fuerit facta pia causa. Alex. in l. pactum quod doctali. col. 2. C. de pac. Gomes. in hac reg. q. i.

Fallit quando de voluntate concedentis constaret, qd. vellet præjudicare tertio. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publ. fiat, vbi quod princeps non solet concedere, si cōcesserit valer: sed facile hoc non concedit princeps. l. 2. de nata. restit. ergo si concedat videatur valere, & hoc consulunt. Paul. Castr. conf. 187. donatio. col. 2. part. 1.

Et tunc tertio præiudicabitur, in illis casibus, in quibus de iure potest, de quibus no. doc. in c. qua in ecclesiis, de constit. & scribunt maximè in beneficialibus, in quibus Papa habet plenaria & potestatem. c. 2. de præb. in c. cū dilectus. in verb. nec iuri. de consue. & gl. huius reg. canc. ita firmat. Ego tñ putaré contra qd. licet in illis habear plenaria potestatē conferendi, vniendi, diuidendi, & alias disponendi: tamē ius partius tollere nō potest, vt plenē scripsi in tract. nomin. q. 21. nam quæ iustitia potest esse vt alicui tollatur beneficiū rō: laboribus acquisitum, sine causa. c. super hoc, de renū. sic decidi. Card. Zaba. conf. 142. pūctus. q. col. 2. nu. 3. & seq. In leuiibus forrē & patuis tolleratur forrē talis derogatio præiudicij tertij in magnis verò non per gl. in d. l. 2. §. si quis à principe, & l. scio ff. de in integ. rest. & in l. sed cum ab herede, ff. ad Treb. quam notat additio an Panorm. in c.

suggestū, de dec. & Iaf. in l. beneficium, col. 4. ff. de constit. prin. facit. gl. in c. cum olim, in verbo, præiudicium de consuet. Card. in c. mandatum. 7. not. de rescr.

Tamen qn Papa, vel princeps tollit ius quæsitū alteri de plenitude potestatis, tenetur sibi, de simili beneficio prouidere, vel de æquivalenti bono, per gl. & ibi Bal. in c. vno. de alaudiis. col. 5. nu. 21. in feud. gl. in l. si locus. §. f. ff. quemad. seru. amit.

Secundò fallit quando Papa contraxisset cum parte, recipiendo multam pecuniam probulla, seu compositione, tunc poterit addere clausulam in signatura, placet quatenus tollatur ius quæsitū & tunc si fuerit ius quæsitum per ius posituum Papa derogabit: secus si per ius gētiu. gl. sing. in l. 2. C. de precib. Impera. offerend. l. item verberatū, de rei vend. Quod intelligerem verum, de iure quæsito pontifici: sed alteri tertio vt in Francia, ex hac causa in forensi iudicio sustineretur, quamvis hoc expresse scribat Ioan. Staphil. in tract. de lit. iustitiae. fol. 162. vers. insuper inter alias. rub. de lit. iustitiae.

Tertiò fallit, quoad ius querendum spe non approbata. Ang. conf. 264. do. Papa. Vnde potest derogare reg. de viginti diebus, quamvis possit esse præiudicium illius, qui habebit collationem per obitum. arg. l. qui autem. ff. quæ in fraud. credit. & idem de legato conclusi in gl. Concor. in §. præfatiq; graduati. in verb. vacare. de colla. Itaque Papa tunc à iure quærendo potest etiam sine causa excludere. Bal. in l. 2. C. de iur. & fact. igno. vt refert Carol. Ruin. conf. 70. Quia id. in §. vol. vbi dicit, qd. si spes esset approbata, vt potest quia aliquis est proximior alicuius, non poterit Papa auferre successio nem illius quominus proximior succedat, vt dicā inferius in rescripto legitimatio.

Item valet cōcessio principis, vt quis possit molendinum construere in fluminе publico, licet alteri molendino præjudicetur. Bal. conf. 71. casus talis est. in l. vol. doct. in l. quominus. ff. de fluminib. Item valet gratia facta delinqēti, licet bona aliqui fuissent acquirenda alicui Baroni, vel Duci, vt tenet Ioan. Gallus. in q. per arresta. q. 254. sed ego non inueni in libro mēo. Licet hoc referat Imbertus in instit. Forensi. pag. 62. libr. 1. sed pro hac sententia est tex. in c. cum secundū leges. de hæret. in 6. doc. plenē in l. seruus. vbi etiā addidi. C. de pac.

Quarto limita quando aliás cōcessio nihil operatur. Calder. in disput. incip. Dom. Papa. col. 12. Vnde si Papa mandat duas ecclesiās vñiri, intelligitur etiam cum præiudicij tertij, sequitur Fel. in c. super eo. de offi. deleg. Intellige in his, quæ arbitria sunt principi, & manualia, secus in aliis, vt not. Alcia. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. II. per illud, quod not. Abbas. Panor. conf. 84. illud in summa. vol. 1. vbi valet rescriptum principis, ex certa scientia confirmans donationem non insinuatam, & tenet etiam in præiudicium filiorum, quibus erat ius quæsitum spe probabili, quia ista solētias est introducta de mero iure posito, quod est principi arbitriatum, & istud est notandum pro ordinatione nouissima Franciæ, quæ vult non valere donationes sine insinuatione.

Quinto quādo Papa facit mentionē de iure, hic videtur intellexisse de iure perpetuo duraturo: non autem de duraturo ad tempus, quia isti bene intendit derogare. l. pro parte. §. versum. ff. de inrem vers. vbi. gl. allegat alia iura similia.

Sexto, ex causa publicæ utilitatis. l. item si verberatum. §. i. ff. de rei vend. & l. Lucius. de euict. Bart. in l. f. C. si contra ius Paul. Castrén. conf. 178. donatio. colum. i. in l. part. facit. l. si quis in graui. §. vtrum. ff. de Senatus cons. Sylla. doct. in l. conuentiōnum. ff. de pacē.

Septimo, quando ex voluntate principis res fuit alicui quæsita, & ipse fuit causa querendi, tunc sola voluntate potest auferre: sicut sola voluntate illi acquirere voluit, quia omnis res per quascūque causas nascitur per eas & dissoluitur. reg. i. de reg. iur. in decret. Vnde inferunt doct. q. dominū acquisitum ex præscriptione auferre potest. Angel. in l. Lucius. ff. de euiction. Bald. in l. f. col. 2. C. sent. rescindi non posse: sic consuluit Francisc. conf. 138. habita. col. 2. nu. 5. alibi de hoc scribo an verum sit.

Octauo, de absoluta potestate, ius tertij princeps tollere potest, etiam si agatur de graui præiudicio. gl. & doct. in l. f. C. si contra ius, &c. & doc. in l. quoties. C. de precib. imp. offeren. Inno. & alij in c. quæ in ecclesiārum. de const. refert Francisc. conf. 174. in causa. col. 2. nu. 9. Sed ista potestas absoluta est potestas tyrrannica, quæ verius diabolica dici potest procedit enim à potestate iniuriosa, & quæ est contra legem diuinam, de qua superius dixi, de Nabo loquens. Estq. contra legem naturalem, ciuilem & canonicam.

Nonò, ius quæsitum purè Papa hic tollere non intendit: secus de iure conditionali, & in pendentia existente. l. si ita scriptiss. ff. de leg. 2. hoc expressum tradit Ludo. Roma. conf. 256. Approbo. in f. quem sequitur Fel. in c. super literis. col. 7. num. 11. in 5. reg. de descr. quia est ius quærendum, non verè quæsitum.

Vltimo, hic etiam ampliat Papa, quod etiam si concederit ante item motam, siue postea: siue ab eo emanauerit, siue ab altero de mandato eius, q. a postquam ipse non vultius quæsitum tollere, ipse videlicet magister & dominus, multo minus vult ut aliustollat suo mandato: quia non dat pleniorē potestatem, quam habeat, & sibi retineat. c. dudu. de præb. in 6. multa alia hic pertractarem: sed breuis esse cupio & per ista alia decidi poterunt.

R E G U L A X V I I I.

Ista regula, multis doctorum opiniones tollit scriptas in c. super inordinata. de præben. & in hac quietendum est videlicet quod infantes nullum beneficium habere possint absque Papæ dispensatione. Card. Alexander in c. de his. 28. dist. Post septem annos recepta prima tonsura, beneficia simplicia, quæ in nomen rectoria non sonant habere possunt, si maturitatem cōsiliū non exigant c. 2. de c̄ta. & qualit. c. si eo tempore. de descr. in 6. nisi certum haberent ordinem annexum. c. ej. cui prouideri. de præb. lib. 6.

Ad canonicatus ecclesiārum collegiatarū post decem annos habiles sunt: & post quatuordecim

annos etiā ad præbendas ecclesiæ metropolitanæ vel cathedralis: licet Anchæ, in c. ex inlinuat. dc simo. dicat impuberes posse esse canonicos in ecclesia cathedrali, quamvis contrariū dicat Pan. in c. præterea. de ætate & quali, cuius opinio approbatur hic, & sic requiruntur quatuordecim anni completi: nec sufficeret attingere, vt in l. qua ætate. ff. de testa. c. cūm in cunctis. §. inferiora. de elec. postquam hic est expressum, & hoc fuit prius ordinatum per Gregorium II. vt in dec. Rotæ continetur, dec. 324. supposita, in nouis. Ægid. de Bellamera. dec. 227. supposita. Solet tamen dispensari ad canonicatus & præbendas in cathedralibus etiam metropolitanis, ac in collegiatis ecclesiis, cum constitutis in octavo anno. vide text. & ibi doctores, in cap. ex eod. de electio. in 6. & Imol. in clem. fin. de ætate & qualit. de omnibus ætatibus, vide quæ scripti in tract. de pacif. possess. num. 174. & sequēt. limit. 4.

Nota tamen ex hac regula, q. mandata impretrata per minores, non valent, si non fiat expressa mentio ætatis, per hanc regulam, etiam si in mandato de prouidendo fuerit clausula, pro expressis habentes, &c. quod est notandum, quia hic annulat illa mandata, intellige ad præbendas, & canonicatus ecclesiæ cathedralis, vel collegiatae: cūm hic requiratur: specialis & expressa mentio, quæ non dicitur per illam clausulam, pro expressis habentes, &c. vt no. Bar. in l. f. ff. de vulg. dixi in gl. pro expressis. in forma mand. Nec in vim huius mādati debet isti minori, pūideri de his canonicatibus & præbendis: de aliis beneficiis fecus, si ad illa sit habilis, q. a in mādato Papa nō habet ætatem pro expressa: sed solum beneficia & eorum valorem & dispensationes: ergo alia exprimi debent, nisi tollatur per clausulam motu proprio, vt dixi ibidem.

Idem est si minor impetret præbendam in ecclesia nostræ dominæ Parisi. vacantem: nisi suā exprimat ætatem, etiam impenetratio nō valebit, quod est notandum.

R E G U L A X I X.

Item voluit, quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium, siue simpliciter, siue ex causa permutationis, & postea infra viginti dies, a die per ipsum resonantem prestanti consensu cōputandos, de ipsa infirmitate decesserit: ac ipsum beneficium cōferatur per resignationem sic factam, collatio huiusmodi nulla sit, ipsumq. beneficium per obitum vacare censeatur.

Si quis,

Cōprehendit foeminas sic resignantes, cūm hac appellatione, si quis, foemina cōprehendatur. l. i. ff. de verb. signif. vbi abundantius dixi. gl. in c. generali. de elec. l. 6. Et quia hæc regula est ad fraudes evitandas introducta, ne is qui nō potest beneficium tenere, de illo testetur resignando, nam de iure nō succeditur in beneficiis iure consanguinitatis, cap. i. de præben. & hoc etiam tendit in præjudicium

iudicium expectantium mandatiorum, vel nominatorum, igitur debet restringi. Imò etiam in Papa habere locum hanc regulam voluit Gomesius in commentariis huius regulæ, q. i. cui assentio si non fuit dispensatum, quia tunc Papa noluit seipsum obligare. Sed nō difficulto, quia ratum est. In Cardinalibus resignantibus aliquid beneficiū, factor habere locum, cùm in generali dispositione concernente animę salutem & bonum publicum Cardinales comprehendantur. Geminia. in cap. si propter de rescr. & Gomes. hic. q. 3. Et hanc regulam seruari in episcopatibus & abbatiis ac prioratibus electiis quorum nominatio ad Regem in hoc regno pertinet conclusi in §. i. in verb. dispensiosè, de regia ad prælaturas nominatione facien, in concord.

In infirmitate constitutus.

Ex hoc textu colligenda sunt requisita, antequam ista regula locū habeat. Primò enim requiritur, q. aliquis sit in infirmitate constitutus, ibi constitutus. Ergo si esset sanus, licet moriatur postea fato quodam, non habebit locum hæc regula. Facit. c. de his, qui, de sepult. vbi si quis in infirmitate constitutus, & sua donet monasterio, parochialis ecclesia canonicam portionem habere debet: securus si sanus donauerit: nisi præstiterit consensum resignationi post infirmitatem, vt declarauit Papa Paulus in fine regularum suarum. Quia paria sunt resignare, vel præstare resignationi consensum. Doct. in Cle. vna, de renunc. Vnde si quis sanus resignet, & post datam supplicationis in infirmitate incidentis consentiat, si à die istius consensus non vixerit 20. dies, beneficium per obitum vacabit, vt est videre in regula Pauli. Et est bona declaratio quam probat iste textus, & Fracif. Marcus ita docet. q. 284. in 1. parte. Ideo qui dicit infirmitatem, eam probare debet, sicut qui dolum allegat. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. Nisi resignans statim post resignationem mortuus fuerit, quia tunc presumitur, quod ante fuerit infirmus: & hoc refidet in arbitrio iudicis discutere, quando statim, vel non. l. vna. C. de emenda. seruo. per gl. ibi.

Intellige, siue fuerit tempore resignationis leuis febricula, vel ver⁹ quartana, seu alia grauis aut dura infirmitas. Nam sufficit per hunc textum q. moriatur ex illa infirmitate. Nam aliquando in principio leuis adebet infirmitas, & postea sensim, si eidem non occurratur, fit grauis, licet aliquando differentia in alia materia. l. quæsitum. ff. de re iud. l. 2. ff. si quis cautio. Intellige de infirmitate corporis qua carnē & corpus grauat, & postea dissoluit, nam de hac loquitur d. l. quæsitum. ff. de re iud. c. nisi cum prideam, de renunc. c. cum infirmitas, de pœnit. & remiss. vbi Pan. scribit sex causas, ex quibus infirmitates solent hominibus evenire: & in quibus proficit tradit. Benedictus in repet. c. Rayn. in verb. mortuo num. i. de testa. fen. de infirmitate animi que est in furioso, prodigo, auaro, & aliis de scriptis in l. 1. & seq. ff. de ædil. edicto. De hac non intelligitur hæc regula, sed de vtraque infirmitate. Vide per tex. & doct. in l. 2. de test. quia resignatio ab his facta non valet, nec alij actus. Ergo benefi-

cium non vacabit nisi per obitum. l. in negotiis. ff. de reg. iur. c. i. & c. si quis insaniens. 15. q. i. & quādo loquitur de infirmitate intelligimus de infirmitate corporis. c. cum infirmitas. de pœnit. & remiss. Nec etiam intelligitur de sene, qui propriè non dicitur infirmus: & cui non conueniuntur verba, nec dispositio. c. indemnitatis. §. supradicta: de elect. in 6. Et iata est differentia inter senes & infirmos. nam quādoque videmus senes ita plenè robustos ut iuuenes, maximè qui in castitate vixerint. Nā hircosos (vt ita dicam) senes ferè valetudinarios cernimus. Ob id dicerem quod si senex nulla valetudine extranea detentus, sed senectute tantum resignauerit, licet postea ex superueniente infirmitate obierit intra 20. dies, non habebit locū hæc regula: sed resignatione valebit quamvis contrarium videatur tenere. gl. in prag. sanct. in §. Item quod omnia. in verb. permutationis, quam literam scribit more suo. Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. q. 18. Et sic dicerem non habere locum in fano renunciante metu pestis instantis: nec in eo qui volebat inire duellum cum alio, vel in volente ingredi mare, aut bellum: quia non sunt constituti in infirmitate, vt text. dixit.

Resignauerit.

Secundò ergo requiritur quod is infirmus resignauerit: nam si resignare promiserit, non procederet regula: quia aliud est promittere resignare, aliud resignare. arg. l. aliud. ff. de reg. iur. Dec. cōf. 502. habet locum in cedēte commode per dec. 32. Paschalius, per Caffad. quia dixi hodie vacare beneficia per commendatarij mortem, sicut per obitum eius qui in titulum habet, in tract. de pacific. possessor. in 5. amplia. nu. 35. & seq. Præpositus in c. cum autem col. 6. dist. 44. vts. restat dubitatio, & habet locum in quacunque resignatione, siue fuerit facta reseruatis fructibus, siue non: cum semper dicitur resignare & cui adaptatur verba, & dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damno infect.

Item si quis resignasset corā ordinario in causa permutationis, & postea coram Papa simpliciter: si primo fuerit facta resignatio ab infirmo coram ordinario, & ab ordinario admissa, valebit, si viuat ultra viginti dies. Si vero moriatur intra, non valebit collatio facta ab ordinario per istam regulam. Si vero fiat à Papa etiam non valebit interim, q. a. non vacabat beneficium: & sic non potest Papa illud conferre: & ita fuit indicatum, vt dico in §. volumus, in gl. vlt. de colla. in Concordatis, vbi vi. de alia.

Aliquod beneficium.

Tertiò requiritur quod resignauerit beneficium ibi, beneficium, quod largè intelligitur, vt cōprehendat etiam dignitates, per gl. in regula i. de reg. iur. in 5. & in Cle. auditor. de rescr. & quacunque alia beneficia ecclesiastica, siue regularia, siue secularia, cum text. hic loquatur simpliciter: atque officia ecclesiastica, & capellas & capellaneas. gl. in cl. 2. de decim. Fel. in c. postulasti. de rescript. in tract. nomin. q. 6. Intellige, si unum resignauerit, siue plura. arg. l. 3. §. i. ff. de nego. gest. & scripsi in §.

præfatiq; graduati.in verb.nominationis. de coll. in Concord.

Non ergo haberet locum in officio prophano resignato coram Rege : quia tunc oportet quod 40. dies viuat resignans ex statutis Regni Fraciae, & eius communis obseruantia. Vnde quando officij regij admittitur resignatio, solet Rex in literis excipere, dummodo resignans infirmus non sit, & viuat per 40. dies, ut habetur in dec. Francif. Marti. 284. Intellige quando resignans ius habebat in illo beneficio: alioqui contra. Vnde si beneficium vnitum quis resignauerit quod possidebat: federat vnitum in eius vita vt poteſt fieri etiam eo non consentiente. Cle. vlt. de reb. eccl. non alien. licet moriatur ante 20. dies non censetur vacare per obitum, per hac regulam, nec alio modo: sed vno sortitur effectum.

Idem dicemus, si aliquis infirmus resignaret beneficium alterius: nam licet ipse moriatur ante 20. dies, illud beneficium non vacabit per eius mortem. Nam beneficium quod quis habet, sine suo facto auelli a se non poteſt. I. id quod nostrum. ff. de reg. iur. quia non potuit resignare quod non habebat. I. si viuueret. C. de legat. §. seruus. Inst. de cap. dimin. Requiritur ergo quod is qui resignat, ius potentius habeat. Et sic dixi, quod si ex tribus colligantibus vnu in infirmitate constitutus resignauerit, & moriatur, beneficium quoad alios colligantes non vacabit per obitum, nec erit nouopus imperatione. Secus si ius potentius haberet, quia tunc etiam haberet locum regula: ut poteſt si non levatis bullis quis resignaret ius prætensum, tunc ista regula procedet. Nam qui ius ad beneficium habet, ipsum beneficium censetur habere. I. qui actionem. ff. de reg. iur. & quia ratione huius textus habent locum in isto, ergo & decisio.

Sive simpliciter, sive ex causa permutationis.

Quarò etiam procedit in quaunque resignatione sive simpliciter facta fuerit, sive ex causa permutationis. Is tamen qui habuit ex causa permutationis, secundum quosdam, si superiuuat, recuperabit beneficium infirmo collatum ratione permutationis, & alterum beneficium vacabit per mortem illius qui decessit: & fortè iste permittans carebit utroque qd non est iuris concessionē vnu. Clem. vna, de rer. perm. & in fraudem fecit istam permutationē, ut pinguis beneficium haberet. Ideo dolus & fraus non debent ei patrociniari. c. fedes. & c. ex tenore. de rescr. & quia debet cogitare istum mori posse ante 20. dies, & posse suum dimittere beneficium, posuit se in necessitate. Eadem ergo non est subueniendum. I. si fideiussor. §. i. in f. ff. qui satisfare cogantur. Et pro hoc est. tex. formalis in c. 2. in fin. de renun. in 6. ibi, & idem renuncians habita omnino careat & ambita. Intellige, quod beneficium illius qui obiit facta permutatione, ante 20. dies, vacabit per obitum illius: & de hoc non est dubium. Sed beneficium resignatum per sanum, etiam vacabit per resignationem, quod hic annullatur collatio infirmi. Et

vult text. quod per obitum censetur vacare: & nō potest valere permutatio ex vna parte. l. i. ff. de rerum permut. & inferius diceatur, qd est norandum.

Secundò intellige istam regulam habere locū sive permutatio fuerit facta de æqualibus beneficiis, sive de inæqualibus: cum text. loquatur indistincte de permutatione, ergo de omni permutatione, vt not. Host. in sum. de rer. perm. & doct. in rubr. illius. tit. per l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Et si voluisse hic Papa de permutatione tantum loqui ad beneficia æqualia, dixisset, iuxta. c. ad auctoritatem. de dec. Et eadem ratio procedit ad inæqualia, quia videtur testari de beneficio & priuat ordinarium sua collatione, & nominatos atq; alios expectantes: nempe si infirmus habeat beneficium in episcopatu Aurelianensi, quod permittat cum altero beneficio situ in episcopatu Parisiensi, & postea moriturante 20. dies. Si non esset hac regula nominati Aurelianen. essent priuati illo beneficio. Quia beneficia causa permutationis vacantia, nō debentur eis. §. volumus. de colla. in concord.

Nec refragatur qd haec regula extracta sit à visceribus. c. 2. de renun. in 6. & sic debet intelligi secundum illud: quia resp. illum tex. esse factum, vt obuiaretur fraudibus, quæ fiebant expectantibus per istas fraudulétas permutationes. Itē verò tex. est factus ad obuiandum fraudibus quæ fiebant ordinariis & expectatibus, ne quis testetur de beneficiis, & ne in illis sit successio; iuxta. c. i. de præb. à quo dicemus potius hanc regulam elicitem, & ad obuiandum malitiis eorum, qui suadēt infirmis vt beneficia sua resignent, ut dixi in tractatu nominatio. q. 17. nu. 55.

Item dicatur, cestet fraus, quando sunt æqualia. Resp. non est licita successio ut dixi. Et quādo sunt plures rationes, vna cessante non cessat dispositio. §. affinitatis, de nuptiis, in inst. Nec obstat qd haec decisio est odiosa, ut sic restringenda. I. cum quidam. ff. de liber. & posth. Resp. Imò est fauorabilis, quia iuri conformis, & facta ad vitandas fraudes. Et miror quòd D. Gomesius teneat contrarium super hac regula. q. 19. dicens esse odiosam: & in aliis fermè questionibus supr. dixit esse fauorabilem: quia concernit animæ utilitatem, & bonum publicum: hoc in q. 1. 3. 5. & 6. ac plenius. q. 17. & sic valde fuit sibi contrarius in hac regula.

Et postea infra 20. dies.

Quarò requiritur, quod resignas moriatur infra 20. dies si post, nō habet locum regula: & mors dicitur hic, quando anima separatur à corpore. I. si mater. C. de inst. & subst. Quomodo mors probetur tradit. Alex. conf. 25. in 5. vol. Et hic capitur dies pro die naturali 24. horarum, prout more Romano sumitur & communiter. I. more. ff. de fer. Scripti in l. 2. ff. de vei b. sign.

A die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos.

Quinto computantur isti 20. dies à die cōsensus præstandi. Hoc addidit Paulus tertius, & sic computatur. Nam si quis resignauerit Calēdis Januarij 21. die, cēsetur vixisse 20. dies: & si vixerit post resiguationem

gnationem per 20. dies, à die tamen consensus, per decem octo dies, non censetur superuixisse: ita qđ beneficium vacabit per mortem. Et intellige siue consensus fuerit præstitutus per procuratorem, siue per resignantem, nec sufficeret cōsensus præstitutus per constitutionem procuratoris, sed requiritur quòd consensus præstetur ubi sit resignatio. Etsi qđ bis resignauerit, sufficit quod viuat 20. dies à die consensus præstiti primæ resignationi: quia illa valet, altera non: & ob primā resignationem nullum habebat amplius ius resignans. Ideo iterum resignare non poterat. c. In præsentia, cum aliis multis, de renun. c. inter, de præb. nec secūda resignatione inutilis impedit primam vtilem, iuxta not. in l. certi condic̄. S. quoniam ff. si certū pet. c. ex tenore, de rescr. Imò si quis primò resignauerit ante procuratorum & postea tempore cōsensus procuratorum fuerit, non valet collatio, nisi denuo conferatur, quia pars non potest ratificādo conferre: ideo opus esset novo conferentis consensu: quia in partis non est potestate ratificare collationem nullam: sed requiriur consensus cōfereatis & resignantib. Vide quę dico infrā in reg. de publican. resignantib. Et sufficit quòd sit infirmus vel tempore quo constituit procuratorem ad resignandum, vel si id temporis erat sanus, & tempore consensus præstiti erat infirmus, habebit locum hæc regula, cūm hæc duo tempora hic considerentur, videlicet resignationis & præstandi consensus. Etoportet quod his duobus temporib. sanus sit, sicut de testamento & hærede dicimus in §. in extraneis. Inst. de hæred. qualitat. Bald. in c. constitutus. de rescr. Nam qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. i. ff. de noxal. Ita qualitas est iuncta verbo ergo debet intelligi vel de tempore resignationis, vel de tempore consensus, ut hic patet. Hodie de stylo curiarum Franciæ, illi 20. dies computantur à die admittæ resignationis, & hoc in favorem tam ordinariorum graduatorū, quam nominatorum: & sic fuit sa. pius in parlamentis Galliæ iudicatum. teste Boët. q. 348. Quæritur. Ex quo inferatur, quòd dies consensus nō computatur in termino viginti dieum, & hoc probatur per dictionem a. quæ separatione & expulsionem denotat, per gl. in l. datio. ff. de actio. empt. & c. statutum. de præb. in 6. Vnde si quis resignaret. Calend. Iulij, & vixerit usque ad vigesimum diem, quòd adhuc habebit locum hæc regula, ut censeatur per obitum vacare, quod est notandum.

De ipsa infirmitate decesserit.

Sextò requiritur qđ resignans de ipsa infirmitate decesserit: alias si fato quodam moreretur, non habet locum hæc regula, ibi, de ipsa infirmitate decesserit, & hoc dicit, gl. hic. & Fran. Mar. q. 85. in decif. Delph. par. i. Et dicitur tamen mori ex infirmitate, etiā si febris, ratione illius superuenerit, vel aliquid acciderit ex ipsa infirmitate: secus si extra prouenerit, c. 2. de cler. percus. & c. continetur. de homicid. Adde. l. alumna. ff. adim. legat. Facit. c. de his, de sepult. Vnde si aliquis in infirmitate constitutus resignauerit, & postea aliquis eum gla-

dio occiderit, non habebit locum ista regula, quia non decepit ex ipsa infirmitate, per tex. in l. Item. Mela. §. Celsus scribit. ff. ad legem Aquil. & Soc. in repet. c. ad audientiam. in 7. q. pr. in 35. q. de homic. Et liberatio facta per abbatissam infirmam non valet, si de infirmitate decesserit, teste Matthæo de afflictis in decif. Neapolit. quæstio, 168. vtrum quietatio. Relinquitur igitur arbitrio medicorum quando ex ipsa infirmitate decesserit. Bartol. in l. si in rixa, ff. ad legem Corneliam de siccari. Plenè scripti in repet. l. diuus. ff. de senatus consulto Sillania. Et quia nunquam bene reconualuit, præsumitur ex infirmitate illa decessisse, quo ad hanc reg. gulam: secus quo ad puniendum delinquentem, pœnalegis Corneliae de siccari. Felin. in c. presbyterum. de homic. & Hippolyt. conf. 7. Quotuplex sit mors, vide per Lucam de Pen. in l. i. col. 8. C. de defector. lib. 12. & Car. in Clem. i. vt lite pendente.

Ac ipsum beneficium quavis autoritate conferatur per resignationem sic factam.

Septimò requiritur, quod ista resignatione sit admissa vel per Papam, vel legatum ordinarium, vel alium, ut ex his verbis constat. Et in regestris curia Parisiens. habetur, quòd si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium ubi cunque, etiā si in curia Romana, & extra. & sic conuenit huic declarationi per Papam Paulum editæ, in dictis verbis.

Ex hoc patet habere locum coram ordinario, ut plenè scripti in tract. nominat. q. 17. ham si aliquis infirmus resignauerit coram eobeneficii, vel simpliciter, vel causa permutationis: & postea resignas moriatur ante 20. dies, illud beneficium poterit iterum conferre ordinarius. Quia de nouo vacat, per hanc regulam, & quotiescunque vacat ordinarius potest illud conferre. Imò duo iura cōcurrunt in eum, videlicet ut conferat & quādo vacat per resignationem, & quando per non promotionem, vel per obitum: aut alias, & sic censetur habere vim duarum personarum. l. si cōsul. ff. de adopt. & sicut alter conferre illud beneficium potuerit, ita & hic, quia quādo duo iura competitum vni sublato uno alterum remanet ille/um. l. si domus. vbi Bart. ff. de seruit. vrba prædia. l. quoties duplice, de reg. iur. nec refragatur quod variatio sit prohibita, maximè collatoribus. Cle. vna, de renunc. respon. verum esse contraius, & in malum: sed iure permittente, licet. Imò magna prudenter est si reuocaueris id quod male egerris. c. magna. 22. q. 4.

Nec prima collatio potest impedire secundam: quia prima nulla effecta est huius regulæ auctoritate, & sic quod est nullum, non potest impedire secundam collationem. Docto, in c. ex tenore, de rescript.

Et hoc easduabus poterit idem beneficium cōferri: quia bis vacavit per resignationem, videlicet & per mortem, nec est dividere beneficium conferendo duobus, quando diuerso tempore. c. tuæ, de præb. scripti in gl. concord. in verb. vni. §. i. de collat.

Imò collator si non cōsideret istud beneficium.

sic nunc per mortem vacans puniretur, ut dicitur in c. de multa de præb. ergo potest & debet illud conferre, ut plene scripti in tract. nominatio. q. 17. num. 5. ibi vide, si non graviter. Nec est verisimile quod Papa voluerit in uno loco per hanc reg. prouidere, videlicet Romæ : & adscribere sibi legem, & non aliis. Imò puto, quod omnem fraudem, per hanc regulam voluit excludere, quæ sit resignatio præcipua in fauorem, nam quodammodo videtur fieri testamentum de beneficio, quod est perniciosum, & ita in rota cōclusum, ut refert Do. Casfado. in dec. 31. s̄apius in dec. super regulis cancellariæ ita iudicatum fuisse, & Do. Gomes. in hac regul. q. 26. & ego etiam dixi, sic in Francia fuisse iudicatum in d. q. 17.

Et si uno die fuerit facta collatio per Papā cum derogatione huius regulæ & eodem die per obitum ab ordinario, Papæ collatio præsumitur prius facta tam ratione prærogatiue c. si à sede, de præb. in 6. quam etiam resignationis, ut fuit decisum in hoc senatu anno 1524. die 24. Decemb. & valebit; per ea quæ notat. Fel. in c. in nostra, corolario 18. & in c. capitulum, de rescr.

Etiam non habet hæc clausula locum si collatum fuerit beneficium per priuationem, licet is, qui priuatus sit, esset id temporis in infirmitate cōstitutus, nam hæc verba non conueniunt. & sic nec dispositio c. indemnitatis. §. supradicta. de elect. in 6. & iste. text. dicit per resignationem conferatur. Alia est vacatio per resignationem, alia per priuationem. c. suscepsum. de rescr. in 5. c. sum in illis. §. 1. & seq. de præb. ibidem. & cessat rationes propter quas est inducta clausula, ergo cessabit & ipse regula.

Collatio huiusmodi nulla sit.

Et sic collatio facta per resignationem, est nulla. Quodigitur nullum est, nullum producit effectum. Vnde vidi dubitari an hæc collatio facta ei, qui habet duo beneficia, faciat ea vacare, per tex. in Clem. si plures de præb. respon. quod non postquam est nulla, nullum effectum producit. vulgata regula, non præstat impedimentum, &c. Sitamen in vim ipsius collationis adipisceretur possessionem illius tertij pacificam, vacarent duo alia, ut ibi. Sed cum nulla sit collatio, ea non præbet coloratum titulum. Ideo si per triennium non possederit non iuuabitur beneficio de pacifico, posselli. ut abunde scripsi in tract. eod. de pacifico, posselli, in concord.

Iplūm q̄ beneficiū nihilominus per obitum censemtur vacare.

Addit præterea iste. tex. quod non solum collatio per resignationem facta, nulla est: sed etiā beneficium cēsebitur vacare per obitum, & poterit cōferri tanquā per mortem vacas, etiam ab eodem collator c. q̄ contulerat per resignationem, q̄a diuerso iure vacat, nec iste text. distinguit an ab uno & eodem, vel à pluribus. Ex quo patet q̄ actus factus per infirmum in præjudicium tertij, nō valet. Vnde emācipatio facta à patre de filia, ut testetur: non valet in præjudicium illorum, ad quos hære-

ditas deuoluebatur. Anch. cōf. 430. fuisse, quia in fraudem cēsetur fieri. Plura adducit Bened. in repet. c. Rayn. in verb. in extremis. num. 23. & seq. de testam. & plenè Barba. in c. in præsentia. nu. 38. de probatio. nam censemtur fieri in fraudem, & præiudicium illius, ad quem beneficium, vel res debet venire post mortem, cui fraudi hic resistitur etiam quia is, qui est graui infirmitate detentus facile resignat. Et hoc videtur ab eo donari: quia postquam non potest illud beneficium habere vult ut alias post mortem habeat, & sic videtur testari de beneficio, vel causa mortis donare. l. 1. & seq. ff. de dona. causa mort. nā si hic non resignasset, vacasset beneficium per mortem, ita etiam vacabat, q̄a resignatione pro non facta habetur, per hanc regulam docet Ioan. de Selua in tract. de benef. in 3. part. q. 46.

Tenetur tamen hic resignationis, si in fauorem certar personæ resignet, & ipsa sit inhabilis, & ei conferatur ad intercessione illi ecclesiæ, & in conscientia, ut abunde docui in repet. c. postulasti. in gloss. de clericis excom. ministr.

Secundo ex ista regula concludit Ludo. Rom. conf. 342. quo ad primum. col. 1. quod licet nulla sit collatio per istum. text. tamen resignationis valebit: quia nō annullatur hic, & sic beneficium resignationis in curia, etiam si non sit derogatum huic regulæ, non poterit alteri conferri ratione reservationis: quæ tamen in hoc regno non habet locum, ut supra dixi: si verò esset resignatum coram ordinario, tunc nulla esset reservationis. Ideo ordinarius poterit postea per mortem conferre, ut etiam cōcludit Gomes. q. 33.

Tertiò patet hic collationem generaliter accipi etiā pro institutione & alia prouisione. per text. in c. vnic o. ut ecclesiastica beneficia sine diminut. conferantur, scripti in §. statuimus. 2. in glo. conferantur. de colla. in conc. & in §. 1. de mand. Apost. in concord. glo. collationem, ubi scripti presentationem large dici collationem. Ba. da. in ca. abbatem. de rescr. col. penul. sed hic expressit verbum. collationis, quia solita est s̄apius fieri quam presentatio. & plura alia adducerem & comprobaret: nisi Do. Probus plenè hæc deduxisset in addit. ad Ioan. Monach. in c. cum illis. de testa. ubi respōdet Decio contrarium consulenti, conf. 224. adde hic regulam in fine positam huic conformem.

Quartò patet quod hic vacat per obitum fictione istius regulæ, non verè: quia verbum, cēseatur, positum in hac regula, denotat fictionem. per tex. in c. 1. & c. 16. qui de procur. in 6. & c. 1. de arbitris, vide quæ scripti in regula de public. resig. in verb. non per resignationem. Ex quo infertur quod ubi beneficium vacans per obitum tantum debetur, non debebitur sic vacans, per hanc regu. vt in regula de impetrantibus per obitum, familia. Cardinalium, etiam si clausula, quoismodo esset inscripta, quæ veram vacationem & non fictionem videtur comprehendere. arg. 1. 3. §. hæc autem verba. ff. de nego. gest. Si tamen aliquis impetraret beneficium sic vacans per obitum simpliciter non debebitur ei nisi qualitates expresserit, & Papæ narrauerit. Quod est verum, q̄n esset alius impetrans: securus si esset, folias

solus. Not. Lapus alleg. 89.col. 6.vers. item decreta. & Fel. in c. ita nostra. corrella. 17. de rescrip. Alia ponit Gom. super hanc regulam, quæ licet videre.

REGULA XX.

Quod intelligat idiomam.

Item voluit, quod si contingat ipsum alii cui personæ de parochiali ecclesia prouide re, seu mādare prouideri, vel gratiam expe- etatiuā concedere: nisi dicta persona intel ligat, & intelligenter loquatur idiomam loci, vbi ecclesia huiusmodi cōsistit, prouisio, seu mādatū, & gratia desuper quoad parochia lem ecclesiā nullius sit roboris vel momenti.

Statuit hæc regula quod prouisio nō valeat, vel gratia de parochiali ecclesia facta ei, q. nō loquitur vel intelligit idiomam patriæ, etiā si in ea Papa diceret pro expressis habet, &c. de qua clausū. scripsi in gl. concorda. in verb. pro expressis. in forma manda. & fundatur Ezechiel. 3. cap. in princ. ibi, nō enim ad populum profundi sermonis, & ignotę lin guę tu mitteris ad domum Israël, quorum nō possit audire sermones, &c. quia Papa intendit unicus que in sua patria puidere, vt dicit tex. in c. bonę. 2. circa finē. de elect. quod nec vellemus ei preficere alienum, facit cap. nullus. 61. dist. l. in ecclesiis. C. de episcop. & cleric. c. fi de cleric. peregrin. ca. sanctorum. 70. dist. & sic expressio nationis requiritur in literis gratiæ, alias sunt subreptiæ p. supradicta.

Ratio est quia curatus qui ecclesiæ parochiali præficitur, tenetur audire cōfessionem suoru parochianorum, & illis pœnitentiā pro qualitate peccati iniungere. c. omnis utriusque sexus, de pœnitē. & remiss. extr. & tenetur eos docere, & ad bonum incitare ac prædicare. c. inter. de offic. ord. & c. ec ce. dist. 9. & qui non intelligeret idiomam illorum, hoc nō posset facere: ob id prohibet iste text. alioqui qui teneat alium habere, qui intelligeretur. c. quoniam. de offic. ord. ideo non solet in hoc regno exteris prouideri: nec quidem per Papā, nec si mandetur prouideri. Imò si extero mandetur prouideri, non poterit conferri in vim mādatione ecclesia parochialis per hunc text. & si nō recipitur dispensatio. Papæ in Francia contra istam regulam, quæ est iuris diuini etiam ratione priuilegij dati regi Fraciæ, vt nullus alienigena, sine literis naturalitatis possit in regno beneficia obtainere, quamvis in patria obedientiæ huic regulæ dispensare soleat Papa. Imò inter Dei maledictiones reputatur habere hominem ex aliena gente, qui nō intelligatur, nam Deutero. 28. cap. dicitur, adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremitat terræ finibus in similitudinem aquilæ volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possit, &c. & H. e. s. c. idem dicitur.

Nota tamen quod in Francia nec ordinarius, nec legatus posset alienigena conferre, qui si cōferant illud beneficium mā regnicola impetrari poterit, qđ est notandum, & hoc priuilegium regni non solū prohibet extero habere ecclesiæ parochiale, de

qua hæc regula loquitur: sed etiam alia quæcumque beneficia ac alia bona etiā si illi fuissent Cardinales, sine regis beneplacito, obtinerent non possent, quamvis Do. Gomez hic. q. 2. volens Cardinalibus fauere, multa pro ipsis adduxerit: tamen in Francia seruatur quod dixi.

Nisi dicta persona intelligat, & intelligibiliter loqui sciat idiomam loci, vbi huiusmodi ecclesia cōsistit, prouisio seu mandatū, & gratia desuper, quoad parochialem ecclesiam, nullius sint roboris vel momenti.

Etsic requiruntur sequentia. Primò, quod Papa conferat: ibi, ipsum. nam hic per excellentiā intelligitur. §. sed ius quidē ciuile. Institu. de iure naturali. Idē tamen in alio, cū sit eadem ratio, vt suprā dixi, idem tamen dixi in quolibet alio præsentante, instituente, conferente, vel eligente: cū verbum prouisionis, sit generale. gl. in clement. fin. de elect. scripsi in verbo prouisionem. in §. prefatique ordinarij de colla. in concord. & ratio quæ est in Papa, in aliis habet etiam locum, cum à iure hoc exprimatur, quod dicitur in regula vt suprā dixi, & idem puto si Papa commenderet, cum eadem sit ratio in ista regula, & prouisio etiam potest comprehendere commendam, quia prouisio dicitur de beneficio commendato. Do. & Peru. in c. nem. de elect. lib. 6. nam commendata est verus titulus, vt scripsi in tract. de pacifi. possessorib.

Secundò requiritur beneficium cōferti personæ nescienti loqui idiomate patriæ, ibi, loqui sciat, &c. & intelligitur loqui, quando loquendo intelligitur à populo, vt prædicare possit, cap. quoniam, de offic. ord. vi. hic dicitur intelligibiliter loquatur, & sic quamvis taliter loquatur quædam verba, vt: intelligat, sed non omnino: tamen non habet locum hæc regula.

Tertio requiritur quod intelligat, ibi, intelligat, scilicet perfectè: nam si quædā verba patriæ intelligeret, haberet locū regula, cū non dicatur intelligere arg. l. disceretis. C. qui testam. facere possunt. Et sic posset Papa, non obstante ista regula, vñire capitulo ecclæ parochialem ecclæam, licet illi de capitulo non loqueretur idiomate patriæ illius beneficij, quia sufficeret præficere vicarium perpetuum, qui intelligeret: & ita posset intelligi iste tex. nam sufficit quod immediata persona intelligat & ideo consului, vñionem factam de ecclæ parochiali cōuentui monialū, nō annulari per hanc regulā: licet ipse non loquantur, nec intelligant idiomam patriæ, quia sufficeret præficere vicarium perpetuum, qui intelligeret, quamvis do. Gomez. hic. q. 2. dicat hic nō coprehendi, bene tamen. q. n. cōfiteatur vicarium perpetuum debere intelligere, & loqui idiomate patriæ, quod verisimiliter arbitror. Imò etiam requiritur quod intelligat & loquatur Latinè sufficienter, alias, quomo do posset Euangelium prædicare ignarus? Ideo episcopus ignorans donatum deponitur, ca. fin. de ætate & qualita. & parum habetur mentio in Gallia, si sciat legere & cantare vt dicit Domi. & Per se, in c. si pauper clericus, de præbend,

Quartò requiritur, q̄ illa ecclesia si parrochia-
lis, ergo nō haberet locum in præbenda & bene-
ficio simplici: sed in Francia idem in omni benefi-
cio ratione privilegijs.

Quintò requiritur quod loquatur idiomate lo-
ci in quo est ecclesia, & illud intelligatur: nec suffice-
ret intelligere idiomam vicinum loco beneficij, vel
loqui; sed oportet quod loquatur & intelligat idio-
ma loci beneficij. Et per hoc respodi, quod aliquis
de Mōre pessū potest habere beneficij in Valco-
nia: quia intelligit idiomam, & loqui potest intelligi-
biliter idiomam. Idem dicerem in Petragoricē, pro-
vincia, Aluernia, Lemouicen. & Rutenen. quia
idioma conuenit in multis, & qui vnum intelligit,
vel loquitur, alia loqui potest, quod est notandum.
Et sic Gallus poterit etiam habere beneficium in
Normania, Picardia, Burgundia, & Senomania, ac
in patria Borbone, quia multū conuenit idioma,
ideo qui loquitur & intelligit vnum, aliud paruo
negocio, loqui poterit quamvis do. Gomel. q. 10.
videatur contrarium tenere: sed nesciebat conve-
nientiam idiomatum.

Prīmō fallit hæc regula, quando Papa exp̄r̄sē
dispensaret.

Secundō fallit, etiā si Papa dispensasset per re-
scriptum périnde valere, dummodo in eo sint ex-
pressa illa quæ exprimunt debent, de quo plenē Cas-
sado, in dec. super reg. cancel. dec. 33. Lata fuit sen-
tentia, quem sequitur Gomel. q. 7. super hac re-
gula. Ea dispensatio sic solet dicere, quod ut asse-
ris, idioma illius patr̄, quod gentes illarum par-
tium communiter loquuntur non bene intelligis,
nec intelligibiles loqui scis. Nos enim tecum ut
ecclesiam prædictā habeas, &c. dispensamus præ-
missis, ac constitutionibus, & ordinationibus apo-
stolicis, necnon prædictis statutis, & consuetudi-
nibus, & aliis cōtrariis nequaquam obstacibus, au-
toritate apostolica per prætentes concedimus,
prouiso, &c. Gomel. q. 14.

REGULA XXI.

De impetratiōne beneficij viuentis.

Item si quis supplicauerit sibi de benefi-
cio quoconque, tanquam per obitum ali-
cuius, licet tunc viuentis, vacante prouideri;
& postea per obitum eius vacet, prouiso, &
quævis alia dispositio, dicto supplicant per
obitum huiusmodi denuo facienda, nullius
sint roboris, vel momenti.

De impetrante beneficium viuentis, hæc loqui-
tur regula, & est conformis ca. i. de concess. præb.,
vbi sic dicitur, qui in viuorum sacerdotū loco po-
nuntur hoc ipso sunt ab ecclesiastica cōmuniōne
pellendi: qui se pauci sūti successores viuis sacer-
dotibus adhiberi, vbi Panormit. dicit, q̄ si aliquis
occupauit beneficium viuentis, & postea illud ira-
petraverit à Papa cum vacaret, nō habita mētio-
ne primæ occupationis nō valet collatio, tāquam
subreptitia, quod facit contranobiles, qui per po-

tentiam occupant beneficiā, & postea ea impe-
trant, vt impetratio non valeat: quia si Papa temi-
set illam occupationem illi sacerdotio non contulif-
set, vel non ita de leui. c. postulasti, de rescript. vi-
de Ioan. Dayma, in procē. concordat. fol. 52. &
quæ dixi in non proce. in verb. facti. & quæ addidi
ad Panor. in cap. i. de concess. præbend. Bertrand.
conf. 19. ex themata. in 2. vol. secūdum nouam im-
pressionem.

Fallit, quando peterē mihi cōferri beneficium
per resignationē, & postea r̄signans moriātār, va-
lebit collatio. d. c. i. de concess. præb. quia tūc ces-
sant rationes huius regule. Si tamē quis sapientius im-
petrauerit beneficium in vita & postea post mortē,
non valebit ista collatio post mortem ratione am-
bitionis, & etiam quia beneficium viuentis impe-
trauit, quia antequam esset de morte certus impe-
trare non debebat, vt cōsulit Dec. cōs. 398. in cau-
sa domini, circa finem. & in l. f. col. 5. C. de pact.

REGULA XXII.

De vniōnibus.

Item voluit, quod petentes.

Et sic primo requiritur, quod quis petat vniōnē
fieri. ibi, petentes, ergo non haberet locū si ex cer-
ta scientia & motu proprio fieret, sumendo argu-
mentum à contrario, quod est in iure validum. l. i.
ff. de offic. eius. capitul. cum apostolica. de his quæ
sunt à prælat.

Beneficia.

Quorum appellatione veniunt omnia beneficia
tam maiora, quam minora, glo. in cap. i. de reg. iur.
in 6. cū hic simpliciter loquatur, & vniōnes sint odi-
osit. doct. in elem. fi. de rebus eccl. non alien.

Ecclesiastica.

Et sic non habet locum in temporalibus, vt sunt
feuda, c. felicis, de poenis, in sexto, scripti in tract;
nominatio, quamvis Imperator aliquando vñfat
duas dignitates, vt in §. illud. in authēt. vt iudices
sine quoquo suffra. colla. 2.

Alius vñiri.

Et sic ecclesiastica ecclesiasticis vñiri debent, &
temporalia temporalibus. cap. fin. de rerū permitt.

Teneantur exprimere verum.

Et sic aliud est requisitum, quod verus valor ex-
primatur, nec in Francia sufficeret sic exprimere
cuius fructus 24. ducatorum auri, & c. quando nō
esset verus valor.

Annum valorem.

Et sic nō tenetur exprimere valorem vñius diei,
vel mēsis, vel duerū: sed annum valorem, id est
quantū in anno valet. & si pluris sit vno anno,
quam alio, debet exprimere vt sequitur.

Secundum communem estimationem.

Vñli hæc regula, quod exprimatur secundum cō-
munem estimationem, & non secundum sterilita-
tem. l. pretiarerum. §. fi. ff. ad leg. Falc. d. plenē scri-
psi in repe. l. vnicæ. C. de sent. quæ pro eo, quod in-
terest proferuntur.

Tam

Tam beneficij vniendi, quam illius cui
vniri petitur.

Item debet exprimi valor tam beneficij vnié-
di, quam eius ad quod vnio fieri debet, nam cum
vnio fiat ex causa necessitatis, ut suprà dixi in regu-
la 12, si cesserit necessitas fieri non debet vel ex aliis
causis expressis, ibi, quamobrem ut hoc sciatur,
vult quod fiat hæc expressio.

Alioqui vnio non valeat.

Ipsò iure, quia forma data est, quæ si non serua-
tur actus est nullus. cap. cum dilecta de relict. &
beneficium sic vnitum post impetrari.

Imò facta sine hac forma, non posset præscribi,
nisi per tempus cuius memoria non est in contra-
rium Oldra. conf. 296. de iure. vide. Maleretur in
tract. de elect. fol. 25.

Et semper in vniunionibus commissio fiat
ad partes.

Item requiritur, quod commissio & verificatio
fiat in illis locis vbi vnio fieri debet, & ista est practi-
ca facienda vniuniones, nam veritas melius scitur per
vicinos, quam alios. I. ibi, estimatione circuole-
tiuum. ff. de flumi. Anch. in clem. vna. no. primo. de
concess. præbend. bonus tex. in cap. quanto extra,
de præsumpt.

Vocatis quorum interest.

Et sic vnio non debet fieri sine consensu patro-
ni. vide Petru de Perus. in tract. de vniunionib. in cap.
quinto. Et alias vocatis, qui intercessione præcedere po-
terunt, nam vnio non fit de ecclesia parochiali ad
simplicem, & sic ad minus dignam: poterit tamē de
iure vnirū ecclesia parochialis præbendē ecclesiæ
cathedralis. cap. extirpanda. §. quæ verò de præb.
q. canonica ecclæ cathedralis dicitur esse di-
gnior parochiali. cap. super eo. de præbē. in 6. ma-
gnus enim est honor esse canonici ecclæ cathe-
dralis. do. de Rota. deci. 136. voluerunt. in nouis.

Et idem voluit obseruari in confirmatio-
nibus vniunionum factarum.

Et sic non valet confirmatione vniunionis, nisi ista su
pradicata interueniat, quod est no. Reliqua de vni
nibus supplebis ex his, quæ supr. in. regula 12. & ibi
allegau illos, qui abundatius materia pertractat.
Et intellige nullam confirmationem vniunionis, quæ
vis gloss. in hac regula teneat contrarium: tu quia
text. voluit idem esse in confirmationibus, cum non
esset idem per l. seruitutes. §. si sublatu. ff. de serui-
tu. vrba. prædio. quia dictio idem significat eandem
in pluribus censuram. gl. in l. cum hi. §. si vni. ff. de
transact. iuncta gl. idem, scilicet per omnia. §. sed si
ex testamento. in fi. de satisda. tuto. l. si ante. ff. solu.
matri. & hic vers. ad omnia referri debet, prout ple-
nè scripsi in repet. l. vnicæ. in glo. & non ex quibus-
dā. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. idem po-
test tripliciter dici, in genere; in specie, & in nu-
mero.

REGULA XXII. alias XXIII.

De mendicantibus.

Est extraugans inter communis sub rubr. de
regula, per quam religiosi mendicantes sub exco-
municationis pena, quam ipso facta incurrit rā
recepti quam recipientes, quacunque licentia nō
obstante, prohibentur ad religionem non mendic-
antium cœulare: & nihilominus secus facta non
teneant, & nullius existant efficacia, vel rā men-
ti. Excipitur religio Catur. ad quam transire pos-
sunt, quia est strictior, & ratio huius regulæ est:
quia religio mendicantium est perfectior omni
religione non mendicante, quia quanto arctior est
paupertas, tanto essentia liter est perfectior religio:
te. Florent. in 3. parte summa. in tit. 16. cap. 4. de
transfuntibus de una religione in alia, vbi limitat,
quando Papa dispensaret, & quando esset religio:
ne priuatus, forte propter delictum: tunc posset,
alias non quod est notandum.

Item de clericis extra tempora à iure
statuta.

Nota, quod quis dicitur malè promotus multis
modis. Primo, quoniam est promotus extra tem-
pora à iure statuta, ut pote extra quatuor tempo-
ra. c. 3. de temp. ordinan.

Statuta tempora à iure sunt, ut minores ordines
dominicis & alias festis diebus confirantur. ca. de
eo. de temp. ord. & cōsecratio virginū. ca. lillo tit.

Episcopi carum die dominico cōsecrari possunt
qua de causa tradit tex. in ca. quod die 75. dist. sed
consecrationes ecclesiarum omnibus diebus fieri
possunt, & c. 2. de consecra. ecclæ. vel altaris.

Prima verò tonsura quolibet die cōferri potest
cum iura certum diem de ea non exp. imant, & sic
seruatur de generali consuetudine, testib. Host.
Io. And. & Card. in c. penult. de tempo. ordina. per
c. cum contingat. de æta. & qualit.

Et minores ordinés quando, & vbi libitū fuerit
dantur, vñque ad subdiaconatu. diaconi verò nun-
quā, nisi in publica ordinatione. ca. quando. 75. dist.
& ordines sacri solet in maiori ecclesia con-
ferri. gl. in ca. ordinationes. 75. dist. de cōsuetudine
episcopi cōferunt vbi volū teste Flor. in d. 3. par-
te. c. 14. c. 16. §. 17. non debet tamē episcopus gene-
rali ordinationē de his minoribus facere, ideo
vnum aut duos ordinare potest, non quin plures
ordinare possit, sed caueat ne generalem ordina-
tionē faciat sicut in quatuor temporibus. c. de eo.
& ibi doct. de temp. ordi. Præposit. in ca. q. à patri-
bus. 75. dist. Sed ordines sacri videlicet subdiaco-
natus, diaconatus, & presbyteratus non, nisi qua-
tuor temporibus, aut sabbato sancto, vel sabbato ante
dominicā de passione conferriri non debent. c. 3.
de tempo. ordin. c. quoniam. in fi. & c. fin. 75. dist.

Sed quare his temporibus, & nō alii. Præposit.
in c. quoniam. §. ceterum. 75. dist. respon. quia sa-
cerdotes & alii clerci locū in ecclesia obtinent,
quæ Leuit. in populo Israhelito obtinuerūt, quos
ut libro Numerorū legitur, Dominus pro primogenitis
recepit, & eos in Ægypto dum primogeniti
Ægyptiorū interficerentur, custodivit prima-

genita enim quasi primitiae sunt, vnde quasi primitias Domini offerimus, cum aliquos ad sacros ordines damus: conueniens ergo est ut pro primis temporum, ac et quatuor temporibus primitias hominum offeramus, hæc ille.

Itē in quatuor temporibus fiunt, ut quatuor temporibus ordinari exornētur, & sub quatuor euangelii seruire Christo & ecclesiā moneātur: in vere, ut virtutibus florent: in aestate, ut fructu offerrat: in autūno, ut fructus operū metant: in hyeme, ut fructū collectōs cōseruerit in horreō, ut eis in Dominō fruantur, & in sabbato potius, quam in aliis diebus, eo quod illa dies spiritui sancto consecrata est, cuius bona in ordinibus recipiuntur, c. quod à patribus. 75. dist. vel sabbatum, notat requie, & ordinati ad sacros, transiunt ad requiem ordinis clericalis, de labore seculariū negotiorum, c. fornaci, 88. dist. & Paulus ad Timot. nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, c. i. & per totūm, ne clericī monachī nego. secula, se immisceat, sed in minoribz non tranleunt ad requie: quia possunt ad seculum redire glo. & Doct. in c. literas, in fi. de temp. ordin. quod limitabat quidā in presbyteris Petrago, & limouic. qui instar rusticorum per toram viram laborant, nec requiem habent, nisi in lecto. Papa tamen quolibet tempore ordines etiā sacros cōferre potest, c. i. de temp. ord. & ibi Host. in summa, sicut quilibet tempore pallio vtitur. ca. ad honore, de viu pallij, quia hoc est de iure positi uo, & quo est absolutus. c. proposuit, de cōcess. p̄b.

Itē hoc cōcedere potest ex speciali gratia episcopo, yr. ordines etiā extra quatuor tempora cōfere possit. Doct. in d. c. i. & datur dispensatio per breue, existenti in 22. vel circa, etatis anno, etiā in diaconatus, ordine constituto, ut promoveatur ad sacerdotium die dominico, vel festivo, etiā extra tempora à iure statuta, de quibus supra dixi, dummodo aliud canonicum nō existat, super quo sua & antistitis eligendi conscientia oneratur in secularibus, sed cum religiosis detestatur in 21. anno etiam ad sacros, teste Staphileo in d. tract. de literis iustitiae, fol. 194, versi, datur dispensatio. Imò dicit Angel. in l. i. C. de sent. paffis, Papam solo verbo posse aliquem facere episcopum, vel prælatum,

Nec valet consuetudo, quod sacri ordines, cōferantur extra quatuor tempora. c. 2. de temp. ordin. Imò tam ordinans, quam ordinatus peccant mortaliter: quia violatores canonum à spiritu sancto, cuius instinctu conditi sunt condemnantur. cano, violatores. 25. q. i. Floren. vbi sup. in d. 3. parte titul. 14. c. 16. §. 16.

Et quamuis de iure esset aliqua dubitatio, an ordinatus extra quatuor tempora esset ipso iure suspensus, in c. cum quidam, & c. literas de temp. ordin. Tamen hodie per istā extrauag. Pij. 2. ipso iure sunt suspensi, qui si huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus sic suscepit ministrare præsumperint, irregulares eo ipso fiunt, & à solo Papa absoluendi. c. cum quidam. c. literas de temporib. ordin. Syluester in sua summa, in verb. irregularitas. q. 10. vide tamē distinctionem, in c. cōsultationi, de tempo. ordin. & quid agendum quan-

do aliiquid omittitur de forma statuta in ordinibus, scribit Floren. in 3. parte summæ titulo. 14. ca. 16. §. 5.

Item capiens vno die plures sacros ordines, est suspensus. c. literas, & c. dilectus, de temp. ordin. quatuor tamē minores poterit vno die assumere, dummodo nō temerario ausu. c. 2. de eo, qui furtiū ordines recepit, sed acolytatum, & aliū sacram non Panor. & Anchar. in d. ca. 2. Imò nec paruam tonsuram, & quatuor minores, non licet eodē die recipere. Anchar. in c. 3. de temp. ordi. dicit tamē ibi Cardin. quod contrarium seruatur & puto consuetudinem valere, cum non prohibeantur, nisi sacri ordines eodem die conferri.

Sive ante etatē legitimam.

Ista etas legitima est, ut ante septimum annum ad primam tonsuram non promoueatur. capit. fin. de temp. ordin. in vj. Ad ordines vero minores, videlicet ad acolytatum, in 12. anno, vel in 14. ca. in singulis. 77. dist. subdiaconus vero olim non poterat ordinari, nisi esset in 21. anno. c. de his. 28. dist. & finito 20. anno. ca. subdiaconus. 77. dist. nec refragatur d. c. in singulis. 77. dist. vbi in 14. anno subdiacon⁹ fieri poterat, quia hoc intelligitur in 14. anno post septennium, & sic in 21. anno, ut glof. & Doct. ibi docent. hodie sufficit quod attingat decimum-octauum: quia minus hodie homines visunt. clem. generalem. de etate & qualitate.

Item olim diaconus, minor 25. annis, non ordinabatur. c. episcopus. 77. dist. & c. nemo. 78. dist. hodie ordines assumere potest si constitutus sit in 20. anno. d. cle. fi. de etatē.

Presbyter vero olim nullo modo ordinabatur, nisi trigesimum etatis suæ annum impleviset. c. i. & seq. 78. dist. hodie per d. cle. fi. sufficit attigisse 26. annū, & contra null⁹ ordinari debet, quia dicitur ad Timoth. i. ca. 5. nemini cito manus imponueris, neque communices alienis peccatis. Quid est manus cito imponere: nisi ante etatis maturitatē, ante tempus examinis, ante meritū obedientiarū, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorē tribuere non probaris. text. in c. quis est. 78. dist. in.

Nota, qui d si ante tempus quis ordinatur, ordinans episcopus est suspensus à collatione ordinū. glof. & Doct. in d. clem. fi. de etatē.

Si tamen durante suspensione celebrauerit, nō efficitur irregularis. Dom. in c. eos. de temp. ordi. in 6. Philip. Frac. in c. i. col. vlt. de re iud. in 6. sed peccat mortaliter, teste Floren. in 3. parte summæ titu. 14. cap. 16. §. 15.

Ordinatus vero ante tempus, est suspensus ab executione ordinis vñque ad etatē legitimam. c. nō est compof. de temp. ordin. & c. dilectus. de etatē. & qualit. ordinatio tamen tener etiā si puer ad sacerdotium ordinaretur. Cardin. in d. clem. fi. de etatē. per gl. in c. pueri. i. q. i. collatio tamen beneficij isti promoto ante septem annos, non tenet. Ioh. Andr. & Philip. Perus. in cap. fin. de temp. ordin. in 6. & sic non iuuatur decreto de pacific. possess. cum sit inhabilis, ut scripsi in d. tract. de pacific. possessoriib.

Si interim celebrēt, irregulares à iure nō fiunt tum quòd à iure expressum non inueniatur.ca. is, qui.& ibi gl.de sentent.excom. in 6. tum quia est & suspensus à canone quo ad se tantum & non quo ad alios, & suspensus à iure quo ad se celebans, irregularis non efficitur.c.fin. de cleric.excom.mi.in fi.Philip.Perus.in d.c.fi. de re iud.in 6. hodie per constitutionem Pij Papæ ij. efficiuntur irregulares,& beneficis priuari possunt.

Super ætate tamen nō potest episcopu dispensare.gi.& Doct.in d.clem.fi. sed cum ordinatu extra tempore bene dispensat episcopus.text. & ibi Doct.in ca.consultationi, de tempor.ordin. sed non hodie.

Aut absque dimissoriis literis, ad factos ordines se promoueri facientibus pro tempore.

Dimissoriæ quo ad istū text.dicūtur, quæ aliæ commendatoriæ vocantur, quæ dātur eis, qui volunt ordines ab alieno sumere episcopo.c.i. & ca. cum nullus, de tempor.ordin.in 6. scripti in l. dimissoriæ ff.de verbis.lignificat.

Et has dimissorias poterit episcopus dare in sua dioecesi, non inferiores prælati: nisi hoc eis indulatum sit: vel nisi episcopo mortuo, quia tunc capitulum, seu is ad quæ administratio spiritualium id temporis pertinet: vel episcopo in remotis agenti, vicarius generali episcopi in spiritualibus.text. in c. cum nullus, de tempor.ordin.in 6. Io. Frāsc. in tract.de offic.& potestat. capituli sede vacante. in 1. part.q.3. & q.8.

Et sic promoti sine dimissoriis literis ad factos ordines, sunt suspensi ab executione ordinum, & si interim in eisdem ordinibus sic suscepis ministrēt, eo ipso irregularitatē incurruant, vt patet in constitutione Papæ Pij. ergo non habet locū si sumeret alios non factos: quia unum exprimendo, alterum negare videtur.cap.nōne, de præsumptio.l. cum prætor.ff. de iudic. & si voluisse intelligere de omnibus ordinibus, dixisset. c. ad audientiam, de decisi. sed quia limitauit de sacris, ergo de aliis intelligere nō licet.nec refragatur.c.i. de tempor.ordin.in 6. quia in suo casu intelligitur, vt ibi Doct. no. quamvis in quibuscumque ordinibus suspensionem contrahi scribat. Syluester in sua summa, in verb.irregularitas q.9. per d.c.i. sed dic vt dixi.

Etiam voluit constitutionem piæ memor.Pij Papæ ij. similiter prædecessoris sui desuper editā, & in dicto cancellariæ Apostolicae libro descriptam, quæ incipit, cū ad factorum ordinem, &c. pari modo obseruari.

Quia vidi multos super hac cōstitutione dubitare, ideo eam ad verbū duxi hic transcribendam Pius episcopus seruus seruorū Dei ad futuram rei memoriam.Cū ex factorum ordinum collatione character intuisibilis animæ imprimitur, sacra mysteria dispensantur, & ipsorum cura tribuantur animarum, in eorū susceptione excessus grauius

tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandalum generantur. Cū itaq; sicut fide dignorum relatione, nō nisi moleste accepimus, nonnulli clerici extra tempora à iure statuta quidam ante ætatem legitimam, alioqui verò sine dimissoriis literis contra sanctiones canonicas se faciunt ad factos ordines promoueri. Nos eorundem temeritatē tali castigatione reprimētes, vt aliis in posterum cōmittendi similia aditus præcludatur: auctor, apostolica præsenti constitutione perpetuā valitura statuimus, & ordinavimus, quod omnes & singuli, qui absque dispensatione canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimam, vel absque dimissoriis literis, etiam citramontani à citramontis, præterquam si in hoc ultimo casu, per cameram apostolicam, iuxta illius stili ordinatiuerint, ad aliquem ex factis ordinibus se fecerint promoueri, ab suorum ordinum executione ipso iure suspensi sint. Et si, huiusmodi suspensione durāte, in eisdem ordinibus ministrare præsumperint, eo ipso irregularitatē incurrant, præterquam ultra alias poenas in tales generaliter iure inflictas, beneficiis ecclesiasticis, que possint iure priuari. Volumus autem quod præfens nostra constitutio in Romana curia existentes post quindecim dies, absentes vero Italicos post duos, alios vero ultramontanos post sex menses ab ipsis in audiencia cōtradictarum, & cancellaria apostolica publicatione, & affectione, ligare incipiatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostrorum statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationē omnipotentis Dei, & sanctorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringeno, sexagesimo primo, quintodecimo Kalend. decembris, Pontificatus nostri anno quarto.

REGULA XXXV.

De moneta.

Item declarauit idem dominus noster, quod libra Turonensem paruorum, & Florenus aurei de camera, pro æquali valore in concernentibus literas & camerā apostolica computari & æstimari debeant.

De moneta vide in cle.fi.de dec. & hæc regula est valde utiles mensulariis, siue banqueris, vt quando taxantur bullæ viginti florenis, intelligatur vigintilibris, quia florenus auri de camera & libra paruorum Turonensem idem sunt. Et hoc in concernentibus literas & camerā apostolica. Secus ergo quo ad alia, & ideo glossa prag. sanctio. in §. q. si quis ex dictis. de collatio. exponit florenum ibi, producat, vt excludatur à nominationibus, qui haber ducentos ducates in beneficiis, nam hoc est odiosum excludere aliquem ab habendo beneficiis, ob id est restringendum, & prodest ista regula, quo ad expressionem. Nam voluit Papa taxare florenum pro libra, vt maior valor exprimeretur: &

ut ipse maiorem haberet annatam, sed consuetudo Francie resistit, & huid ut arbitror, regulæ dedit causam expressio quorundam imprestantium ex Gallia qui in suis imprestationibus dicebant frumentus non excedere vigintiquatuor libras Turon. & quia ista moneta erat apud Romanos incognita, ob id voluit ut libra pro floreno auri accipiatur, quamvis libra non valeat nisi viginti solidos tironem. & quilibet solidus valet duodecim denarios, secundum communem Francie estimationem: securus de iure.

REGULA XXVI.

De beneficiis vacaturis per promotionem ad ecclesiastas, vel monasteria.

Item praefatus dominus noster Papa voluit, decrevit, & ordinavit, quod quæcunque concessiones, gratiae, & mandata etiam motu proprio, & cum derogatione huius constitutionis, quæ ab eo pro quibusuis personis emanauerint, de prouidendo eis de quibusuis beneficiis vacaturis, per promotionem quorumcunque ad ecclesiastarum & monasteriorum regimina, si huiusmodi concessiones & mandata diem promotionis promouendorum ipsorum præcesserint: Nec non quæcunque collationes, prouisiones, ac dispositiones pro tempore facienda de præmissis ac quibusuis aliis beneficis ecclesiasticis, secularibus & regularibus quæ per promouendos, vel assumendos ad quascunque prælaturas, inter illarum vacationis & huiusmodi promotionis vel assumptionis tempora, vel simpliciter, vel ex causa permutationis, vbi cùque resignari, vel alias dimitti cotigerit, cù inde securis, pro tempore sint casæ & irrite, nulliusque roboris, vel momenti.

Vide quæ dixi in §. fin. de manda. Apost. in corda, & hoc vult ista regul. quod sicut non valet collatio beneficij viuentis, ita nec collatio beneficij illius, qui ad episcopatum, abbatiam, vel ad regimen alicuius ecclesiæ promoueri vult, si ante diem promotionis fiat: faciebat enim is, qui promouebatur ad regimina ecclesiastarum, tacitas & secretas resignationes in favorem multorum, & postea per promotionem illius nihil vacabat: ob id noluit ut valerent.

Istæ collationes factæ ante diem promotionis, tanquam factæ per multorum importunitatem, nō valent. Igitur cum tantum prohibeat hic collationem ante promotionem: ergo post promotionem valebant, & sic Papa videtur quodammodo reseruare suæ dispositioni beneficia illorum, qui sic promouentur. Vnde putarem in Francia, quod si iste promouendus coram ordinario resignaret

beneficia ante promotionem quod illa collatio valerer, cum omnes regulæ sapientes reseruatores sint in regno Francie sublata, per tub. de reserua in concorda.

REGULA XXVII.

Non iudicetur iuxta formam supplicationum: sed literarum expeditarum.

Item cum ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis, voluit, statuit, & ordinavit, id est dominus noster quod iudices in Romana curia & exta eam pro tempore, etiam si sint sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, causarum palatij Apostolici auditores vel quicunque alii, non iuxta supplicationum signatarum, super quibus suis imprestationibus, vel concessionibus, nisi in dicta curia duntaxat sint commissiones iustitiam continentes per placet, vel per sanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancellarium, iuxta facultatem super hoc sibi concessam signatae: sed iuxta literarum super eisdem imprestationibus & concessionibus confectionarum tenores, & formas iudicare debeat, decernens irritum, &c. & si literæ ipsæ per præoccupationem, vel alias minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum, quorum interest instantiam ad Apostolicam cancellariam remitti poterint per eius officiales, quibus huiusmodi tenores & formas restringere conuenit, ad formas debitas reducendas.

Ista regula tres habet partes, in prima ponitur dictum cum duabus limitationibus, in secunda, decernit irritum, in tertia, aliud dictum scribit, secunda ibi decernens, tertia ibi, & si literæ ipsæ. In prima parte statuit Papa non debere iudicari secundum tenorem supplicationum, vel formam: sed secundum confectionem literarum: ratio assignatur hic, quia gratia Apostolica, sine literarum confectione est informis, idem dicitur in regula. 31. vbi dicam.

Primus est, quando commissiones darentur per placet, in curia Romana. Ergo extra eam non sic iudicaretur: nisi & quando illæ commissiones iustitiam continerent.

Secundus casus, quando darentur commissiones signatae per vicecancellarium, iuxta facultatem sibi super hoc concessam.

REGULA XXVIII.

De producendis regulis cancellarie.

Item attendens idem dominus noster Papa, quod super habendis de cancellaria Apostolica regulis, & constitutionibus ini-

bi descriptis, faciliter per eos qui in Romana curia indigerint ad ipsam cancellariam recursus dirigi potest: nec consultum foret, quod super earundem regularum & constitutionum, quas iuxta varietatem occurrentium causarum & negotiorum, aliquotiens immutari conuenit, probando tenore, vel effectu testium, plerumque tenacem desuper memoriam non habentium, depositionibus stari deberet, voluit, statuit, & ordinavit, quod deinceps quilibet ex auditoribus causarum palatiij Apostolici, & alij, etiam si sanctæ Romanæ ecclesiæ sint Cardinales, in ipsa curia pro tempore deputatis auctoritate Apostolica iudicibus, etiam in causis actu pendéntibus, super huiusmodi tenore vel effectu probando, duntaxat, stet, fidemq; adhibeat schedulæ, seu scripturæ desuper a duobus de maiori parte, quod danda sit à tergo signata: & etiā duobus aliis literarum Apostolicarum abbreviatoribus in ipsa cäcellaria auscultata: & domini vicecancellarij, seu dictam cancellariam regentis manu subscripæ, vt moris est, quicquid autem secus fieri contigerit nullius sit roboris, vel momenti.

Per hanc regulam cognoscitur quando credendum sit regulis producendis ex cancellaria Romana, nam forma hic apposita seruari debet, alias non creditur transcripto, vt hic.

REGULA XXIX.

De subrogandis colligantibus.

Item dominus noster litiū succidere cupiens anfractus.

Hæc regula habet tres partes, prout tria dicta ponit, secunda ibi, & nihilominus, tertia ibi, quod etiam strictissimè, &c. & due rationes ponuntur in initio. Prima est, vt litium anfractus succindantur, qui anfractus sunt maximi, & tanti sunt, vt vix par aliquis quantumcunque diues esse possit. Crede mihi, si possis componere, nunquam litiges. Ego puto, q; Deus opt. maximus permittit lites contra aliquos magnos, vt torqueantur, nam per pestem cum fugiant, vix torqueri possunt, per bellum minus, per famem nequaquam, cum semper habeat frumenta: sed lites euitare non possunt.

Et ne noui colligantibus aduersarij detur, prouidere voluit: statuit, & ordinavit, quod quoties deinceps aliquem super quo-uis ecclesiastico beneficio colligantem.

Secunda est ratio huius regulæ, quæ elicitor ex c. f. vt lite pend. in 6. vbi si vñus colligans morie-

batur, nō poterat beneficium conferri, nec de eo per electionem, aut alias prouideri: nisi lis finita fuisset, & de iure defuncti apparuisset. c. i. & 2. ibidem. vbi sunt hæc verba. Si hi contra quos super dignitatibus, personatibus, vel aliis ecclesiasticis beneficiis, quæ possident, litigatur: lite pendente cedant, vel forte decedant, ne propter nouos aduersarios, qui malitiosè interdum peritoribus subrogantur, litigia in ecclesiarum dispendium, prorogari contingat: statuimus ut dignitates, personatus, vel beneficia huiusmodi, &c. Hic nō requiritur finis litium: sed imperatio colligat; valet, si intra mensem à die cessionis, vel obitus, impetraverit: ita quod colligans præfertur alteri cūcumque imprestanti, dummodo impetraverit: intra mensem, & sic omnes aliae imprestationes factæ nō valent, per prædictas rationes, & loquitur de imprestatione facta à Papa, & sic habes hic vnum casum mirabilem, in quo vltimus impretrans præfert priori contra c. si eo tempore. & c. duabus. de rescr. & c. eum, cui, de præb. ibid.

In iure, vel ad ius, si quod forsitan eius aduersario in dicto beneficio competierit, subrogari concederit.

Et sic habet locum hæc regula, siue quis subrogetur ad ius, siue in iure dummodo is, qui obiit, acceptauerit, nam si nominatus, antequam beneficium acceptet, moriatur: vel mandatarius, non poterit alius ad ius istius subrogari, quod moritur per istius obitum. Gomeſ. q. 6.

Ego intelligerem hanc regulam, quod si colligans intra mensem adit, quo litigans cessit, vel deceſſit, petierit in ius defuncti, vel cedentis subrogari, quod omnibus præferatur, etiam si in data priores fuerint, ne noui aduersarij colligantibus dentur, & imprestationes aliorum nullius sint momenti, dummodo intra mēsem, quod si postea, non licet glossator aliter intelligat, & potest quis lite pendente cedere. c. per tuas. i. in f. de simon, sic & appellatione pendente: tamen si postea pronunciatur bene iudicatum, reuocatur illa renuntiatio tāquam attentatum gl. in verbō, interponi rubr. de cansis. in pragm. sanctio.

Dummodo præfatus colligans, in dicto beneficio intrusus non fuerit.

Fallit in duobus casibus. Primus est quādo colligans fuisset intrusus, tunc non poterit aliud ius habere, quām haberet is, in cuius locum subrogatus fuerat, sed intrusus nihil iuris habebat. c. cum iamdudum. de præb. Ergo nec iste impretrans in locum suum, siue in principio erat intrusus, & postea desierit: siue non. Gomeſ. q. 18.

Intrusus dicitur, qui sine auctoritate illius ad quem spectat collatio beneficij, illud propria accipit auctoritate. c. ad aures, de excessib. præl. & qui nullum habet titulum. c. quia diuersitatem de cōcessio. præb. gl. in verb. metuebant. cap. bonæ. i. de elect. & c. niti. de renuncia. Idem in officio. i. non aliter. C. de pala. sacra. largi. libr. 12. vel qui sine titulo ingerit se administrationi beneficij. Panorm.

in cap. cūm iam dudum de præbendis.

Vel, quis sine canonico titulo beneficij occupat, & non intrat per ostium, nec habet canonicum ingressum. c. relatum. de iure patr. Bald. in c. nihil. col. 2. de elect. & qui sine titulo sedem inuadit intrusus est, & falsi crimine tenetur. l. eos. §. qui se pro milite. ff. de falso. Bald. in c. pastoralis. col. 1. de except.

Ex quo infertur, quod qui per vim occupat beneficium, dicitur intrusus. ca. eum qui, de præb. in 6. glo. in verb. violentus. de pacific posse. in prag. nec valebit collatio. etiam si postea impetraverit non facta mentione illius intrusionis. d. c. cum iam dudum. Pan. & alij in c. i. de concessio. præb.

Secundo etiam vocant intrusum, qui post electionem & ante confirmationem administrat, q. a. ipso iure est priuatus sic administrando. ca. auaritiae. de elect. in 6. Nisi esset alius actus à superiore procedens, & hunc representans. Oldr. conf. 146. factum est tale in fi. vel nisi administrauerit ob necessitatem ecclesie, vel vtilitatem. Oldra. confil. 9. posito. Nec valet consuetudo in contrarium: quia est contra bonos mores, nam posset haereticus excommunicatus & incapax sic præesse ecclesia. Old. conf. 191. nullo modo. col. 1. per tex. in auth. nulli iudicium. §. 1. colla. 9. & c. vlt. de consuet. quæ videtur corruptela, ac sacriss canonibus inimica. c. cūm venerabilis. de consuet. sic consuluit Petr. Anch. cōf. 51. consuetudo. vbi tamen dicit administrante rem ratione consuetudinis antiquæ, non priuatum, nec villam pati debere poenam, per gl. in d. c. cum venerabilis. quia non debet puniri, qui communii iudicio non peccat. cap. inter corporalia. §. sanè. ibi. & quamvis. &c. de transl. episc. Idem si lite pendete. c. 2. de in integ. restit. Idem si post presentationem & ante institutionem quis administrauerit, vt firmat. Rochus de Curte in trac. iur. patr. in verb. honorificum. q. 29.

Tertiò, qui beneficium post priuationem & depositionem adhuc retinet, à qua non appellavit. Inn. in c. qualiter. 2. col. 3. nu. 10. de accus. Maleretus in tract. de elect. in fi. q. 17. Præpos. in c. fi. 19. dist.

Quartò, qui beneficium iniuste alteri ablatum, & omisso iuris ordine, detinet, & si habuerit collationem. c. tanta. de excessib. pralat. Dom. & Præpos. in c. propter. in fi. 19. dist.

Quinto, qui à superiore excommunicato, vel suspenso collationem habuerit, vel ab eo, qui non habebat potestatem conferendi. c. fi. de excessib. pralat. Et ideo is, qui accipit per deuolutionem, aut alias collationem ab eo, quem scit non posse conferre, est intrusus. Dom. in c. fi. in fi. dist. 19. & sibi videmus istos deuolutarios volantes ad infinitas lites, & malignitates illiq̄ iniqui, ac temere litigantes odio prosequendi sunt, & multis magnis afficiendi.

Sexto dicunt illum qui commisit crimen dignū depositionē, dici largè intrusum: vel qui habet vi- tium, quo priuari beneficium potest. Glo. in ca. cūm super de causa posse. dicit eos, quasi intrusos. Ioan. de Selua. in tract. de benef. q. ii. nu. 9. in 3. parte. Fel. in c. veniens. 2. not. de accusa. extra. Quod non vi-

detur verū, quia interim habet titulum antequam priuatur, ergo intrusus non dicitur: nisi commis- sit crimen per quod fuisse ipso iure priuatus, vt hæresis, & simonia, de quibus scribit. Fel. in c. 2. de rescr. extra.

Octauo dicunt intrusum, qui cum simplici signatura beneficij possessionem adipiscitur, allega- tur extra. iniunctæ, de elect. in criminibus, quæ lo- quitur in dignitatibus maioribus, hoc asserit Fel. in c. in nostra. correla. 2. de rescr. sed ultra eum fa- cit. l. fi. C. de offi. magistr. vers. sed sciat is, vbi, qui sine sacro rescripto peruenit ad militiam, & priuatus, sic & qui sine literis Papæ, sed habendo signa- turam non capit sine literis Papæ. Ergo non debet priuari. Imò ex consuetudine Franciæ, nullus priuatur ex adepitione possessionis cū simplici signa- tura: sed in instrumento solet dici, in vim certæ prouisionis Apostolicæ, sed idem si diceretur, in vim signaturæ: quia quando aliquis violentiam nō commisit, licet propria auctoritate ingrediatur beneficiū: tamen non priuatur iure suo, teste Nic. de Milis in reper. in verb. beneficium. q. 58. incip. beneficij possessionem. Imò in curia Romana non datur priuatio illius, qui cum sola supplicatione se intrusus, sunt verba. Ioan. Staphil. in tract. de literis gratiæ. fol. 189. vers. consuevit: multo minus debent iudices Franciæ, de possessorio cognoscentes, priuare eum, qui adeptus est possessionem ex simpli- ci signatura sua, si alias canonicum habet titulum, vnde in patria obedientiæ cautela est, vt non te- nearis leuare bullam, vt impretes breue, supplicatione inclusa, per quod mandetur executori vt mittat te in possessionem, & tunc omnia cessabunt.

An valeant gesta per intrusum, declarat. Pan. & alij in c. nihil. de ele. Dom. & Præpos. in d. c. fin. 19. dist. Doct. in l. Barbarius. ff. de offi. præto.

Quero, an intrusus sit inhabilis dūratax ad illud beneficium cui se intrusus: an omnia alia? Resp. quod ad illud tantum in quod est intrusum: Imò si impetraverit illud, non facta mentione intrusio- nis, valebit impetratio vt firmat Fel. in ca. postula- sti. in fi. de rescr. quem sequitur. Ioan. de Selua in tract. de benef. in 3. part. q. ii. in 5. qualitate, & Ma- leretus. in tract. de elect. in fine, quia non incurrit in inhabilitatis poena, nisi à iure exprimatur, arg. c. fi. vbi gl. de iure patr. fallit quando esset à iure fa- cies inhabilis, vt in c. qui quis. de elect. & in extra- uag. execrabilis, de præb. Ioan. 22.

Nec super eo contra dictum aduersa- riuum, &c.

Secundus casus est, nisi mota fuerit illi, qui iā possederat pacificè beneficium per trienniū, quia tunc, sicut non debet molestari quis post trienniū, vt infra. reg. 36. sic iste subrogatus non poterit mo- lestare possessorem triennalem. Gomes. q. 16.

Et per hoc ponderatur iste text. quod non pro- cedat, qn̄ lis esset nomine meo mota per aliquem, non habentem mandatum, etiam si esset ratificata ante obitum collitigantis per metam ego non debeo præferri postea: tum quod nō dicor adver- sarius, quia non moui item: tum quod iste. text. requirit

requirit veram litem, non fictam: & ne detur super hoc locus fraudi. Gomes. q.3. in fin e, vel quando lis esset mota in vim rescripti inualidi. Gom. q. ii.

Et nihilominus felicis recordationis Pauli.2.&c.

Terius casus prohibet aliquem litigantem subrogari ab beneficio viuentis, quod impetravit, de hoc multa scripti in proce. concor. in verb. fati. & supra. in regula de imp. benefi. viuen. que est 21.

Quod etiam strictissime obseruari mandauit, in impetrationibus beneficiorum per priuationem & amotionem, ex quibusuis criminibus, & excessibus, forsan perpetratis, etiam si usque ad diffinituam sententiam, que tamen in rem non transuerit iudicatam processum foret.

Item voluit non valere subrogationem illius, qui impetravit beneficium vacans per priuationem, antequam sententia transuerit in rem iudicatam, ut postea non possit petere se subrogari, & sic est quartus casus prohibitus, vide gloss. in verb. successores. in §. declarantes. de mand. Apostol. in concord. & Gomes. q. 7.

Quintus casus est, quando derogatum est isti regula, & Papa solet derogare potentibus quasi indifferenter, ut vidi, quod potentiori dengari deberet, per rub. C. ne liceat potentio. & d.l.vna. C. si quacunque prædi. potesta. Hocque fuit denegatum tempore Inno.8. Card. S. Petri ad vincula, teste Ioan. Staphileo in tract. de literis gratiae, fol. 165. de literis iustitia, unde dicit, in supplicatione debere apponi ista verba, attento quod orator non est cedente potentior, &c. licet derogetur etiam pro potentiori, & favorabilibus, tamen si non sit expressum in supplicatione quod est potentior, non valet derogatio, per not. in c.i. de aliena. iud. mutandi causa facta, & l.r. & per totum. ff. illo. tit. plenè scripti in scholasticorum priui. 177. vide Gomes. q. 15.

Si tamen unus colligitans habuerit sententiam pro se, que in rem transuerit iudicatam, poterit etiam potentiori cedere, cum derogatione regula, quia tunc omnis presumption malitia cessat, que non videtur quod de iure suo diffideret, ut Doct. notant in c.2. de alien. iud. sed hoc casu requiritur, quod sententia lata fuerit contra omnes colligentes: nec sufficeret quod contra unum lata esset, quia cum illo collusio posset esse, teste Gomes. in q.1. super hac regula.

Sextus casus quando quis petat subrogari in locum illius, qui habuerat tres sententias conformes, & antequam executioni demandatae essent mortuus fuerit, tunc is, qui in locum illius petitur subrogari, non est necesse quod petat derogari isti regula, quia hic casus in ea non comprehenditur, cum his iam sit finita, per Cle. i. de re iudic. & idem si finita erat per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, per tex. in c.1. de litis cœtesta. in 6. & sic cum his sit finita, non præferet colligitans impletans, etiæ si huic non sit derogatum regula. Gom. q. 14.

Vltimus casus, quando lis esset iniuste mota contra mortuū, forte triduo antequā decedere, tunc illa motio litis non inducet vitium litigiosi. l.i. §.1. ff. de litigios. plenè scribit Caslaf. dec. vlt. de dolo.

Nota, quod non datur subrogatio, nec gratia si neutri, vel si nulli, vbi contra aliquem agitur de crimine, & is moritur: tunc antequam priuerit non subrogatur alius in locum illius, quia beneficium non est litigiosum: sed persona accusata, & ideo poterit cedere ante sententiam priuationis glo. in verb. finita. in c. vlt. vt lite pendente in 6. sed post priuationis sententiam, poterit dari subrogatio, quia post sententiam fuit de beneficio prouisum, ob id beneficium potest dici litigiosum.

Item non datur subrogatio in beneficiis consistorialibus, hoc est, in monasteriis virorum, valorē ducentorum florinorum, auti communī aestimatione excedētū, quia talia sunt referuata, & de illis solet Papa prouidere consistorialiter. Ideo in illis non datur subrogatio, nisi p. recesserit alia prouisio, vel commenda consistorialis. Et ita seruat stylus curiae Romanæ, teste Sta. Philo in tract. de literis gratiae. fol. 165. versic. & a ius casus. Plus dicens, videlicet non admitti res nationes tam.

In hoc regno Franciae non videtur hanc regulam seruati, ob id alia hic non scripsi.

REGULA XXX.

De verisimili notitia.

Item voluit & ordinavit.

Hæc regula fuit publicata & registrata in parlamento Parisi. anno 1493. dñ. 2. Nouembris, & vbi que in regno Franciae recepta, & in forē iudicio ad vngue seruatur: estq. à iuri viscerib⁹ extracta, maximè ex c. 2. de concess. prob. vbi beneficia antequam vacent non debet impetrari: & nisi vacatio peruerterit ad notitiam cōferentis, vel peruenire potuerit. c. quia. illo. tit. c. 2. & 3. illo. tit. in 6. nā collatio quæ non est verisimilis, non est credibilis, nec facta credit. l. cūm de indebito. §. 1. ff. de prob. l. Mætius. in prin. de lega. 2. & quod lōgē est à verisimili, est quadam falsitatis imago. Bal. in L. col. 3. C de seruis fagi. Fel. in c. quia verisimile, de praesumptio. verisimilitudo enim est cognata naturæ. Bal. in conf. 180. mortuo. col. 1. vol. 3.

Ratio solebat in principio huius regulae describi ista, videlicet, ut in habendis beneficiis ecclasiasticis fraudes evitentur, seruetur conscientia, puritas, & ambitionis via p̄cludatur ambitionis, teste Gomes. super hac reg. in princ.

Et ideo non potest huic regula Papa dispensare, cum non possit contra naturam statuere: sicut nec ius. §. minor. īst. de adoption. c. debitum. vbi Papa in 2. not. de baptismo. nec potest facere quod quis citius veniat, quam natura possibile sit.

Et quamvis sit solitus Papa derogare, non tamen recipitur eius in hoc Fracia regno derogatio, minus legati, vel alterius, nisi in casu infra descripto.

Nec probatio contraria in hoc casu recipitur, vt in c. filij, de hæret. in 6. etiam si quis velleret probare se per necromanticum & dæmonem allatum intra unum diem, quia tātummodo verisimile ad-

mittetur, videlicet quod cursor eques Romæ potuit ire sex diebus ex Lutetia: ex Lugduno quinque, hoc recipietur: ex Tholosa, septem tempore hyemis: sicut Paris. si inueniatur collatio præmatute facta, tanquam non verisimilis excludetur, ut vidi in practica seruari, nec est aliqua dispositio tam generalis, quæ ad non verisimilia trahi debeat, teste Ang. conf. 249. super primo, col. 2. vers. pro hac parte. & Ias. conf. 141. in ista, col. 8. vers. 6. prædicta, in 2. vol. quamvis Pan. & alij in d. c. quia verisimile, de præsumptio dicant probationem regulariter contra verisimile admittendam, licet clariores probationes requirantur.

Quod omnes gratia.

Requiritur ergo in hac regula, quod sit gratia, & habet locum in quacunque gratia per istum. text. omnes gratiae qui enim totum dicit nihil, excludit l. à procuratore. C. mād. siue fuerit collatio, præsentatio, siue institutio, siue nominatio, vel alia quæcunque prouisio, de quibus in ea. cum in illis, de præb. in 6. cum omnes gratiae dicuntur. cl. gratiae de rescr. Idem requiritur quod sit gratia de beneficio: alias si esset gratia delinquenti facta, valerer, quia hæc regula non habet locum in illa: cum in ea hoc non inueniam statutum, nec prohibita, etiam si gratia esset motu proprio facta, quia hæc clausula non tollit hanc ambitionem, quia præsumitur procurata: & quia facile apponetur. Ideo ut vitetur fraus, etiam in gratia motu proprio facta procedet, teste Gomesio. q. 2. & sic non haberet locum in resignatione, quia non est gratia, cum teneatur conferre, saltem permutanti. cap. inter. de præb. c. vno de rer. perm. in 7. & in Cleli. & quia hæc regula loquitur de vacatione per obitum, ut infra dicetur.

De quibus suis beneficiis ecclesiasticis cum cura, vel sine cura secularibus & regularibus.

Et sic non habet locum in beneficio temporali Regis, vel Imperatoris, seu alterius principis, cum hic in beneficiis ecclesiasticis tantum statuatur, Bonum esset tamen quod etiam seruaretur in officiis propter magnas ambitiones currentium ante tempus, habet tamē locum hæc regula siue beneficia sint secularia, siue regularia, siue sunt curata, siue non, ut hinc dicitur: etiam comprehendit hic dignitates & officia ecclesiastica, licet hic non exprimantur nominatum: sed quia text. dicit, de quibus suis beneficiis ecclesiasticis, & appellatione beneficij ecclesiastici, & dignitates & officia ecclesiastica continentur, e. postulasti. de rescr. gl. in c. i. de reg. iur. in 6. & in cl. auditor. de rescr. scripsi, in concord. rub. de colla. §. volumus. in verbo, beneficia, & quia est eadem ratio in dignitatibus & officiis ecclesiasticis, quæ in aliis beneficiis, ergo eadem decisio locum habebit. l. l. l. f. ad l. Aquil. & si qua fuerit antiquioribus causis similis, seu maior, &c. dicit text. in §. porrò, quæ fuit prim. causa beneficij intendi, & in dignitatibus maior est ambitionis ratio, & votum captandæ mortis, ergo in illicis habebit locum.

Per obitum quarumcunque personarum vacantibus.

Ergo non habebit locum si alio modo varet, ut pote per priuationem, nam si scirem quædam archidiaconum priuandum die decima Iulij mittem rem cursorum ad Papam, qui die decima priuationis mihi conferret, non valere collationem videtur. Sed argumentum hoc à contrario sumptum facit quod sic, & idem in alia vacatione, de quibus scripsi in §. monasteriis, in gl. vacantibus, de regia ad præl. nomina. facienda, quia non datur occasio mortis caprandæ hoc casu. Ratio diuersitatis est, quia posset quis machinari in mortem alterius, & ideo ut votū capienda mortis auferatur, iuxta. c. 2. & 3. de concef. præb. sed nō in priuationem, vel in aliam vacationem, ob id in illis locū non habebit, etiā si iudex procurasset priuationem, quia priuatus potest appellare: adhuc etiam reg. nō haberet loc. Gomes. hic. q. 3. distinguit. aut, inquit, impetrās per resignationem esset impetraturus per obitum, & res est expedita, quod ad hanc regula: secus si nō esset impetraturus, & iuramento procuratoris statut. Hac cōcordia nō habet saporem, quia omnis impetrans est impetraturus per obitum: sicut per resignationem, ut est verisimile, & stare iuramento procuratoris, qui ignorat voluntatem dñi est periculorum. Ideo ego concilio sic, quod habeat locū, nisi in illa impetratione fuerit regulæ derogatum, à Papa, & ita in Forensi iudicio seruatur in Fracia.

In antea fecerit.

Et sic loquitur in Papa: sed quia eadē ratio versatur in legato & ordinario, ob id etiā in illis locū habebit. Posset enim quis in mortem alterius machinari, & postea ad ordinarium currere & petere ab eo beneficium, certè ut mortis captandæ occasio tollatur, q. hic in Papa statuitur, & in aliis ordinariis seruabitur, per c. 2. & 3. de concef. præb. in 6. huius sententia est gl. in verbo, faciendas. §. neque. de colla. in prag. quam ad verbum more solito transcribit Ioan. de Selua, in tract. de benefic. in 3. part. q. 46. & idem consulēdo tenuit Dec. cōs. 398. in causa. in fi. dicens ita fuisse iudicatum in Parlamento Delphinali, & idem consuluit de Ripa. cōs. siue resp. 16. regul. & in c. 2. in fi. de rescr. sic etiam fuit saepius iudicatum in Parlamento Franciæ, vt scripsi in proc. conc. in verb. fati. idem tenet Iaso. cōs. 104. circ. a vlt. q. in 1. vol. & Gomes. hic plenē. q. 1.

Et ideo præuentiones Papæ nō valent, nisi tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes verisimiliter potuerint peruenisse ad notitiā Papæ, ut declaro in proc. concor. in verb. fati. & in §. declarantes. in verb. iure præuentonis. de mand. Apost. etiam si in ea adiiciatur clausula generalis, & quo quis alio modo varet, etiam si per obitum, ut solet ponit de stylo curiae Romanæ, teste Casſad. in dec. 29. super regul. cancellariae. Plus dicens in frequenti regula, procedere etiam si is, qui habebat beneficium in commendam morei etur, ex mero regule, & quia per obitum commentarij vacat beneficium, cum sit titulus canonicus, vt scripsi in tract. de pacifi. possit, in amplia. & Gomes. hic. q. 4.

Nullius

Nullius robotis, vel momenti sint.

Et sic cùm penitus nullæ sint collationes istæ præcœces, non proderunt etiam post triennium: tum quia nullæ vt hic, & sic non coloratæ, vt decreta de pacifi. possess. requirit: tum etiam quia nullum momentum, nec commodum afferre possunt, vt hic. vide Andr. Tiraq. de his verbis plenè scribebentem, in interpr. l. si vñquam, in verb. reueratur. in num. 81. C. de reuocan. dona. nec processus in vim talium factus valebit, nec fulminatione alia opus est, vt not. doct. in cle. i. de præb. in verb. momenti.

Nisi postobitum, & ante datam gratiarū huiusmodi, tantum tempus effluxerit.

Et sic computatur tempus à die obitus, vnde etiam si quis currat habens procuratorium ad resignandum, computabitur tempus à die obitus, pér hunc tex. nisi fuerit huic derogatum regulæ, quia in hoc casu computabitur tempus à die procuratorij: tum quia ad alium modum vacationis procurator Romam iuerat: tum quia fraus cessat, & non datur occasio mortis captandæ. Ad hæc, quia origo preclusionis aspicienda est. l. 3. C. ad Macedo. & sic intelligi debet gl. in d. verb. faciendas. §. neque. de coll. in pragm. & solēt hodie cursores, qui ante diem procuratorij currere cœperant, impetrare beneficium pluribus diebus, & postea habebit illam impetrationē, quam voluerit: sed hoc est iniquum, ideo bonū esset statuere, ne in vim vnius procuratorij plures valerent prouisiones: & etiā, quia per procuratoria aliquando post decem annos expediuntur: bonum (vt puto) esset quod post dimidium annum non expedirentur procuratoria ad resignandum, quia obliuio postea præsumitur, quæ si non esset, procurator sic constitutus reuocaretur. arg. l. peregr. ff. de acquir. posses.

Quod interim vacationes ipse de locis in quibus personæ prædictæ decesserint.

Computabitur ergo tempus ex quo decessit: non in quo valetudine prius affectus fuerit, si postea ambulauerit, vel alio vectus & translatus fuerit, peristū text. Et si reperiatur impetratio & obitus eodem die, præsumetur quod mors præcessit, & sic valebit impetratio & collatio, quia in dubio illud præsumitur præcedere, quod ad validitatem actus est necessarium. l. cum in testamento. §. hæc verba. ff. de hæred. inst. & ibi Bald. præsumi debet, vt actus potius valeat, quam pereat. l. quoties. ff. de reb. dubiis, hoc expressim decidit Cassad. decis. 21. super reg. cancel. Cardinalis rub. de præb. dicens hoc verum, dummodo sit huic regulæ derogatū. Ergo impetranti non incumbit onus probandi, quod mors præcesserit, teste. Gomef. q. 6.

Ad noritiam eiusdem domini nostri verisimiliter potuerint peruenisse.

Certum est, quod si quis promiserit mihi dare Tholosæ centum, inest tendus quo illuc proficiisci possim, & antea non potero illum conuenire. tex. in l. continuus. §. i. ff. de verb. obl. tex. in l. si peculium. §. idem dicendum. de statu liber. & citatus

sine termino tenetur quam̄ citius potest compare, reseruato sibi tempore, quo possit proficiisci. c. cùm parati, de appell. vbi Panor. in vlt. notab.

Et quamvis ante istam regulam collationes factæ à Papa vel eius executori de beneficio vacante, licet vacatio ignoraretur, valeret, vt scribit Ioā. Monac. in c. si tibi absenti. de præb. Rota. dec. 172. Nota quod vbi executor in antiquo. & idem est dicendum in ordinario, qui poterat conferre beneficium si vacat. gloss. in c. 2. de elect. in 6. & Lapis. alleg. 6.

Tamē hodie istæ collationes sunt nullæ à quo-cunque factæ fuerint: tum quia hoc est prohibitū per hanc regulam: & cōcupiscentiam nesciebam. peccatum esse, nisi lex prohibuisset. c. nam concupiscentiam, de constit. idem in ista præcoce collatione: nisi fuisset per hanc regulam prohibita, & sic non est optis ad iura contraria respondere, quæ non habent locum pér istam regulam, nam esto quod ordinarius possit conferre si vacat, & Papa: tamen illa collatio non valebit, nisi tantum tempus effluxerit, quod collationes verisimiliter potuerint peruenisse ad notitiā collatorum: alioquin nunquam Papa iure præventionis conferret, quia singulis diebus ordinarius conferret singula episcopatus beneficia, si vacarent, & poste aquam audiret mortem alicuius, expediret collationem ab illo die mortis, & infinitæ fraudes ac fallitatis, quibus obuiatur pér istam regulam cessarent. Necesse est igitur vt seruetur ista regula in quocunque collatore. Si velis multa videre de verisimilitudine, lege Andr. Tiraq. in interpr. l. si vñquam, in prin. C. de reuoc. dona. vbi multa more suo congerit, non tam loquitur de ista regula, quod miror, cùm omnia pene videatur per legisse.

Ethabet locum hæc regula, siue factum fuerit per mare, siue per terram, nam si aliquis diceret se ex Aquis mortuis iuissse Romanū vno die, non est verisimile, & ideo posset opponi hec regula, licet aliter fieri debeat computatio per mare, quam pér terram. Doct. in l. i. ff. si quis caut. Scripti in initio. ff. de verb. signif.

REGULA XXXI.

De commissionibus.

Item quod omnes & singulæ causarū cōmissiones, quas in anteā fieri contigerit obtentæ, vel occasione concessionum dūtaxat apostolicarū de beneficiis ecclesiasticis gratiarum, super quibus apostolicæ literæ cōficitæ non fuerint, ac processus desuper habendi nullius sint roboris vel momenti.

Commissiones causarū à Papa factæ super beneficiis per supplicationem, non valent: nisi literæ sint expeditæ, id est, bullæ confessæ, nec etiam valent processus facti in vim illarum commissionū: quia dicunt signaturam esse gratiam imperficiam, dicam infra, nisi derogeretur huic regulæ, vel ponatur in signatura, quæ literas tamē intra ter-

Nullius roboris, vel momenti sint.

Et sic cùm penitus nullæ sint collationes istæ præcoce, non proderunt etiam post triennium: tum quia nullæ vi hic, & sic non coloratae, vt decretum de pacifi. possit. requirit: tum etiam quia nullum momentum, nec commodum afferre posunt, vt hic. vide Andr. Tiraq. de his verbis plenè scribentem, in interpr. l. si vñquam, in verb. reueratur. in num. 81. C. de reuocan. dona. nec processus in vim talium factus valebit, nec fulminatione alia opus est, vt not. doct. in cle. i. de præb. in verb. momenti.

Nisi postobitum, & ante datam gratiarū huiusmodi, tantum tempus effluxerit.

Et sic computatur tempus à die obitus, vnde etiam si quis currat habens procuratorium ad resignandum, computabitur tempus à die obitus, pér hunc tex. nisi fuerit huic derogatum regulæ, quia in hoc casu computabitur tempus à die procuratorij: tum quia ad alium modum vacationis procurator Romam iuerat: tum quia fraus cessat, & non datur occasio mortis captandæ. Ad hæc, quia origo prouisionis aspicienda est. l. 3. C. ad Macedo. & sic intelligi debet gl. in d. verb. faciendas. §. neque. de coll. in pragm. & solēt hodie cursores, qui ante diem procuratorij currere cœperant, impestrare beneficium pluribus diebus, & postea habebit illam impetrationē, quam voluerit: sed hoc est iniquum, ideo bonū esset statuere, ne in vim vnius procuratorij plures valerent prouisiones: & etiā, quia per procuratoria aliquando post decem annos expediuntur: bonum (vt puto) esset quod post dimidium annum non expedirentur procuratoria ad resignandum, quia obliuio postea præsumitur, quæ si non esset, procurator sic constitutus reuocaretur. arg. l. peregrin. ff. de acquir. posse.

Quòd interim vacationes ipse de locis in quibus personæ prædictæ deceaserint.

Computabitur ergo tempus ex quo decepsit: non in quo valetudine prius affectus fuerit, si postea ambulauerit, vel alio vectus & translatus fuerit, per istū text. Et si reperiatur impetratio & obitus eodem die, præsumetur quod mors præcessit, & sic valebit impetratio & collatio, quia in dubio illud præsumitur præcedere, quod ad validitatem actus est necessarium. l. cum in testamento. §. hæc verba. ff. de hæred. inst. & ibi Bald. præsumi debet, vt actus potius valeat, quam pereat. l. quoties. ff. de reb. dubiis, hoc expressim decidit Cassad. decis. 21. super reg. cancel. Cardinalis rub. de præb. dicens hoc verum, dummodo sit huic regulæ derogatū. Ergo impetranti non incumbit onus probandi, quod mors præcesserit, teste. Goines. q. 6.

Ad notitiam eiusdem domini nostri verisimiliter potuerint peruenisse.

Certum est, quòd si quis promiserit mihi dare Tholosæ centum, inest tendus quo illuc proficiisci possim, & antea non potero illum conuenire. tex. in l. continuus. §. i. ff. de verb. obl. tex. in l. si peculium. §. idem dicendum. de statu liber. & citatus

sine termino tenetur quam citius potest compare, reseruato sibi tempore, quo possit profici. c. cùm parati, de appell. vbi Panor. in vlt. notab.

Et quamuis ante istam regulam collationes factæ à Papa vel eius executori de beneficio vacante, licet vacatio ignoraretur, valerent, vt scribit Ioā. Monac. in c. si tibi absenti. de præb. Rota. dec. 172. Nota quod vbi executor in antiqu. & idem est dicens in ordinariis, qui poterat conferre beneficium si vacat. gloss. in c. 2. de elec. in 6. & Lopus. alleg. 6.

Tamē hodie istæ collationes sunt nullæ à quo-cunque factæ fuerint: tum quia hoc est prohibitū per hanc regulam: & cōcupiscentiam nesciebam, peccatum esse, nisi lex prohibuisset. c. nam concupiscentiam, de constit. idem in ista præcoce collatione: nisi fuisset per hanc regulam prohibita, & sic non est opus ad iura contraria respondere, quæ non habent locum per istam regulam, nam esto quod ordinarius possit conferre si vacat, & Papa: tamen illa collatio non valebit, nisi tantum tēpū effluxerit, quod collationes verisimiliter potuerint peruenisse ad notitiam collatorum: alioquin nunquam Papa iure præventionis conferret, quia singulis diebus ordinarius conferret singula episcopatus beneficia, si vacarent, & postea quam audiret mortem alicuius, expediret collationem ab illo die mortis, & infinita fraudes ac falsitates, quibus obuiatur per istam regulam cessarent. Necesse est igitur vt feruerit ista regula in quo-cunque collatore. Si velis multa videre de verisimilitudine, lege Andr. Tiraq. in interpr. l. si vñquam, in prin. C. de reuoc. dona. vbi multa more suo congerit, non tam loquitur de ista regula, quod miror, cùm omnia penè videatur per legisse.

Ethabet locum hæc regula, siue factum fuerit per mare, siue per terram, nam si aliquis dicceret se ex Aquis mortuis iuisse Romanu uno die, non est verisimile, & ideo posset opponi hæc regula, licet aliter fieri debeat computatio per mare, quam per terram. Doct. in l. i. ff. si quis caui. Scripti in l. in itinere. ff. de verb. signif.

REGULA XXXI.

De commissionibus.

Item quod omnes & singulæ causarū cōmissiones, quas in antea fieri contigerit obtentæ, vel occasione concessionum duxat apostolicarū de beneficiis ecclesiasticis gratiarum, super quibus apostolicae literæ cōfertæ non fuerint, ac processus desuper habendi nullius sint roboris vel momenti.

Commissiones causarum à Papa factæ super beneficiorū per supplicationem, non valent: nisi literæ sint expeditæ; id est, bullæ & confessæ, nec etiam valebunt processus facti in vim illatum commissionū: quia dicunt signaturam esse gratiam imperficiam, dicam infra, nisi derogetur huic regulæ, vel ponatur in signatura, quæ literas tamen intra ter-

minum ad articulandum expedire paratus est, tunc poterit experiri: & si pars requirat, expedientur bullæ, teste Steph. in tract. de literis iustitie, fol. 141. & seq. vers. imprimis igitur, & sic valebit ista commissio etiam literis non cōfeditis, dummodo in termino ad articulandum literas expediatis secundum eum: vel sumptum bullarum producat, Rota, dec. 621. in antiquo, & ut Papa cogat actorem ad leuandum bullam, solet apponere ista clausula in d. commissionibus, videlicet quod interim beneficiū ipsum, etiam quoad effectū regulæ de subrogādis, minime cēfatur litigiosum: alias non dabitur cōmissione in materia beneficiali, literis nō concessis, & solet apponi etiam ad tollendas fraudes imperantium beneficia per alios possessa, ratione senectutis, forte ut gaudeat beneficio regulæ de subrogādis post senis mortem, cui obuiat ista regula: licet alias regulariter post citationem executari, res dicatur literis litigiosa, cl. fi. vt lit. pend. Pan. & alij in c. gratum. de officio deleg. Tamen non hic ratione huius clausulae, dicitur in beneficiū litigiosum quoad actores impetrantes commissionem, tam quoad regulam de subrogādis, arg. eorum quæ Āegidius scribit dec. 380. Si faciens committi, & dec. 545. Si pendente, quam etiam, ut actor ius suum cedere non possit etiam ante dictum terminū ad articulandum: alias diceretur lite pend. cedere, & sic posset reuocari, per cle. i. vt lit. pend. dec. Rotæ 411. lit. pend. in not. q. a. litis pendentia bene inducit in præjudicium impetratis, ut scribit Lud. Rom. conf. 330. circa primum. col. i. cum cl. vt lit. pend. plenè Gom. in compendio vtriusque signaturæ, num. 63. & 64. de quo scripti in commen. regulæ de idiome, ut ad notitiam citati perueniat citatio, & simulatq; impetratio ad notitiam actoris peruenit. Ergo quoad eum, his dicitur pēdere & etiā res dicetur litigiosa, ut actor teneatur postea in rescriptis de hac litis pēdentiaria, facere mentionem, alias non proderunt impetrati, nec renocebunt c. causam. q. 2. de testib. & ibi gloss. in c. dilectus. vt lit. pend. Fel. in c. super literis. col. 7. vers. 6. reg. de rescr. Staphil. vt suprà. fol. 144.

Id ē in cōmissario mādati seu alterius bulle, nam ista cōmissiones verbales periculose sunt ob id litera expediti debent, quia interdum iudex, qui concessit negat se concessisse non ex malitia, sed ex obliuione, quamobrē cōmissiones verbales, quas iudices faciebant, fuere reprobatae per Senatum Parisi anno 1533, die verò 24. Martij.

Nota diligenter, quod is cui mādatur commissio, facit processum fulminatum, nam primo dicit literas Papæ sive præsentatas fuisse integras, non rasas, nec cancellatas: sed in forma iuris, & iustitiae, quas cum honore & reverentia, ut docet recipimus iuxta c. si quando. de rescr. quas ad verbum, describēdas cum nostra cōmissione curauimus. Paulus, &c. Et postea iste cōmissarius concedit literas ipsam suæ cōmissionis si sit opus.

Hodie in regno Franciæ causa vitandi circūrum, nisi causa cognitione requiratur in literis gratia, non solet fieri processus fulminatus: sed facta præsentatione literarum gratia, executor cōfert, vel facit quod mandatur ei.

Aduertendum est q. ista cōmissiones per simplicem signaturam, absque bullarum expeditione conceduntur, & secundum ipsarum tenores & formas iudicare debent cōmissarij, nec registratur ista supplicationes iustitiae, sicut supplications gratiam continent, q. a. non presumuntur fālitas in istis, sicut in aliis c. pen. de cri. fāl. vnde sumptū de registro supplicationum, signatura dñi Papæ, in iudicio non facit fidem: secus si de registro bullarum extrahatur, & ita tenet curia Rom. ut testantur do. de Rota, dec. 621. Nota sumptum in antiquo.

Mente tenendum est, quod una cōmissione non datur ad duo beneficia aduersus possessa, secus contra vnum, si expressa sint in supplicatione, q. a. hoc casu una gratia censetur esse, secus in alio. arg. l. scire ff. de verb. obl. Bart. in l. Aurelius. §. idē que sit. de libera. lega. nec etiam dicitur cōmissione, vel literæ regia ad causas moras & in futurū mouendas per c. adhac. de rescript.

Item non datur à Papa cōmissione, & data non prodest, ut processus factus absentia parte, & non citata validus fiat, & confirmetur: quia defectus citationis non solet sanari etiam refectis expensis à parte, nec confirmari potest à principe, cum dicatur de iure diuino nullus. cl. pastoralis. de re iudicā. quia contra partem inauditam nihil facere potest Papa. c. i. de causa posse. Si tamen fuerit facta citatio, & non fuerit seruata forma, tunc potest confirmari per literas. cl. causam, in fi. de electione, Rom. confil. 360. circa. & conf. 410. vt clarior. Rota, decif. 271. Si de mandato. in not.

Præterea defectus mandati, non solet per literas confirmari: vnde si quis impetrat literas Regias, ut defectu mandati non obstante valeat processus, non verificabuntur nec interinabuntur: quia processus est nullus. l. licet. & ibi docet. C. de procura. & c. in nostra. illo. tit.

Item processus factus à procuratore reuocato, non solet confirmari per literas, quia est nullus, cum sit factus contra voluntatem domini. c. ex parte decani. iuncta. gloss. de rescr. & iudex ex officio potest compellere procuratorem, ut exhibeat mandatum ne laboret in vano. glo. in verb. absentia. c. de elec. in 6. Ludo. Rom. conf. 60. & conf. 170. sciebant.

Item per literas noui solet infirmari contraclus vtriusque partis consensu factus. l. 1. & 2. C. quando liceat ab emptio. discedere.

Nec confirmari factus ab eo, qui cōsensum nō habebat, ut pote à furioso, vel pupillo: quia consensus est de iure naturali. Ideo Papa defectum consensus supplere nō potest, multo minus alius princeps teste. Ioan. And. & Pan. in c. per venerabilem, qui filii sunt legitimi.

Præterea defectus iurisdictionis non solet per literas sanari, nec cōfirmari, quia processus est nullus, ac omnia inde secuta, nō solū ex defectu cōsensus: sed etiā propter solennitatis defectum, quia nō potuit coram iudice alio interuenire, ut docet Pan. in c. significasti. col. pen. de for. compet. & hic defectus iurisdictionis semper allegari potest, etiā post trescentias conformes. gloss. singul. in cle. vna, in gloss. vlt. de sequēt. possess. & fructuum. Gomeſ.

Gomes.in cōpend.vr̄iusq; signaturae.n.74.& seq.

Adhac non sanatur per has cōmissiones defēctus ex via iniustitiae.Panor.in c.4. in fi.de re iudi. nisi sententia fuerit nulla ex defectu ordinis , seu solennitatis positā in l.prolatam.C.de sentent. & interlocu. omn.jud. & hoc refectis expensis, quia ista solemnis est iuris positui,quam Papa supple-re potest,cum sit super ius.ca. proposuit.de cōces. præbend.l.princeps.fl.de legib.

Nota bonum verbū, quod in his commissionibus,& aliis literis iustitiae,in dubio non præsumi-tur Papa,vel princeps concedere aliquid in præ-iudicium alterius,nec facere gratiā, nisi aliud ex-primat.Hoc docet Staphil.in tract.de literis iustitiae fol.150.vers.cōstat autem quod stilus. Plus in-ferens,quod quando vnuis petit monitorium dari cōtra debitorem defuncti,cuius ipse,qui petit est creditor,datur; sed cū clausula,absque præiudicio petitoris creditoris,juxta reg.c. qui prior.de regu. iur.in 6.& ff.ac C. qui potio.in pign.habeantur.

Addit etiam, quod post conclusionem in causa non solet curia Romana dare commissionem, nisi conclusioni illi deroget, & hoc propter regulam cancellariae,hoc disponentem : nisi aliquid de no-uo producat,nam tunc si per auditorem admittā-tur,racire conclusioni derogatū videtur ,quia au-ditori non obstat conclusio.Rota decif.5. Si post conclusionem,in nouis. gl. in cap.cum dilectus,in verb.decentiūm.de electionibus.Ioan.Staphil.in tract.de literis iustitiae.f.168.vers. nō datur aliqua.

Item licet commissiones in curia vbi sunt con-cēsse,sint latē interpretandæ.Innocen.in c.super literis,de rescript.tamen non extenduntur ad ea, quæ sunt contra, vel præter intentionem cōmit-tentis,& ideo commissio impetrata contra viuum, eo mortuo,est finita:nec poterit conueniri hæres. c.significauit,de rescript.& impetrata cōtra duos reos,mortuo actore , etiam extincta erit deci.Ro-ta.103.Si impetraret. ita no.

Limita istam regulam nō procedere in spolia-to , vt etiam literis non confectis possit prosequi causam in odium spoliantis , & in fauorem spola-ri.Cassado.in decif.1.super reg. cancella.

Secundo etiam non procedit,quādo fertur ab-solutoria contra impetrantem.Cassado,in 2.decif. incipien. Item voluit.

Tertiō fallit,quando derogatum est huic regu-læ,Cassador.decif.3.super eadem , & solet deroga-ri,dummmodo expeditio fiat ante terminum ad articulādum,quod postea præsumit factum si ex-peditio literarum inueniatur,vt ibidem. & decif. 4.Innoleuit.

REGVL A XX XII.

De impetratiōne beneficiorum per obitum fa-miliarium Cardinalium vacantium.

Item voluit quod impetrans benefi-cium vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis.

Ista regula indulget Cardinalibus hoc priuile-gium , quod competit tam Cardinali residenti in curia,quam nō residenti,cūm hic loquatur gene-raliter : tamen residens in curia habet vñ specia-le,de quo infra.

Item ista regula loquitur quando beneficiū va-cat per obitū: fecus ergo si vacet per resignationē, etiam si resignās moriatur intra viginti dies,dum-modo fuerit regulæ derogatū à Papa , qui potuit facere ne vacaret per obitū,dispentando illi regu-læ,vt plenè scripsi in §.præfatiq; ordinarij.in glo-vacare.de colla.in concord.& istud expressum de-cisum inuenio per Cassad.in deci.16.vnuis familia-ris, rub.de præbend. habebit tamē locum si vacet per obitum illius,cui erat ad vitam commendatū, vt idem concludit Cassador.decif.37.Si familiaris. in eisdem decisionib.super regu.Cancella. etiam si ille post mortem Papæ esset familiaris Cardinalis. idem Cassad.decif.13.ibidem.

Teneatur exprimere nomen.

Oportet quod impetrans beneficium per obitū familiaris alicuius Cardinalis vacās,exprimat no-men Cardinalis, sed an cognomen:Respond. non: quia hic non dicitur,nec solet Cardinales nomine proprio & cognomine vocari , maximè à Papa. Ideo est solo contentus nomine,cum titulus Car-dinalis reddat eum certum ,quod sufficit ,vt in l. certum. ff.si cert.per.& quando nomen proprium sufficiat vel non,plenè scribit Paul.Paris.in c.audi-tis. col.8.& seq.de prescript.

Et titulum ipsius Cardinalis.

Et sic solet exprimi in literis Papæ,Cappella-niam in ecclesia Senonen.quam qeondā N.in ipsa perpetuus cappellanus,dū viueret obtinebat,per obitum ipsius N. qui curialis & dilecti filij nostri Anthonij tituli sanctæ Anastasiæ presbyteri cardinalis familiaris existens,de ciuitate,&c.

Et si ille in curia fuerit,eius ad id accedat assensus:aliás desuper gratia fit nulla.

Vult hic Papa collationem beneficij vacantis per obitum familiaris cardinalis in curia existen-tis non valere nisi consensus cardinalis ad hoc ac-cedat,magis enim fatendum est his, qui plenè la-borant : sicut illi,qui in curia resident,Vnde dicit. text.non sunt alieni à labore & puluere, qui signa nostra comitantur.l.vna.Cod.de palati.sacrari.largi.lib.12.& propter expensas & onera quæ Cardi-nales sustinent in eorum familia.Cassador.decisi. 37.super reg.cancel, quæ incipit, si familiaris. Et quamvis aliqui cardinales extra curiam valide la-boorent: tamen non ad utilitatem publicā: sed fre-quenter circa mulieres,& venationes, & ludos, Ideo hoc priuilegium eis non conceditur.

Et idē seruari voluit etiam si dicti familiaries , eorundem cardinaliū familiaries esse desierint , seu ad aliorum cardinalium fa-miliaritatē similem transferint,quoad be-neficia , quæ familiaritate priori durante

obtinuerint, & in quibus priori ipsa familiaritate durante ius eis competierit, ita quod Cardinales, quorū prius familiares fuerint, suum habeant adhibere consensum.

Et sic Cardinalium consensus requiritur nō solum quoad familiares, qui moriūtūr in eorum servitio, sed etiā si desierint esse familiares, dummodo illa beneficia habuerint durante familiaritate, quia Cardinalis potuit ei conferre ex suo episcopatu. Igitur si iste moriatur, habet Cardinalis alterius familiari prouidere. Limita tamen ut sequitur.

At felicis re. Sixti IIII. Innocentij V III. & Adriani V I. Roman. Pontificum prædecessorum suorum hērendo vestigiis, declarauit præsentem constitutionem locum non habere in illis beneficiis, quæ non solum ratione familiaritatis, continuæ commensalitatis huiusmodi: sed etiam ratione officiorū, quæ familiares ipsi tempore obitus eorum in dicta curia, vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuerint, dispositioni generaliter reseruata, vel affecta fuisse apparerent.

Limiterat quod supra statutum fuit, videlicet quod consensus cardinalis requiritur, quādo cardinalis est in curia, & eius familiaris moriatur: tūc Papa non cōferet sine illius consensu. Fallit quando illud beneficium esset generaliter reseruatum Papæ, vel ratione officij, videlicet scriptoris: vel quia est maior dignitas in ecclesia Pōficali, tunc Papas sine alicuius consensu conferet: vel quia est Papæ familiaris, ut scribit Casiodoro in decisiōne de præbendis.

Secundo fallit quando aliquis litigaret cum familiari alicuius cardinalis: quia tūc petendo subrogationem, non tenetur consensum requirere cardinalis, nec habet locam ista regula, quæ loquitur in alio casu, teste Gomez. in q. 5. super reg. de subrogand. collitigantibus.

Necnon illos, quoad effectum dictæ cōstitutionis, familiares eorumdem cardinalium censeri, qui ipsorum cardinalium familiares, continuæ commensales, ad minus per quatuor menses fuisse probarentur. Decernens irritum, &c.

Hic traditur maxima declaratio ad omnes regulas, ut illi dicantur familiares, qui fuerint per quatuor menses commensales continuæ. Et commensales vocat, qui sumptibus, & expēsī cardinalis in eadem domo degunt, quasi simul mensales, & in eadem mensa degentes, & dicuntur coniuctores, quia simul viuunt, id est in eadem domo, licet non in eadem mensa: quia famulus non solet in eadem mensa cum domino comedere saltēm in Francia.

Et pro hac decisione facit quod scripsi in scholastic. priuileg. 141. vbi dixi per legem regni, scholasticos non posse cōuenire suos debitores in hoc

regno Francia, nisi studuerint prius per sex menses. Et cont. cui dicerentur familiares, etiam si essent in studio, ut probat Calderinus. conf. 8. An si legatus de offic. leg. & plenē scripsi in 23. priuilegio scholasticorum.

Requiritur tamen quod quatuor menses sint completi per illam dictionem per l. urbana. §. per tractare ff. de verb. signif.

Et possit computari menses prout in calēdario positū sunt, nam Kalendis Januarij effectus fuit cōmensalis cardinalis, in Kalendis Maij, erunt lapsi quatuor menses & completi per glo. in c. quām sit, de elect. in 6. scripsi in glo. Concord. in verbo, post mensē in forma manda apostol.

REGULA XXXIII.

Item idem dominus noster ad euitādum lites & contentiones, quæ ex præcedenti sua constitutione exoriri possent, vestigiis prædecessorum suorum inhārendo, volvit, statuit, & ordinauit, quod si beneficia, quæ per obitum familiarium continuorum commensalium eorundem cardinalium in futurum vacabunt, cessantibus apostolicis reseruationibus ad alterius cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti constitutione non comprehendantur, quoad hoc ut in prouisionibus talium beneficiorum super expeditione literarum illius cardinalis, cuius familiaris defunctus ille extitit, consensus requiri debeat: sed beneficia huiusmodi ad collationem, & quamvis aliam dispositionem Cardinalis ordinarij collatoris, ut præfertur liberè spectare censeantur, & si aptū sedem Apostolicam beneficia huiusmodi per obitum dictorum familiarium vacauerint, tunc in prouisione huiusmodi talium beneficiorum, super expeditione literarum illius Cardinalis exigatur consensus, si in Roman. curia præsens fuerit, ad quem eorundem collatio, vel dispositio, ut præfertur pertinere deberet.

Hic traditur altera limitatio ad præcedentē regulam, videlicet quod consensus Cardinalis in curia degentis, requiratur in collatione beneficij vacantis per obitum sui familiaris, fallit quando collatio illius beneficij spectet ad alium Cardinalem: tunc collatio libere poterit fieri ab illo: nec requiritur cōsensus illius Cardinalis in cuius erat servitio, & familiaritate, quia priuilegiatus Cardinalis non debet ut priuilegio aduersus aliū Cardinalem priuilegium tex. vbi Bartoli. in authent. quas actiones. C. de sacro sanctis ecclesiis.

Insuper

Insuper vult hæc regula, quod si beneficia familiariis Cardinalis vacarunt in curia, quod requireatur consensus eius, etiam si à Papa conferendum esset beneficium, si ille Cardinalis præsens sit in curia, alias fecus.

REGULA XXXIII.

De signatura per fiat.

Item voluit idem Dominus noster, quod concurrentibus eadem die super quocunque beneficio per fiat, & concessum, signaturis: ex eis, per fiat, etiam ut petitur, habent alteri, per concessum etiam motu proprio, habenti præferatur.

Et sic est casus in quo plus valet cōcessio ad petitionē, quām motu proprio, quod est notādū, & per solā signaturā probari vult hæc prælationem. An debeat hic præferri, etiā si ille, qui habet per concessum, accepit prius possessionē, vel aliam habeat qualitatem? & putarem quod sic: quia hæc signatura per fiat vincit motum proprium, qui est fortis, ut scripti in glo. motu proprio, de colla. in concordia. fortius vincit signaturā per concessum, etiam post possessionem, ita nunc inueni decisum fuisse Romę in duabus causis, & ita interpretatū, vereferet Calzado. in dec. t. 4. regula. rub. de præbē. Aduertēdū est quod Genes. i. c. dicitur, fiat lux, & facta est. sic fuit verbum Dei, & eius nunc vicarij. Et verba Dei aliis sunt præferenda, ut hic vult Papa, & suar̄ magis notandū, quām aliorum, nam per hoc verbū fiat, statim perficitur gratia. Calder. in c. quisquis. de elect. Bal. in l. cum apud. C. de cōmuni seruo manu. facit text. in l. ait prætor §. deinde ait, ibi hæc verba, fiat, statim & facto suo nocēt. ff. ne quid in loco pub. ca. qui bona. §. sicut. 17. q. i. & bōdie s̄ap̄ius parlamenta Franciæ solent in supplicationibus ut hoc verbo, fiant, ut s̄ap̄ius vidi si lüb̄iecta materia hoc patiatur, ut fiat p̄rceptū, &c. fiant inhibitiones, &c.

Sed ista regula videtur omnibus aliis contraria loquentibus de signaturis, quæ volunt non adhibendam fidem signaturis, ergo non facerent fidē. Respon. facit fidem quo ad bullam, non tamen ut iudicetur ex ea sola, & pro intellectu huius regulę notanda sunt sequentia.

Primo notandum est, quod Papa maximē solet vti in beneficialibus triplici genere scripturarum, quadā vocat signatura, altera bulla, altera breue.

Signatura est scriptura in Papyro à Papa signata vel eius delegato, absq; sigillo, partis supplicationem, Papæque concessionem breui continens.

Primo dico, quod est scriptura, nam omnis supplicatio scripta est, nec posset probare nisi per scripturam, cum ante scripturā nō dicatur signatura, quia nō est signata, nec signari id, quod nō est, potest. arg. l. decē. ff. de verb. oblig. Doct. in rubr. de constit. scripti in §. i. in verb. literas. de māda. Apostol. in cōcordia. & sic est vñ⁹ casus in quo scriptura requiritur vltra descriptas per glo. in c. i. de censib. in 6. licet alias actus tantum valeat sine scriptura, quantum cū scriptura. l. Pactum quod bona fide.

C. de past. fiunt enim scripturæ vt quod actum est per eas facilius probari possit, & sine his quidē valet quod actum est. l. contrahitur. ff. de pignor. ratio est quare in gratia requiritur scriptura. Quia est valde difficile testibus deponere de omnibus quæ continentur in gratia, vt hīc docet Card. in procem. Clem. §. sanē. q. 5. prout refert Feli. in rub. de constit. col. 4. vbi limitat in tribus casibus: Primus est iū probanda qualitate gratia, per text. in in c. auditis, de restit. in integrū. gl. sing. in ca. duobus, de rescript. in 6. & in c. i. à sede. de pr̄ben. ibidem. vbi prioritas per testes probari potest.

Secundus casus, in foro conscientiæ potest quis vti gratia etiam sine literis. Abbas in Clem. dudū, in f. i. de sepult. post gl. ibi.

Tertius casus est, quando agitur de probando tenore gratia cuius literæ sunt perditæ. c. cū olim. de priuileg. text. in l. sicut iniqum. vbi Batt. C. de fide instru. l. testimoni. in f. i. C. de fide instru. alios casus scripti in concorda. titu. de manda. apost. §. i. in verb. literas.

Secundo dico in papyro deſ. ripta, ad differētiam bullæ, quia regulariter supplicationes & signaturæ solent in papyro describi, non pergamo: sicut bulla, & iste est curia Romanæ stilus, qui seruandus est. c. ex literis, de constit.

Tertio & à Papa, vel eius delegato signata, quia signatura nō dicitur, nisi signata sit, ob id enim dicta est, q; signetur & subscribatur, & inferius dicitur, & scribo in l. subsignatū. ff. de verb. significa.

Quarto dicitur, absq; sigillo ad differentiam breuis, quia breue decoratur sigillo ex annulo pectoris, ut inferius dicetur in materia breuis.

Quinto in definitione dicitur, partis supplicationem continens, nā solet pars dicere, beatissimè pater, vel pater sancte, cū ecclesia, &c. & solet primo supplicationem suam inserere, & postea Papa solet addere, fiat, ut petitur, vcl, cōcillum ut petitur, & postea solent summariū describi omnes clausulæ in bulla ponendā ut inferius apparebit.

Sexto additum est, Papæq; concessionem continens, ergo neceſſario signatura debet continere tria, videlicet partis supplicationem, Papæ signam, & concessionem, vel uī delegati aut vice cancellarij, sed cum ip̄i nomine Papæ expediant, dicitur Papæ concessio. per reg. qui per alium facit, per seipsum facere videtur.

Quare vocatur signatura; Respon. quia à Papa, vel eius cōmiso, signari solet, & dicitur signatura, quasi signata, id est subscripta, ut in l. subsignatura. ff. de verb. signific. & ibi scripti. Si ergo recusat, & non signetur, non dicitur signatura, priuatio p̄assupponit habitum, sicut p̄positio. l. decē. ff. de verbo, obligat.

Itē inferri potest, quod si Papa concedat motu proprio, absq; partis supplicatione, non poterit dici signatura, quod est verum si nullam narratio nē cōtineret, alias sec⁹, nā potest esse supplicatione, & tamē Papa motu p̄prō concedet, ut Bal. affirmit in c. nisi. col. i. de offi. lega scripti in glo. motu proprio, in forma māda. in concordia, & inferius dicitur: sed oportet supplicationem partis præcedere.

Item

Item cum Papa semel signet eam, non debet concedi supplicatio duplicata, quia in vita re quereretur lignum Papæ, quod non solet poni nisi in una, & hæc seruari tempore Papæ Pauli III. in curia Romana solebat.

Item signatura falsa, nō signata ab eo qui debet signare: sed ab alio, nō meretur dici signatura, quia denari⁹ falso, denarius nō est. gl. in l. omnes. C. de hæret. l. eleganter. §. q. reprobos. ff. de pig. act.

Quæro, an soli signaturæ credatur: brevi resp. quod non, vt statuitur in reg. 25. cancel.

Quia quemadmodū imbreuiatura notarij nō redacta in formā instrumenti nō facit fidem, quousq; fuerit de iudicis mandato in mundū & ad lōgum redacta. l. contractus. & ibi Paul. C. de fide instru. vbi plus dicit, quod si pars primo producat protocollum, vel imbreuiaturam, non sufficit ad faciem fidem, quia non est scriptura munda, nec extensa, sed requiritur ultima scriptura extensa qua in actus ad longum deditur, sic potest dici de signatura & bulla, vt primo bulla sit producenda, & si de eadib; tetur, ad signaturam, ex qua extra fta est, tanquam ad protocollum recurramus.

Primo fallit quādofuerit approbata per librum registri signaturū, quia tunc facit plenam fidem sicut notarij protocollum. tex. in authen. de tabellio. §. f. colla. 4. & tunc habeo sumptū, & valebit quod probationem, nam ex stilo curiæ Rom. gratia Papæ possunt ex registro sumi, & aliter probari, quam per literas bullatas, vt habetur in proce. sexti decret. & hoc expressum docet autho. Butri. in conf. 49. visis literis. col. 2. & isti registro ex stilo curiæ R. nil addi debet: & hoc etiā voluit datari⁹ Papæ Pauli I II. nec dies in eo scriptus mutari.

Secundo restringe quādofuerit approbata & aliis administriculis fulcita: vt pote per mēsularios expertos, qui depositur eā bonā & secundum stilo curiæ Rom. factā. arg. l. instrumentū. C. de probatio. vbi creditur scripture priuatę si iuuetur alius administricus, & multo fortius signaturę. Præctica ergo est in Frâcia, quod si nō possim ob tinere bullam obstante legitimo impedimento, impetrē literas regias, per quas impedimentū narrē, & pētā mihi concedi, vt liceat approbare per expertes dictam signaturam, & verificare, & con cedi solet, obstante & constante impedimento.

Tertio fallit quād confidendum bullā, nā tūc signaturę creditur, ad hoc vt bulla ex hac cōficiatur: sicut ex protocollo notarij instrumentum cōficitur, aliás bulla conficie non posset, nam Romæ abbreviator solet signaturā ad verbum describere in vno libro, & si de ea dubitetur, ad illū librum recurremus, tanquā ad originale, vt firmat Anto. de Butrio cōf. 2. visis. col. 1. vbi dicit, quod quando aliter sumpta est minuta per vice cancellarium, & in agis strictè, vel largè, quam fuerat à Papa cōfesa, tunc recurrendum est ad originale, per c. quopiam cōtra. de proba. idem repetit consil. 49. visis literis. Et per hoc fuit iudicatū in hoc senatu pro signatura contra bullam. Nā in signatura erat cōcessio beneficij, prouiso, quod non esset de collatione episcopi Piétavien. expedita erat bulla sine

illa clausula: sed producta fuit signatura continē istam clausulam, prouiso quod no esset, &c. & probatum, beneficiū esse de collatione episcopi Piétavienis, certè fuit iudicatum pro signatura, vt non valeat collatio, licet in bulla nīl dicatur, quia signaturæ statut quoad cōtentā in ea: & plus quoad hoc quam bullæ, vt predixi, nam signatura quoad se est gratia Papæ perfecta, vt est text. in ca. Institutionis. 25. q. 2. Rota decis. 882, nota quod vbi gratia, in antiqu.

Quarto tempora, cōsentientibus partibus, nā sive līnt quod ex sola signatura pēnſio debeat, exigi poterit, vt scripsi in tracta de pacific. possess. nu. 137. quia quilibet potest renunciare priuilegio in fauorem suum introducto. l. pen. C. de pac.

Quamvis Probs. in cap. tibi, qui in ad di. ad Ioan. Monach. n. 13. de rescr. teneat contrarium, dicēs esse scripturā priuatam, ideo non facere fidem nisi in cancellaria, vt super ea sumatur per officiales curiæ formā, quaz dat esse rei, & eam conseruat in esse. Absurdum enim foret si hoc esset per partes remissibile. l. nemo. ff. de lega. l. allegat. simile de excommunicatione, sicut enim excommunicatio partium conuentione tolli non potest, nisi absolu tio sequatur. cap. cum desideres. de sentē. excom. Ioan. Monach. in ea, quicunque. col. 2. illo tit. in e. hæc Philip. Probus in d. c. tibi.

Ego vero dico si partes velint stare signaturę, quod ei stetur. nam cū partes sunt cōcordes, quid ad iudicem? Quid animaliud agit prætor, quam vt controverſiam dirimat? l. 1. §. inde. ff. de noui operis nuncia. & iudex non supplet in his, quae facti sunt. l. vna. C. vt quæ defunct aduoca. & istud est introductū in merū fauore partium, & principaliter, ergo illi fauori renuntiare possunt. l. pen. C. de pac.

Item probatio imperfecta, potest reddi de consensu partium perfecta. l. f. C. de testibus. & vni testi credi, licet alias non. l. Theopompus. vbi plene. Bart. ff. de dote prælega. Feli. & alii in cap. veniens de testib. etiam sine iuramento. gl. in l. 1. ff. de feriis.

Imò possunt facere partes, vt dicto alterius partis credatur super dānis & interesse, vt Bart. firmat in l. f. ff. de præto. stipula. & in l. iuslurandum quod ex cōuentione. in princ. ff. de iure iur. sequitur Ias. in repet. l. admonendi. col. 90. nu. 200. ff. illo tit. Et testi etiam infami, authent. si quis testibus. C. de testib. facit gloss. sing. in authent. de testib. §. & licet. in gl. & suppliciis. vbi multa addidi colla. 7. Doct. in c. causam. de testib.

Et signatura non dicitur scripture priuata, quia est facta, secundū eū, per officiales curiæ, ergo nō est priuata, sed publica. Et si priuata esset, nō signaret eam Papa, & signando videtur tacitè mandare vt literæ fiant secundū signaturā, nam postea cancellarius scribit, per quem debeat fieri minuta postea ingrossanda, vt docet Nico. Milius in repet. in verb. gratia Apostolica. q. 36. Et quāuis esset scriputra priuata: tamen ex conventione partiū facere fidē inter partes, vt plenē probat Ias. in d. l. Admonendi. col. 40. nu. 101. cum seq. ff. de iure iur. reprobando Inno. & alios contrarium tenentes.

Nec refragatur d. l. nemo potest, quia intelligi debet

debet de legib⁹ iutroducētibus folēnitatē, vel ius publicū, q̄ per partes non possit renunciari, secus si ius introducat aliquid in fauorē partiū, tūc par- tēs renunciare poterunt: nec obest allegatio facta de excōmunicato, quia excōmunicatio nō est in fauorem partium introducta, cum sit medicinalis. ca. i. de senten. excom. in 6. igitur partes hoc non possunt, secus in signatura vt possint illi credere.

Quinto fallit vt probet contra supplicationem, qui eā dedit, ad hoc vt probetur, quod beneficiū viuentis impetravit, & ita seruat Rota, vt docet Do. Gomes. in q. 5. in cōmenta. suis super regulam de impetra. bēneſici viuentis, & per hoc tex. in l. cum pretium. C. de libera. catifa, vbi statut confes- ſioni ſupplicantis in eius p̄auidicium.

Sexto etiam ſi mea signatura per fiat signata fit: & tua per cōceſſum, ego p̄aferri debo, & illi fi- gnaturae ſtatur. reg. 31. cācell. vbi abundē ſcribitur.

Septimo ſi petatd̄r aliquem in religiosum reci- pi, ac ſibi de quoq̄is ecclesiastico beneficio prouideri, per ſimplicem signaturam fiet receptio, vt patet in regula cancel. 65.

Notandum eft, quod confeſſio facta à Papa in signatura, intelligitur ſecundū partis ſupplicationem. c. inter dilectos. §. cāterū. de fide instru. l. ſi defēſor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. aetio. pluſchē Dec. conf. 33. viſo pūcto. col. i. & conf. 373. viſo confilio. col. 3. nu. ii. versi. Secundo p̄aſuppo- neadum. & Socin. confi. ii. viſo proceſſu. col. pen. & vlt. in 4. vol. Et quando ſupplicatione eft certa & limitata, & reſponſio ambigua, reſponſio & cōceſſio declaratur & intelligitur ſecundū ſupplicationem. Bar. in l. ſi quis intentione. in fi. ff. de iudicii. Ex quo infertur, quod ſi quis petat abſolui à dua- bus excōmunicationibus, & Papa dicat, fiat vt pe- titur, videtur ab illis duab⁹ abſoluere: ſecus ſi vna rātum fuerit expreſſa. arg. c. ſedes, de reſcrip. Panor. in c. cū pro cauſa. in gl. vlt. de ſentent. excom.

Itē ſi in signatura petatur, quod qualitas benefi- ciij habeatur pro expreſſa, vel aliud: & Papa ſignet, fiat vt petitur, valebit gratia, ac ſi qualitas expre- ſa eſſet, vel aliud exprimendum. Anto. de But. cōf. 2. viſis literis. col. i. quem refert & ſequitur Feli. in c. ſuper literis. col. 6. regula. 4. nu. 9. de reſcript.

Et ſi pars narret beneficiū vacaffe certo tem- pore, & petat ſibi confeſſi, ſi Papa dicat, fiat, p̄a- ſumitur facta confeſſio cum eodem tempore, per text. in arg. in l. quāro. §. fi. de adilit. edict. Bal. in l. i. col. pen. nu. 13. C. de adilit. aetio. ſic consuluit Soci. confi. i. o. 3. in caſu. col. penul. in 3. vol.

Et ſi quis porrigit principi ſupplicationē mul- ta petēdo, ſi princeps ſimpliciter reſcribat, omnia cōcedere videtur, vt cōſuluit Roma. confi. 80. cō- firmāda. Idē videtur decidere in ſimili caſu Alex. confi. 84. in cauſa vertente. nu. 4. col. vlt. in 1. vol. & confi. 94. in cauſa. nu. 3. in 2. volu. & plura cumulat Hippol. conf. 75. clementissimi. nu. 8. cum ſeq. ſicut quando plures poſtulant aliquid, & Papa ſimpliciter cōcedit, nempe omnibus concedere videtur. quia nō eſt ratio cur vni plus quā alijs cōcedat. arg. Lcū vnius. in princ. ff. de bonis aucto. iud. poſſidē.

Fallit quando Papa limitaſſet, vel cancellaſſet

aliquam partem, tunc enim confeſſionē limitaſſet. Panor. in d. ca. inter. col. 3. per illum text. vnde quando petitio fuit indeterminata, vt pote, quia petit ſecum diſpenſari de non promouendo, & cōceſſio fuit terminata, vt pote de non promouendo ad duos annos, tunc confeſſio attendit. Panor. in ca. 2. de treuga & pace. Feli. in d. c. ſuper literis. col. 6. nu. 10. Iaf. in l. Gallus. §. Item creden- dum. n. 10. cum ſeq. col. 3. ff. de liber. & poſthu. Vnde etiam ſi quis petat diſpenſationem ad obtine- dum p̄aebendam, & dignitatē in eadem ecclē- fia, etiam elec̄tuam, ſi Papa cancellat, illa verba, etiā elec̄tuam, videtur alia concedere, & hoc cā- cellatum denegare, allegatur. l. tribunus. in fi. ff. de milita. test. hēc nominatim cōcludunt Do. de Ro- ta dec. 561. Cancellaria. in antiq. nam qui vnu ne- gat aliud concedere videtur. l. cum prætor. ff. de iudic. c. nōne. de p̄aſumptione. Io. de Selua, in tract. de benefi. in 3. parte. q. 12. in qualita. 19. nu. 33.

Secundo fallit in his, quæ debent ſpecialiter & expreſſe concedi, tunc ſi non ſit in signatura ex- preſſum, confeſſum nō censetur: ſed negleſtum: quia ſi Papa voluſiſet, confeſſiſſet illud. cap. ad au- dientiā, de deci. vt ſi petatur quod ſummarie pro- cedi poſſit, ſi Papa non dicat, audiat talis, & ſum- marie procedat, non poterit ſummarie procede- re, vt extat deciſ. Rotæ. 379. Nota quod ſi in com- missione, in antiq. quia ſpecialis commiſſio requiri- tur. Clem. ſaſe. de verb. ſignifi.

Breue Apostolicum, eſt ſcriptura breuis in mo- dicit cōceſſiā negotiis, in papyro deſcripta, & cera rubea, annulōq; pifcatoris ſigillata, ac ſigno ſecre- tarij ſubscripta. De breui. vide textum in l. fi. C. de conueniend. fisci debit. li. 10. & l. 5. de apoch publ. l. vnu. in fi. de colleg. li. ii. & l. excellētiā: de erogat. milita. anno. libr. 12. l. placet C. de epif. & cler. & in feudit. c. 5. in princi. quid ſit in ueritudo. & §. item ſi vassallus, ſi in ueritudo feudi controuersiuerit. vbi dicitur, breue teſtatū. Vide Budēū in Annot. in Pādectas, in l. qui leuāda. ff. ad legē & hodiā, de iaſtu. vbi vocat breuiarium: vel vocari breuis, ſeu breue poſt. c. humanae, in fi. 2. q. 5. Dico, Apoſtoli- cum, ad differentiam alterius breuis, de quo infe- riū. Secūdo dicitur ſcriptura, ſine qua nō dicitur.

Tertio breuis dicitur, quia breuibus verbis fit, teste Baldo in c. i. de controuersia in ueritudo, vel in breuibus materiis concedi ſollet, & breui negotiū continet, vt pote ſiae p̄aſationibus: & ſic di- citur in modicis confeſſa negotiis: quia in arduis bullā vtimur. In papyro deſcripta, ad differentiam bullæ & confeſſionalis, quæ in membrano deſcri- buntur. Poſte dico, cera rubea, ad differentiam alterius gratiæ, quæ cera viridi ſigillatur.

Item dicitur annulo pifcatoris, ad differentiam aliorum ſigillorum, & vocatur hoc ſigillum annu- lus pifcatoris, quia Diuus Petrus, qui pifcator erat, hoc ſigillo prius vſus eſt, & ſicut ſine p̄aſationibus & ampulis, veſtib⁹ ita & nūc pontifices ſummi, poſteum, & Alex. 6. Pontifex id tem- poris maximus, multum hanc materiam breuium ampliauit, & primus ſecretariorum collegium in- ſtituit, teste Gomesio in tracta. breuium. num. 9.



Additiones Petri Rebuf.

Et quamvis olim nō concederetur breuia, nisi in materia iusticiā concernente: tamen hodie per breue nō solum expediuntur negotia circa iusticiā: sed etiam circa gratiā, teste Gomesio in suo tract. vnde vi concedi quibusdam bibliopolis per breue, vt liceret typis mandate & imprimere cōsilia Iaf. & aliis omnibus à Papa prohibebatur ne imprimeret, per dōcē annos, sub pœna excommunicationis, vt licet videre in illis Iaf. cōsil.

Quæro quæ causæ per breue cōcedantur? Respon. supplicationes siue cōmissiones de simplici iusticiā potest cancellaria sine speciali Papæ commissione cōcedere, secus in breuibus, quia per brevia causa pēdens, in partibus cōmittitur, quā cancellaria nō potest cōmittere, vt etiā firmat. Ægid. conclu. 46. Dom. Gomes. in tract. breuum, nu. 8. & seq. vbi breuia æquiparat bullis expeditis per cameram, per ea quæ no. Card. Alex. in ca. in memoriam. col. pen. 19. dist. & ideo sicut falsa latinitas non vitiat bullam, quæ transit per cameram, quia non examinatur per diuersos officiales: ita nō vitiat breuia: sicut vitiat bullam, quæ transit per cancellariam. c. ad audientiam. i. de rescripto.

Item dispensatio potest fieri per signaturam, & habilitatiō: & valet sine literariū expeditione, cū gratiā sit perfecta per fiat, vel concessum, vt cōsuluit plenē Ripa lib. 2. respon. cap. ii. de iure sufficiet, nec dicitur intrusus, qui duo beneficia obtinet cū simplici signatura, si cū simplici signatura sit dispensatus; nec incidit in extraūag. execrabilis. glo. in regula cācella. 53. Scripti in repe. c. postulat. in gl. retinere, de cleri. excō. min. vbi in conscientiā foro, dixi tantum prodeſſe signaturam, quantum bullam, ibi vide. Imō Alex. Papa 6. statuit quod nō daretur priuatio illius, qui cū sola signatura se intrusit, nec in regno recipetur. Dispensatio vero & habilitatiō non sunt ex ſtilo curiæ Ro. per breue, & hec prohibuit Alex. Papa VI. qui breuia instituit & ampliauit, vt in suis regulis quilibet videre potest. Aliquando tamē ad duos menses, ad duas dignitatis in eadem ecclesia: & ad quatuor menses ad duos canoniciatus & præbendas dispēſatur, vt no. Staphil. in eod. tracta. verſi. insuper cōceditur. Et etiam per breue dispensatur fecūdum eum cum homicida, & habilitatur,

Item difpeſatio de non promouendo per annum ex sola signatura dabitur per breue ad bienniū, vt in re. Papæ Aléx. VI. continentur, & prorogatur ad annum etiam per breue, per bullam. vero, vltra, quantum Papa vult & concedit.

Item ad visitandum sanctum sepulchrum, quādo orator est præſens, cōceditur per solam signaturam: si vero absens, per breue, & hoc statuit Papa Alex. in suis regulis, & quando conceditur religiosis, dicitur, de licentia superioris eorum, ne vagentur. c. si cupis. 16. q. i.

Item per breue nō cōmittuntur appellations extra urbē: niſi pro pauperibus & miserabilibus. Ægid. cōcl. 44. Allegatio paupertatis, per l. si procuratō. §. si ignorantes. ff. mandati, vel niſi altera pars habuerit cōmissionem per breue in partibus, tunc vt æqualitas seruetur inter partes, altera etiā

habebit. arg. ca. cum debet licere, & c. in iudiciis, de reg. iur. in 6. c. i. de iudiciis, ibidem.

Item cōceditur per breue facultas ſtandi de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, vtque ad certam summā, modicā tamen: nec eſt componenda, quia de modicis maximē Romani, & mulieres non cu- riant. l. ſcio. ff. de resti. in integr. Et religiosis, quādo hæc facultas datur, ſtatuitur certa ſumma arbitrio Papæ taxanda, & quod de licentia ſui ſuperioris refertur. arg. c. cū ad monaſteriū, de ſtatu, mona- cho. Clem. religiosus. de procura. Ægid. conclu. 247. frater. Et quando poſſit concedere declarat Panor. in c. cum eſſe, de testa. in repetit.

Item licentia vēdendi res ecclesiæ, & pecunia exponendi in euidentē ipſius ecclesiæ vtilitatem, ſolet per breue concedi, quando valor rei alienādæ non excedit cētum ducatos, aut annuus cen- ſus quinque ducatorum, ſupplicatione interclusa, teste Staphileo in d. tract. verſi. datur per breue.

Altare portatile nō ſolet dati per breue, niſi ex singulati grātia nobilibus, aut graduatis, aut aliis dignis personis, vt celebrent in oratoriis, vel domi- bus. arg. tex. in auth. vt in priua, dom, ſacra myſte- ria non fiant, & prædicatores ac minores habent priuilegium, vt cum altari vīatico poſſint celebra- re ſine epifcopi licentia. c. in his de priuilegiis.

Item licentia vēſcendi laſticiniis, ouis, & carni- bus, per breue datur, de confilio tamen vtriusque medici animæ videlicet, & corporis. gl. & Doct. in c. fi. 82. dist. Corſetus in ſing. incipien. Caro.

Licentia doctorandino datur extra terras ec- clesiæ per breue: in vrbe ſic, adhibitus ad hoc duobus, vel tribus doctoribus eiusdem facultatis, teste Staphileo in d. tract. de literis gratiæ. rub. de reſcriptis in forma breuum, fol. 190. verſi. licetia, vbi te- net licentiatos haberi quo ad hec, pro doctoribus, eo quod de proximo ſunt cingendi, pro cinctis ha- bētur. l. penul. ff. de testa. milita & bonus text. in l. qui pœnæ ff. de manu. quod non credo verū, per text. quem allegat in l. nemini. C. de aduo. diuerso, iudicio. ibi doctores, & Bal. in l. athletæ. in princ. ff. de excusa. tutor. ſcripti in gloss. licentiatō. §. i. de colla. in concordia.

Ratio eſt, quia is, qui non eſt doctor non poſteſt facere doctorem, nec ſibi diſſimilem facere. l. aedi- les. §. qui mancipia. ff. de ædil. edict. Panor. in c. cu- ra pastoralis. in fin. de iure patro.

Indultum de fructibus recipiendis, nō datur per breue: ſed per bullam, ſi ſter in curia Rom. vel in altero beneficiorū reſideat, ſeu in ſtudio generali: non tamen comprehendit hoc indultum, vt quis distributiones quotidianaſ recipere poſſit. ca. vno, de clericis, non reſiden. in 6. glo. d. in c. 2. priuilegi. in 6. plenē ſcripti in ſcholastico priuilegi.

Item per breue datur licentia promouendi ad quoſcūque ordines extra Rom. curiā, à quoquaque catholico antiſite, & gratiā ſedis Apoſtolicæ habente, de quo operētur hec verba declarat gloſ. & Doct. in c. veniens. de præſcriptio. ſolet tamen addi clauſula, de licetia ſui ordinarij. ca. nullus, de parceriis, & hoc eſt introductum cōtra infames, & peſſimos, qui cōmuniter cōſueuerunt fugere loca- rationem,

rationum.c. cū deputati.de iud.& ad alios ordinarios cōfugere, ob id scribitur.d. clausula.c. i. & per totum tit. de temp. ord. in 6. sed episcopis, & superioribus in vrbe de gentibus solet cōcēdi licentia promouēndis sub sola signatura, & q. vno die promoueri possint dominico, vel festo, nam isti episcopis solent deferri.c. 2. de offi. deleg. in 6. c. quia, de fēt. excom. eod. lib.

Per breue datur facultas & dispensatio alicui promoto ad locū regularē, vt non teneatur suscipere habitū per alios eiusdē ordinis gestari solitum, nec professionem emittere regularē, etiam solet prorogari ad sex alios menses intra tñ tēpus primum sex mensium.arg. l. sed si manente. ff. de preca. & sex vltimi computantur à fine primi semestris.arg. c. eum ex eo. de elect. in 6. Imò etiam solent eidē literæ concedi, vt extra monasteriū possit habitare deseruiendo ecclesiæ cum cura, vel sine habita rāmen licentia sui superioris.c. 2. de statu mona.Rota. dec. 483. Collatio. in not.

Etiam per breue, regulari certū ordinē professio, datur licentia manēdi in alio ordine ad quem, fine licetia sui superioris cōoulauerat, & cōmittitur absolutio ab apostasia & ab aliis ecclesiasticis cēsuris, & poenis, quas præmissorū occasione quomodolibet incurrerit, & super irregularitate, quā fortè contraxit celebrando, dū talibus cēsuris es- set innodatus: non tñ incurrit poenæ.ca. 2. ne cler. vel mona. in 6. Roma. conf. 341. circa primam.

Moniali etiam professio datur, cum causa, licetia transeundi ad aliud monasterium monialium, alterius ordinis, cum consensu superiorum, & cum mutatione habitus. not. in c. Deus, qui. de vita & honest. cler. quia non cōgruit rationi, vt homines disparis professionis & habitus, simul in eisdē monasteriis socientur.cle. i. de elect.

Etiam ex iusta concederetur causa per breue, vt monialis in domo patris, vel fratri, seu matris, extra monasterium quoad vixerit religiosè viuere possit, de licentia tamen sui superioris, & ea durante.c. periculo, de statu reg. lib. 6. & iusta causa es- set, si aliae alium suscepissent habitum, vel monasterium es- set destrūctum.

Exéptio ab ordinario ex causa per breue dari solet, teste Staphil. in vers. datur. in d. tract. breuiū.

Dispensatur super defectu oculi ad omnes etiā sacros & bresbyteratus ordines, & quod in illis etiā in altaris ministerio ministrare libet & licet valeat, dummodo in oculo non tāta apparet deformitas, quod ex hac possit populo scandalum generari.c. 2. de corpo, virtia. & quando est absens solet cōmitti illius ordinario, vt diligenter aspiciat oculum, & defectum, si est in curia, ostendat referendario, qui postea refert.

Commutādorum legatorum ad piām causam, vt in aliam fiant, per breue facultas datur, alias si- ne sedis apostolica auctoritate non sit. clem. quia contigit, de relig. dom. Aufrer. dec. Tholo: 26. doc. in c. nos quidem. de testam.

Intelligetamen quando legatum illud erit ad opus certum, tūc non solet commutari, vt volūtas defunctorū seruetur: alias secus. l. in cōditionibus. ff.

de cond. & demon. vltima enim voluntas debet exequi. l. vel negare. ff. quemadmodum testamēta aperiantur. c. vlt. voluntas. 13. q. 2. ex causa tamen solet immutari etiam in rebus certis.

Prorogatio temporis de cōsecrandis episcopis solet dari per breue ad biennium, computandum à fine trium mensium datorum de iure, c. cum in cunctis. g. i. de elect. & hāc prorogatio in Francia dari non solet episcopis nō prouisis nec cōfirmatis à Papa: nec de non promouēdo ad sacros ordines, teste Staphil. in tract. de literis gratiæ, in fine, & hēc prorogatio fit aliquando per poenitentiariū maiorem, quando ipse primas literas concessit: alias nō, teste Gomes. in tract. breuium. num. ii. & seq.

Vltimō datur per breue dispensatio ad omnes ordines & beneficia, illis, qui olim contraxerunt cū vnicā & virgine iam defunctā: sed cū bigamis nō solet Papa disp̄scare. c. acutius. & c. vlt. 26. dist. potest tamen Papa plenitudine potestatis dispen- sare cum illis: quia est maior Apostolo in potesta- te. c. sacrosancta. 22. dist. Rota. dec. 447. Quoddam factum. in no. Et ne quis in his breueibus erret, trā- scribo formam, ex qua erit facile dignoscere bre- uia, postquam dixero quomodo dignoscatur.

Vidēndū est quomodo cognoscatur hoc bre- ue ex sequentib⁹. Primō ex breuitate cognosci- tur: quia sine p̄fationibus, & apparatu fit: bulla. verō p̄fationem habet vitæ & morum, & alię fe- rē literæ. Non minūstamen diceatur breue, licet multa fuerint verba pro negotiū qualitatē, sicut Imperator dicit paucissima verba, per vnam vel duas columnas, in l. cum antiquitas. C. de vſu fruct. Sed quod in breueibus materiis concedatur, & vbi non est exponenda multa pecunia. Et sic in casib⁹ conscientiæ, & in absolutionibus dari potest.

Tertiō non solet huic breui Papa subscribere, sicut signaturæ, sed secretarius tantum.

Quarto in his solet fieri mētio annuli p̄scatoris, & nō in aliis rescriptis, vt supetius scripti, & vt de- incēps melius dignoscatur, formam eius subīcio.

Forma breueis est talis. Paulus Papa 3. dilecto fi- lio salutem & apostolicam benedictionē. Cupien- tes commodis tuis quantum cum Deo possumus paterna benignitate consentire, tuisq; in hac par- te supplicationibus inclinati, tibi vt ratione deca- natus ecclesiæ Paris. quē sicut asseris, in dicta ec- cleſia obtines, aut cuiuscunque alterius beneficii ecclesiastici curati, vel alios sacros ordines requi- rentibus per te pro tépore obtepti, ad aliquem ex sacris etiam subdiaconatus ordinib⁹ ad bienniū à data p̄scentium computandum, vt interim te in diuinis officiis melius instruere possis, te pro- moueri facere minime tenearis, nec ad id inuitus à quoquā compelli valeas, p̄scentium de speciali gratia indulgem⁹, prouiso, &c. Nō obstatib⁹, &c. Datum sub anūlo p̄scatoris, tertio idus, &c.

Effectus hōrum breuiū apostolicorum est, vt tātam vim habeat iure confecta, & in illis materiis in quibus conficiuntur rescripta alia, & alia literæ apostolicæ. Fel. hic, col. vlt. & incidit in fallūm, qui hoc breue corrupit, teneturq; pena. c. ad falla- riōrum, vt iudicavit Alex. V. in Cōsistorio, prout



refert Gomef.in tract.breuum , num.5. vbi dicit, quendam archiepiscopum ob hoc combustum, quod falsum in breui Papæ cōmitisset. Et hoc probatur ratione sigilli. Nam sigillum scripturā reddit authenticam.c.3.loco.vbi doctores, de probat. & c.2.de fide instru. Et sic potest hoc breue derogare bullæ, si ultimò concessus fuerit, per cap.1.de constit.in 6.& probat sicut aliud rescriptum.

Aliud est breue à notariis in hoc confectum regno,& dicitur matrix scriptura notiorum, quia breui scribitur , & cum clausula , &c. de qua in l. Gallus. §.idem credendum. ff. de liberis & posthumis, scripti in l. cæterorum. ff. de verb. & terū sign. & Galli vocant, *Breuct*, quæ scriptura potest postea extendi in instrumentum authenticum.

Bulla est scriptura in pergamo descripta , & plumbō ex chordis pendente decorata, quæ si fuerit gratia debet esse chorda sericea. Si vero bulla iustitia fuerit, cum filo canabis.tex. in c.licet. & c. quam graui.de criminē falsi. gl. in extrauag.sedes, in verb.iusticiam.eod.tit.

Fel.in c.postulasti.col.3.de rescr. & si filum fuerit in totum ruptum, bulla non probat. gl. in c. nobilissimus,in gl.magna.in fi.97.dist.quam sequitur Card. Alex.in c.in memoriam.col.vlt.19.dist.

Et dicitur bulla tam in literis iustitiae.c.præsentium,circa prin.ibi, sub bullâ nostra transmissis. de testibus,in 6.quam in literis gratiae.c.licet, & cap. quam graui.de criminē falsi.

Fiunt etiam hodie quædam scripturæ, quæ parua datæ vocantur, nam dicam datario, quod beneficium vacat, ut mihi conferat, & ego petam à datario, quod mihi det datam illius diei quo mihi fuit collatum, & ipse dabit: & postea extendetur in signaturam, vel bullam. Nam si dicam aliquem constituisse procuratorem ad resignandum in favorem meum sub spe procuratorij mittendi, concedetur mihi parua data, & in his infinita cōmittuntur fraudes, quia sic impetrantur omnia beneficia Romæ. Ideo sancta fuit statutum per Papam Paulum III. ut impetrations & prouisiones eo die consensus computentur, & non ab alio die; ob id Romæ etiam statutū fuit, ut parua data post mensem non expediantur: etiam bonum esset statuere ut post menses procurations ad resignandum non expedirentur: quia periculose sunt, nam interdum quis tradit procuratorum patruo ad resignandum, quod ipse custodit in arca: demum moritur, & alius inuenit, & resignat, ac sibi conferri facit, quod est homine bono indignum.

R E G U L A X X X V.

De impetranda beneficium etiam per annum pacifice posséssum.

Item idem dom.noster.

Ista regula est utilis & seruatur in Fracia. vnde impetratio indicatur subreptitia & nulla, si non exprimantur sequentia, quæ sunt de forma, propter clausulam decreti, ut not.Fel. in c.cum dilecta. de rescr. & hoc est introductum ratione sequenti,

Vt improborum lites exquitentium motus reprimantur, voluit, statuit, & ordinavit, quod quicunque beneficium ecclesiasticum.

Comprehendit officium & dignitatem ecclesiasticam. gl.in cl.auditor.de rescr. & supra scripti: & ex ratione regulæ comprehendit imperatrem, per resignationem, vel per alium modum vacandi, teste Cassado.in dec.15.locum habet, &c. super reg.cancel.

Tunc per annum.

Nota sequentia requiri ante quam hæc regula locum habere possit. Primo, quod beneficium fuerit posséssum per annum integrū & completem, nec haberet locum decisio huius regulæ si posséssum fuisset per decem, vel vndeци menses, cum dimidio: nisi fuerit annus completus. l.3. §.i.ff. de minoribus.

Et computatur hic annus à die quo adeptus est beneficij possessionem, & postea per annum pacifice possedit.

Immediatè præcedentem.

Secundò requiritur, quod posséssum fuerit per annum immediato præcedentem, videlicet imprestationem, vnde si nunc possederit per sex menses, & postea aliis, demum primus per alios sex menses, non habebit locum hæc regula, per hoc verbum, immediatè præcedentem.

Pacificè posséssum.

Tertiò requiritur, quod quis pacifice possederit, id est, sine lite & controvërsia, ut plenè scribo de hoc verb.pacificè, in tract.de pacifi.possess.

Et quod certo modo vacare prætenditur.

Quarto quod beneficium prætendatur certo modo vacare: alias diceretur beneficium vicentis impetrare, quod est prohibitum ut suprà dixi in regula.

Deinceps impetraverit.

Quinto requiritur quod illud beneficiū impetretur, & cum effectu. l. i. ff. quod quisque iuris.

Nomen.

Sexto in impetrione requiritur nomen, & sic nominis expressio illius, qui possederat pacifice beneficium per annum, & quamus nihil exprimat de cognomine, tamen exprimi debet, ut certus reddatur. l.certum. ff. si certum pet. scripti in §. teneantur de colla. in concord.

Gradum.

Septimò debet exprimi gradus possessoris beneficij, si quem habeat: alias non vult ut exprimatur. Et si beneficium fuerit vnitum, & per annum posséssum, etiam oportet ista exprimere, & habebit locum ista regula, ut concludit Cassad.in dec. 13. utrum obtinens, super regulis cancell. quia impetranti statuitur hæc regula, non possessori.

Et nchilitatem possessoris eiusdem.

Octauò nobilitas est exprimenda possessoris in hoc casu, si fuerit nobilis: alias sufficeret exprimere nomen & gradum.

Licet regulariter impetrans beneficium, non teneatur

teneatur exprimere nobilitatem, quia nobilitas non est causa retrahendi concedentem, sed inducendi: docto. in c. ad aures. de rescr. Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 3. part. q. 12.

Et quot annos ipse possedit.

Non exprimi debet quot annis possederit beneficium, quia tres annos Papa nollet conferre, si cum colorato titulo possedisset, vt in reg. seq. non tamen haberet locum ista regula, si beneficium hereticorum impetraretur, cum sit ipso iure priuatus. text. in c. quo iure. vbi Dom. & Alex. 8. distin. hoc expresse decisum fuit in Rota, vt refert Caffad. decis. 14. super reg. cancel.

Ac specificam & determinatam, ex qua clare poterit constare quod nullum ipsi professori in beneficio ius competit, causam in huiusmodi impetracione exprimere.

Decimò oportet causam exprimere specificè, non in genere, per quam pateat summo pontifici, quod possessor nullum ius in beneficio habet alio, qui impetratio non valet: quia non intendit derogare iuri alterius, vt supra dictum extitit.

Et infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium euocari facere.

Qui sex menses computatur à die datae literarum. Fallit tamen si propter bellum non potuisset habere literas, vel alio iusto impedimentoo, vt scripsi in §. i. in verb. impedimento, de coll. in concor.

Item si infra annum sententia diffinitiuæ possessor conuentus cesserit, non habebit locum hæc regula: nec si ante lapsum istorum sex mensium datorum ad faciendum vocari possessor, vt concludit Caffad. in decif. 16. Idem quod super regul. cancel.

Item istud tempus solet per Papam prorogari antequam sit elapsum: quia post lapsum, prorogari non potest. l. sed si manente. ff. de preca. testis est nobis Staphileus in tract. de literis gratiæ. fol. pen.

Causamq; ex tunc desuper, infra annum usque ad suam diffinitiujam inclusiue, prosequi debet, & teneatur.

Duodecimò debet prosequi causam usque ad sententiam diffinitiujam à die citationis per unum annum, nisi steterit per iudicem, vt in l. properandum, in fine, C. de iud. vel nisi per Papam istud tempus prorogatum fuerit, vt supra dixi.

Idem si mortuus fuerit impetrans intra annum: quia subrogato non obserbit, cum non steterit per impetrantem, vt conccludit Caffad. in decif. super regul. cancell. Quo ad dictam.

Alioqui impetratio praedita, & quæcumque inde secuta nullius existant firmatatis.

Ecce hæc decretum, vt non valeant impetraciones factæ non seruata forma hæc posita: nec inde secuta: & sic in 2. instatia poterit apponi ad annulandum primam sententiam, vt decidit Caffad. in decif. 12. Obtinuit super reg. cancel.

Et idem impetrans de damnis & interesse possessorem prædictum propterea contingentibus, & satisfacere: & si possessorem ipsum iniuste, friuolè & indebet molestare repertus extiterit.

Condemnari ergo deberis, qui ad iudicium vocauit temerè, in hac materia beneficiali, in dñis, interesse & expensis, vthic patet, & in rub. de pacific. possess.

Quinquaginta florenos auri persoluere.

Et sic patet multam apostolicæ camerae esse soluendam, quod est verum in terris Papæ subiectis quoad temporalem iurisdictionem, alias applicaretur illi, qui habet temporalem iurisdictionem in loco.

Camerae apostolicæ sit astrictus, nec aliis quam præmissus vacationis modus, etiā per literas si neutri, aut subrogationis, vel alias, sibi quoad hoc, vt beneficium huiusmodi eâ vice consequi, aut obtinere valeat, quomodo libet suffragetur. Illudq; nullatenus in ante litigiosum propterea censeatur.

REGULA XXXVI.

Item statuit & ordinavit idem dominus noster, quod si quis quæcumque ecclesiastica beneficia, qualiacunque sint, absque simoniaco ingressu, ex quo quis titulo, apostolica vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiusmodi confirmatione, seu præsentatione, & institutione illorum ad quos beneficiorum huiusmodi collatio, prouisio, electio, & præsentatio, seu quævis alia dispositio pertinet, per triennium pacifice possederit, dum modo in beneficiis huiusmodi (si dispositioni apostolicæ ex reseruatione generali in corpore iuris clausa, reseruata fuerint) se non intrusérit, super eisdem beneficiis taliter possessis molestari nequeat: nec non impetraciones quælibet de beneficiis ipsis sic possessis factas irritas & inanes censi debere decreuit, antiquas lites super illis notas penitus extinguendo.

Nihil scribam hinc, quia edidi tractat. de pacifico. vbi totam huius regulæ materiâ tradendo regulam cum viginti ampliationibus, & totidem limitationibus descripsi, omnibusque palam feci, quamobrem si quis abundantius hanc materiam prosequi velit, ad ibi per me scripta recurrit, vide Boër. q. 150. in decif. Burdeg. idem dicentem.

REGULA XXXVII.

De publicatione resignationis.

Item idem dominus noster statuit, & ordinavit, quod quicunque beneficia ecclesiastica.

Et sic hæc regula habet locum in beneficiis ecclesiasticis, de quibus in regul. i. de reg. iur. in 6. & non habet locum in beneficiis temporalibus, videlicet in feudis, licet à Papa dentur, de quibus in libr. de feudis. & in rub. de his, qui feudum dare possunt, in vñibus feud. & hanc differentiam tradit. text. in c. felicis. de penit. in 6. vide Paul. Paris. cōf. 39. in 6. vol. Hæc regula fuit recepta & publicata in Senatu Paris. anno 1493. die 27. Augusti.

Ratio huius regulæ est, quod morte possessoris censeatur vacare beneficium: q̄a possessor censetur dominus l. siue possidetis. vbi gl. C. de prob. Federic. conf. 13. col. 2. per l. f. C. de rei vend. facit. l. 2. C. de prob. Fel. in c. cum venerabilis. post Pan. de except. cl. 1. & ibi l. mol. vt lite pend.

Item quia hic textus generaliter loquitur, quod quæcunque beneficia ecclesiastica, &c. ergo comprehendit dignitates, officia ecclesiastica tam regularia, quam secularia, & alia quæcunque beneficia, quæ in titulum conferuntur: non tamen dignitates episcopales, cum sint dignitatem culmina. c. pen. de præb. nec archiepiscopatus, nec abbatis. gl. in c. 2. de præb. in 6. vbi multa addidi.

Siue in Romana curia, siue extra.

Vnde pro hæc verba coniicere potes, quod hæc regula habet locum tam in beneficiis resignationis in curia Romana quam extrâ, vt infra dicetur. Et dicitur in curia Rom. vacare quando vacat vbi est Papa: quia curia Rom. ibi dicitur vbi est Papa. gloss. & doct. in c. 2. de præb. in 6. vel si moriatur in loco proximo non distante ultra duas dietas. cap. præsentium. ibid. Et cum ista regula sit difficilis properæ intricationem textus, & ideo sic legi debet regula, & intelligi, q̄ quæcunque beneficia resignata nō per resignationem, sed per obitum vacare censeantur, collationes quoque de illis tanquam per resignationem vacantibus factæ nullius sunt roboris, vel momenti: si resignantes illas postmodum in possessione mortui fuerint. Ergo requirentur multa. Primum q̄ beneficium sit resignatum in curia, vel extra. Quod resignantes moriantur in possessione. Quod publicata non sit resignatione intra sex menses, si in curia sit facta. Si autem extra curiam expedita fuerit, intra mensem publicari debet. Ergo quando est publicata intra tempus statutum, non vacabit per obitum, sed per resignationem: ideo collatio per resignationem valebit.

Quinto q̄ possessio petita nō fuerit ab his, quos id cōtigit: aliás dicitur collatione per resignationem valere iuncto argumento à contrario, q̄ in iure validissimum. l. i. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdic. & c. cum apostolica, de his quæ sunt à prælat.

Resignata.

Requiritur ergo in ista regula, quod beneficium vacet per resignationem, per hoc verbū resignationes, & verbū resignantes, infra eo, & sic non haberet locum quando beneficium vacaret per non promotionem, vel per priuationem, quia cū text. exprimat vñuni vacandi modum, alius non comprehenditur. c. suscepsum, de rescr. in 6. c. cum in illis. §. 2. de præb. ibid. Addit. verbū non per resignationem, sed per obitum huiusmodi vacare cēseantur, & intellige siue sint resignata simpliciter, siue causa permutationis, cum simpliciter iste. tex. loquatur, & vtraque potest dici resignatione. Sic cōsuluit Roma. conf. 465. in re præsent. &c. quamuis dubitet Gomes. q. 3. & habet etiam locum in resignatione, si resignās sibi retinuerit omnes fructus quandiu viueret, quod est vñrum, si per resignari manus eos capiebat, vel capere debebat, secus si propria authoritate resignans deberet esse semper in possessione, & denominatione habere, tunc non haberet locum ista regula, vt cōcludit Gom. q. 2, nam Papa sic conferendo, videtur huic regulæ derogare, quæ est contraria collationi factæ per Papam, alias imperatio, & Papæ p̄missio esset nulla, & quia resignans non remaneret in possessione tituli, sed sui iuris tantum, quod sibi referuabat, & ita cōsuluit Petr. Paul. Paris. conf. 39. An regula. in 4. vol. nam postquam erat permisla perceptio fructuum, erat permisum resignanti in possessione manere, & sic huic regulæ derogare, quo ad hoc Papa intendebat. arg. l. 2. ff. de iurisdic. omn. iud.

Nisi de illis factæ resignationes in eadem curia infra sex menses,

Intellige q̄ resignationes nō valent, nisi publicatae fuerint intra sex menses, quando in curia facta est resignatione. Ob id statuitur longius tempus in curia, quia ex omnibus partibus ad eam confluunt homines, etiā ex remotissimis regionibus, qui non possent publicare, nec bullas habere intra tam breue tempus, & facit pro hoc l. quinquaginta. ff. de excus. tut. & §. qui autem illo. tit. in Institutio.

Quæro, quid si aliquis constituit procuratores ad resignandum in favorem Titij, retenta ville iustitia & tali molendino, non aliter, nec alias Papa. confert non retenta iustitia, vel sub restrictione nō non excedat medianam partem, an valeat talis resignatione? Breuitate respondeo, quod sic, quia hoc relinquitur beneplacito Papæ, cui nō placet hoc reservare. Ergo pars non potest conqueri, quia cōtractus do ut facias, non ligat superiorem in beneficiis. gl. & doct. in c. cum inter. i. de elect. quia superior his cōventionibus non ligatur, sed potest admittere prout ei placet, teste Archid. in c. 2. col. 2. de præb. in 6. nam in omni actu semper censemur excepta auctoritas superioris. ca. venientes, de iure iuruan, hoc expresse decidit. Francisc. Marc. in 2. parte, decis. Delph. q. 131. hoc tamen esset difficile obtinere.

Fallit si intra sex menses hoc tempus ad tres menses prorogatum fuerit, & hoc solet fieri in patria obediētia ex causa, vel ad longius tempus. arg. c. quia diuersi

diuersitatē, de concess. præb. l. i. ff. de iure delib. quod vix in patria consuetudinaria seruarctur, si resignans moreretur post sex menses, & intra tempus prorogatum, cum postquam ista regula recepta est tanquam lex regni, & sic publicata, & registrata, & non eius derogatio, seu prorogatio: quia per istas prorogationes nunquam fieret publicatio: & sic fraudarentur nominati, graduati, & mandatarij. Ideo non reciperetur.

Si verò extra dictam curiam factæ sint.

A quounque, siue à legato, archiepiscopo, vel alio quounque, quia indefinita æquipollit universali. l. si pluribus. ff. de lega. 2. etiam si ab abbate vel alio inferiore,

Intra mensem.

Sed à quo tempore computabitur iste mensis, & alij superiores? Respondeo in gl. sequenti. Sed quomodo? Prout est in Kalédario, videlicet si Kalend. Ianuarij fuerit facta collatio extra curiam, & visque ad Kalendas Februarij non fuerit publicata, non valebit prouisio per resignationem facta, per istum tex. gl. in c. quam sit de elec. in 6. scripsi abunde in forma mand. apostol. in gl. post mensem.

Extunc.

Id est, infra sex menses si in curia, vel infra mensem si extra curiam, hæc clausula in gratiæ rescripto posita gratiam magis efficacem reddit, teste Decio, conf. 405. videbitur, in princ.

Et computatur istud tēpus à die datæ supplicationis, & non à die præstiti consensus, vt declaravit idem Papa Paulus anno 1540. die 14. Augusti, vt sequitur, quamvis cōtrariū teneat do. Gom. q. 7. vide tex. in l. itali facta stipulatione, de iure dotiū.

Sanctissimus in Christo pater, & dominus Paulus diuina prouidentia.

Papa tertius, qui in crastinum assumptionis suæ ad summi apostolatus apicem, per eius cōstitutiōnem statuit, & ordinavit, quod quæcumque beneficia ecclesiastica, siue in Romana curia, siue extra eam resignata, nisi de illis factæ resignationes, si in eadem curia infra sex menses, si verò extra dictam curiam factæ essent, intra mensem, extunc, vbi tūc dicta beneficia consistebant, publicatae forent, vel possessio illorum ab eis, quo id continebat, petrita esset, si resignantes, illa postmodum in eorūdem resignatorum beneficiorū possessione decederet, non per resignationem, sed per obitum huiusmodi vacare centerentur, collationes quoq; & quæquis alias dispositiones, nec illis tanquam per resignationem vacatibus factæ, & inde sequitæ quæcumque nullius esset roboris, vel innotuit, quod huiusmodi statuto, & ordinatione non obstantibus, plures abusus & fraudes in resignationibus beneficiorū huiusmodi cōmittebantur, volens huiusmodi abusibus & fraudibus obuiare: & ne illorum prætextu quis iure suo frustretur, prouidere: declaravit, de cætero semestre ac menses ad resignationes publicandum per constitutionē prædictam statutum à die datæ supplicationis, & non à die præstiti consensus currere, & computari debere, irritum quoque, &c. decrevit.

Placet publicetur, & describatur, &c.

Lecta, &c. Romæ in cancellaria Apostolica, Anno, &c. 1540. die verò sabbathi decimaquarta mēnsis Augusti. Pont. &c. Anno sexto.

Et sic cum supplicationi data soleat apponi, dies quo Papa prouidet, ideo isti mēses computantur a die pronisionis & collationis, & sic scrūtatur,

Vbi dicta beneficia consistunt.

Et sic publicatio in loco beneficij fieri, debet per hęc verba, tunc vt prouisio ordinario collatori sit nota, alias ordinarius posset conferre, & materia litigandi in beneficiis, quæ ampla per se est extenderetur.

Tum vt prouisio atque acceptatio notæ, alterius in ipso acceptato beneficio habere manifestet. Rom. conf. 433. Quo ad primū, & vt populus recognoscat suum pastorem, quod maximè interest.

Limitatur quando nō posset fieri eo loci: vt pote ob periculum belli, pestis, ob infidias inimicorum, vel aliud iustum periculum, per text. in c. vbi periculum. §. porrò de elect. lib. 6. & c. statuimus, de offi. deleg. eod. lib. 6. cle. causam. de elect. clem. vna, de foro compe. cl. vna, de concess. præb. & sic docet Rom. conf. 33. quia sufficit aliquid fieri per æquipollens, quādō sic non potuit impleri pro forma, vt plenè Albert. Brunus. in tract. de forma & solennita. actus. rubr. de potentia & effect. formæ, limit. 33. scribit post Felinum, in c. cum dilecta. col. 18. nu. 13. limita. 7. de rescr. & firmat Cassad. in dēc. 1. de dolo. Tenebitur tamē publicare in alio loco, in quo scit parochianos illius beneficij resignati degere, teste Ripa. in tract. de peste. in quinta spēcie pestis in contractibus. Item bonum est, quod reuocaciones procuratorum ad resignandum insinuarentur & intimarentur ordinario loci, ad vietandum fraudes, quæ in his sunt.

Et nota quod text. iste non dicit, quod intra ecclesiam fiat: sed vbi beneficia consistunt, & sic sufficit si fiat extra, in cœmiterio, vel in alio loco beneficij, vt concludit Dom. d. conf. 75. in causa. in fi. & plenius. Pan. in conf. 99. Illud. col. 2. vbi dicit qđ si parochia inclusi erint ecclesiam, potest capi possessio extra & in ecclesia dicitur fieri, quando ante eam fit. clem. causam. in verb. in domo. de elect. debet tamen ibi fieri, quando populus ibi adest, vel in tempore mercati aut misse, aut prædicatio: nis, vt inferius dicetur.

Publicatae fuerint.

Publicatae dicuntur resignationes, quando publicè factæ sunt, vel nuntiatæ palam & publicè in loco beneficij, vt pote in missa parochiali, die dominico, vel festo, vel die mercati, aut nūdinariū, & hoc qñ est ecclesia parochialis. gl. in verb. publicè. in clem. i. de sepul. & c. i. de postul. præl. nam publicare verbum, importat vt publicatio fiat in actibus, in quibus populus loci copuenit. Dominic. dicit. conf. 75. in causa. col. 2. probat.

Nec sufficeret corā quatuor testibus accipere possessionem, quia non dicitur publicari, nec ob

hoc publicè fieri poterit. Nam istis quatuor fortè præcipietur, ut rem secretam teneant, & tunc dicteretur clandestina possessio. nec Bar. in l. in fraudem, in prin. ff. de his, quibus ut indig. glo. in c. i. de clandest. despon. Decius in l. quo tutela. §. clam. ff. de reguli juris.

Nec satis factum esset rationibus regulæ, quæ sunt, ut ordinarij collatores sciant quinam teneat beneficia, & possideat in suo episcopatu, & an sint idonei necne, quia sua interest. c. ordinarij, de offi. ordin. in 6. &c. §. inquirant. de coll. in cōcor. & prag. vnde in beneficiis simplicibus putarem publicationem esse faciendam epo, licet Gomes. q. 9. dicat sufficere, si fiat Romæ, quod non putarē satis factum rationi huius regulæ, nam propter istam publicationem Romæ factam, non tollentur intrusiones: nec ordinarij poterūt scire vacationē, nec collationem. Item expectantes etiam nō poterunt scire, nec nominati, aut graduati, nec mandatarij Apolotoli. Adhac quia text. dicit publicationem faciendam in loco beneficij: & quando fieret Romæ, nō esset in loco beneficij. Igitur nō putarē vacare Romæ facta, nisi in beneficiis vrbis, nō in aliis.

Alias parum seruitet hæc regula, volēs resignationem publicari: nam de iure testes debet interesse in adiectione possessionis: sicut in aliis actibus, alias nō posset probari. c. 2. & c. licet. de testib. ergo hæc regula requirens publicationem, aliquid ad ius commune addet. Et quod non dicatur publicatio coram duobus, aut tribus testibus, consuluit Pan. conf. 99. saluatoris, & c. illud, & c. in 1. vol. & Dom. dict. conf. 75. in causa. col. 2. hoc approbat D. Arnoldus Ferro. in Comment. ad consuet. Burdegal. §. vlt. de subhasta.

Si verò beneficium confusat in ecclesia cathedrali, collegiata, vel conuentuali, possessio accipi solet in principio missæ majoris, vel fine, aut in vespere, alias non dicitur publicata, ut vult hæc regula. Et bonum est quod ista possessio sic capta, registraretur, & scriberetur per scribam capituli, quod est notandum. Et satis dicitur publicata resignatio, si quis adeptus sit possessionem, & ea vivitur, & se notoriè gerit pro curato, vel beneficiato: & per æquipollens adimpletur mens regulæ, & ita tenet Gomes. q. 11.

Notandum est etiā, qd si Papa moreretur ante quā bullæ potuissent expediri: & postea per lögum tēpus vacaret sedes, & resignās moritur in possessione, qd sine bullis resignatus nō audet recipere fructus, tūc nō vacaret per obitū resignatis, qd per ipsum resignatus nō stat, ergo illi nō est imputādū, regula in iure ciuil. ff. de reg. iur. Auriolus in add. ad de Mōte laudino, in c. pen. de elec. in 6.

Imò dicit Pet. de Vbal. in tract. de successio. ab intesta. in 2. parte, col. 17. qd si Papa moriatur ante, expirat regula, ergo non renescitur qd eam seruare. Sed ego puto cum ista sit de registratis in curiis parliamentorum regni, non extingui per mortem Papæ, cum sit facta lex regni, & fuit registrata in hoc senatu anno 1492. die 27. Augusti, & secundum eam multoties iudicatum, ut patet in praef. ad rub. de colla. in concord. fol. 17.

Vel possessio illorum ab eis, quos id contingit, petita extiterit.

Hic, &c. in registris curiæ Romanae est alternativa, ad veritatem cuius sufficit alteram partē eis veram. l. si hæredi plures. ff. de conditio. inst. l. si is, qui. §. vtrum. ff. de reb. dub. c. inter cæteras, de rescr. & hoc firmat Do. Gomes. q. 15.

Sed in registris curiæ Parisiæ est coniunctiva, & ideo requiritur publicationē esse factam, & possessionem captam, aliás vacat per obitum: verum tamen in forensi iudicio seruat: r quod quomodo docunque resignatio fuerit publicata, & possessio accepta per resignatarium sufficit, quamvis tempus hic præstituatur, quia hoc non seruatur in praxi, dummodo capiat possessionem ante resignati mortem, Dom. conf. 85, Rom. conf. 337.

Si resignantes ista, postmodum in eorum deinde resignatorum beneficiorum, &c.

Ista dictio, postmodum, denotat usque ad mortem, videlicet si resignantes post resignationem deceperint in possessione beneficiorum, quæ resignarunt, beneficium vacabit per obitum, & non per resignationem.

Et per istum text. patet, à contrario sumendo argumentum, quod si resignans moriatur ante mensem, vel ante sex menses in possessione, beneficium nō vacabit per obitum: sed per resignationem, quia hic dicit postmodum, quamvis Auriol. contrarium tenerit in c. eam te. nu. 267. de rescr. nam quod in uno prohibetur, in alio permittitur. c. fi. de filiis presbytero.

Possessione.

Aliud est possidere, aliud in possessione esse. l. si quis ante ff. de acquir. possess. nam colonus dicitur esse in possessione, licet non possideat, & qui mituntur in possessionem causa rei seruandæ, dicuntur esse in possessione, quamvis nō possideant, per l. 3. §. creditores ff. vti posside. & l. cum legatū, quibus ex causis in posses. eatur. Dec. in c. consultationibus. col. 2. de offi. deleg. vnde per hoc verbum, si resignans post resignationē semper receperit fructus, & alios actus, sicut verus curatus, fecerit, & sic moriatur, dicetur in possessione mori: & beneficium vacabit per obitum, etiam si resignans, tanquam conductor, fructus recipiat: quia ad hoc dicitur in possessione mori, si sic moriatur: & qd si fieret huic regulæ fraus, nam resignatus permitteret resignantem vti fructibus beneficij sic locando beneficij fructus: sed ista regula obuiat illis fraudibus, volens ut vacet per obitum. Sic consuluit Corneus conf. 137. licet multas in 3. vol. alioqui verus rector ignoraretur, vel duo essent sic uno instanti, beneficij curati & rectores, contra text. in c. cum non ignorent, de præb. Et quia nō est petita possessio ab hoc resignante, cùm ipse semper fuerit in possessione, ob id si in ea moriatur erit huic regulæ locus, per text. in l. sicut. §. supervacuum. ff. quibus mod. pign. vel hypo. sol. & maximè hæc probatur fraus, si postea ille resignans fecerit aliquos actus, tamquam curatus, quos non potuerit cōductor, vel vicarius facere, & hoc debet maximè considerari.

Imò

Imò resignans, qui post resignationem, quā scit expeditam, remanet in detentione beneficij, & capit fructus, nō est in conscientia tutus: nec ille in cuius favorē resignavit, si permittat, teste Prouinc. f.33.vers. consultus, &c. quia resignās per resignationē amisit ius capiēdi fructus, cū amiserit beneficium & possessionē illius. c. post translationē. §. rursum. de renunc. c. inter. de præb. & sic est malae fidei possessor, q. fructus non facit suos. l. bonę fidei. ff. de acq. rer. dom. gl. in c. grauis. de restit. ipolia.

Et is, cui resignatum fuit etiam peccat, quādō permittit resignantem vti beneficio, cum non sit pastor, & ver⁹ pastor, dimitit oves mercenario, q. non seruit sicut verus pastor, & hic nō seruit, vt tenetur. Et publicè vtile est, vt is, qui ius habet in beneficio, illud possideat, & ille qui non habet ius illud, non teneat. arg. c. cum nobis. de ele. c. cōstitutus. & c. oblate. de appellationib. tum propter hospitalitatē, quā tenebit verus curatus, vt tenetur: non verò eā exercebit mercenarii. c. de monachis. de præb. tū vt oves pastorem suum agnoscāt, vt est in Euangelio, quod verum existimatē, quādō resignans clā fructus acciperet, tūc enim pecaret. Secus si tanquam cōductor: quia tunc resignatarius donare videtur, vt poteſt, dūmodo hoc fiat sine conventione, aliaſ effet symonia, nisi hoc Papa approbasset. c. cū pridem. de pactis. c. quā pio. r. q. 2. nec inuenio prohibitam donationē inter eos: sed hoc casu vacabit beneficium per obitū, vt dixi, & fuit pronunciatum areſtū contra eū, pro quo resignatio fuerat admissa: sed ipse nō recuperat possessionē in vita resignantis, qui vocabatur Martinus Gontard, pro Gilberto de Columbe, die 13. Auguſti, anno 1504. & idem areſtum fuit latum pro Dōmino Hugone Rogier, contra Cartori, anno 1508. die 15. Martij. & aliud areſtum pronunciatum 7. Septembris 1526. inter magistros Nicolaum Pondeire & Falconem de Culſi ratione præbende ecclesiæ Anniciensis.

Item quando resignatarius recepit possessionē, & publicauit: sed tamen resignās est ſeper in possessione, dico quod per obitum vacat, quia non dicitur accepiffe possessionem, quando nō durat: nā versum non dicitur, quando non durat versum. l. si pro patre. §. versi. ff. de in rē verso. text. & ibi gl. in c. 3. de verb. fig. vbi non videtur fuſſe posſe, quē nō durauit: sic nec posſeſſio capra, quā non durauit. l. 2. §. fi. quibus ex causis in posſe. eatur. plenē Hipp. in l. qui fallam. nu. 5. cum leq. ff. ad leg. Cornel. de fall. facit quod dicunt Doct. in cle. fi. in princ. de vita & honesta. clericō. de eo, qui in momento fert vestes bipartitas, vt puniri poena illius tex. nō debeat.

Nisi pridie mortis possessionem publicè accepterit, quia tunc, cum non posset accipere fructus, forte valebit.

Quid si resignatarius die mortis resignantis beneficij possessionē receperit, an valeat: resp. quod nō, si resignatarius nō probet, q. ante mortē accepterit possessionem. l. filia. ff. foli. matr. per not. per Bart. in l. nō ſolū. §. ied. vt probari. ff. de no. oper. nu. cia. Fel. & Decius in c. in præſentia. nu. 12. de prob. & c. auditis. de præſcr. Soc. conf. 67. nu. 7. in 3. vol.

Primo fallit hāc regula in beneficiis cōſistoriis, quæ cū in cōſitorio resignantur, & ipſorū resignatio ibidē recipiatur, ſatis dicitur publicari. argu. l. omniū. C. de teſt. Gomeſ. q. 5. Sed cum non ſufficiat ſola publicatio, ſed poſſeſſio adepta: videatur quādō in hiſ etiam locum habeat: quia publicatio iſta facta Romæ, non ſufficit. Nam regula iſta dicit publicationem faciendā vbi beneficia conſiſtunt: & ſic non Romæ, vt ſuperius dixi.

Secūdo ſi regulæ iſti derogatum à Papa fuerit, quia habetur ac ſi non ſit: tamen in hoc regno hoc eſſet periculofum: quia recepta & registrata eſt in parlamentis, & facta eſt ius Gallorū. Ob id vix iſta derogatio recipereſtur. Nā ſi ius ciuile receptū ſit, & canonifatū in iure canonico, licet tollatur ius ciuile, non tamen tolletur in foro canonico, per gl. in l. vna. C. de colla. donatorum. lib. 10. Petr. Gerard. ſing. 28. ſcripsi in traſt. nominat. q. 5. nu. 17.

Tertio non procedit, quando resignatarius de nouo impetrat etiam nulliter, quia nō vacabat: tamen iſta noua prouisio ſupplet omnes diligencias, & aequipollit publicationi: tū quod noua prouisio fit coram Papa, ergo coram omnibus. l. omniū. vbi Iaf. & alij. C. de teſta. Gomeſ. q. 11.

Contrariū teneo ratione fraudis vitandæ, nam resignatarij temper poſſent ſic impetrare de nouo, & illa impetratio nulla, nullum præbere poſteſt effectum, licet aliquando declarat voluntatem: tamen hoc non ſufficit, nec obſt. at quod fiat corā Papa, ergo publicata. Hoc eſt falſum, quia iſta regula in resignatione facta coram Papa requirit etiam publicationē vbi beneficia conſiſtunt, multo fortius in noua prouifione poſtea facta, alioquin ſiemper fieret fraud regula, & nūquām eſſet illi locuſ, vt ſcripsi in traſt. de pacific. poſſeſſo.

Item vult dicere hic Gomeſ. quod ſufficit ſi publicatio fiat intra ſex mēſes, & poſſeſſionem petita ante mortē. q. 8. ego verò puto per iſtum tex. requiri publicationem, & poſſeſſionem eſſe intra ſex mēſes, ſi resignās moriat, ſi verò resignās nō moriat, ſi resignās moriat, ſecundum ſit in curia, eo qđ ſi poſtea resignās moriat, resignatarius eſt in cul. a, cur non accepit poſſeſſionem, & non publicauit resignationē: ideo vacabit per obitum, & hoc probat textus requirēs resignatē in poſſeſſione decedere, & ſic iſta tria, vt declarat tex. ibi poſtmodū, &c.

Quarto fallit, quando resignatarius moreretur ante resignatē, etiā non accepta poſſeſſionem, tūc beneficium vacabit per mortem ceſſionarij verē, & poterit per illius mortē impetrari: quia hec regula non vult verā vacationē tollere: ſed nouā fingere vult, & vbi conque veritas adefit, fictio ceſſat. l. ii filius faſ. ſi cert. pet. l. filio. de li. & poſth. Item in iſto caſu non eſt opus fictiōne, cū veritas patens ſit.

Quinto fallit, quādō resignās retinēret bullas, & resignatarius nesciret, ſibi facta eſſe collationē: tunc non vacabit per mortem, etiā ſi per decem annos retinēret bullas: tū quod ignoranti nō cu-

rit tempus: tum etiā quod ratio huius text. cesseret.
Dom. & Perus. in c. commissa. per illū text. in vñf.
annus. de elect. in 6. Nec potest ignorati fraus ad-
scribi: sed quia fieri fraus regulæ. Nā sic resigna-
tes retineret semper bullas: ob id dicerem, istam
regulam locum habere.

Sexto non procedit, si quis resignasset dignita-
tē, reteno sibi stallio in choro, & loco in capitulo:
& sic mentiatur. Nā cūm resignatari⁹ sit in posse-
fione illius dignitatis, non censemur resignas mori
possessiones, nisi in possessione loci & stalli in cho-
ro, quę extinguitur cū persona, sicut canonicatus
ad effectum. c. delicto. de præb. & superius scripsi.

Idem si abbas vel alias resignauerit suam abba-
tiam, & retinuerit sibi regimen & administratio-
nem monasterij, si nouus abbas post eius mortem
veniat, valebit prouisio prima, nec diciur mor-
tuus in possessione, postquam sibi retinuit quo ad
hoc isti regulæ censemur derogatum.

Deceslerit.

Et sic non habet locū si resignans post sex mē-
ses ducat vxō em., quia quāuis plenē sepultus sit,
qui habet malam vxorem: tamen beneficium non
censemur vacare per matrimonium, quo ad resi-
gnatarium, etiam si qui contraxit illud, fuerit in
possessione beneficij quousque vxorem habuerit;
quia non dicitur decedere. l. si dececerit. ff. qui sa-
risd. cogantur, nec dicitur obitus, licet beneficia
quę non resignauit dicantur per contractum ma-
trimonium vacare. vt plenē scripsi in §. monaste-
riis, de nominatio. regia, in glo. vacare. Nec habe-
bit locum in morte ciuili, cum hoc verbum obi-
tus, in ea non verificetur, vt doct. scribunt in cap.
susceptum, de rescript. in 6. & in l. Gallus. §. & quid
si tantum ff. de liber. & posthu.

Non per resignationem: sed per obitum
huiusmodi vacare censemantur.

Perfectionem, quę non reciperet probationem
in contrarium, per glo. in l. conficiuntur. ff. de iure
codicillo, quam sequitur Barb. in repe. l. cum acu-
tissimi. col. 3. C. de fideicom. & Felin. in c. quanto.
col. 2. de præsumptio. & sic non admittetur vo-
lens probare, quod vacavit per resignationem, quia
ista fictio pro veritate habetur, & quo ad iuris ef-
fecium, & tantum in casu fictio operatur, sicut ve-
ritas. Bar. in l. i. §. hoc autem senatus consulto. ff. de
senatuscon. Sillania. firmat. Cassado. in decis. super
regul. cancella. rub. de vñio. dec. 2. Ratio huius re-
gulæ est, quia possessor censemur dominus per l. fi.
C. de rei vendica. l. 2. de proba.

Collationes quoque, & quęvis aliæ dispo-
sitiones, de illis tanquam per resignationem
vacantibus factæ.

Intellige quod collationes, institutiones, & aliæ
prouisiones, hic annullatur, per hoc verbū, quęvis,
aliæ dispositiones de qua nō pauca scripsi in §. Præ-
fatiq; ordinarij, in verbo dispositiones, de colla. in
concorda, & sic comprehenditur hic commendata,
vt si forte datum fuerit in cōmendam, & collatio
capitur etiam pro commenda, vt scripsi in §. statu-

tum. 2. de colla. in concorda, & per Gomes. q. 4.

Et secundum istam regulam fuit iudicatum pro
Hugone roger contra Guillermum Carton, qui
per resignationē beneficium obtinuerat à Papa:
sed non acceperat prouisionē viuentे resignante
anno 1508. die 15. Martij: & idem anno 1505. die 23.
Decembris, inter Martinū de Rogis, & episcopū
Ebronē, & anno 1526. die 7. Septembris, inter Ni-
colaum Prudhomme, & Falconem de Cussi.

Et sequutæ.

Et sic possessio recepta per resignatarium non
valet, nec potest manuteneri in possessione, cū hic
annuletur, & titulus, & inde secuta scilicet posses-
sio capta, & alia, videlicet si resignarius resigna-
uerit alteri, & postea primus resignans in posse-
fione moriatur, tunc resoluteur ius tam primi re-
signatarij, quām secundi, per l. lex vētigali. ff. de
pignorib. & inferius dicam.

Imo ex clausula, quouis modo, non poterit di-
cere sibi collatum per obitum: quia ista clausula
comprehendit tantum vacationem tempore da-
ta contingentem, & non futuram, nisi sit in rescri-
pto, si neutri, vel nulli. ca. suscepsum. de rescript. in
6. Gomes. q. 16.

Nullius sint roboris, vel momenti.

Patet quod quando iura requirunt, vt publicatio
& notificatio alicuius actus fiat, tunc data est à iure
forma, quę si non seruatur, actus non valet. Clem.
causam. in fi. de elect. ob id annullantur collatio-
nes non sic publicatae.

Item nō valeret impetratio interim facta de illo
beneficio, licet postea resignans moreretur in pos-
sessione: tum quia non vacat adhuc: tum etiā quod
beneficiū quod poterit vacare, nō potest integrum
cōferi. c. commissa. de elect. c. si tibi. de præb. evd.
lib. Aegid. Bella mera. decis. 752. Gomes. q. 17.

Quero, aliquis constituit procuratores ad resi-
gnandum coram Papa suum beneficium, quod pro-
curator resignauit, & is cum facta est prouisio non
acepit possessionem per sex menses, nec alio te-
pore, demum resignans iterū resignat in vim cu-
iūs secundæ resignationis collatum est beneficiū
secundo, & is adeptus est possessionē, postea mori-
tur resignans, beneficium conferunt per mortem,
queritur cui debeat, & videtur quod illi est col-
latum per mortē per istam regulā cācella. 34. quę
vul. vt beneficium censemur vacare per mortem.

Item per primam resignationem beneficij am-
itterat resignas. c. in prefentia. de renun. etiā quoad
possessionē. gl. assignari. in c. inter. de præb. nā re-
nunciatio beneficij inducit renunciationem etiā
possessionis, quę animo amittitur. Inno. in c. super
hoc. de renuncia. Panor. & Imol. in cap. solicite. de
restitu. spolia. Calder. cōsil. 4. rub. de renuncia. Er-
go non poterat iterū resignare, alioqui præbere-
tur materia calumniandi, & sic faciendi plures re-
signationes, quod non est permittendum.

Item ille, qui secundo resignat, nihil facit: tamen
crimine stellionatus puniri debet, per gl. fi. in c.
nulli. de reb. eccles. non alien. vt dicit Berberius
in viato suo. rubr. de crimine stelliona. in fin.

Item

Item dolus resignantis prodesset illi secundo resignando, & quando secunda resignatio valeret posset resignans semper fraudare primum, quod non est dicendum, uno illusio & variatio est in clericis maximè prohibita. Clem. vna. de renuncia. vnde si is, qui resignauit remaneat in possessione de facto post resignationem, tenebitur ad restituendū fructus, quos percepit à die sibi intimatae bullæ resignationis, seu collationis, quia ante bonam fidem habere poterat, quod superior noluisse admittere. Rota dec. 158. licet reus. in no.

Item si beneficium conferatur vni, & postea alij, & isti secundo tradatur possessio: tamen prefertur primus per c. capitulum de rescripto & c. tibi. & ca. duobus. de rescripto. in 6. nec habet locum in beneficialibus. l. quotiens. C. de rei vēdic. vt afferit las. in d. l. quotiens. col. 4. quia in beneficialibus non requiritur traditio, vel quasi, vt acquiratur ius in beneficio. c. si tibi absenti. de p̄eb. in 6. Dy. in regula, qui prior. de reg. iur. in 6. Igitur postquam valebat. i. resignatio vñque ad mortem, ergo secunda valere non potuit, nec refragatur quod secunda collatio præferri debet prima. c. illud. & c. suggestum, de iure patro. quia hoc est ibi, quia prima non fuit iure facta: sed in isto casu fecus, & non minus censetur iure facta, licet primus resignans non adipiscatur possessionem in vita resignantis, quia hoc potuit facere semper: si non fecit, vacavit per obitum, & in dubio præsumitur renunciatio iure facta. capit. Gonsaldus. 17. q. 2. is autem qui dicit eam non legitimam, probare habet. cap. cūm dilectus, de successio. ab intest. nec obest quod non est mortuus in possessione. respon. contrarium esse verū: quia secundus resignatus nomine primi resignantis erat in possessione, & sic videtur resignās primus in possessione dec̄essisse.

Itē si resignatus ante sex menses resignauerit alteri, & postea primus moriatur non facta publicatione: & post sex mēs putarem secundi resignatarij ius resoluti, & extinguitur: sicut ius primi extinguitur per hanc regulam, quia quod in uno statuitur, & in duobus habet locum. l. singularia. ff. si eert. pet. & resolutio iure primi resignatis, resolutur ius secundi. l. lex vestigali. ff. de pigno. Ad hēc, quia prouisio ultimi est subreptitia, quia si primus resignans expressissit Papæ possessionem non capta, nec resignationem publicatā, forte non cōtulisset, vel non ita de leui. c. postulatis. de rescripto. quamvis Do. Gomes. hic in i. q. tenuerit contrariū dicens se iudicasse: tamen iudicauit cōtra hāc regulā ibi, & inde secura. Nec refragatur q̄ de prima resignatione debeat intelligi secundu ēū, per l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. q̄a hoc nō procedit in hoc casu. Nec obstat q̄ superior consentit isti secundū resignationi, & quando dominus cōsentit, tūc nō habet locum. l. lex vestigali. Guido Papæ in dec. Delphin. q. 575. Emphiteota. Hoc enim verū est, quando dominus sciens consentit; secus signorans: nec ignorās iuri suo præjudicat, nec renunciat. l. mater. ff. de inoff. test. Vnde si in secunda resignatione essent omnia narrata, & Papa huic derogādo regulā cōfaret secundo, tūc cre-

derem opinionē Gomes procedere, alias nō. Papā enim nō videtur velle plus juris cōferre, quām resignans haberet, nec huic regulā derogare, nisi hoc expreſſe dicat: vñnis secundus resignatus possessionē intra sex menses recepisset, minus valer collatio facta ad resignationem illius, qui resignauit primum beneficium per alium impetratā, quod per adoptionem secundi vacabit.

Item regula cancellat, annullat resignaciones & collationes, ergo primam & secundam, & quotquot factæ sint.

Item poterat primus accipere possessionē quādiu viuebat resignans, ergo poterat excludere secundum. Nec facit secunda resignatio, quod non vacauerit per mortem, & sic nec recredentia, nec possessorum debet isti habenti secundā resignationem adiudicari, quia omnia hic annullantur.

Item nō valet secunda collatio ratione subreptionis, & fraudulentæ resignationis. Old. conf. 324. factum. col. 3. scripti in gl. vacantia. de colla. in §. volumus, quia Papa ius tertij nō intendit tollere, & si Papa primam resignationem factā sc̄iuisset, isti secundo nō cōtulisset, ob id secunda collatio est nulla.

Imò pulchrē scribit Gomes. in Commentar. ad regul. de infirmis resignat. q. 40. quod si infirmus per procuratorem resignauerit in curia, & postea iterum in fauore alterius, cum derogatione illius regulā secundo cōfertur beneficium, & infirmus moritur intra viginti dies, adhuc vacabit per obitum, & secunda renunciatio, que est nulla, nō facit quo minuū vacet per obitū. sic & hic dicemus.

Præterea collatio facta per vicarium etiam reuocatum antequam reuocationē sc̄iperit, valet. l. si fortè ff. de offi. præsid. quem singularem dicit Roma. singul. 57. & laton in l. more. col. 3. nu. 8. ff. de iurisd. om. iudicum. & Dec. consil. 295.

Nec me mouet gl. & ibi Doct. in c. ex tenore, & c. in nostra. de ref. & q. no. Old. conf. 299. quidam Hugo. vbi coicidit: tur q̄od prima electio, seu prouisio que est inutilis, nō praefat impedimentū. Nec literā primæ vñlū dant impedimentum secundis validis. Resp. verum. esse, sed hoc casu prima prouisio facta erat valida, & sic secunda valere nō poterat.

Item quāro, an valeat collatio facta à cancellaria post reuocationem procuratoris intimatā camera: breui resp. quod sic. per text. in Cle. vna de renunc. vbi resignatio facta post reuocationē non intimatam procuratori, vel illi in cuius manibus collatio est facienda, valet & dicit ibi gl. in verb. facienda. in hēc verba, quod quando mandatum est generale ad cedēdū in manibus eius, qui recipere possit, nō potest iuuare notificatiū sit facta illi, qui recipit: & imputet sibi, qui deluit omnibus intumare, vel sultem procuratori. Idem tenet Bonifacius & alij in d. cle. vnic. & sic cōsului & obtini in magno conf. pro Guil. fabr. contra de Comb.

Item reuocatio eo loco fieri debet vbi negocū exercetur, alioqui non valet. l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instito. act. sed caniera est diuer sum tribunal à cancellaria, & separatim, & separata loca, & officiales habent separatos & diuerios, ergo notitia facta in uno loco non ligat in alio.

Adhac

Adhæc paria sunt munus plene intimare, & non legitimè intimare. I veluti ibi, vel minus plenè editum ff. de edendo, & l. quoties. qui satisfare cogātur. & ibi multa doctor. citan. & sic intimatio illa omni carebit iuris effectu, clemen. causam. in fine, de electione.

Præterea dubitatur, an valeat collatio facta à cancellaria, si appareat eo die reuocationem esse facta in eadē cancellaria, vel consensum à procuratore præstitum. respon. sic. per text. in d. clē. vna de renuncia. vbi prouisio valet facta ad resignationem procuratoris, antequam peruererit ad notitiā illius, vel eius in cuius manibus facienda erat cessio: sed nō appetet hic, quod fuerit facta notificatio reuocationis: ante prouisionem, nam potuit esse postea, ideo is, qui dicit reuocationem antea factam, oportet quod prober: allegans enim tempus illud probare debet. l. eū actum. ff. de negoc. gest. plenē scripti in tract. nominatio. q. 14. num. n. & seq. si autem resignates post admissionem resignationis facta à Papa possent ab ea discedere, frequenter il luderetur Papa, cuius iudicium ab eorum pendere arbitrio videretur. cap. bonæ. 2. circa finem. de postula. prælat. & qui dicit aliquid reuocatum, debet hoc probare. l. cum tacitum. ff. de proba. l. sancimus. Cod. de testamen, & debet probare ante reuocatum, ut supradictum extitit.

Si tamen fuerit facta concessio in cancellaria die prima Martij, & intimatio eodem die in eadē cancellaria, si die secunda procurator consenserit, nō valebit, cum à die consensus præstii computetur tempus, quod non retrotrahetur, cum extrema nō sint habilia, de quibus Bart. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsu capionib.

Quamvis consensum retrahi dicat Roma. cōf. 340. nu. 7. per l. fi. C. ad Macedo. l. licet. ff. de iudiciis, quia paria sunt ab initio cōsensum interuenire, vel ratificationem subsequi. regul. ratificationem. de reg. iur. in 6. alia nō prosequor, quia videre potes plenè materiam examinatā per Gomes.

REGVL A XXXVIII.

De non appellando ante diffinitiuam.

Item idem dominus noster, vt litibus finis celerius imponatur, & litigantium parcatur sumptibus & expensis, suorum prædecessorum constitutionibus & statutis inhārēndo, statuit & ordinavit, quod in causis in Romana curia pendentibus, & quas in posterum quoquis modo contigerit agitari, nulli ante diffinitiuam sententiam liceat appellare: nec appellatio si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab interlocutoria, quæ vim habeat diffinitiuæ, vel à grauamine minime concerne ne negotium principale, quod non possit per appellationem à diffinitiuā sententia reparari; nullisque cause appellationum huiusmo-

di committantur, nisi in commissione exprimatur quod interlocutoria vim diffinitiuæ habeat, vel grauamen tale quod in appellatione a diffinitiuā non valeat reparari. Alioquin appellationes & commissiones in posterum, ac quicquid inde fecutum fuerit, nullius sint roboris vel momenti, commissionibus appellationum iam iudicibus presentatis, & exhibitis, in suo robore permanens: in quibus, latis super eisdem sententiis secundo, vel vterius, ab eis non liceat appellare, appellantes verò & appellationes etiam ab interlocutoriis, & grauaminibus huiusmodi suo, vel alterius nomine prosequentes, si succubuerint, ultra expensas & damna ad quæ refacienda de iure condemnatus compellitur viginti florenorum auri pena mulctetur.

Ista regula loquitur tantum de causis in Romana curia expediendis, vt ante diffinitiuam non liceat appellare, vide plura quæ huic materia elucidanda adiunxi in concord. Franciæ, rub. de fidelis appellationibus.

REGVL A XXXIX.

Quod commissione post conclusionem non sicutur.

Item statuit, & ordinavit, quod in commissionibus de iustitia, seu mandatis etiam consistorialibus per eum, de eius mandato vel autoritate, in causis in quibus conclusum existat in posterum non cedendis, etiam si in eis de conclusione huiusmodi implicitè vel explicitè mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per cōcessionem commissionis huiusmodi conclusioni derogetur exp̄scē.

Vult ista regula commissiones non valere post conclusionē in causa, nisi fiat mentio conclusionis illi derogando, & dicitur conclusio facta, quando est renunciatum allegationibus iuris & facti. gl. & Doct. in c. cum dilectus, de fide instr. vbi non licet postea partibus aliquid dicere, vel allegare, ob id si commissio impetratur & partes aliquid dicere intendunt, opus est expressa mentione conclusiois, sicut compositionis. c. ex multiplo. de dec. vi. de glo. in clem. sape. in verb. conclusum de verb. sign. & in materia beneficiali non sit conclusio in causa, nec in possessoria & summaria. cle. sape. de verb. sign. vide alia in hac materia cōclusionis per Felin. & alios in d. c. cum dilectus.

Notandum est, quod hodie ex ordi. regia, qsnon potest acquiescere postquā est cōclusum in causa appellationis, ob id si quis impetrat literas ad acquiescēdū, debeat scribi hęc clausula, cōcedim⁹ vt acquiescat, pūiso q̄ processus nō fuerit vīsus, consultus, aut iudicatus. In aliis sufficiat gl. huius reg.

R E G V

REGULA XL.

De literis expedientibus.

Ite m voluit & ordinavit, quod si aliqui religiosi petant aliquod beneficium ad nutū reuocabile, cum clausula, quod exinde pro solo nutu abbaris, vel superioris amoueri non possint literæ, quoad ipsam clausulam nullatenus expediantur, nisi idem S.D.N. ponat in signatura quod non possint amoueri vel ad partē clausulam ipsam concedat.

Vult vt bullæ non expediantur, quod religiosi ad nutum superioris remouerti non possint: nisi in signatura hoc petitum fuerit, & concessum, vel q. Papa ad partem hanc clausulam concedat. nā dunt Do. de Rota. decif. i. in antiq. quod monacho habenti administrationem vel prioratum ad nutū abbatis remouibilem, nō competit aliquid remedium in causa restitutionis. c. cum ad monasteriū. §. tales. de statu monacho. c. i. in fi. de priuile. in 6.

Sit tamen Papa concesserit beneficium cum hac clausula, quod non possit amoueri, tunc ad preceptum abbatis renunciare non tenetur: nec ab illo amoueri beneficio. Archid. inc. præsenti. de officio ordin. in 6. quia quo ad hoc censetur emancipatus. c. si monachus. i8. q. i. Bald. in c. illud de maio. & obed. ex quo infertur quod hęc clausula nō estne cessaria quando Papa cōfert seculari regulare, nec is secularis amoueri ad nutum poterit: quia quādo princeps concedit aliquod beneficiū, intelligitur cōcedere pleno iure. Bal. in l. beneficium. si. de cōstit. princip. tamen beneficium non per hoc suam mutabit naturā, sed eo vacante realiunit ipsam, teste Anton. de Butrio. in c. porrectæ. col. 2. de cōfir. vtili. & Felin. in c. in nostra. colum. vlti. de rescript. vide octo declarationes, quas scripti in tract. de pacific. possess. in 6. limita. num. 272. cum seq. vbi plura videbis in hac materia, si te delectat.

REGULA XLI.

De clausulis in resignatione ponendis.

Item si committatur alicui beneficij resignationis receptio, ponatur clausula, attente quoque prouideas, &c. & si ex cauſa permutationis resignationes fiat, ponatur clausula, quod neuter permutantium ius acquirat, nisi quilibet ipitorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato.

Sciendum est quod ex ista regula elicitur duplex resignatio. vna simplex altera permutationis causa. In resignatione implici vult Papa quod clausula ista ponatur in literis à cancellaria emanatis, attente quoque prouideas, quod in renunciatione prædicta dolus, vis, metus, ac aliqua simoniaca prauitas nō interueniat, quasi velithic Papa innue re quod si vnum istorum nō interuenierit, resignatio non valebit: alioqui frustra apponetur hęc clausula, & Pcpa superflua non vult sibi in suis li-

teris, vt in procēm Decretal. protestatur. vide ista in tract. de rescript. in rescripto resignationis.

Primo nominatur dolus, & intellige de dolo malo, qui est calliditas & fallacia ad fallendum & decipiēdum alterum adhibita. l. i. §. i. ff. de dolo, & per hanc regulam patet quod Romanus Pōtīfex non vult renunciationē dolo factam valere à contrario sensu huius regula, & dicit gl. in c. penul. de his quæ vi metuſve causa fiunt, secundum canones, siue vi, siue metu, siue dolo aliquis renunciat rei suæ, subuenitur ei cōtra omnem possessorum. c. reintegranda. 3. q. i. & 2. c. cum ecclēsia, & seq. facit. l. eum, qui. ff. de inoffi. testam.

Et quamvis gl. vlti. in d. c. penult. dicat, quod si dolus in spiritualibus interueniat, non tamē subuenitur dolū passo, licet dolus det coneractivic: usam ea. const: tuit. 20. quæst 3. vbi text. dicit, quod ingressus religionem dolo abbatis, tenetur perseverare in religione, tamē res reddi debent hæreditibus illius religiosi.

Idē in matrimonio afferit c. ex parte. 2. de conuers. coniug. quia nō videtur decepti, qui meliore vitā elegerunt. c. cum dilectus, quod meritus cauſa.

Ego tamē putarem dolum dantem causam renunciationi, annullare renunciationem beneficij, quia annullat alios actus regulariter. l. & elegāter. ff. de dolo. & istum non inuenio exceptū à regula.

Ad hęc liber consensus in resignatione beneficij esse debet. cap. super hoc. de renunc. sed vbi adest dolus, non est liber consensus, ergo, &c.

Item dicitur Proverb. c. 4. filio dololo nihil erit boni, ergo renunciatio dolo facta non erit illi doloris bona: vt non accipiat fructum suæ calliditatis.

Ad hęc iura canonica abhorret maximē vitiosum ingressum in beneficialibus. c. i. & per totum, de eo qui mittitur in possessio, sed non posset esse alius deterior, quām ingressus dolosus, ergo vitiat.

Conueniens est quod ait furise consulitus in l. i. ff. de doli exceptione, quod ideo hęc exceptionē doli prætor proposuit, ne cui dolus suus per occasionem iuris civilis, contra naturalem æquitatē, proficit: sed prodesset dolus, si valeret resignatio: ergo non valebit, saltem per doli exceptionem.

Item in beneficis maximē omnis dolus cessare debet c. cum dilectus, de c. electionibus.

Sed hodie potest dici, quod habetus Hier. c. 6. à Prophetā usque ad sacerdotem cuncti faciūt dolum: & sicut decipula plena aubus, sic dom⁹ collatorum plena sunt dolo. Hierem. 5. Vnde posset David mirari plus hodie, quām olim, dicens, Domine quis habitabit in taliernaculo tuo? Respondens postea, qui non egit dolum in lingua sua.

Nec refragatur, quod dolus nō viciat actum in spiritualibus, utpote ingressus religionis: quia non videtur deceptus, qui ingreditur religionem dolo alterius, vel prouocatur ad bene viuendū: & idē est dolus bonus, qui non viciat: securus in dolo malo in beneficialibus commissio, quia prouocatur ad male viuendū, cū aliquis dolo auffert ab eo beneficiū, postea erit fortè resignās leno, vel armiger ad gallinas. Ob id diuersum est, quando inducitur ad Deum, vel quādō deducitur, & remouetur. Bene dicarem,

dicerem, quod si dolo inducerem aliquem ad exceptandum beneficium, quod dolus non vitiare acceptationem, quia inducitur ad seruendum Deo, sed quando aliquis dolo inducitur ad renunciam, & se remouendum à seruicio diuino, hoc nō valet, nam inter istos causas longa est, ut cuilibet patet, differentia.

Nec obstat quod dolus non vitiat matrimonii. c. ex parte, &c. dudum de cōuersi coniug. & bonū est arg. de matrimonio carnis ad spirituale. c. inter. de transla. episcopo, nam resp. verum esse, quando est eadē ratio: sed diuersa est ratio in matrimonio quam in beneficiis. Nam si per dolum quis inducatur ad matrimonium cum aliqua puerilla indotata, certe quis dormiendo cum ea, & per annū in quo canitur, exultate, magnoperè placet matrimonii & sic ratum habetur & approbatur: quod non est in beneficij renunciatione dolo facta, imo statim agnito dolo p̄cenitet renūciantem: sed dulcedine matrimonij cognita placet, etiā aliud est incitare ad habendū, vt in matrimonio, vel ad carentium, vt in resignatione beneficij, vt dixi, & in d.c. ex parte, & d.c. dudū. est ibi dulus bonus: secus in beneficij resignatione dolo facta. Quamobrem nō valet nec iure naturali, nec prætorio, nec canonico, teste Fortunio in tract. de vltimo fine iuris. nu. 335.

Vnde per istam clausulam dixi renūciacionem secundam dolo resignantis factam non valere, & ideo non priuari secundum resignantē decreto, de pacific. possel. scripsi in tract. de pacific. possel.

Item si quis vi fuerit expulsus de beneficio: & postea illi renūciererit. Ideo ponitur ī clausula vis, nō enim vult Papa istam renūciacionē vi factam approbare: quia non est verisimile quod spōte iuri suo renūciererit, qui renūciat spoliatus. c. sollicitate. de restit. spolia, & sic iste quipolius renūciauit, poterit intentare remedium recuperandæ possessionis. c. integranda. 3. q.i. nec iudices regni, qui in hoc regno cognoscunt de possessorio, audiūt possidentem beneficium, donec restituta fuerit possesso isti spoliato, vt in c. super hoc. de renū. siue resignatione fuerit facta corām collatore ordinario, siue coram alio superiore, cū d.c. super hoc. & d.c. sollicitate generaliter loquantur, quamuis. gl. in d.c. sollicitate, velit dicere non habere locum, quando fuerit facta corā suo iudice, quā videtur se qui Sōcin. in tract. fallent. reg. 378. sed gl. & doct. reprobāt in d.c. sollicitate, cum renūciatio non possit admitti, nisi à superiore, vt Hosti. in lumina de renū. docet. Quamobrem si spoliatus renūciaret corā suo superiore in iudicio, bene valeret, vt consuluit Barba. cōf. 47. Præclarè. col. vlt. vol. 2. idem intellige, si ante spoliationem renūciaret, vt dicit Lap. p̄pus alleg. 23. limitat etiā do. de Rota. dec. 216. Nota quod existēti, in antiqu. per c. accepta. de rest. spol.

Nisi petitioni restitutionis cū tūramēto renūciaret: quia tunc restitutionem petere nō posset, vt firmat. do. de Rota. dec. 428. Nota, quod si spoliatus in antiquis. Idē si per paclum. Rota. dec. 168. Nota, quod licet in eisdem. & Soci. in tract. fallēt. regul. 378. Spoliato. Nicol. Milius in repet. in verb. renūciatio. Tamē per literas regias relevari, ha-

bita iuramenti dispēsatione, quia ea facilitate qua fuit inductus ad renūciandum beneficium, & ad nūrandum, ob id dispēsationem petat, si velit admitti: vt in simili dicit. Sel. i. c. si cautio de fide in str. de renūciāte exceptionē nō numerata pecunia, & cū iuramento. doct. in l.f. C. de non numera pecunia.

Præterea in hac clausula, atētē, &c. dicitur metus, quia renūciatio facta metu nō tenet. c. super hoc. de renū. & renūciātē non perdit beneficij. Rota deci. 203. Nota quod resignatio in antiqu. Henric. Boic. in c. quod in dubiis, de renūciātē. per c. Abbas. c. ad aures. & c. seq. quod metu causa. vbi reuocatur collatio de facto, intelligit Fortun. Garrias in tract. de vltimo fine iuris. nu. 275, vbi cōcludit tam iure naturali, quam prætorio, & canonico nullam esse renūciacionem metu factam, & quantum de facto processerit reuocandam.

Et iudices regij in hoc regno super possessorio cōguoſcentes possunt isti per metum renūciati interdicto recuperandæ agenti possessionē beneficij adjudicare, nō obstante renūciacionē, si aliud canonici nō obſtitat, quia licet resignans amittat ius, verum est si sponte, secus si coacte, nā in his in quibus spontaneus consensus requiritur, ibi actus ipso iure vitiat. gl. in c. notificasti. 33. q. 5. Panor. in c. maiores. in f. de baptis. & c. cum iocum de sponſalib. Alex. conf. 98. Quoniam. col. 2. vol. 3. & conf. seq. sed renūciatio spōtanea & libera esse debet. d.c. super hoc, ergo nō valebit quando metu facta erit: quia enim metu gesta sunt, rata haberi nō debet. l. i. & per totū tit. ff. quod metus causa, & quod nō valeat renūciatio beneficij metu facta, tenet gl. in verb. liberè. §. ad tollēdas. de elect. in pragm. vbi etiam concludit posse hoc casu agi rei vendicatione ad beneficiū renūciatum: vel interdicto recuperandæ: vel frequentissimè hodie in iudiciis remedio can, redin̄grenda.

Item non valeat etiam constitutio procuratoris facta metu ad resignandum beneficium, vt cōcludunt. Hostiens. Panor. in d. cap. Abbas. quod metus causa, & Decius confil. 219. viso punto, in 3. q. plenē Philib. Probus in addi. ad. Ioan. Monach. in rubr. de renūc. in 6.

Tamen dom. de Rota. decis. 374. fuit dubitatum. in no. & communiter docto. in d.c. Abbas. & c. ad aures, tenent resignationem per metum factā valere, sed rescindēdam esse officio iudicis, dicā hoc sic in forensi seruari iudicio in Francia, vt renūciātēs impetrer literas regias, vt nō obstante renūciacionē sic facta per metum, recipiatur ad petendum suū beneficium: & illi conceditur, & sunt informationes contra eum, qui metū adhibuit, & quamuis doct. in elem. multorum. de p̄n. dicant speciali: esse in illo casu vt resignatione facta per captionem & detractionem secularium potestatum, ibi sit ipso iure nulla: tamen idē seruatur in practica in illo casu: quia etiam est opus literis, & ille tex. dum dicit modo supradicto factas, potest intellegi per coactionē, vt velit dicere quod omnis renūciatio metu facta & per coactionem ipso iure sit nulla: sed cum paucis sit emolumenti, quo ad practicam huius regni aliter nunc non discutio, quia quoad

quoad effectum nulla est. Aufrer. dec. Thol. q. 285. vidi tamen aliquando impetrari super petitioris literas à Papa de significauit, vbi Papa mādabat q̄ si constaret de renunciatione sic metu facta annularet eam, & cassaret, ac beneficium adjudicaret renuncianti, iuxta clem. auditor. de rescr. Imò etiam per multa concludit renunciationem hereditatis metu factam nullam, & ea non obstante, filiam posse hereditatem petere. Albertus Brunus in consil. 82. super difficultate, col. 2. inter consilia feudalia.

Idem dicemus si renunciatio sit facta metu cōsanguineorū, vt rescindi debeat. c. sciāt, de elect. in 6. facit. l. l. col. seq. ff. de liberali causa, sic expressim conclusum fuit in Rota. dec. 463. Dubitabatur, in not. vbi dicunt esse necesse probare, quod nisi dictus clericus renunciasset, fratres, vel parentes mortui fuissent in carceribus: tamen Alex. cōf. 99, in casu. col. 3. nu. 10. in 3. vol. talein probationē non exigit nec tales metum, vide ibi. Postremo notandum, quod dicta ecclesia sic renunciata, est restituenda renuncianti sine noua collatione qñ interuenit metus, qui potuit in constantem cadere vi rum. d. c. Abbas. quod metus causa, sic consuluit Cald. conf. rub. de renun. & quando dicitur caderet, &c. declarat Decius. dict. conf. 219. viso. Probus. in rub. de renun. in add. ad Ioan. Monach.

Sibiicitur aliud verbum in illa clausula attētē, videlicet q̄ simoniaca pravitas non interueniat. Nam renunciatio beneficij simoniacē facta non valet etiā in praejudicium resignati. Nec collatio tex. in c. supe. hoc. in gl. pecuniae, de renun. Inno. in c. cum vniuersorum, de rer. perm. Arch. in c. ordinationes. l. q. 1. Rota. dec. 236. in antiqu. Geminia. conf. 125. Dubia. in 1. q. Nicol. Milius in reperto. in verb. renunciatio. q. 4. vbi dicit simoniacē tunc renunciatū qñ expressim renunciatur q̄ alteri conferatur, per gloss. in c. ex parte. l. de offi. deleg. vbi doct. sed si non exprimatur, licet immediate hoc agatur, non est simoniaca, teste Inno. in c. tua, in fi. de simonia. & sic ille, qui per simoniā resignat, non potest illud beneficium sic resignatum repeteret nec ille, qui illud fuit simoniacē consecutus, retinere. gl. & doct. in c. cōstitutus. de transact. Inno. in c. cum vniuersorum, de rerum perm. Card. in d. c. super hoc col. 2. oppos. 5. vide quæ scripsit Ioan. Naclerus in tract. de simonia, & ibi in addit. quædam inserui. & sic patet, quod in renunciationibus beneficiorū ista quatuor videlicet dolus, vis, metus, & simonia, debet abesse, alias quilibet horum, actum reddit, saltem quo ad effectum, nullum.

Et si ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula, quod neuter permittantium ius acquirat, nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato.

Sicut in rebus profanis in realiena nō contrahitur propriè permutatione: sed requiritur q̄ dominium hinc inde transferatur. l. l. ff. de rerum perm. vbi Padius sic ait, nullā contrahi permutationem si res aliena detur, & ibi Ias. plura huic rei accom-

moda scribit, & in §. actionū. nu. 102. Instit. de act. & non videtur datum quod retineri, non potest. l. nō quocunque modo. de legat. l.

Sic est dicēdum in beneficiis, vt neutri permittantum ius quāri debeat nisi vterque ipsorum ius in suo beneficio habuerit, & non potest quis ius q̄ nō habet in alterum transferre. c. quod autem, de iure patr. l. traditio. ff. de acquir. rerum dom. Cald. conf. 9. de rerum perm. alioqui possit aliquis valer & astutus bonum decipere, beneficium quod occupauit permutando cum alio, qui canonice est suum assēquutus beneficium, quod non est permittendum, vt vides hic.

Fallit quādo quis permutaret beneficium cum iure prætenso in alio beneficio, tunc valeret permutatio, etiam si alter nullum ius in illo beneficio haberet: quia iste qui ius ad beneficium recipiebat, debet at prouidere, an ille ius haberet, per l. qui tabernas. ff. de contrah. emp. scripsi in tract. de pacifi. possess. nu. 290. & seq.

Nora quod quādo is, qui ius habebat ad suum, beneficium, euicto dato, vult redire ad suum, hoc sine noua collatione non poterit. c. si beneficia, de præb. in 6. plenē scripsi in tract. de pacifi. possess. in 22. amplia. num. 143. cum seq. vbi abundatius videbis, si non graueris, & intellectum ad c. si beneficia, de præb. in 6.

Si tamē is, qui resignauerit permutationis causa ius habebat in beneficio resignato moriatur, & antequam ei cōferretur beneficium alterius permutatis, tūc permutās habebit vtrunque, & gaudiabit bona fortuna, & hoc modo solent cauti auctūculi suos nepotes promouere, primum quod habebat non auferetur, & illud quod permutationis causa collatum etiam ad ipsum specifabat, cum nō sit qui conqueri possit, & iusto tirulo & canonice est adeptus iuxta. text. in c. 1. de reg. iur. in 6. & sic limitatur ista regula, quia non stat per istum permutantem, alias non procederet, vt l. in iure ciuili. ff. de regulis juris.

Solēt in resignationibus à Papa approbatis alia inseri clausula, primo regulæ de viginti dieb° derogare Papa solet si petatur, de qua scripsi supra in regul.

Secundō solet derogare regulæ de verisimili notitia obitus: sed an recipiatur, dixi supra declarando illam regulam.

Tertiō clausula solet adiici in qua derogatur iuri patronatus etiam laicorum, nisi in Francia cōstitudinaria, in qua non recipitur, vt infrā dicam.

Quartō derogatur indulxit Cardinalium, quibus cautum exitit, quod in collationibus beneficiorum suorum, vel familiarium, requiratur consensus eorum, de quib⁹ dixi supra, in regula.

Item nō potest minor 14. annis beneficiū multis laboribus à parentibus acquisitum renunciare, quin si laesus fuerit illud recuperere possit. c. si §. l. vērō. de iud. in 6. c. ex parte M. vbi gl. & doct. de restit. spol. hoc expressum tradit Nicol. Milius. in reperto. in verbo minor. q. 4. dicens renunciationem minoris duob⁹ concurrentibus valere. Primo si fiat in manib⁹ superioris: secundo si fiat cū cause

cognitione, cum constabit superiori quod minor velit renunciare, oportet quod inquirat an pupilio expedit, & ecclesia: & si de his constituerit: restitutio dabitur: alias fecus, ut scribit Pan. in d.c. ex parte M. & Bened. in repet. c. Raynulius. in verb. adiecta. nu. 61. de testam. & Phil. Probus in rub. de repun. in 6. Angel. de Clauasio in Ang. in verb. renunciatio, dicit renunciationem ex tribus iudicandam illegitimum. Primo ratione personae renunciantis, ut pote quia minor. d.c. f. aut alius, qui non potest renunciare, ut demens & furiosus. Secundo ratione personae, in cuius manibus sit renunciatio: ut si in manu laici. c. quod admonet. & c. quod in dubiis de renunc. vel in manu illius, qui eam recipere non potest, ut in manu abbatis, quia inferior epo permutationem approbare non potest. c. quazitum de rerum permu. Tertio ratione rei dicitur renunciatione legitima, quando illa res renunciaris non potest, ut iuri sanguinis. l. ius sanguinis. ff. de regulis iuris. l. ius agnationis. de pat. sed si deceptus fuerit minor super valore beneficij permixtum, an restitutionem impetrare possit, quod non, scribit plenè Probus in additionibus ad Ioannem Monachum in c. f. de renun. in 6.

Et clausula, cura animarum non negligatur, in quibz rescriptis soleat apponi, declarat. gl. in verb. dispensantes, in cl. i. de præb. vbi dicit apponendam esse in dispensationibus super pluralitate, super etate, ordine, & residentia, quod est bene notandum.

REGULA XLII.

De supplendi defectibus.

Voluit quod si petantur suppleri defectus in genere, nullatenus literæ defuper concedantur, nisi in petitione defuper huiusmodi defectus exprimantur, vel per fiat ut petitur supplicatio signata fuerit.

Vult Papa quod in literis cancellariæ cōcedēdis de cætero non apponatur clausul. supplentes omnes defectus in genere, nisi specialium omnes defectus exprimantur: ut pote si in alienatione rei ecclesiæ non interuenerit tractatus, vel alia solennitas requisita in c. sine exceptione. 12. q. 2. tūc poterit peti suppleri ille defectus. Alex. conf. 79. circa primum. q. 6. vol. 1. & hoc est introductum ad vitandam calumnam partium, qui non exprimebant Papæ eorum defectus, sed perteberant apponi hanc clausulam supplentes omnes & singulos tam juris, quam facti, & quarumcunque solennitatū & substantialitatum omnissarum defectus, si quis forsan iuri interuenerit in eisdem, &c. Ista clausula supplet defectus positius non naturalis, teste Specula. in tit. de legato. §. nunc ostendendū. versi. 18. Anto. de Butrio. in c. illa. de elec. Pan. & alij in c. 1. de transact. Panor. in c. 1. de confirm. vtil. Decius. conf. 341. viso puncto. col. 2. & conf. 516. quoniam, col. 3. & conf. 502. viso puncto. col. 5. numer. 20. nec tollit defectum personæ supplicantis. cap. Cenomanensem. 57. dist. Barba. in rubr. de descr. in cle. ed. 8.

Et sic ista claus. non potest supplere defectum citationis, cum sit de iure naturali, ut concludit Soc. conf. 120. Memini. col. 3. nu. 4. in 3. vol. per. cle. sape de verb. sign. & Alex. d. conf. 79. nu. 19. vol. 1.

Sécondus casus est quando supplicatione apponitur, fiat ut petitur: nō si apponatur per cōcessum vel per fiat, seu alio modo, quām hic expresso.

Ex hac ergo regula habes, quod in specie multa valent, quæ non in genere, adde quæ scribo in ordin. reg. 58. rub. de rescissionib. contractuum.

REGULA XLIII.

De derogatione iuris patronatus.

Item voluit quod super quo quis beneficio ecclesiastico de iure patronatus laicoru non expediantur literæ, nisi ponatur expreſſe, quod tale beneficium tanto tempore vacuit, quod eius collatio ad sedem Apostolicā legitimè est deuoluta: vel quia tempus patronis laicis ad præsentandum à iure præfixum lapsum existat: aut ad id patronorum ipsorum accedat assensus. Et si per ipsum iuri patronatus huiusmodi derogari contigerit, si ius huiusmodi ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium principē pertineat, & de hoc in literis prouisioni, vel mandatis de prouidendo de dicto beneficio mentio facta non fuerit, non ceseatur iuri huiusmodi quomodolibet fore derogatum.

An valeat collatio facta per ordinariū de beneficio patronato, antequam fuerit facta præsentatio, si intra illud tempus non fiat, vide Dominic. & Perus. in c. 2. de præb. libr. 6. & Docto. in c. auditis. de præscr. item Felinum in c. cū Bertoldus, de re iud. dixi in tract. nominatio. q. 17. nu. 12. vbi dixi valere, si patronus non conqueratur.

Notandum est, quod Papa potest iuri patronatus etiam laicorum derogare: sed non vult ob id in tribus casibus in quibus solet beneficium sub patronatu laicoru existens conferre. Primo quod tanto tempore vacuit beneficium patronatu, quod eius collatio ad sedem Apostolicam est legitimè deuoluta: nam tunc non est necesse derogare iuri patronatus, cum patronus non possit postea præsentare: sed debet in collatione Papæ de iure patronatus fieri mentio, alioqui non valeret collatio, testib. Dom. conf. 50. Quaritū, & Staphil. in tract. de literis gratiæ. rubr. de forma impetr. vbi refert Dom. nempe cum tempus patronis datum ad præsentandum, ut si fuerit patronus laicus haberet quatuor menses: patronus verò ecclesiasticus sex. c. 1. de iure patro. in 6. postea est deuolutū ius ad superiorē, & id temporis Papa conferre, etiam poterit.

Secundo solet Papa conferre, qñ consensus patrōni seu patronorū accesserit: tunc ne fundatores à fundādis ecclesijs retrahātur, consensum eorum sequitur.

REGULA XLIII.

De commendis.

Item voluit, quod nulli seculari de regula, nec religioso de seculari beneficio commenda detur: nisi in signatura, vel per clausulam: ad partem super petitione commenda huiusmodi, de commenda ipsa fiat mentio.

Multa dico in tract. de pacifico possesso amplia. §. nu. 35. cum seq. que hic repetita superflua forent, ibi materiam commenda utilem videbis.

REGULA XLV.

De reformationibus.

Item voluit, statuit, & ordinavit, quod super quibusunque reformationibus signatis super impetrationibus quorūcunque beneficiorum vacantium, vel certo modo vacatorum, in quibus petitur, quod literæ super primæ data expediri possint: si ex huiusmodi expeditione sub tali data videatur posse fieri præjudicium, literæ huiusmodi sub ipsa primæ data nullatenus expediantur, nisi reformationes huiusmodi per fiat, & sub prima data signata fuerint.

Hec regula vult, quod si pars petat, primas literas reformari, & de novo constitui, seu corrigi, & quod correctio fiat sub prima data, hoc concedetur dummodo non tendat in alicuius noui fortem præjudicium, vnde si quis impetraverit beneficium simplex sancti Iuliani de Balhanicis vbinatus sum, & nunc vulnus reformare impetracionem, & ponere ecclesiam parochiale, hoc poterit fieri sua prima data, si alicui non præjudicetur, quia si alius impetraverit, vel fuit collatum per ordinarium, tunc Papa non intendit tertio prædicare, c. quamvis de rescr. in 6.

Et quando notarius vel datarius possit corrige data vel impetrationem, & in quibus, vide per Bart. & Decimum in l. librarius, ff. de reg. jur. Pan. Imol. & Fel. in c. ex literis, de fide instrum.

Hic si quis vell tractare materiæ pacti reformatiui, informatiui & transformatiui, extra oleas effet, si illorum elucidationem queris, lege Bar. & alias in l. iurisgentium. §. Quinimo. ff. de pact. & in l. lecta. si certum pœta ac inl. petens. C. de pact. & alias scripti, diffinitionem pacti prosequens, reformatio religiosorum scripti in §. i. in gl. reformatis, de nominatio regia in concord.

REGULA XLVI.

De beneficijs in curia resignatis.

Item voluit & ordinavit, quod super resignatione cuiuscunque beneficij ecclesiastici, seu cessione juris in eo, quam in manibus suis, vel in cancellaria Apostolica fieri contigerit, Apostolicæ literæ nullatenus expediantur: nisi resignans vel cedens (nisi praesens in Romana curia fuerit) personaliter,

sequitur. c. decernimus. 16. quæstio. 7. vnde si consulterit præsentato à maiori parte valebit, quia secundum consensum patronorum, vt videtur tenere Rota in decif. 528. Nota infra tempus in antiquis.

Tertiò, quando Papa exp̄resse derogat: quia nisi exprimat non videtur velle derogare iurispatronatus laicorum. gl. & Doct. in c. 2. de præb. in 6. ne laici retrahantur ab ecclesiis fundandis. d. c. decernimus. 16. q. 7.

Fallit in iure patronatus siue in iure præsentandi quod quis acquisiuit ex præscriptione, vel consuetudine, quia in hoc celsat ratio prædicta, & sic valet gratia non facta mentione de tali iure præsentandi: Card. conf. 69. vacante. q. 2. idem dicens si non erant veri patroni: sed tamen erant in possessione præsentandi: imo plus, concludit quod etiam legatus potest conferre talia beneficia, allegando Fede. consil. 63. infra scripta, quem sequitur Staphil. in tract. de literis gratiæ. fol. 55. vers. unde redeundo, &c. Ego tamen tenerem etiam in his casibus expressam mentionem fieri debere iurispatronatus, postquam acquisitum est laico iurispatronatus laicum de quo lex vult ut fiat mētio: nec inspici debet acquisitionis seu modus acquisitionis: sed an sit ius patronatus ecclesiasticum, vellaicu. c. dilectus. de offi. leg. c. cum dilectus, de iure patrnat.

Item per derogationem iurispatronatus factam non cestetur derogatum iurispatronatus, Regum, Ducum, Marchionum, vel aliorum principum, nisi hoc exp̄resse dicatur in derogatione, quia ob reuerentiam, quam homines in eos habent plurimum eis deferri conuenit, & eos plus aliis honorari decet: arg. c. 2. de offi. deleg. in 6. ea enim quae notabiliter fiunt nisi specialiter notentur, videntur quasi neglegēta. I. item apud. §. Ait prætor. ff. de iniuriis. Nec verò induito dictorum regum derogari solet, teste Do. Gomes. in tract. mand. in forma. 3.

Nota tamen perpetuo quod si aliquis condemnatur in poenam delicti, vtpote quia interfecit hominem, vt illi fundet capellam: eam fundando & dotando, non acquirit ius patronatus, nec ei aliquis honor debetur, probatur arg. I. sed si hac. §. 1. at si vendor. ff. de in ius vocan. ybi dicitur, quod non debetur iurispatronatus si libertas seruo detur ob. domini delictum, & facit. I. C. si mancipium ita vencat ne prostituatur. l. silenones, de episcop. audiens, quia ex delicto præmium quis consequi non debet. l. fine. ff. de négo. gest. l. relegatore. in fi. de interdit. & relega. sic consuluit Signo. conf. 83. iussu domini, vide derogari foundationi beneficiorum, etiam si in illa caueatur exp̄resse quod obtineat tale beneficium teneatur personaliter residere, & esse sacerdos vel quod teneatur intra annum promoueri sed non datur de stylo derogatio quo ad omnes articulos fundationis, & in totum, nam potest esse quidam artificulus, cui Papa non derogaret, & hoc de stylo curie Roma.

alioquin per procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, expeditioni huiusmodi in eadem cancellaria expresse consenserit, & iurauerit, ut moris est: & si ipsum resonantem, vel cedetem pluries super uno & eodem beneficio, in favorem diuersarum personarum successiuè consentire contigerit, voluit sanctitas sua quod primus consensus teneret debeat, & alij in posteriores consensus, ac literæ illorum prætextu etiam sub priori data expedite pro tempore nullius sint roboris, vel mometi, nec literæ reseruationis vel assignationis, etiam motu proprio, cuiusvis pensionis annuaæ super alicuius beneficij fructibus expediri possint nisi de cōsenſu illius, qui pensionem prædictam persolue-re tunc habebit.

Tres habet partes: in prima dicitur, quod literæ super beneficij resignatione nullatenus expediatur nisi resignans consenserit, si in curia præfens fuerit.

Siverò fuerit absens, tunc per procuratorem ad hoc specialiter deputatum, & sic non valeret generale procuratorum.

Item quod consentire extra cancellariæ, ut hic in eadem cancellaria, nam dictio, in denotat intrinsecitatem. gl. in cl. causa. de elect.

Item requiritur quod dominus, seu procurator iuret, quod non interuenit dolus, vis metus, nec simonia labes, de quibus supra scripti in reg. 41.

Secunda pars est ibi, & si ipsum resignatæ, vbi dicit q[uod] quād resignans cōfenserit bis, vel pluries quod primus cōfensus valet, nisi primus fuerit reuocatus, & notitia peruererit ad eū in cuius manib[us] cesso facienda erat: vel in manibus procuratoris antequam cōsentiret vt scripsi supra in regula, per tex. in Clem. vna, de renuncia.

Item ex ista regula habemus quod literæ expeditæ sub secundo consensu & resignatione nō valent, etiam si fuerint expeditæ sub priori data secundi consensus: quia id quod merum non est resignare non possum, & plus iuris in alterum transferre, quam habeam. l. traditio. ff. de acqui. rerum dom.

Et ideo post trienium non iuuatur decreto de pacifico. professor. vt scripsi in tract. de pacifi. posses.

Tertia pars est ibi, nec literæ, vbi vult quod literæ super pensione nō possunt expediti, nec debent nisi is, cuius interest consenserit, si tamē interim moriatur resignas, cum sit finita pensio, nō tentetur consenserit: nec illam pensionem remiserit, ergo sedi est facienda fides vel de morte, vel de resignatione, alioqui bullæ non debent expediti.

An resignarius possit conferre simul atque sua prouisio facta est licet nescierit pro hac questione facio casus sequentes. Primus est in renunciatione simplici, facta collatione & prouisione à Papa.

sive resignarius sciuerit, sive nescierit, putet tamen ita esse, & verum si poterit conferre. c. trāmissam. de elect, nec requiritur possessio, vt cōcludit Roch. Curtius in tract. iuri patro. in verb. ipse, vel is. q. ii.

Secundus casus in renunciatione facta causa permutationis, nō potest resignarius ex una parte conferre: nisi adimpleuerit resignationem & permutationem ex parte sua per illam clausulam, nō aliter nec alias, nec alio modo, ut suspendit actum, donec ita factum sit, & ideo solent bulle significare parti resignanti & resignas si quam causam habet illam allegat, quam si tunc non allegat postea. resignarius conferre poterit, facit glossa in verb. permutationis, in tit. de annatis, in prag.

REGULA XLVII.

De ingressu religionis.

Item non dentur literæ super beneficiis vacaturis per ingressum religionis: nisi ille præcesserit datam desuper petitionis.

Papa enim non vult beneficium illius, qui religionem ingreditur infra annum probationis, alii cui esse conferendum, nisi ad id ipsius accedat assensus aut constet q[uod] vita[m] voluerit absolute mutare, vel professionem expressam fecerit, seu scie ter habitum receperit professorum. text. in c. beneficium. de regula. videtur innuere, quod dari possint literæ post ingressum. Intellige in patria obedientiæ, si sciam aliquem ingressum esse religionem, ego potero impetrare per illius ingressum & professionem: qua facta, mihi debebitur: & ipse poterit interim resignare, nisi in impetracione ponatur hæc clausula, quod resignatio cedat in commodum impetratis, &c. sed cum haec clausula sapiat reseruationem, non valeret in regno Franciæ vbi sublata sunt omnes reseruationes, vide in tract. de literis gratiæ. fol. 75. & seq.

REGULA XLVIII.

Non valet impetratio per modum in cancellaria exprimendum.

Item voluit quod si petatur aliquod beneficium vacans per modum in cancellaria Apostolica exprimendum, talis impetratio non valeat, nec literæ desuper expediantur.

Notandum est quod ante istam regulam & de iure impetratis non tenetur exprimere modum vacationis, vt not. Dominicus & Perusi. in c. suffragium, de rescr. in 6. & Lapis alleg. 6. in hac sexta. Imò non est necesse exprimere modum per quod prouidetur beneficio: nam si fiat simpliciter mentione de vacatione beneficij, includitur modus prouidendi, ita debet includi omnis vacandi modus. gl. in Cie. i. in verb. quamuis. de præb. & glof. in c. si propter. de rescr. in 6. tamen per istam regulam debet exprimi vacationis modus, nec valeret si dicat, quod certo modo vacat in literis exprimendo, vt hic, q[uod] multæ super hoc fiebat fraudes, & capti practicætes nunquam exprimebant certum modum.. In signatura tamē potest dici, q[uod] maior & vberior expressio

expressio fieri possit, & etiā solet Papa vno modo vacādi expressio dicere, & alio quoque modo vt tradunt Doct. in cap. suscep̄tum. de rescrip. in 6. vnde vult hic, vt in supplicatione vñus vacandi modus exprimatur, cum plures sint, quos scripsi, saltem tr̄ginta. in §. monasteriis. in verb. vacātibus. de nominatio. regia in cōcorda, & de ista clausula, & quoque alio modo vacet, vide quē plenē scripsi in glo. aliam, in forma manda. in concorda.

Aduertendum est tamen quod per regulā cancellariæ publicatam anno 1540. cautū est vt de cætero impetrātes beneficia ecclesiastica cuiuscūq; qualitatis per priuationem & amotionem, vel alias propter cōmissa cr̄mina & excessus vacantia, vel vacatura, in supplicatione de sup̄ porrecta excessus & cr̄mina ipsa, ac eorū qualitates, nec nō modos & causas tales, ex quibus de iure priuatio ipsa incursa, aut facienda censeatur, & similiter impenetrantes etiā per modū deuolutionis beneficia tāquā certo modo vacātia, & ab aliis etiam nō senio confectis, nec infirmitate aut impedimento detēs tāquam nullo, seu minus canonico titulo possessa, modus vācationis illorū in supplicatione desuper porrecta specificè, & determinatè, ac dispositiū exprimere teneantur, vt in regula seq. patet.

Vltimo non est omittendum, quod si quis impretr̄t beneficiū per priuationē debet inserere istā clausulam, ne interim fortè resignet, & cū decreto q; resignatio cedat in fauore impenetrantis, quod solet concedi post primam priuationis sentētiā, per raro, ante, teste Staphileo in tract. de literis gratiæ. fol. 64. in 1. vācationis modo, quod in hoc regno non seruaretur, quia illa clausula, quod resignatio cedat, &c. inducit reseruationem, quā est in regno sublata, etiā licet quis lite pendente posset resignare. gl. finita in c. 2. vt lite pendente. lib. 6. & c. nī, de renuncia. non tamen poterit resignare causa permutationis, aliās impenetranti prouideri poterit. Dominic. in cons. 105. q. 2.

Notandum est quod quando impenetrans commissionem à Papa narrat in supplicatione multa delicta per priuandum commissa, & postea in cōclusionē petit committi quibusdam probis viris, vt si eis de pr̄missis, vel altero pr̄missorum cōstiterit, dictum N. priuent, certe Papa consuevit delere illa verba, vel altero pr̄missorum, quia postquam dictus impenetrans diffamat aliquem de pluribus criminibus debet arctari ad probandum omnia, quibus illum diffamat: aliās poena talionis tenetur, vel ad diffamationis poenam. tex. in c. super his, vbi Doct. de accusa. c. licet Heli. de simo, Staphil. in d. tract. f. 166. vers. 2. notandum est.

R E G V L A X L I X.

Itē voluit, statuit, & ordinavit, quod quoque cunq; per signaturam suam, vel de eius mandato factam super exequēdis aliquibus cum adiectione proprij nominis vel dignitatib; cuiusquis iudex detur, literæ desuper expediantur cum expressione, quod idem iudex executionem faciat per seipsum.

Hic derogatur. c. quoniam abbas. de offi. deleg. vide ibi istam materiam pertractatam, & in l. mōre majorum. ff. de iurisd. om. iudic. & per Ioan. de Pla. in l. fi. C. vetera. lib. 12. in aliis sufficiant. gl. super hac regula descriptæ.

R E G V L A L.

De dispensationibus in gradibus consanguinitatis.

Item voluit, quod in literis dispensatiōnum, &c.

Aduertendum est quod interdum super matrimonio requiritur dispensatio: aliquando non. Si fiat secundū statuta iuri, nō requiritur; si vero cōtra iuri prohibitionem, tūc requiritur dispensatio. Et interdum dispensatio postulari debet. Papa, interdū ab Imperatore, seu à Rege. Tunc à Papa. impenetrari debet, qn̄ prohibito ab eo facta est, & quādo imminet peccatum, vt in gradibus cōsanguinitatis, affinitatis, publica honestatis, & aliis prohibitis à iure canonico vt in c. nō debet, & per totum de consanguinit. & affinit. & infra dicetur.

Interdum facta est à iure ciuili prohibitio propter aliquam causam honestā, vtpote tutori prohibet ne nubat cum pupilla, vel adulta, ne ipsa circunscribatur iure familiarii ab his, qui ratione eius gestæ tutelæ reddere compelluntur. l. libertus, in §. senatus cons. ff. de ritu nuptia. & tunc solet Imperator, vel Rex dispensare super hoc matrimonio, vt C. de interdicto mat. l. si tutor, vbi sunt hec verba, si tutor vel curator pupillam, vel adulta quondam suam sibi, vel filio suo, nullo diuino impenetrato beneficio, in matrimonio colloquauerit, manet infamia contra eum, veluti in confessum de tutela, quia huiusmodi cōiunctiōne fraudem administrationis tegere laborauit. Ecce igitur, quod Imperator super hoc dispensat & interdum audiui dispensatum cum magnis nobilibus in Francia, cum aliis sine Regis dispensatione hodie contrahi solet, vt infra dico ius canonicum fecutus.

Idem si magistratus tēpore sui officij velit nubere cum aliqua sibi subiecta, quia ob timore impressionis non potest, ob id solet princeps permittere. l. vna. l. si quacunque præditus potestate.

Idem si mulier nubere ante aūnū luctus, ratione infamiae vitandæ solet hoc impenetrare, ab Imperatore, vel Rege. l. si qua mulier. C. ad Ter. tull. l. vbi Bald. de secundis nuptiis.

Idem si mulier velit impenetrare nuptias ad retētionem prioris dignitatis, vtpote quia fuit nuptia se natōri: nūc vult nūbē inferiori. l. fi. ff. de sene. prohibetur: tñ ne matrimonio cōtrahatur per rescriptum subreptitum principis non debet aliquis impenetrare nuptias à principe sub deportationis poena, & aliis positis in rub. C. si nuptiæ ex rescripto petātur, in dō tātum est rapere puellā, quātum regis beneficio postulare. c. nullus. 36. q. 2. cōtra quosdā nobiles, qui mulieres inuenire nesciūt, nisi principis literis, & præceptis habeāt, hā tamē leges matrimonium prohibentes de iure canonico, sunt correctæ. c. pen. & c. vlt. dē secun. nupt. q. a matrimonia hodie reguntur iuri poli, non iure fori. c. Euphemium. 2. q. 3. Feder. consil. 36. casti talis.

Lucas de Penna in l. fi. col. 4. C. de incol. lib. 10. & abunde Fel. post alios in c. de sponsalib.

Super aliquo gradu.

Gradus in consanguinitate vel affinitate dicitur ad similitudinem scalarum graduum, vel aliorum locorum, quia sicut de uno gradu in gradum ascendimus, vel descendimus; ita & per gradus consanguinitatis de una persona in alia. Iurisconsultus f. gradus ff. de gradib. & est habitudo personarum, quia cognoscitur quota agnationis, vel cognationis distantia duarum inter se personarum differunt. Ioan. Andr. in declara. arbo. consanguin.

Aduertendum est, quod quando in statutis, vel consuetudinibus fit mentio de gradu, ut in tertio, vel in quarto gradu, etiam si tunc fit computatio secundum ius ciuile, cum quia recte est computari cum quod in matrimonii tantum computatio canonica discrepat a iure ciuilis. l. fin. vbi Doctor. C. de successio. edit. Bart. conf. 22. 4. An fratres. Albertus Brunus in tract. de statutis exclu. art. 12. s. 21. Benedic. in repet. C. Raynati. in verb. & vxorem. n. 86. de testam.

Fallit quando consuetudo vel statutum alter disponeret. Bald. in l. vlt. in fin. C. de successio. ed. s. Dec. conf. 444. concurrit. col. 2. conf. 563. Dominio. in fin.

Secundò fallit, quando primo fuisset mentio iuris canonici, vel ageretur de computatione gradus quoad matrimonium. Iason, conf. 69. statutum, in 3. vol.

Consanguinitatis.

Consanguinitas est affinitas diuersarum personarum ex eo proueniens, quod descendit ab altera, vel ambae ab eadem, teste. Ioan. And. in decl. arb. consanguinit. vbi plus addit, quod consanguinitas dicitur a con. & sanguine, quia a communis sanguine descendunt, vbi Præpos. & alij declarant.

Notandum est quod licet olim prohibitio esset usque ad septimum gradum, quia homines id temporis viuebant, & septimum gradum videre poterant, hodie augelecte malitia populi, diminuta est & etas, & deuotio: ut quia difficile est peruenire & videre quartum gradum: ideo usque ad quartum hodie gradum inclusuè prohibetur quis contrahere matrimonium cum consanguineo, vel consanguinea, ut c. non debet de consang. vbi alijs desribunt rationes.

Vel affinitatis.

Affinitas est personarum proximitas, ex contoureniens inter copulatum & consanguineos copulatae; & inter copulatum & consanguineos copulati, teste Io. And. & Præpos. in declara. arbor. affinita.

Aut alias prohibito.

Multis modis prohibetur a iure matrimonium, qui his versibus continentur:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.

Cultus disperitas, vis, ordo ligamen, honestas,

Sifis affinis, vel si coire nequibus.

Hic duo exprimuntur gradus prohibiti, videlicet consanguinitatis & affinitatis, addit gl. tertium,

videlicet publicæ honestatis, de quo infra.

Quartus est ratione erroris, ut si quis putet contrahere cum Katharina, & contrahat cum Berta, & sic error personæ vitiat. Idem in errore conditionis: si contrahat cum serua & putabat contrahere cum libera, hi errores impediunt matrimonium. Error vero qualitatis, vel fortuna non impedire matrimonium. c. i. 29. q. 1. & super hoc impedimento non queritur dispensatio, & habita ea non prodest, altera parte inuita: sed partis postea errantis consensu interueniens matrimonium facere potest.

Quintò coditio apposita in matrimonio: ut pote, si pater filiae consenserit: si pater nolit consentire non valet matrimonium. c. super eo. de condit. apposit. fallit quia à coditione recessu fuerit: ut si permis. talium accipere. per tuas. de condit. apposit.

Item si non valeant sponsalia, non teneat spousam accipere. c. de illis. eod. tit. de condit. apposit. & melius esset non contrahere, quam contrahere, & ex hoc contrachitu capere mulierem, & processus infinitos ad promissam pecuniam habedam habere. Si vero coditio fuerit contra substantiam matrimonij, vitia contractum: secus si alias fuerit illicita, quia tunc habetur pro non apposita. c. i. & c. vlt. de condit. appositis. Hippol. conf. 286. & in hoc casu non vidi dispensationem postulari.

Sexto votum solene impedire ac dirimit matrimonium, ut votum professionis religionis, vel votum emissum in suscipiendis ordinibus facris, & c. uno de voto. in 6. Si vero fuerit simplex votum, ut regulariter quodlibet aliud votum, tunc impedit matrimonium: sed non dirimit. c. meminimus. & seq. qui clerici, vel votent, & super hoc voto continentur, solet Papa ex causa dispensare. c. veniens. d. tit. qui cler. vel votentes, & sine causa dispensatus, non est tutus quoad d. gl. in c. non est de voto.

Septimò cognatio impedit matrimonium, & intellige de carnali cognatione, id est, consanguinitas impedit matrimonium, nisi super ea dispensetur, ut hic non solet Papa in secundo gradu dispensare, nisi cum Regibus & Principibus, ac cum magnis nobilibus: in aliis gradibus sic, sed habita compositione, siue contractum fuerit, siue contrahendum, siue scienter, siue ignoranter, sed hoc casu non petitur tantum compositio.

Et miratur Staphileus in d. tract. de literis iustitiae, quod Papa recipiat pro dispensatione compositionem: quia aut est iusta causa dispensandi, & tunc dispensare debet iuxta not. in c. bong. in 2. de postul. præl. & in l. i. §. permittitur, de aqua quotidiana & astiuia. Et iusta causa est dispensandi in gradibus prohibitis etiam a iure diuino, ob bonum pacis & quietis inter principes & homines sibi subditos. c. 2. de despon. impuber. si vero non est causa, dispensationem reiicare debet, sed bene multi impeararent dispensationem, qui timore pecuniarum deterriti non audent: alioqui si gratis, daretur materia deliquendi contra. l. coenire, ff. de pac. dot.

Secundò cognatio spiritualis impedit matrimonium ac dirimit, ut in titulo de cognitione spirituali, & ista contrahitur per baptismum & confirmationem. c. i. & si de cognatione spirituali. in 6. Nota tamen quod

Quod ad prohibitionē fornicationis sacerdotis cū muliere, cuius confessionem audiuit, omnes quos in pœnitentia accepimus, ita filij nostri sunt, vt baptizante suscepti c. omnes. 30. q. i. & in hac cognatione spirituali viginti sunt personæ prohibitæ, quas scribit Panorm. in c. Martinus. de cognatione spirituali, tam in baptismō quam in confirmatione.

Prohibetur primo matrimonium inter baptizatum & baptizantem: inter baptizatum & filios baptizantis: inter baptizatum & vxorem baptizantis prius cognitam: inter parentes baptizati & vxorem baptizantis prius cognitam: inter baptizantem & parentes baptizantis: inter leuatum & leuantem: inter leuatum & filios leuantis: inter leuatum & vxorem leuantis prius cognitam: inter parentes leuati & vxorem leuantis prius cognitam: inter leuatum & parentes leuati. & totidem sunt personæ in confirmatione, & super his difficultius Papa dispensat: & maior est compositio, quam super consanguinitatem carnali vt sapienter vidi, in cognatione vero legali, vt in adoptione, mihi soror esse coepit, quandiu durat adoptio inter me & ipsum, nuptræ consistere non possunt. ca. vno. de cognatione legali, & super hac non vidi impetrari dispensationes.

Octauo criminis incestus impedit matrimonium siue dispensationem: sed non dirimit iam contractum c. transmissæ de eo, qui cognoscit consanguineum vxoris suæ. Et an episcopus possit dispensare, scribit Panorm. in c. i. de eo qui cognoscit consanguineum vxoris suæ.

Item si quis machinatus fuerit in mortem mariti, postea, etiam non secuto effecit, non potest vel modo contrahere cum vxore illius. c. i. de diuort. & per totum, de eo, qui duxit in vxori. quæ polluit per adulterium. vbi quando adulterum dat fidem adulterum, viuente marito eius: vel fidem facta contraxit: aut machinatus est mortem in maritum, his casibus non dicunt valere matrimonium postea contractum. c. i. & per totum. 31. q. i. ideo opus est dispensatione, quæ difficulter datur, nisi ignorantibus.

Idem in aliis criminibus. no. 33. quæst. 2. ca. hoc ipsum. §. de pœnitentibus. Idem si quis interficeret vxorem, sine spe enim coniugij, sine dispensatione remanebit. c. interfecitores. 33. q. 2.

Nono cultus disparitas, vt si Christianus cū Iudea, vel Sarracena contrahat. c. i. & cap. caue. 28. q. i. & in hoc casu non solet Papa dispensare nisi infidelis ad Christianismum peruerterit, vt non doct. in c. i. de conuersio. infidel.

Decimo vis compulsa impedit matrimonium, quia vbi est vis, non est consensus. ca. cum locum. de sponsalib. Etmatrimonia libera esse debent. cap. Gemma. de sponsalib. ob id metus qui potest cadere in constantem virum impedit matrimonium. c. veniens. 2. de sponsalib. gl. in c. Abbas. de his quæ vi metuive causa fiunt. l. s. in l. Titia. ff. de verb. obliga. c. de illis. 2. & ca. ex literis. de desponti. impuberum. nisi postea consenserit carnali copula. ca. insuper. qui matri. accusare possunt. Et in hoc casu non dispensat Papa: sed consensus postea superueniens conualitat matrimonium, vt prædicti.

Vndecimo ordo sacer impedit & dirimit matrimonium, per ca. 2. qui clerici vel voientes. minor

verò non, vt ibi. &c. qui verò. &c. seriatim. 32. dist. Si de facto contraxerit, dispensat Papa vt vxorem retineat, & in matrimonio de facto contracto solet Papa dispensare, quando ex separatione graue scandalum oriretur. c. quia circa. de consanguinitate. Vel quando longo tempore in eo matrimonio perueratum fuerit, & inde suscepta est proles. cap. de gradibus. 35. q. 8. ca. non debet. de consanguinitate. & affinitate. Roma. conf. 307. in casu.

Duodecimoligamen, nam ligatus cum prima, non potest cum secunda contrahere. quia non potest quis duas vxores habere, etiam cum dispensatione. §. affinitatis. institut. de nuptiis. Imò efficitur quis in familiis duas habens uxores. l. eum qui. C. ad leg. Iuliam de adulterio.

Imò si aliquis contraxerit sponsalia per verba de praesenti, vt est solitu fieri in resolutu senatus Tholosani, & in prouincia. & postea contrahat matrimonium, etiā in facie sanctæ matris ecclesiæ cū altera, & eam cognoscat: tamē prima adhærere tenetur. c. si inter. de spousalib. c. i. & per totum de sponsalib. duorum.

Decimotertio, honestas quæ vocatur iustitia publicæ honestatis: nā si frater meus contraxerit sponsalia etiam de futuro, cum aliqua, eo mortuo non potero, nec alius consanguineus usque ad quartum gradum, cum ea contrahere. tum quia non est publicè honestum. tum quia prohibitum. Matthæi c. 12. & c. ad audientiæ. c. i. ponit, de sponsalib. c. accessit, & cap. duo. de sponsa. impuberum. semper in conjunctionibus non solum quid licet ac considerandum est: sed & quod honestum sit. l. semper. ff. de rite nuptiarum.

Etiā si sponsalia sint nulla, ut potest contracta inter consanguineos. dicto cap. ad audientiæ. de sponsalibus. Secus si essent nulla ratione consensus. cap. vno. de sponsalib. impuberum. in 6. & super hoc dispensat Papa: & bonum esset quod episcopi possent super hoc impedimento dispensare, imò quod tolleretur, vt dicunt Doctores in c. non debet. de consanguinitate.

Decimo quartio, affinitas impedit matrimonium vt declarari stipræ, in verbo, affinitatis.

Decimoquinto, si non possit coire ratione frigiditatis naturalis, vel accidentalis: quia est castratus: aut ex defectu lanceæ, aut sic citatis mœbri, tunc illa frigiditas perpetua, vel in muliere, si sit arcta, impeditur matrimonium, & dirimitur iam contractum. c. tertio. ca. laudabilē. & c. fraternitatis. & per totum, de frigid. & maleficia. & Hostiensis in §. fin. in summa huius tituli. & in his nulla postulatur, nec datur dispensatio.

Et casus in quibus sponsalia soluuntur, tradit. in c. si quippe. 27. q. 2. scribens hos versus.

Lepra superueniens furor, ordo, sanguis, & absens.

Ab honestis lapsus, fidei que remissio, prorsus.

Sponsos dissociant, & vota futura retrahant.

Ponatur clausula si mulier rapta non fuerit.

Et sic Papa quotiens dispensat super consanguinitatem, vel affinitatem, solet adiicere hanc clausulam, dummodo mulier rapta non fuerit: quia super hoc non intendit dispensare, nisi expressim peratur dispensatio. nam de iure ciuili raptor non potest contrahere matrimonium cum rapta. l. vna. C. de raptu virgi. tex. in auth. de raptis mulieribus. col. 9.

Secus est de iure canonico, cui statut per tex. in c. penulti. & si de raptorib. tex. in c. tria. & c. denique. 36. q. 2. requiritur tamē hoc casu voluntas parentum. de sententia Barbat. consi. vlt. quēst. fin. in 2. vol. q. 2d in præsentia non discutio: sed dū ope-ræ premium fuerit.

Et si scienter ponatur clausula addita in quinterno.

Vult dicere, quod si raptor scienter contraxit cum rapta, & petatur dispensatio à Papa, tunc apponetur clausula in quinterno posita, vt separetur ratione delicti pro tempore, quo usque ad arbitriū commissarij congruam egerint penitentiam. ca. ex literis de eo, qui cogn. consan. vxori. & postea dispensetur cum illis, & facta dispensatione, omnes poenæ legales cessabunt, vt videtur innuere gloss. in c. de pueris. 36. quēst. 2.

REGULA LI.

Super defectu natalium.

Item voluit, quod in dispensationibus super defectu natalium.

Norādum est quod Papa multipliciter cùm illegitimè natis dispensat vbi que existētibus, primo ad ordines. c. 1. de filiis presbyt. in 6.

Aliquando ad beneficia, vt in c. 2. illo titul. in 6. de fil. presbyt. siue maiora, siue minora sint beneficia: & ad officia ecclesiastica, & administrationes, & si dispēsauerit, vt possit retinere beneficia, personatus & dignitates cum cura, vel sine cura, etiā si ad ea quis per electionem assumatur, si non faciat de cathedrali ecclesia mentionem, nō veniet ecclesia cathedralis: nec ad beneficia illius censembitur dispensatus: sed ad beneficia ecclesiae collegiatae sic, propter honorēm ecclesiae cathedralis. c. Quamuis. de præb. in 6. Rota dec. 45. Nota quod secundum aliquos in antiq. & dec. 133. Nota, quod illi, &c. ibidem. De stilo tamen curiæ Romanæ est ad vitandum opinionem Archid. contrariam possum in c. cui de non sacerdotali, de præbend. in 6. quando gratia datur ad largam, vt terminis prædicantium Rom. yrar, vt dicatur expressim, in ea, quod possit acceptare canonizatum & præbendā in cathedrali, vel collegiata ecclesia, quod est notandum: & superius scripsi.

Quod possint succedere bonis temporalibus.

Et per hoc patet, quod Papa etiam dispensat cū illegitimo, vt possit succedere in bonis temporalibus: & hoc in terris ecclesiae, vbi habet temporalē iurisdictionem. In terris vero Imperij non solet legitimare quo ad temporalia. ca. per venerabilem, qui filii sunt legitimi, quamvis ibi multæ sint opinione: ista tamen seruat in foresi iudicio quam tenuit Bartol. in l. qui in provincia. ff. de rigu nuptiarum. & l. i. C. de summa trinitate, quia dispensatio est iurisdictionis. c. 2. de constitut. in 6. & c. per venerabilem, qui filii sunt legitimi, quam quis non exercet extra territorium. l. fin. ff. de iurisdictione omnium iudicium. cap. si. de constitut. in 6. & c. diuīsum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Et quia Papa non exercet iurisdictionē in sub-

ditos Imperatoris: nisi in casibus exceptis, & iste non est exceptus. in ca. licet. de foto competenti, nec vult mittere falcam in messem alienam, &c. vt testatur in c. nouit. de iudiciis.

Item in regno Franciæ non legitimat, nec dispensat Papa quo ad temporalia: sed solus Rex Franciæ. teste Ioan. Feral. in præroga. Reg. 15. & in stilo Parlamen. in 4. parte. Aresto. 231. & Ioan. Gall. in quæstionib. per Aresto. q. 156.

Nec sunt adulatores qui tenent regem Fraciæ in temporalibus in suo regno legitimare: sed qui dicunt Imperatorem hoc posse, vt Albericus in suodictionario, in verb. legitimari.

Intellige tamen quod Papa nō poterit dispensare directe super bonis temporalibus: si tamen super matrimonio disponeret, quod tales nati essent legitimi, tunc etiā extenderetur ad temporalia. c. cum inhibitio. de clandest. despon. c. ex tenore. & ca. quod nobis, qui filii sunt legitimi, plenē Anho. de Rosellis, in tract. legitimatio. in lib. 2. nu. 16.

Ponatur clausula, quod non præjudicetur illis ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

Et sic Papa per hanc clausulam nō intēdit præjudicare illis ad quos successio bonorum peruenire debet, tam de iure, quam de cōsuetudine. Ex hoc patet, quod nō sunt citandi in concessione istius dispensationis vel legitimatio. cōsanguinei: cum illis non fiat præiudicium per ista regulam quamvis Bart. & alij in l. Gallus. §. & quid si tātū. ff. de libe. & posth. dicat, quod si peratur legitimatio post mortem patris, cū fiat illis præiudicium, citari debent: secus si ante mortē illius de cuius successione agitur. l. f. ff. de natalib. restituend. l. nam ita diuīsum. de adopt. l. de vnoquoque. de re iudic. ff.

Hodie in hoc regno Franciæ ex communi visu & cōsuetudine nunquam in concessione rescripti solet citari aduersarius contra quem rescriptū impetratur: sed in comprobatione, seu vt practici dicūt in interpretatione fit cīatio, & solet R ex in legitimatione ista describere verba, Nos dictum talē, &c. de copula prædicta genitum, ad honores seculares, actūisque legitimos quoslibet, quo ad temporalia, tenore præsentiu legitimatio. titulo decoramus: & huiusmodi generū maculā, quo ad præmissa penitus abolemus, concedentes eidē, & tenore præsentiu cū eo dispensantes, vt ipse tāquam hæres legitimus succedere valeat, & succedat personis quibuscunque, si de ipsarum personarum processerit voluntate, in omnibus bonis mobilibus, & immobilebus, in quibus succederet de cōsuetudine, de iure aut alijs quoquis modo, si esset de legitimo matrimonio procreatus, in quibusc tamē ius non est alteri vel aliis iam quæsitum, & ea tanquam legitimus valeat iure hæreditario, vel alijs quoquis modo vendicare vel ipsi retinere seu possidere, ac de ipsi dispensare tanquam successor fieri hæres legitimus, nisi alius quā defunctus huiusmodi natalium repugnet prædicto defectui, quē per præsentes abolemus, &c. soluendo tamen nobis hac vice pensionem moderatam, quo circa, &c.

Sunt

Sunt igitur quatuor notadæ clausulæ in hac legitimatione potissimum, quarum prima est, quod rex legitimat ad honores seculares: quia spurijs ad honores admitti, nisi in defectum, non debent. l. vt gradatim. §. i. ff. de niunerib. & honorib.

Et sic ad temporalia tantum legitimatio ista fieri c. per venerabilem, qui filij sint legitimi.

Secunda clausula est, quod succedat illis personis, quæ consentiunt legitimationi, & quæ instruunt eum: secus contra illatum voluntatem.

Tertia clausula est, quod non poterit succedere si aliud repugnet, quam defectus natalium, forte in gratitudo, seu alia causa: quia non est melioris conditionis, quam filius naturalis, & legitimus. §. aliud quoque. in auth. vt cum de appellat. cogno. coll. 8.

Quarta est, quod financia solui solet Regisfemel tantum: nisi princeps remiserit.

REGULA LII.

Super defectu etatis.

Item quod per quamcunque signaturam, in quauis gratia nullatenus dispensatio veniat: nisi dicta gratia totaliter effectum huiusmodi dispensationis concernat: vel alias nihil conferat, aut operetur, & si super defectu etatis sit dispensatio huiusmodi de duobus dunataxat annis darivaleat, habita prius per testes idoneos, vel alia informatione, quo ad idoneitatem personæ cui dicta dispensatio conceditur.

Aduertat summus Pontifex ne dispensem cum ipsis pueris ad prælaturas, ve ecclesiæ parochiales: quia dispensatio est contra ius naturale, vt quis regat & præsit, qui se regere nescit.

Item dispensatio tendere debet ad utilitatē ecclesiæ, & illius ædificationem: sed cum ipsis tendit ad detractionem ecclesiæ & fidelium. ca. eā te. de æta. & qualita. & ipsis non potest assignari aliqua iusta causa dispensandi. Ideo dispensans est domino infidelis, & est stultus & amens: & tamen prudens esse debet, vt est in Euāgeliō, fidelis seruus & prudens quem constituit dominus, &c. Ego mallem, ipsis pueros perpetuo damnare carceri, quam cū illis ad ista dispensare, & ego mallem fodere vienam, quam dare dispensationem minimam.

Item ad Timoth. c. 3. dicitur, oportet esse doctorem, ergo tempore quo accipit prælaturam: nec debet haberi consideratio, quod in futurum possit esse, sed quod sit tempore, quo idem prouidetur.

REGULA LIII.

Super defectu natalium ex nobilibus & graduatis.

Item voluit, quod super defectu natalium dentur graduatis, seu de magnis nobilibus genitis per simplicem signaturam quatuor, etiam si canonicatus & præbendæ cathedralium, seu collegiarum ecclesiarum, & per fiat vt petitur, quatuor si petatur, dum-

modo canonicatus & præbenda cathedralium ecclesiarum, vel dignitates non existat.

Quæcumque duo beneficia in eadē ecclesia sunt incompatibilia: cap. literas. de concessio. præbend. & ideo per adoptionem præposituræ vacat præbenda, quam quis in eadem ecclesia obtinebat, vt consuluit Signo. consil. 112. Thæma sic se habet: ubi concludit impertrati posse: quia accipienda secundum videtur ipso iure renunciare, primo. l. si filius ff. de minoribus. l. illud. de acquir. hære. l. secunda, Cod. de iure dom. impetr. vide in literis gratiæ fol. 44. & 49. & 70. & text. & docto. in clem. fi. de præb. glo. in cle. gratiæ. de refc. &c. gratia. illo tit. in 6.

REGULA LIII.

De incompatibilibus.

Item voluit, quod super obtainendis incompatibilibus beneficiis in theologia magistris, & in iure canonico, vel ciuili doctribus, & in aliis cum rigore examinis, ac in eadem theologia licentiatis, aut baccalaureis formati, ac magnis nobilibus, per fiat, quinquennium, & addito, vt petitur, quoad vixerint, ad duo incompatibilia: aliis vero per fiat, biennium: & addito, vt petitur triennium, ad duo: dummodo non sint duas dignitates maiores post pontificales seu principales, aut duas parochiales ecclesiæ, vel tales mixtim, cum potestate permutandi, si petatur.

Regula est negativa, quod nulli dispensatio concedatur, vt duas ecclesiæ parochiales retineat simul nec duas dignitates maiores post pontificales in cathedralibus, seu principales in collegiatis.

Fallit quando ecclesiæ parochiales essent contiguae & propinquæ.

Sed quæ propinquitas requiritur? Resp. tanta, vt per unum deferiri possit ipsis duabus commode.

Secundò requiritur, quod illarum fructus non ascendant simul ultra viginti quatuor florenos auri de camera, secundum communem estimationem.

Fallit secundo, quando dispensaret pro nobilibus, vel magistris in theologia, vide in tracta. de literis gratiæ. fol. 47.

REGULA LV.

De obtainendis parochialibus ecclesiis, vel dignitatibus principalibus.

Item voluit & ordinavit, quod per quamcunque signaturam deinceps faciendam, nulli cuiusvis dignitatis, status, gradus & conditionis fuerit, detur dispensatio quod duas parochiales ecclesiæ, vel dignitates maiores post pontificales in cathedralibus, seu principales in collegiatis ecclesiis, vel vñā cū reliqua earum insimul retinere valeat: nisi ipse ecclesiæ parochiales adeo contiguae & in vicem propin-

propinquæ sint, quod ipsis per unum commode deseruiri possit, illarūmque fructus, &c. insimul vlt̄a vigintiquatuor florenos auri de camera, secundum communem estimationem, non valeant annuatim: & de hoc in literis dispensationis huiusmodi expressa mentio fiat; vel nisi super obtainēdis duabus ex huiusmodi dignitatibus, vel parochialibus ecclesiis in simul, pro magnis nobilibus, magistris, vel bacchialauriis in theologia formatis, vel doctoribus, seu licentiatis in altero iurium per verb., dispensamus & de speciali signatura sufficiens habeatur, & super illis parochialibus ecclesiis, huiusmodi signatura de parochialibus mentio fiat, & similiter in dispensationum ad incompatibiliā prorogationibus obseruetur.

Non seruatur in Francia, quia est bursalis,

Item non procedit hæc regula in casu mixto vi delictet, quando prouisio à Papa facta esset, & in ea dispensatio, quia hæc regula loquens in simplici, non trahetur ad mixtum, p̄text. in l. 2. ff. de verbo obliga, & ita expressè fuit decisum in Rota, vt refert Cassado. in decisionib. s̄per reg. cancellariae, decif. 35, verum prouisio.

Secundo dispensatus per solam signaturam p̄ efficitur inhabilis, iuxta extraqag. execrabilis, de Præb. in extrauag. Io. 22. & hoc etiam tenuit Cassado. in decif. 36. Dispensatus ibidem.

REGVLA LVI.

Vñ nulli suffragetur dispensatio nisi literis confecta.

Item cum concessiones super gratiis dispensationum quarumcunque quibusuis per ipsum dominum nostrum concessarum vel concederidarum per regulas cancellariæ Apostolicæ sint prouide limitatae, licet aliquando in petitionibus super huiusmodi concessionibus oblatis multa sint petita: ne quis talium concessionum p̄textu id dispensatiū tenere, aut facere p̄sumat, ad quod cōcessiones huiusmodi se nō extēdūt, voluit id dominus noster quod nulla talis dispensatio cuiquam suffragetur, antequam super ea literæ Apostolicæ sint confectæ.

De iure quicunque habens ecclesiam parochiale tenetur promoueri intra annum, alias vacat ipso iure ecclesia illa, & potest per non promotionem impetrari ca. licet canon de elect. in 6. ideo petitur dispensatio, vt hic in tract. de literis gratiæ fol. 47. & fol. 71.

Poterit tamen ea permutari in fine anni, cū non vacet nisi toto anno elapsa. c. cōmissa. de elect. in

6. Rota decif. 187. in antiquo Oldra cons. 203. factum tale est. collata. q. i. Roch. Curtius in tract. iurispa, in verb. honorificum. q. 30.

Et is cum quo permutatur, tenetur etiam intra annum promoueri. Rota decif. 108. Nota, quod vbi, in antiquo. Non habet locum in praepotitus ecclesiæ regularis canonicorum. Fede. consil. 85. Item non procedit in ecclesiis curatis, quæ sunt dignitates. Fede. consil. 86. Casus, &c. Prior. Et sic non habet locum in decanibus vel archidiacopatibus. Dom. consil. 131. Quoniam, & consil. seq.

Item non procedit, quando ecclesia parochialis esset præbenda unita, vel alteri beneficio simplici. cap. super eo. de præbend. in 6. Nicol. Mil. in verb. curatum. in vlt. q.

Idem si non habeat curam fori penitentialis: sed solum fori contentiosi. Card. in Cle. vna. q. 2. de offic. vicar. Idē si duo, vel plures in parochiali ecclesiæ deputentur. Oldra. cōf. 67. vide c. sicut vna. ibi, sed vnum tantum, dummodo sacerdotem. 21. q. 2.

Idē quando nulli sunt parochiani. Glos. & doct. in d.c. licet canon. & Io. de Selua in tract. de benef. in part. 3. q. 42. Ioā. Staphil. in tract. de literis gratiæ, in 2. parte, fol. 46. quia si non habeat curā actu, cefsat ratio d.c. licet canon. vt scribit Anchar. & alij per illum textū, in Clem. vnicā, de offi. vicar. col. i.

Item potest eā permutare in fine anni. cap. commissa de elect. in 6. Rota decif. 187. in antiquo Oldra, consil. 203. factū tale est. collata. q. i. Rochus in tract. iurispatronatus, in verbo, honorificū. q. 30. Et is, cū quo permutatur, tenetur intra alium annum etiā promoueri. Rota. decif. 108. Nota quod vbi, in antiquo. Item annus cōputatur à die adeptæ pacificæ possessionis, & non concurredit quandiu est litigiosa parochialis ecclesia c. commissa. de elect. in 6.

Idē si iusto impedimento detentus, nō potuit promoueri. d.c. commissa. Idem si pater, vel patrius, seu auiculus retinuerit bullas sui filij, vel nepotis: quia cum ignoret, non priuatur, nisi à die quo sc̄uit Dom. in dict. cap. cōmissa. Io. de Selua in tract. de benef. in 3. parte. q. 52. in fi. Intelligo, siue is, qui resignat, remanserit in possessione per annum, teruicte resignatario, cui cōmissa est & credita cura & rector dicitur. nā quia per eū stat quo minus possessionē adipiscatur, dicere vacare, q̄ est notādum.

Itē dispensatus ad obtinendū parochiale, tenetur promoueri in 18. anno ad subdiaconatum, in 20. ad diaconatum. alias vacat beneficium per non promotionem. Anchar. consil. 293. vlt̄a alia. cōtra. rium fuit iudicatum Burdegalæ, vt refert Boer. in decif. Burdeg. q. 119. An posse renunciare post annum, vide glo. in c. nisi. de renūcia. Ancha. cōf. 162.

Item non habet locum in episcopatibus & abbatis: quia in his non inueniunt hoc statutū fuisse, cū in istis expressa requiritur mentio. glos. singul. in c. 2. de præben. in 6. quod factū nō est: sed tantū de parochialibus ecclesiis. Et licet in Cle. ne in agro. §. cæterū. & seq. loquatur de prioratu cōuentuali, tamen non loquitur de abbatia. Ideo in ea nō habebit locum iste text. tum quod odiosum est capitul. licet canon. ideo restringendū. c. statutum. de elect. in 6. regul. odia. de regul. iur. in 6. Adhuc per adoptionem

adoptionē beneficij nō vacat episcopatus.c. cum nostris.de concess. præb. sic nec abbatia. ob id etiā vacabit per nō promotionē. Imò in episcopatu est decifum nō posse vacare sine autoritate superioris.c. quanto. de translatione episc. c. nisi cum pri-dem. de renunciat. Ideo iura antiqua remanebūt incorrecta in his, nēpe c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. vbi abbatiæ cōprehenduntur, teste Pa-no. Et ideo ibi potest priuari, si monitus nō promoveretur, & sic in episcopatibus & abbatiis requiri-tur monitio antequā vacent per nō promotionē.

Item non habet locum in ecclesia, quā succursum vocant, quæ fundata est propter utilitatē par-rochianorum longè distantiū ab ecclesia matrice. c. ad audienciam.i. de eccles. ædific. quia hæc ec-clesia dicitur beneficiū simplex, ut docet Decius. In cap. ex parte S. not. i. de rescrip. qui allegat. Pa-nor. in c. recolentes. in fi. de statu monach.

REGVL A L X.

De indulgentiis.

Dauid Ps. 72. ait, Existimabam ut cognoscerem, videlicet istam materiam per humanam inuestiga-tionem, & per legē: sed hoc est labor ante me, do-nec intrem in sanctuarium Dei, id est, in sacram, scripturam, quæ Dicitur sacrariū, & Dei sanctua-riū, in quo recondita sunt omnia sacra gesta. Et si hæc materia nō potest intelligi donec intremus sanctuarium, & per sacrā scripturam intelligetur. Di-cit Flor. in 1. parte, tit. 10. c. 3. De indulgentiis nihil habemus expreſſe in sacra scriptura, quāuis indu-catur illud Apost. 2. ad Corin. 2. Sed si quid donau-i vobis propter vos in persona Christi &c.

Quas non possunt concedere inferiores episco-pis, etiā si sint abbates. cap. accedentibus. de exces-sib. prælat. possunt tamen cōcedere participatione bonorū operum, quæ fūnt per subditos suos qui-buscunq; in gratia constitutis: dum tamē ratio ali-qua moueat eos, & causa, aliās nō Episcopi nō pos-sunt dare vltra 40. dies. cap. cum ex eo. de pœnitē. & remiss. nisi in dedicatione ecclesiæ, annun. ibi-dem & cap. nostro, illo titulo.

Quot requiruntur ad indulgentiam consequen-dam: Respon. Primi ex parte cōcedentis requiri-tur auctoritas & potestas, quæ principaliter residet in summo pontifice. gloss. in extrauagant. i. de pœ-niten. & remiss. in communib⁹: & hęc potestas pē-det à clave iurisdictionis & dignitatis, non ordinis.

Secūdo requiritur quod concedat subditis, alio-qui non lucrabuntur, etiā episcopus cōcedat eis fa-cultatem, quod possint vti indulgentia aliorū præ-latorū. Inn. in c. quod ante. de pœnit. & remiss. Po-test etiam episcopus ex iusta causa concedere vt indulgentia proficit etiam venientibus ex aliena diœcesi. Angel. de Clauas. in summa Angel. in ver-bo indulgentia. §. ii.

Tertiō requiritur vt concedens habeat iurisdi-ctionem episcopalem, seu dignitatis episcopalis, vt suprà dictum est: quia sententia lata à non suo iudice non tenet. cap. at si clerici. de iudic. l. extra territorium. ff. de iurisdict. omnium iudicium.

Quinto requiritur quod concedens sit in com-

munione saltem præsumpta, sanctæ matris ecclesiæ, videlicet, q; non sit hereticus vel excōmunica-tus. c. audiuius. 24. q. 1. c. verbū. de pœnit. distin. i. quia qui nō potest ligare vel absoluere, nō potest indulgentias cōcedere. Not. in c. quod autē. de pœ-nit. & remiss. Calde. in c. nostro. de pœnit. & remiss.

Sexto quod cōcedens nō excedat metas potestatis. c. cum ex eo. & c. seq. de pœnit. & remiss.

In recipiente requiritur idoneitas. Nam actus agen-tium (secundū Philosophum) sunt in paciente be- diposito. Primo requiritur q; sit fidelis: quia theiaurus ecclesiæ non applicatur nisi ei qui est mēbrum ecclesiæ c. nihil. 11. q. 3. c. si quis à catholi-ca. 23. q. 4. remanente culpa, non remittitur pœna.

Secūdo requiritur quod sit subditus. dict. c. no-stro. Cald. summ. Angelic. in verbo indulgentia. §. 19. Itē requiritur implementū actus, propter quē indulgentiæ cōceduntur, alias nō valent. Thom. in. 4. sent. dist. 20. Nec obstat quod Deus respiciat bo-nam voluntatem: quia verum est quantum ad aug-men-tū gloria, sed nō quoad accidentia, sicut est remissio pœnæ valet tamen per accidētis bona voluntas: quia in quantū auget gratias, per con-féquens & cōtritionem: & ita operatur ad remissio-nē pœnæ. summ. Angel. in verb. indulgentia. q. 20.

Tertiō requiritur quod sit contritus. c. legatur 24. q. 2. & confessus ex proposito: quia nō oportet quod de facto confiteatur, & in Pascha postea vt ait Petrus de Pal. in 4. sent. dist. 20. quē refert Flo-ren. rub. de indulg. Cōmuniis opinio repugnat, q; a ex verbis appetat, q; quis debet cōfiteri. Pan. in c. Omnis. & Io. And. in c. quod autē. de pœnit. & remiss. Card. in Cle. vna. de reliq. & vener. sanctorū.

Quarto requiritur idoneitas fidei, videlicet, vt is qui vult lucrari indulgentias credat tantam po-testatem esse apud ecclesiam: & licet non habeamus manifesta testimonia, tamen non est creden-dum ecclesiam errare. Henric. Boic. in c. quod au-tem, de pœnit. & remiss.

At quibus ex causis indulgentiæ cōcedēdēsunt. Respōd. principaliter ratione honoris Dei. Debet enim De⁹ ex hoc honorari, quod potest fieri in mul-tis modis. Primo dū dantur pro opere construen-do vbi missæ nunc fusius celebrantur, & maiores orationes sūt, & ideo magnificabitur Deus: & re-cte datur visitatiibus ecclesiæ, existentiibus in pre-dicationibus. Angel. in verbo, indulgentia. §. 13. Itē ab exaltationē fidei gl. in d. extrauag. & not. in ca. ad liberandū, de Iudeis. Item q; concedens inten-dat animas fideliū prouocare ad regnū celorum.

Quādo debet cōcedi: Respo. quādo est vtile vel necessariū. Primi, quādo est vtile ad augēdā fidei, vt ex causis supradictis: vel necessariū, vt pote quia Turca aliās inuaderet nos, vt nūc erat, tūc indulgentiæ cōcedendæ sunt gl. in d. extrauag. Itē vtile-ritas in opere: videlicet vt opus quod imponitur, p indulgentia obtinēda, sit vtile & ordinabile ad ho-norem Dei, & fidei exaltationem. Nec attenditur in indulgentiis meritū: aliās nō diceretur indulgentia, sed gen⁹ operis. dict. ca. qđ autē. de pœnit. & remiss. Item requiritur congruitas tēporis, vt in anno lu-bilę. Nā dicit Paul. Ecce nūc tēpus acceptabile,

Item

Item causa rationabilis. Nam dicitur fidelis & prudens, &c. & ideo dispensatio talis thesauri non debet fieri nisi in illis casibus in quibus verisimiliter appareret quod Dominus, cuius sunt huiusmodi bona cōsentiret, ut potest ratione restringatur. c. illa. ii. q. 3. nec debet esse austerus, postquam dominus est liberalis. c. alligant. 26 q. 7.

Verum indulgētia pro temporalibus dari possit. Respond. non. nisi pro temporalibus ad spiritualia ordinatis, secundum Bonaventuram, quem refert Angelus de Clauas, in summa Ang. in verb. indulgentia. §. 14. Pro spiritualibus potest dari, ut dedit S. Cenctius. 4. Pro orantibus pro Rege Francie in procēmie prag & predicatoribus. Angel. & Syluester in verbo indulgentia.

Poenitentia generaliter accipitur pro displicētia rei, vel actus gesti: ut si poeniteat fecisse procuratorem, reuocare quis eum poterit ante litē contestatam. l. ante literā ff. de procurat. cap. i. & 2. de procurat. in 6. Felin. in c. ex parte decani, de rescr. Et ista poenitentia interdum accidit in contractibus in nominatis. l. si pecuniam. ff. de condit. causata. aliquando in contractibus nominatis, in quibus regulariter nō admittitur poenitentia. l. sicut. C. de act. & oblig. Bal. conf. 482, magnifici. in t. vol. & §. porro col. 3. Quæ sunt prima causa benefic. amitti. quando gratia vtriusq. iuris sunt; secus si gratia vnius tantū gl. in l. qui ea mente. ff. de furt. Fallit in societate. Bald. cōsi. 169, in primis. in 3. vol. per l. actione. §. diximus ff. pro socio. In transactio- ne an habeat locū. vide tex. & not. in l. penul. ff. de transact. & l. quāvis. C. illo tit. In ultimis voluntati- bus dic esse licitam cum voluntas it ante ambula- toria usque ad mortem. l. 4. ff. de adimend. legat. l. 1. C. de sacrofāct. eccl. gl. in verb. non valet. in c. cum Marthæ. de celebrat. missarum.

Quid in delictis, scribitur in d. l. qui ea mēte. ff. de furt. gl. in §. Sciat enim. & in verbo, non emen- dātes. in authēntica, ut iudicestine quoquo suffra. In iudiciis an recipiatur, legitur in l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iudic. in c. i. de iudic. Sed cū hēc nō sic p̄s̄entis speculationis, ad alterā me transfero.

Alia est poenitentia, quæ dicitur sacramentalis, de qua hic scribitur: & hæc diffinitur per D. Augu- stinum in li. de poenitentia, sic Poenitentia est quædā doleātis vindicta. Id est quedam assignatio poenitentia, puniens in se quod dolet commisisse. ca. poenitentia, de poenit. dist. 3. Vnde est secundum Gregorium & Ambrosium, mala præterita plan- gere, & plangenda iterum non committere: ca. i. de poenit. dist. 3. & c. poenitentiam. ibidem.

Multiplex autem est poenitentia. Quædā enim est solēnis, altera publica, alia priuata. Præpos. in c. quāvis 50. distin. & colligitur ex rubr. de Poenit. & remiss. quæ rubrica loquitur in plurali numero.

Solemnis est illa, quæ solemniter imponitur ab episcopo cū presbyteris, qui culpa modū nouerunt, prō criminē gratissimo, quod totam cōmo- uit vr̄bem, secundum formam c. in capite 50. dist. ca. vlt. 26. q. 6. vbi Archid. dicit hanc poenitentiam cogi quām subire per excōmunicationem ratione scandali: quod intulit tamen non esse facile impo-

nendam iuuenibus vel decrepitis. c. poenitētes. o. dist. Et hæc poenitentia non est iteranda ob reuerentiam sacramenti: & ne facientes hanc poenitentiam cōmittant similia delicta, arbitrantes hāc esse poenitentiam. c. confirmandum, & seq. 50. distin. & c. reperiuntur, de poenitent. dist. 3. Vbi probatur, quod si iterum idem cōmitteretur delictū, vel simile per istum poenitentem, posset alio gene- re poenitentię recipi: nec posset dici Deo. Cur iterum illi parcis? Nam ecclesia nemini claudit gre- mium, qui ad eā redeat. Ista poenitentia nō imponitur clericis. c. alienis. & seq. 50. dist. glo. in c. i. de poenit. & remiss. Quod si aliquis egreditur hāc poenitentiam solemnam, non potest amplius promoueri, tum ratione scandali vitandi, tum ratione dignitatis ordinum & ob timorē reincidentia. Pre- pos. in cap. placuit per illum text. 50. dist. cap. hoc ipsum. §. de poenitentibus. & ca. de his. 33. q. 2. gl. & doct. in c. si quis præpostera. ead. dist. 50.

Publica poenitentia est, quam quis publicè face- re debet, ut cū iniungitur peregrinatio ad limina Apostolorum, ad sanctū lacubum, vel ad nostrā dominam de Laureto. Et hæc imponitur quando peccatum est publicum, sed non scandalosum. c. i. c. quæsitum. vbi Panor. & c. fi. infra eod. Et publicè peccantem publicè arguere debemus. c. led illud 45. dist. Pro cœculo tamen peccato potest imponi poenitentia publica, & solemnis, si poenitens velit aliās secus. Archid. in c. fi. 26. q. 6.

Et istam potest quilibet sacerdos imponere, & fit sine solennitate: solemnis non, nisi per episcopā vel à suo poenitentario. Præpos. in cap. poenitentes. 50. dist. Imo prædicatores vel minores, quibus comissa est ab episcopo audiendi cōfessionem aucto- ritas, nō posunt has poenitentias solemnes sine spe- ciali mandato imponere: sed ad episcopum remit- tere debent, nisi esset consuetudo in contrarium. Archid. in c. fin. 26. q. 6. Tamen hodie nō imponun- tur, nisi pro pueris oppressis. Collect. in c. quæsitum in fin. infra eodem.

Priuata poenitentia est illa, quæ priuatim à sacer- dote imponitur cōfidenti. Et ista quandoque est imperfecta: ut quando quis cōfitetur & dolet cō- mississe peccata: tamen non habet propositū absti- nendi: & huic non debet dari corpus Christi, cum nō debeat offerri nisi verē poenitentibus. c. quod quidam. infra eodem; de poenit. & remissionib.

Perfecta est illa, quæ sit cum illis in confessione requisitis, & cū proposito abstinenti se à peccato. Nam licet sequatur contrarium, tamen illa poenitē- tia erit perfecta, teste magistro sententiarum, in 4. dist. 14. & requiritur cordis contritio, oris cōfessio, & operis satisfactio. c. perfecta. de poen. dist. 1. sicut Deum tripliciter offendimus, nēpe. de lectione cogitationis, imputatia locutionis, & superbia ope- rationis: ita & tripliciter satisfacere opus est: nēpe corde, ore & opere. Et ista poenitentia hodie sicut arbitria. c. Deus qui. infra eodem. c. mensurā vbi glo. de poenit. dist. 1. c. tempora. 26. q. 7. Eckius in lib. de sacramentis, homilia 41. de confessione.

Aduertendum est, quod de indulgētis nihil ex- pressè habem⁹ in sacra scriptura, quāvis inducātur. & certum

& certum sit Gregorium imposuisse indulgentias septennes in stationibus Romæ: quia tamē ecclesia hoc facit, & seruat, non est credendum quod erret. Flor. in 1. parte summae titu. de decimis. c. 3. de indulgentiis. Tamen dicit S. Ambrosius in c. ille rex, circa f. de penit. dist. 3. quod peccatum aut donatur, aut deletur, aut tegitur. Donatur per gratiam baptismi, quia sive omni pena sunt dona baptismi. c. sine pœnitentia. de consec. dist. 4. Donari enim dicitur, quod nullo cogente conceditur. Regula, donari. ff. de reg. iur. Deletur per sanguinem. i. per passionem Christi, & per has indulgentias, quæ habent effectum ex passione Christi. Tegitur per charitatem, hoc est, per satisfactionem pœnitentiam, & alia bona opera. c. ius potestatis. in fin. de penit. dist. 1. Qui agit pœnitentiam, non solum diluere peccatum lachrymis debet, sed etiam emendationibus operare & tegere delicta superiora, vt non imputetur ei peccatum.

Præmittendum est quod ecclesia militans est unum corpus mysticum & dicitur una sponsa unius sponso Iesu Christo defonsata. c. debitum. de biga. Et sic ut in uno corpore multa sunt membra, ita & in hac ecclesia. c. cum singula. de præb. in 6. Et D. Paulus dicit, unum sumus in Christo, & est unum caput & membra. Caput Papa est, membra nos omnes sumus. Ideo non licet membris a capite discedere. c. cum non liceat, de præscr.

Item quamvis omnes Apostoli aequaliter ligandi & soluedi potestatem acceperint a Christo dicente, Accipite Spiritum sanctum, & quorum remissitis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt. Ioan. 20. Petrus tamen maiorem potestatem in iurisdictione recepit. Matthei 16. c. vbi iurisdictionem dat remittendi in cœlis, aliis vero in cœlo. in c. 18.

Item ei dixit, Tu vocaberis Cephas i. caput. Et alibi ait, confirma fratres tuos, & post etiam dixit, Pasce oves meas. Et sic patet, omnes Apostolorum claves habuisse ordinis. Præposit. in c. Ita dominus. col. pen. 19. dist. ut confitentibus peccata eis remitterent, sed non per modum iurisdictionis, ut de thesauro ecclesiæ impartiri posseant, sicut Papa, quod claves huius thesauri habet, & indulgentiis impartri potest, Apostolo 1. ad Cor. c. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei, & c. 9. Dispensatio mihi credita est, &c. Alioqui nihil prodeflet, si his relinquere retur. Et Papa dedit alii prælati limitatiū distribuendi facultatem ut homo. c. cum ex eo. infra eodem.

Præterea præmittendum est, quod peccatum meretur mortem æternam: & ex peccato duo oriuntur, pena, sive culpa. Pœna est externa, si aliquis in peccato moriatur. Si tamen confiteatur, illa pœna computatur in temporalem. cap. Porro, & cap. si peccatum. de penit. dist. 1. & ista oportet facere hic, vel in purgatorio. c. qualis. 25. dist. c. f. de penit. dist. 7. nisi Papa per suas indulgentias commutet, quod potest facere interdum plenariè remittendo, ut cruce signatis. c. ad liberandum, de Iudeis, vbi Card. col. pen. vult tex. Jubilei, & in extrauag. i. de penit. & re miss. in communibus. Interdum ad tene-

pus, quando dat centum vel mille dies indulgentiarum ut in stationibus Romanis.

Secundò ex peccato oritur culpa, quæ in anima peccatoris generatur peccando mortaliter, & diuertendo a creatore propter creaturam: & ista culpa non potest remitti nisi a solo Deo, c. verbum de penit. dist. 1. & Esaïæ. c. 43. Ego solus deleo iniurias. Indistinctè ergo dicuntur indulgentiae, quæ a pœna & culpa dantur. Cle. 2. de penit. & remiss.

Tertiò aduertendum est, quod quamvis heretici voluerint sustinere quod ex sola contritione peccatum deletur, per illam authoritatem, Quacunq; hora ingemuerit peccator, &c. tamē ecclesia tenet & nos tenebimus adhuc pœnā remanere: quod sic probatur: Adam, quāvis sui peccati pœnituisse, tamen adhuc pœna remanet, & pœnitentia opus est, ut habeatur, lib. Num. c. 12. Maria soror Moysi, quæ murmurauit contra fratrem, & sic peccauerat, tamē adhuc leprosa remansit septem dies. Et fratres Ioseph, quamvis pœnitentem dicentes, Merito patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Gen. 42. tñ adhuc pœna illis remansit. Levit. c. 5. Animus quæ iurauerit & proculplerit labijs suis, ut vel male quid faceret, vel bene, & non fecerit, & id ipsum sermone firmauerit oblitera, postea intellexerit delictum suum, agat pœnitentiam pro peccato, & offerat de gregib; agnum suæ capram, orabitq; pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. Ecce, quod non sufficit ingemiscere, sed oportet offerre agnum, quod est pro peccatis satisfacere. Et Zacharias, quamvis incredulitatis pœnituisse, quia angelo credere noluit, adhuc tñ mutus remansit usque ad filij nativitatē. Luc. 1. Et D. Paulus pœnam tulit post conuersationem, quia datus erat ei angelus Satanus qui eum colaphizabat. Rofensis. art. 21. de indulgentiis. David etiā, licet peccatum ei esset remissum, lauabat per singulas noctes lectu suum lachrymis. Alioqui sequeretur quod melioris conditionis esset ille qui perseverasset in magnis peccatis per totam vitam, quam religiosus, sanctus, vel alius, qui semper pœnitentiam in vita egisset, contra ea quæ dicit Aug. in c. si quis. de penit. dist. 7.

Quartò hæc indulgentiae extrahuntur ex merito passionis, quod fuit largius ac abundantius quam peccatum primi parentis. Nam una gutta sanguinis sufficiebat ad mundum, immo plures mundos redimendum. Et sic hoc reponitur in thesauro, ut Papa, qui est dispensator, egenisibus distribuat, & i. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non nostris autem tantum, sed totius mundi: & sic cum pro toto mundo satisficerit, & tamen pro paucis executiuè tantum prospicit, nempe Christi agis, ob id infinitus thesaurus superest illarum satisfactionum. Christi. Eliciuntur & ex merito beatæ virginis, quæ non peccavit; tamē multas æcumnas, & mala perpesta est, quæ non erat ad saluationem necessaria: ob id merita superabundatia in thesauro ecclesiæ remanent. Item Iob ait, pœnam suam excedere culpat. Iob. 6. c. Vtinam appenderetur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior, in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. In superabundantia passionum consistit superabun-

dantia satisfactionum. Idem de meritis Apostolorum, quibus ad salvationem sufficiebat seruare mandata Dei. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: & tamen seruauerunt nedium mandata, sed etiam cōsilii, quæ non erant ad vitam aeternam necessaria: & plura passi sunt quam peccata eorum meruerint, ac martyres & alij sancti. Vnde ex illorum meritis ecclesia capit, & indulget aliquibus indigentibus, & ipsis laxantur, cum sint causa tantorum bonorum. Nam gaudium est in celis super uno peccatore penitentiam agente. Et sic isti sancti plus satisficerunt, quam meruerunt: non tamen plus meruerunt quam acceperunt: & sic animo merendi tam ipsis quam aliis sustinuerūt plus quam debuerint, ut ait Paulus Colossi. Nunc enim gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia, teste Floren. de indulgentiis. S. i. Vnde meritum passionis Christi, virginis Mariae, Apostolorum, Martyrum iunguntur, & ex his indulgentiae aliquando plenaria indigentibus dantur, aliquando temporales, teste Rofensi in rubr. de indul. art. 17. Et sic indulgentiae remittunt obligationem duntaxat: quia peccator ad satisfactionem & ad iniunctam penitentiam tenebatur, ita ut amplius ad eam penam non teneatur, nec sit obligatus: potest tamen completere penitentiam si vellet.

Indulgentia multis modis sumitur, sed quantum attinet ad hanc materiam, est remissio penae temporalis, quæ pro peccatis debetur, à Papa, vel alio potestatem habente cōcessa, teste Bolog. in suo tractatu de indulg. in prin. Pœna, dicit, ob id, quia sicut per baptismum omnis pena quæ pro peccatis debetur, relaxatur merito passionis Christi. cap. parvulo. de consecr. dist. 4. Glo. super. Exod. 14. super illo vers. Vnus ex eis non remansit, dicit omnia peccata esse ablata in baptismo, diabolica potestate submersa. Paul. ad Titum 4. Saluus nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nobis abunde. Ista pœna temporalis peccatorum commissorum per baptismum, per indulgentias, ut voluit. Bona. dist. 19. 3.

Postea dicit, à Papa, quia claves Petri & his, qui in locum eius successerunt, datae à Dño nostro Iesu Christo, dicendo. Matth. 16. c. & c. manet. & c. quodcunque. 22. q. i. potestas relaxandi data est eis sine illa exceptione. c. Deus qui. de pœnit. dist. i. Ergo istas claves Papa accipit, & aperit, quando hoc videt faciendum. In his enim plenitudinem habet potestatis, ut in hoc. c. dicitur.

Dicit, vel ab alio, quia quilibet Cardinalis, archiepiscopus, vel episcopus potest in die dedicationis ecclesiarum annum indulgentiarum cōcedere in eorū episcopatibus: & legati in suis prouinciis. Aliis vero diebus non possunt ultra 40. dies concedere, ut in hoc: in quo rationes describuntur, ne videlicet claves ecclesiarum ob immensas indulgentias contemniantur, & ne pœnitentialis satisfactione eneruetur, & ut plenitudo Papæ potestatis recognoscatur, & in honore summo remaneat.

Alij vero inferiores nullas indulgentias possunt concedere, nisi hoc habeat ex speciali priuilegio.

c. accedētibus. vbi gl. de excess. prel. quia sacerdotes sim. plures non habent claves cum iurisdictione, nec autoritatē impariendi thesaurū. Oldr. conf. 73. Queritur. Poterit tamen Capitulū, sede vacante, indulgētias concedere, cum succedat in omnibus, quæ sunt iurisdictionis. c. his, qui de maiorit. q. est verum, creando vicarium, qui nomine Capituli hoc faciat, teste Ioan. Francifco in trac. de offi. & potestate Capit. sede vacante, in 1. part. q. 4. licet. Lud. Bolog. in suo trac. de indulgen. nu. 14. teneat simpliciter Capitulū indulgentias cōcedere posse.

Diētum c. cum ex eo, alij habent. c. cum ex ore. extra de pœnit. & remis. diuiditur autem in 4. partes. In prima prohibet questoribus aliqua dicere, nisi id q. est in literis eorum expressum. In secunda parte est forma secundum quam solent concedi indulgentia. In terra ponit quales debeant esse questores. In quarta præstabilit archiepiscopis & ep̄is numerū certum concedendi indulgentias, ut in dedicationibus ecclesiarum unum annum cōcedere possint piis actibus quadraginta dies. Questores autem decipientes per indulgentias puniri debet. Cle. 2. eo. t. t. Sed an valeat indulgentia, si questor falso afferat indulgentias datas, licet nō sint? Resp. quod non, per Cle. abusionibus, nec satisfaciendo isti falso questori, non consequitur quis liberatio. arg. l. i. §. f. ff. dc suspect. tut. & C. de fur. l. falsus.

Item in spiritualibus nō est opinio, sed veritas, quæ est maioris potestia & virtutis. c. loci. §. his ita. 35. q. 9. Plenē Oldradus, conf. 76. quartatur, & Anchranus in c. quod autē. in fi. sup. eo. Et si in indulgentiis simpliciter dicatur verè penitentibus & confessis, sufficit q. sit contritus, & cum spe confitendi tempore à iure præstitulo, ut teneat doct. in c. omnis. de pœnit. & remiss. & Gerson in suo opusculo de indulgentiis. in 3. consideratione. Nam favorabilior est interpretatio, quia fieri debet in indulgentiis. gl. in cl. vna. de reliq. & vener. sanct.

Præterea quatuor requiruntur in his indulgentiis, ad hoc ut valeant. Primo potestas ligadi & soluendi, siue auctoritas concedendi. Luc. 12. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dñs super, &c. Vnde non prosunt indulgentiae, nisi proprii iudices eas concederint, & sic tantum prosunt. c. quod autē, de pœnit. & remis. Et requiritur in cōcedente etiā voluntas sincera & sancta, ut cōcedat nō per pecuniā, vel lucrum temporale, sed ad bonum finem, & hoc probat hic tex. ibi, indiscretus, &c. Et ideo Papa licet tatas quatas velit, concedere possit, ramen hoc intelligi debet ex iusta causa: quæ est dispensator fidelis & prudens, qui cibum dare debet in tempore. Et ista concessio est dispensatio. c. eti illa. i. q. 7. quæ sine causa nō datur. Et sic in cōcedente requiritur q. sit promotus in Papā vel episcopum. Secundo q. sit superior illorum, quibus concedit indulgentias. Tertio quod habeat iurisdictionē episcopalem. Quartò requiritur discretio concedendi. Quinto quod sit in communione sanctarum matris ecclesiarum. Vnde hereticus, vel excōmunicatus notorius non posset eas concedere. Ultimò requiritur quod concedens nō excedat metas suę potestatis, ut hic: alioqui non esset fidelis seruus

seruus & prudens, ut est in Euangeliō. Luc. c. 12.
 Secundò requiritur idoneitas in recipiente. Nam actus anteriorum sunt in patiēte bene disposito, teste Philosopho: & sic thesaurus ecclesiæ non applicatur nisi illi qui est membrum ecclesiæ. cap. nihil sic debet. II. q. 3. & c. si quis à catholica. 23. q. 4. c. neminem, & c. omnis. de pœn. dist. 2. & sic primo requiritur idoneitas ratione subiectionis. c. quod autem. Secundò ratione fidei, ut credit concedētem habere talem potestatem in ecclesia. Tertiò respectu contritionis, quia debet esse contritus tempore quo lucrat̄ eas, licet in itinere videndo puelas, vel alias peccauerit, teste Florent. in d. tract. de indulgentiis. §. 5. in fi. Quartò respectu implemeti actus per quem indulgentiae conceduntur ut debet explere. Quintò ut sit fidelis. Sextò ut sit pœnitens & confessus iuxta tenorem indulgentiarum. Igitur oportet quod antequam aliquis lucretur indulgentias, quod sit à culpa liberatus per contritionem, unde solent dari pœnitentibus & confessis, glos. in extrau. i. de pœni. & remiss. Et quod sit fidelis. c. omnis super eod. & sic omnes fideles, licet non fuissent pati tempore datæ indulgentiarum, sunt capaces, nisi fuerit facta restrictio in concessione. Etiam is qui concessit, poterit eas lucrari, sicut is qui conficit corpus Christi, & dat fidelibus, ita conficit sibi. Et sic tanquam minister dat indulgentias, & postea tanquam vnu s fidelis lucratur. Thom. in 4. sent. 20. q. art. 5. Calder. in c. seq. & in d. c. fi. eod. tit. in 6. Et sicut is qui tulit legem, secundum eam vivere debet. l. digna vox. C. de legib. ita & hic. Ioā. de Ana. in c. fi. de raptor. Facit. l. si consul. ff. de sena. & c. à collatione. de appell. in 6. Saltem oportet credit in genere, ecclesiæ indulgentiam dare posse, teste Adriano in 4. sent. de clauibus, vers. sed probabile dubium, ibi, sed refecundo superflua.

Tertiò requiritur pietas, hoc est honor Dei, & exaltatio fidei in omnibus indulgentiis. Ista debent considerari ut tendat ad honorē Dei, & fidei exercitationē & augmentū, teste Io. Gerson. in opusc. de indulgentiis, cōsideratione 9. per d. c. q. autem.

Quarto requiritur utilitas in opere, & sic causa ut opus, quod imponitur pro indulgentia impoñenda sit utile, & ad honorem Dei tendat: utpote quicunque visitauerit te, plu[m] nostræ Dominae, lucretur centum dies indulgentiarum, hoc tendit in honorem Dei postquam tendit in honorem sanctorum. Nam Deus laudatur in sanctis teste Dauid dicente, Laudate Dominum in sanctis eius. Et dicitur alibi, quicunque honorificauerit illos, honorificabit eum pater meus qui in celis est. Et alibi Dauid, Nimiis honorati sunt amici tui Deus.

Item si concedantur indulgentiae dantibus pecuniam ad ædificationem templi. Nam populus Israëliticus pecuniam pro ædificatione templi, portum ac cibū latomis dabat, ut scribitur. I. Esdræ. c. 3. Ex his patet, causam dandi indulgentias cōsiderare in pierate, seu in materia piorum operū, vel religionis, seu cultus diuinī, vel in alimeniam pauperum, vel in constructionem ecclesiæ aut hospitalis, vel refectione pontium. De visitatione terræ sanctæ, nostræ Dominae, vel alterius loci pīj, & sic

ex prædictis iudicantur indulgentiae validæ & discretæ: alias sine causa vel minus sufficiēti, indiscretæ. Quia sine causa non dispensatur, & dispensator fidelis est & prudens, ut est. Luc. 12.

Causa etiam finalis est iusta causa & rationabilis, tendens in aliquem bonum finem, ut iam est dictum suprà. c. non omnis. & seq. 5. q. 5. vt in laudem Dei. cl. vna de reliq. & vene. sancto. In restauracionem locorum piorum, & pro animabus fidelium. Nam data est potestas in ædificationem non in destructionem. 2. ad Cor. 10. c. gl. in c. non est, de voto. & sic causa requiritur sufficiens, non æquivalens. Quia finiti ad infinitum nulla est proportio, nec spiritualis ad temporale. c. fin. de réfum permitt.

Ibi, abusiones. Nota quod quæstores multas abusiones promittunt in suis prædicationibus, contra quas hodie est prouisum in clem. vlt. eod. tit.

Ibi, nisi apostolicas, vel nisi diceces fanii episcopi literas, &c. Nota quod quæstores non debent recipi ad prædicationem indulgentiarum, nisi habeant literas apostolicas, vel dicecesanorum. Ergo sufficit alteras habere, per istam alternativam: vel, ita probatur: ad cuius veritatem sufficit altera partem esse veram. Regula, in alternatiuis, de reg. iuris, in 6. c. inter cæteras. de rescr. l. si hæredi plures. ff. de conditionib. institutionum.

Intelligo autem, si sine suspicione sint literæ apostolicæ prædicta habere locum, & quando persona est notabilis, tunc non requiritur alia licentia. ep̄i, ut in prædicatoribus, & minoribus, dicitur Hostiensis & Anchar. hic, per istum. tex. sic eum intelligendo. Nisi ep̄s ex causa interdixisset quæstori, utpote, quod iura parochialia impediebat vel usurpabat, ut in c. nimis prava. de excessib. prælat. cap. his. & c. quarum. de priuili. Hodie non possent quæstores indulgentias prædicare, nisi episcopus literas apostolicas examinasset, ne quid fraudis committi valeat. clem. abusionibus. in prin. eod. tit. de pœnit. & remis.

Ibi, præter id, quod in ipsis continebitur literis, collige, quod prædicator non debet aliud proponere, quam in suis literis habetur, vel citra earum declarationem circa factum. Nam si dati sint centūdies, nihil aliud debet promouere. Facit. cap. porr. de priuili. ybi metæ priuilegiorum transgreedi non debent. Poterit tamen inducere populum ad deuotionem ut lucretur illas indulgentias, & effectus a utilitates indulgentiarum declarare: quia ista conexa sunt, & cui iurisdictio est mandata, omnia censemur commissa sine quibus, &c. l. 2. ff. de iuris. omn. iud. c. præterea. de offi. dele. & illa quæ iuxta mandatum sunt videntur commissa. arg. l. magis puto. §. eius officio. ff. de reb. eor. Anchar. hic. Ibi formam, &c. Nota quod formam soleat sedes apostolica seruare in indulgentiis concedendis, & illa necessaria tenetur seruare ep̄i, & alij concedentes indulgentias. Sedes tamen apostolica aliquando, hanc formam immutat, ut ego vidi.

Sed omnes stabim⁹ ante tribunal Christi, ait L. Paulus ad Rom. 14. & hoc intelligitur in extremo iudicio. & 2. ad Cor. 5. dicitur, Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, quando

Additiones Petri Rebuf.

audierit illa vox. Surgite mortui, venite ad iudicium recepturi, s. prout in corpore gessimus. David in Psal. Tu redde vnicuique iuxta opera sua, Et in Symbolo Athanasij dicitur, Qui bona egerunt, ibi in vita eterna, qui verò mala, &c. Et Deut. 25 pro mensura peccati erit & plagarum modus.

Ibi, seminare in terris, &c. & ibi, quoniam qui parcer seminat, parcer & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionib⁹ metet vitam eternam. D. Paulus 2. ad Cor. & ad Galat. cap. vlt. Quæ enim seminauerit homo, hoc & metet: quoniam qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Quantum debet dare volens lucrari indulgentias? Resp. Si est taxatum, secundum taxationem dari debet: si non sitt taxatum, pro qualitate ioci & personæ. Nam plus diues, quam pauper dabit, & alias boni viri arbitrio relinqui debet. Calder. in c. seq. tit. de pœnit. & remis.

Ibidem §. ad hæc, quia per indiscretas & superfluas indulgentias & cætera, dicuntur indiscretæ, quando sunt concessæ per non habetem potestatem: utpote cōsilia generale, ne sint duo capita, indulgentias concedere non potest. Card. Floren. in cle. vnic. q. 5. & seq. de reliq. & vener. sanct. facit c. significasti. de elect. Idem in cœtu Cardinalium, vacante sede. cle. ne Romani. §. sanè. de ele. Idem. in c. sede vacante, quia non potest etiam omnia, quæ sunt iurisdictionis. c. verum, de foro competit. Ioan. Franc. de Paninis in trac. de offi. & potest. c. sede vacante. 4. q. 1. partis. Arch. in c. i. eo. tit. in 6.

Item ep̄s electus & confirmatus, non consecratus, nec sacerdos, potest indulgentias concedere. Pan. in c. suffraganeis, de elect. cum ratione dignitatis concedantur. Card. in c. accedentibus. de excessib. præl. & d. cle. vna. de reliq. & venera. sanct. q. 7. Nam cum Papa cōcedendi potestatem episcopis, & non inferioribus concesserit. d. c. cum ex eo. ergo capitulum & alij non expressi nō possint hoc cōcedere, nec abbates vel alij. gl. in c. nostro. eo. tit. de pœni. & remis. in antiq. decretal. Et cum in indulgentiis dicitur, verè pœnitentibus & confessis, an requiratur q̄ tempore indulgentiarum sit confessus? Et videtur, quia hoc videntur verba indulgentiæ dicere, quæ maximè sunt consideranda. Nam Papa voluisse videtur stimulare homines ad confessionem. Cōtrarium videtur dicendum, quod sufficit esse confessum illo anno, & q̄ ille habeat cōtritionem, & propositum confitendi tempore à iure determinato: & tūc talis dicitur verè pœnitēs & confessus si proposuerit se amplius nolle peccare. Arg. c. manifesta. de pœnit. & remis. Innocen. & Panor. in c. omnis. eod. & cum animi destinatione velit cōfiteri, pro confessio habetur, per gl. in c. 2. in fi. de instit. Multa tradit. Fel. in c. cū adeō, de rescr. huius sententiæ est. Gerson in suo opusc. de indulgentiis in 3. consideratione: quia ista est fauorabilior interpretatio secundum eum.

Item indiscretæ sunt, q̄n non sunt verae, licet pertinet vera r̄tunc: nec lucratur quis indulgentias, sed opus meritorium facit. Item quando ab inferiore ep̄o: utpote, quando ab abbatē sunt cōcessæ,

c. accedentibus, de excessib. præl. c. i. eo. tit. in 6.

Item potest dici indulgentia indiscreta, quād conceditur ultra quām sit permīssum, vt in c. fi. eo. tit. in 6. valebit tamen usque ad potestatem taxatam, secundum. gl. ibi. Et Archid. & gl. in d. verbo indiscretæ, quamvis Iohan. Monach. in d. c. fi. teneat contrarium per d. c. ibi indulgentiæ non obtinent, si excesserint statutum concilij generalis, & sic in totum non valent. Imò videtur factum ab eo, qui non habet potestatem. Idem tenent ibi Dom. & Calder. in c. seq. Ego dico non obstat illum text, quia debet exponi, si excesserint, id est, quatenus excesserint: nec debent strictè seu amarè interpretari istæ indulgentiæ, dicit gl. in verb. confessis, in clem. vna. de reliq. & venera. sancto.

Aduertendum est q̄ ecclesia videns quod fructuosius toleratūr hic pœna, quām in futuro, cum hic sponte toleretur, ob id voluit pœnitentibus magnam iniungere pœnam, vt modicum agendum pro futuro relinquatur: minorem tamē imponere voluit, quām crederet post vitam esse futuram: quia maiorem ponere, supervacuum erat, & ideo imposuit pro quolibet peccato mortali septem annorum pœnitentiā. c. hoc ipsum. 33. q. 2. & c. hoc quāquam. 22. q. 1. c. prædicādum. & c. accusasti. de accusationib. & aliquādo maiorē pro grauitate criminis. Nā presbytero decēnis pœnitētia imponitur. c. presbyter. 28. dist. Si fuerit ep̄s, quindecim annispœnitere debet. c. si q. 30. q. 1. Si quis cognoverit monialē, decem annos spatio pœnitere debet: & monialis totidē. c. deuotā. & c. de filia. 27. q. 1. & qui matrē verberat, vel occidit, decem annis asperè pœnitētiā agere debet. c. latorū. 33. q. 2. Qui vxorē, grauius. c. admonere. 32. q. 2. Et qui occidit presbyterū, 12. annis. c. 2. suprà eo. ca. nō afferamus. 34. q. 1. interdum minus. ca. si per negligentiam. de consecrat. dist. 2. & c. si quis per ebrietatem, ibidē. Et hæc septennis pœnitentia est eo imposita, quia nos inuenimus Mariam Moysi, vel Aaron sororem lepra percussam septē dies. Et dicitur. Ezechiel. 3. c. Diem pro anno dabo tibi. d. c. hoc ipsum. 33. q. 2. Et quia peccata per spiritū sanctū remittuntur, vt dicitur, Quorum remiseritis peccata, & c. & septem sunt dona Spiritus sancti, ergo pro quolibet peccato mortali septē annis quis pœnitere debet.

An indulgentiæ profint animab⁹ quæ sunt in purgatorio? Videtur quod sic: quia quis pro mortuo satisfacere potest, & purgare animam defuncti. c. fi. de sepult. ita per indulgentias Papa de communi thesauro ecclesiæ soluit pro mortuo.

Item in Euangeliō dicitur, Super hanc petram ædificabo ecclesiā meā, & porta inferi non præualebunt aduersus eam: & sic potestas ecclesiæ vincit infernum, non inferiorem, vbi nulla est redemptio, sed purgatorium.

Item dictum est, quod cūque solueris super terram, & is qui est in purgatorio dicitur adhuc esse super terrā, q̄a est in via eundi ad cœlū, non est in meta, ergo indulgentiæ extenduntur ad eos, qui sunt in purgatorio. Imò inuenimus potestatem datā in terra ecclesiæ, in c. à nobis. 2. de sent. excom. Præterea clavis ordinis prodest animab⁹ existentibus

In regulas Cancellariæ.

401

tibus in purgatorio, videlicet missæ & suffragia, c. animæ defunctorum. 13. q. 3. ergo & clavis iurisdictionis proderit illis, quæ est in indulgentiis, pppter communionem in charitate. Et huius sententia est Ioan. Gerson, in d. tract. de indulgen. considera. n.

Contraria fentēiam multiterunt, maxime.
Aug. in c. tempori. dist. 3. quia indulgentia dantur
ratione autoritatis, quam autoritatem non videtur
habere Papa in defunctos: sed suffragia sunt per
preces ad Deum, qui habet autoritatem istos ab-
soluedi, non Papa, cum non sint de foro ecclesiæ.

Secundò videtur quod Christus commiserit Pa-
pæ viuos tantum, dum dicit pasce oves meas.

Tertiò Christus dicit apostolis, Faciā vos piske-
tores hominum, ergo non mortuorum, nec mor-
tuī homines dicuntur. cap. in quadam, de celebra-
missar.

Quarto dicitur, Quorum remiseritis peccata;
sed peccata non confiteribus non possunt remit-
ti, ergo nec etiam indulgentia concedi.

Distingunt quidam, q̄ si pœnitentia sit iniuncta per hominem, & is deceperit, & non potuerit cōplere, tunc Papa poterit de illis pœnitentiis iniunctis per hominem remittere: & si quis lucretur indulgentias pro tali, proderūt etiam ei in purgatorio. Si verò fuerit pœnitentia iniuncta per Deum, vtpote quod remanebit in purgatorio septem annos, tunc Papa non habet autoritatem absoluendi eam: sed deprecatiū fieri potest per suffragia, quatenus Deus voluerit. Si autem quis in agone existens, dicat yelle lucrari indulgentias, quæ Romanis visitantibus conceduntur, & disponit q̄ alius eat pro illo, & ipse tunc illam indulgentiam acceptat, certè proderit eidem post morrem. arg. c. licet de voto, & c. quamquam de vñfūr. lib. 6. Et si Papa concederet tam viuis quam defunctis, tunc prodeſſent per modum suffragij, non autoritatis, niſi Deus approbaret, nec effet tunc Papæ ex certa scientia facienti resistendum.

Ex fine d. c. Cum e o tempore, colligitur, q̄ ep̄
ultra annum indulgentiarum in dedicatione baf-
ticarum, & templorum, dare non possunt, etiam si
fuerint plures ep̄i, & si fuerit archiep̄iscopus cum
ep̄iscopis, cum sit ep̄iscopus. Idem si fuerit legatus,
cum hic omnino prohibetur, & regulariter sit
ep̄iscopus, etiam quia rationes huius texti hoc ha-
bitat in eo, cum etiam dicatur ordinaria habere
c. 2. de officiis legat. lib. 6. Poterit tamen, ep̄o mortuo,
s qui succedit alios quadraginta dies dare: tum q̄
ep̄iscop⁹ sit, & cuiuslibet ep̄o hoc permititur. Not.
d. c. bind. d. c. f. 1. ed. tit. in 6. licet. loan. Andri. in addit.
d Spec. eo. tit. in rubr. contratenet. Nec exigitur
indulgentia per obitum concedentis, postquam
incepereunt habere vires, ut tenet Dom. in c. f. de
script. in 6. per illum textum.

Interdum autem quis absolutetur ad cautelam; de absolutione vide quæ sequuntur.

**Ad evidenteriam materię absolutoriis ad cautes-
iam, nota quod beneficium absolutoriis ad cautes-
iam sit ad sex fines, seu effectus.**

Primo præstatur ad eius cautelam; qui dicitur
excommunicatus, utpote quādō sentētia in eum.

Iata teneat: firmius tamen & probabilius credit q.
non teneat, quam quod teneat. Nec enim dicen-
dum est huic. *Dimitte iustuum, & fac te absolu-
ff. de petit. hæred. illud.*

Quandoque præstatur ad cautelam aliorum. s.
vt eis communicetur in sacris , & aliis , quod alias
fieri non debet:vt quod metus causa.

Quandoque præstatur ad cautelam annexam, nempe ne laedatur propter infamiam excommunicationis prælati, arg. infrâ de sent. excom. l. cum desideres. S. sedem.

Quandoque fit ad cautelam futurorum, ne scilicet eius facta irritetur, ut in c. solet de sent. excō. quandoque etiam fit ad cautelā, sive ad subiectiōnem veritatis probāde. c. veniens 2. in fi. de testib.

Vult ergo dicere absolutio ad cauitem, quod primo casu de praedictis sex, ille absoluatur, ut iustitiam suam prosequi possit, & ne forte in excommunicatione decedat. Et ita in tertio casu prouidetur, seu cauetur. Isti in secundo casu volentibus cauetur communicare illi, qui erat excommunicatus, & sic de aliis.

An autem per tales absolutiones fiat præiudicium absolutio, vt per hoc videatur fateri se excōmunicatum & irregularē, si fortē ante absoluōnem istam celebrat̄ dic quōd non, vt not. Abbas de appell. cap. ad præsentiam, & per Ioan. Andr. & Abbat. de elect. venerabilem.

Secundò quæritur, quando & in quibus casibus
absolutio ad cautel locum habeat. Et est dicendū,
quod vbi quis dicit se excommunicatum post ap-
pellationem legitimam: alias secundum eum, nul-
lus absoluetur ad cautelam, ut non de testib. ve-
niens. 2. in fin. & est additio.

Item si dicatur; intolerabilem errorum sententiam continere, ut no. B. in d. decret. solet. lib. 6.

Item vbi alias de iure excommunicatio nō tenet. vt non B.d.c ad presentiam. Hodie autem xii deretur debere dapi cuiuslibet perent. absolutionē ad cautelā. vtrō B. de sent. excom. foler. lnn. verō ne. ex. tit. in c. p. tuas. hanc absolutionem ad cautelā sier. idē bēre non solum quādō diciunt lata post ap pellationem. vel errorē intollerabilem cōtinerē. sed etiam quāndo opponitur cōfā aliquid. quib agit. vt tanquam excommunicatus. ab agendore. pellatur. Nam & in hoc casu si petat absolutionem ad cautelam. prāmissa protestationē quod nō fia ei p̄a iudicium; si celebrauit. s. quod ex celebra tione nō sit irregularis. vel etiam si petat sine pro testatione. non debet sibi denegari. Secundū hoc dummodo ab ipso quō petatur. absolutio. vel eius authore. vel eius subditio. dicitur excommunicatiō lata. arg. de cle. excom. ministris. c. apostolica. de sent. excom. venerabilibus. In quo sāntā Ies. scī. Item si petatur ex delegato Papae secundū Hes.

angide offi. deleg. prud. sentiam. &c. b. item quae fit, quid si index vel aduersarii spectatur quod iste leg. sit etat sententiam tenere antequam absolutum. nunquid cōsiderari tenetur? Dicit Molin. et permissus quod non. Nam ex confessione illius non debet aduersario credere, et vel de crescere ius. s. f. si seruit. vēdīc. l. servitutes. & si qua. & dico sine protestetut.

petens absolutionem, siue non, Inn. tamē & Host. dicunt in c. cum desideres, quod vbiunque dubitatur probabiliter, an aliquis sit excommunicatus, posset habere locum absolutionis ad cautelam. Sed in ca. solet, dicitur tunc solui, quando excommunicationis sententia dicitur nulla esse. Quot modis autem dicatur sententia nulla excommunicationis. not. Ioan. And. in c. praesenti de sent. excom. lib. 6. vbi assignantur 12. modi. Mo. tamen in d.c. solet. videtur tenere illam opinionem, quod non absoluatur quis ad cautelam, nisi confiteatur excommunicatorem suum indicem esse. In hoc tamen c. contrarium tenet, & suam, gl. d.c. soleht. videtur corrigere quantum ad hoc. Vbi autem certum est sententiam excommun. esse nullam, non habet locum absolutionis ad cautelam: sed quod talis denuncietur non esse ligatus. Sed in dubium tantum habet locum de offi. deleg. c. cum contingat. de sent. excom. solet. li. 6. & ita not. Ioan. Mon. & Hostiel. Item locum habet in illo, qui dicit se exemptum, & excommunicatum ad ordinario. Cum enim in in hoc casu sententia esset nulla, bene posset talis absolutionis habere locum, etiam non ad suam cautelam: quia de ea non erat tanquam a non suo iudice prolatâ, in dict. cap. solet. Quantus Mon. contra. vt in hoc casu locum non habeat absolutionis ad cautelam, sed quod exemptus prosequatur ius suum...

Sed nunquid eo ipso quod quis dicit sententiam latam post appellationem, vel alias dicit sententiam nullam esse, & petit absoluti, statim est ei credendum? Dic quod non secundum Mo. Sed Hostiensis c. per tuas, dicit, quod iudex, a quo ista absolutio petitur, praemittere debet summariam causae cognitionem de nullitate sententiae, presente adulterario, vel contumaciter absente, ut lite non contentata c. quoniam. §. in aliis, & seq. Et si per confessionem aduersarij, vel alio modo appellationem probabilem nouerit præcepisse, quando aduersarius asserit frustratoriam appellationem, vel iniustam, praestabitus absolutio ad cancellam: nisi eum dicatur excommunicatum pro manifesta offensa, ut in c. folet. & inno. pér Mon. & Host. Quæ autem dicatur manifesta offensa, & manifesta contumacia, no. per eos. de fent. exc. in c. venerabilib. lib. 6.

Ego Berengarius Tusculanus ep̄s Viterbiensis consideratis omnibus quæ circa materiam istam notantur, breuiter hanc doctrinam trado. Quod vbi cuncte probabilitate dubitatur, an quis sit excommunicatus vel non; utrumquia dicuntur sententia nulla, & de hoc presumptio[n]es apparent, non tamē constat. Vel quia fama est talem esse excommunicatum, non tamen aliter constat: & tamen vult anima suæ, vel fame consulere, vel aliquem actum exercere a quo repelleretur excommunicatus: talis potest & debet ad cautelam suam absolui. Et hoc probant prædictæ decretales, de testa, veniens, in fin: de appell. ad præsentiam, de sent. excom. venerabilibus, &c. e. solet. lib. 6. cum similiib.

quod not. Mon. in d.c. solet. non tamen habet locū
absolutio ad cautelam quoad interdicti sententias
in ciuitate, castro, vel alio loco qualitercumq[ue] ge-
neraliter promulgatas vt de sent. exc. presenti, li. 6.
Idem in suspitione.

Demū quārō, à quo hæc absolutio potest præstari. Et certè secundum B. à quolibet iudice, vt ipse notat in d.c. solet. Sed Mon. & Host. ab eius superiore, qui sententiam tulit. Ille enim qui est proximus, & immediatus superior, siue sit episcopus, siue archiepiscopus, siue patriarcha, potest absoluere ad cautelam. Delegatus verò à superiore, siue sit delegatus à Papa, siue ab alio cui est cōmisum negotium principale, vel appellationis sub illa forma, si inuenis sententiam ratam post appellatiōnem, pronuncies esse nullam, non potest abiōluerē ad cautelām. Et ad hoc duplex ratio potest assignari, quia rescripta sunt stricti iuris, nec eorū forma est transgredienda, de rescr. cum delicta. &c. nonnulli.

Secundo, quod absolutio ad cautelam secundum doct. non est de iure, sed de gratia; & preter ius, siue supradictus. De iure enim primò debet constare de veritate causæ appellantionis, quam ab solutio fiat. de officiis delegatis cum contingat, & contra rationem iuris huius, & de gratia est inducta decret. solet & decret. per tuas. Et ideo talis non est extendenda. f. de legibus. I. quod vero. Et ratione etiam ab illo qui potest dispensare, talis extensio fiat. arg. eorum quæ not. de poen. licet. Cum ergo delegati non possint dispensare, siue sit delegatus Papa, siue aliorū, ergo non poterunt absoluere ad cautelam, nisi specialiter eis fuerit commissum & expresse si obiciatur ex aduerso. d. gl. posita in c. solet. Respondetur, quod illa. gl. debet intelligi secundum determinacionem dict. doctorum secundum. Mon. & Host. in Papa & in alio iudice ordinario & immediato, qui possit gratiam facere, & in talibus dispensare. Vide omnia, quæ not. Ioan. And. in decret. per tuas. Et de hoc vide de accusat. olim. Sed videtur contra expresse, de officiis delegatis prudentiam. §. 6. & contrarium tenet Inna. de except. in c. apostolicæ, & hoc idem tenet in d. c. olim. de accusat.

Forma verò dictæ absolutionis est, secundum Mon. & Host. d.c. per tuas. &c. solet, qui citabitur ad ieiunarius, vel iudex qui tulit sententiam. arg. de app. cum specialiter: & præmittet summaria cause cognitionem. Et posito quod habeat locum: absolutionis ad cautelam, iurabit excommunicatus quod stabit mandatis ecclesiæ. Secus in alia absolutione, vel præstabit idoneam cautionem de satisfaciendo, si inuentus fuerit iuste excommunicatus, secundum Mon. & Hostiens. c. venerabilij. &c. per tuas, &c. solet; & hoc facto absolvitur. Tamen iudex, qui potest talem absolutionem dare non debet nimis se festinare, sed summarie debet de ea cognoscere. arg. c. quoniam frequenter. s. in aliis, ut littera nō contestata: an scilicet fuerit excommunicatus appellatus ante sententiā, necne. Et si causa fuit legitimè assignata in appellatione de appell. cordi. libr. 6. Ruminare. etiam quæ reddant appellationē inualidam. de appell. c. Romana. s. eunt autem. & s. seq.

sequent. Et tunc dabit vel non dabit, si contra inueniet. Debet etiā iudex diligenter aduertere, an excommunicatus petat hanc absolutionem malitiosè, scilicet, ut ea obtēta aduersarius quodāmodo frustetur sua intētione super negotio principali; vt si negotium principale diutius prorogetur. Et omnibus consideratis, iudex poterit cōcedere vel denegare. Caueat tamen iudex ne talē absolutionem concedat, vel deneget odio, vel amore: prece vel pretio, ne incidat in pœnas decret. cum æterni. de re iudi. lib. 6. Nec obstat quod dicitur in decret. solet, ibi, sine contradictionis obstaculo. Nam ibi loquitur de contractione partis, vt ibi patet expressa, cum dicit, quamvis in hoc aduersarius vel excommunicator se opponant. ad idem de appell. qua fronte.

Vltimò quæro, an talis absolutio possit impedi-ri: Dic q. sic sex modis. Primo, si peratur per procuratorem, secundum opin. Hostien. de senten. ex-com. cū desideres. Tu dic vt in frā per Ioan. Andr. qui dicit q. licet non possit obtinere per procuratorem: tamen potest per eum impetrari. arg. eorū quæ not. doct. de elect. venerabilem. cum simil. maximè si haberet ad hoc speciale mandatum.

Secundo impeditur ratione iudicis à quo pertinet: quod prosequere vt dictum est suprā.

Tertiò impeditur ratione ineptæ petitionis, nempe quando petitur in casibus in quibus peti non debet. De quo dic vt suprā dictum est.

Quarto ratione formè nō seruatæ, de quo etiā dictum est suprā. Ratione obiecti manifestæ offen-ſæ: quia tunc non præcedēt satisfactione, nō ab-soluetur. de verb. signific. ex parte. & c. cum olim. Tu tamen dic, secundum quod dictum est suprā secundum Mona. & Host. in §. forma. Si vero sit contētio inter partes, an satisfieri debeat, standū est arbitrio boni iudicis. de verb. signi. ca. cū olim. Si verò iudex super hoc dubitet, an debeat differ-ri absolutio quousque sit certus? Et dic quod non, secundum Mon. & Host. in c. solet. Imò statim fa-tisfacientem usque ad quantitatatem, de qua cer-tum est. Dealio vero de quo dubium est, recepta tamen cautione competenti, non tamen idonea-fiat absolutio. arg. c. sacro. de senten. excomm.

Quintò impeditur ratione temporis, vt si petatur tempore feriato. argu. c. fi. de fer. Ratio est, quia aduersarius in sua absolutione debet vocari, vt di-ximus suprā: tamen hoc non credo. Cessant enim feriae, vbi cunque vertitur periculum animæ, quæ est omnibus præponenda. 12. q. 1. præcipimus. C. de, sacrosanctis eccles. sanctis. Hoc not. Innoc. & Hosti. de fer. c. fin. Vtrum autem possit peti abso-lutio ad cauetam in executione à iure lata? Et di-cendum quod sic, vt not. Ioan. Andr. in c. solet. lib. 6. & ibi, vide per eum.

REGULA LXV.

De valore exprimendo in impetrationibus.

Valor est exprimendus, & hoc statuit Urbanus V. vt Clem. i. de præbēd. Ratio est, quia secundum qualitatem personarū beneficiæ sunt cōferenda:

& maiores personæ maioribus beneficiis sunt do-tandæ. c. de multa. in fi. de præbend. extra. execra-bilis. illo tit. etiam in militib. hoc procedit, vt sti-pendia pro qualitate personæ sunt danda. l. vt vir-tutum. C. de statuis & imaginib. cap. ius militare. i. dist. Ancha. in Cle. vnicā. 2. nota. de cōcef. præben. Fallit quando motu proprio concederetur: quia tunc ampliari deberet propter illam clausulam motus proprij. Et quia hæc regula est odiosa, & sic restringenda, vt egregie probat Anchā. consil. 295. Pro clariori refert Ioan. Staphil. in tracta. de li-teris gratiæ. fol. 89.

REGULA LXVI.

De clausulis in beneficiis vacantibus ponendis.

Notandum est, quod in literis quedam clausule po-nuntur ad necessitatem iuris, aliae ad cauetam, teste Spec. in tit. de iudice de leg. §. sequitur videre. versi. Sed nunquid potest: & in rescripto transpo-ſita non vitiat, sed intelligi debet vbi esse debet, teste Specul. in tit. de lit. contest. §. i. vers. pone pe-to. & de instrumen. editione. §. nunc autem vers. Item excipe, quod talis clausula. Panor. in c. cum M. col. i. de constitu. Intellige nisi data fuerit for-ma. c. causam. de rescrip. Scripti in forma mandar.

Et quælibet clausula debet aliquid operari. c. si Papa de priuile. in 6. l. si quando. ff. de legat. i. & l. in l. ff. de contrah. empt. nec debet esse aliquod (maximè in rescriptis Apostolicis) verbum sine mini-ſterio operandi. Bald. in rub. Cod. de contrahen. empt. q. 9. Et clausula in fine posita, ad omnia re-fertur. l. i. C. de liber. præter. Plenè scripti in repet. l. vnicā. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest.

Clausula, vt præferatur impretransalii, non tol-lit ius quæſitum alteri. Compostella & Butrius in cap. causam. de rescrip.

Clausula, amoto quolibet illicito detentore, con-fert iurisdictionem contra omnes resistentes, te-ste Baldo in addit. ad Specu. in titu. de excu. sent. excommu. vers. clausula, amoto. Franc. Curtius conf. 3. Tamen per eam non censetur facta men-tio de colorata possessione, teste Card. in Clem. i. §. i. de præbēd. & Felin. in c. in nostra. correla. 36. de rescri. & in cap. de cætero, col. 2. de re iud. & Iason in l. ex pupillari. ff. de vulgar.

Dari poterunt, &c.

His verbis non se adstringit summus pontifex ad dandum: sed si velit poterit: quia fedes Aposto-lica per tantum beneficij solent habere liberaliem, dando plumbum pro auro. text. & ibi Ioan. And. in cap. fedes. de rescript.

Etiā si illud quouis modo, &c.

In literis impetrationis beneficij solent hæc verba describi, siue præmisso modo vacet, siue alio quouis modo, etiamsi ex eo quouis generalis re-feruatio, etiam in corpore iuris clausa reflueret.

Seu per constitutionem, Execrabilis, vacet. Est extra viagans de præbend. inter extra viag. Ioan. 22.

At specialiter reservatum inter alias litigiosum sit. Solet addi, cuius lictis statum haberi volumas pro-

expresso, propter textum in ca, inter monasteriū. de re iudicata. vbi status litis est exprimēdus. Imō solet addi, aut ex alterius cuiuscūque persona, seu per similem. D.N. vel cuiusvis alterius cessionem in Romana curia, vele extra, etiam coram notario publico, &c testibus sponte factam, vacaret.

Et eius collatio deuoluta fuerit, &c. Solet addi, etiā sit tanto tēpore vacauisset, quod eius prouisio iuxta Lateranensis statutā concilij, aut alias canonicas lāctiones, ad sedem Apostolicā legitimē deuoluta existeret. Ista clausula est necessaria, quia interdum vacauit beneficium per annum, & ultra, & episcopo comperebat collatio, qui habuit sex menses ad conferendū. ca. 2. de conceſ. p̄abē, Archiepiscopus alios sex menses, à die tamē scientiæ computandos. ca. quia diuersitatem de cōcef. p̄abend. postea deuoluta erit ad Papam; & hoc casu nunquam redit ad ordinarium, quando negligētia illius vacauit. Secūs quando in curia vacauit: quia tunc si Papa intra mensem non conferat, poterit postea episcopus conferre. c. statutū. de p̄abend. in 6. Item additur hæc clausula, & ad sedem eandem ex quavis causa specialiter vel generaliter pertineret, ac consistorialiter fieri deberet.

REGVL A LXVII.

Qualitates beneficiorum exprimantur.

Qualitates sunt, Si beneficium sit dignitas, personatus, vel officiū. Si cura immineat animarum, semper ista qualitas exprimenda est. c. cum in illis, de p̄abend. in 6. Si per electionem consuevit assumi, per text. in Cle. r. de p̄abend.

REGVL A LXVIII.

De beneficio per contractū matrimonij vel alias vacante.

Duas habet partes hæc regula. Prior est, quod si reseruetur beneficium alicuius per contractū matrimonij, tunc in bulla reservationis non debet dari alius vacationis modus de futuro, nec illud beneficium censetur reseruatū, nisi sequatur matrimonium. Quid si sequantur sponsalia per verba de p̄abenti, per quæ vacat beneficium, ut per glo. in ca. vno, de cleric. conjugat. idem videtur dicendum, quia largè matrimonium est.

Secunda pars est, quod si beneficium p̄serueretur per promotionem, vel assecutionem alterius beneficij incompatibilis, aut alias, vt infra, potest addi clausula vel alias quoquis modo vacauerit, Papa vult esse reseruatū. Idem si reseruetur, si vacauerit per ingressum religionis: quia etiam potest addi, alias quoquis modo vacet, p̄terquam per obitum obtinentis: ne is qui habet reservationem, inducat mortem: quod si faceret, etiam si esset reseruatū per mortem, non haberet, argu. si ab hostibus, ff. solut. matrim.

REGVL A LXIX.

De religiosis recipiendis cum clausula.

Sic vidi cōcedi, Paulus, &c. Cupientibus vitam ducere regularē, apostolicum debet adesse praesidium, vt eorum p̄fens propositum possint ad

laudem diuini nominis adimplere. Cum itaque dilectus filius N. cupiat, sicut accepimus, in ecclesia S. Victoris, ordinis S. Augustini Parisiens, diocesis, vna cū dilectis filiis, Capitulo ipsius ecclesie, sub regulari habitu, meritum domino famulari, Nos volentes ipsius N. in huiusmodi suo laudabili proposito cōfouere, &c. mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per nos, vel alium, seu alios, eundem N. si sit idoneus, & aliud canonicum non obſtitat, in eadem ecclesia sancti Victoris, si in ea non est certus canonicorum numerus, dummodo ipsa ecclesia ex hoc nimirū non grauetur. Vidi etiā addi, Vel etiā si certus canonicorum numerus ibidē forsan existat, & aliquis de ipso numero deest ad p̄fens ex nunc: alioqui quamprimum aliquē de dicto numero deesse cōtigerit, auctoritate nostra recipi faciatis in dicta ecclesia in canonicum, & fratrem, sibique regularē habitum iuxta ipsius ecclesie consuetudinem exhiberi, ac ei de communib⁹ eiusdem ecclesie prouentibus, sicut vni ex aliis ipsius ecclesie canoniciis integrē prouidebit: ipsūque ibidem lycera in Domino charitate tractari, cōtradictores, &c. Si vero scribatur p̄ moniali, solet dici, Prudentem virginum votis, quæ spredo mortalis viri thoro, ei qui speciosus est p̄ filii hominum, despōsari desiderant, debemus & volumus fauorabiles inueniri. Cum itaque dilecta in Christo filia, &c.

REGVL A LXX.

De translatione religioſorum.

Vide textum in ca. Cum singula de p̄abendis in sexto. Aliæ reg. suprā sunt declaratae. Regula 76. suprā fuit elucidata in Regula 65.

REGVL A LXXI.

Clausula absolutionis non suffragatur falſantibus bullas.

Ista regula exprimit personas quibus nō prodest generalis absolutio posita in literis Papæ, tēq; absoluētes, &c. Ratio hīc ponitur, ne p̄stetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & in illis insordescendi. Vide in tract. de literis iustitiæ fol. 176.

Primus casus non prodest, quando quis est excommunicatus propter rem iudicatam, ibi, non parentibus rei iudicatae. Alia priuilegia rei iudicatae scripsi in tractatu de except. in illa exceptione rei iudicatae. Secundus est, non prodest incendiariis ex malitia: fecis si ex ignorancia. Tertius est, violatoribus ecclesiarum non prodest. Quartus est, non prodest falsificatoribus, & falsificari procurantibus literas & supplicationes Apostolicas. Quintus, non prodest deferentibus res vetatas ad infideles. Sextus est, violatoribus ecclesie libertatis non prodest. Septimus, non prodest nisi obtemperantibus anſu temerario mandatis Apostolicis. Octauus, qui impediunt nuatos & excusatores Apostolicos, non absoluuntur in literis generalibus, etiā quoad effectum. Intellige tamen si per quatuor menses ex his causis excommunicationem sustinuerint. Nonius, quādō per annum sustinent excommunicationem quācunque: quia hæc pertinacia nos caret scrupulo hæretic p̄ uitatis. c. si. de peccatis.

PRACTICA CANCELLARIAE
 APOSTOLICÆ CVM STYLO ET
 FORMIS IN ROMANA
 CVRIA VSITATIS.

*Excerpta nuper ex Memorabilibus D. Hier. Pauli Barchin. literarum Apostolicarum
 Vicecorrectoris, omnibus in Romana curia versantibus
 cum utili, tum necessaria.*



ONTRA literas Apostolicas opponitur multipliciter de falsitate, de quo, præsertim circa literas iustitiam concernentes, vide Spec. titu. de rescript. præsent. §. i. igitur. tit. de app. quem non liquido poteris intelligere, nec eum, nec quedam ex his, quæ infra dicentur, nisi videbis libros appellatos quaterni Cancellariae, de iustitia & de reuocatoriis, & confirmatoriis, quos composuit Martinus de Ebul. S.R. Ec. Vicecancellarius, de quo stylo hic aliqua summarie diceimus, maxime omissa per eundem Spec. vel post eum immutata, & ea præcipue, quæ nunc sunt in frequenti vsu Cancellariae Apost. additis quibusdam allegationibus juris ad corroborationem styli perstrictum.

Et nota in primis, quod stylus Cancellariæ omisso vel immutatus, reddit literas suspectas de faliitate, vt in ca. ad hac. de sent. excom. & c. quæ graui. de crimin. fal. & c. causa. de testi. & prædictus stylus apertè vel interpretatiuè innitit iure cōmuni. vide ad hoc Specu. de appell. §. de offic. & in tit. de statu mona. & in c. eos qui. de tépo. or. lib. 6. & Io. Andr. in c. i. de offi. leg. lib. 6. & c. si apost. de præb. & c. ei qui. in gloss. Et iudex per se ipsum potest se informare à practicis & exercitatis in stylo Roma. Cur. & aliarum per text. & ibi Bart. in l. 3. §. ii. ff. de testi. & ita sæpe faciūt domini de Rota, informantes se de stylo à dominis Abbreviatoribus, vel correctore, & in aliis in dicto stylo exercitatis, & interdu etiam pœnitentiaria, & sic olim facta fuit, vt appareat in decif. Rot. tit. qui fil. sunt leg. & aliis decif. li. c. expeditiones pœnitentia non habeant tantam auctoritatē, neque tam exactè discutiatur. Esset tamen æquū, vt hęc informatio fieret vocata parte, & cōtinuata receptione informatio. in actis, sicut fit ibi in relation. & remission. & quando formatur dubium, ad quod faciūt no. per Spec. tit. de remiss. & de rela. & in aliis locis, & nota. cap. sæpe. de app. & l. 2. C. de legi. & c. intimasti. de appell. & not. per Bar. in l. Theopōpus, de dot. præle. & in l. susceptorē. de sulce. & Ancha. C. li. io. quia posset ledi aliqua partiū, & quia vidi interdu inaduertēter, vel fraudulēter respōderi ab informatoribus, vel à iudice nō bene concipi informationē, quod forte posset evitari, si pars cuius interest, esset

præfens quando petitur informatio à iudice.

Prima litera nominis Papæ, debet esse plena & extra ordinē aliarū literarū. Vene. in salutatione debet scribi extēsē, & cū magno V. & dilecto etiā t. & si in prima linea debet trahi sursum, & reflecti parū superius, & hoc in qualicūq; parte dictionis, nisi in prima litera nominis proprij. Et l.b.r.h. similiiter trahuntur sursum, & in capite earum protrahit per obliquū quedā virgula tenuis, quæ vocatur lancea. Et quando si jungitur in prima linea, cum utraque trahitur sursum, & iungitur simul.

Dictiones, quæ recipiunt certam formam scribendi abbreviatē, sunt sequentes, Episcopus, seruus seruorum, dicens. salut. & Apoſto. benedictio. ec. Presbyter per omnes obliquos. Item nomina ciuitatum vel dicens. vt Bononien. Argentin. Tolafsen. Rauennat. Vrbinat. Cesenat. Venet. Metropoli. magister Apost. a. um. Septemb. Octobr. Nouē. Decemb. per obliquos, vt nostra nostrum, ipse per omnes calus Ierlitan, & derquatinarus Apostolorum Papæ, &c.

Et in dara, datę Id. Non. Calēd. reliqua autē nomina datæ, scribūtur per extēsum, quedā data habet quatuor partes, & sunt, Dat. Rom. apud S. Petru. Ann. Incarnat dominicæ M. V. III. & hæc pars etiam in alio loco literarum, quam in data, debet scribi coniunctim, ac si esset una dictio. Idus Octobris. Pontific. nostri anno II. Et tota data potest diuidi in duas lineas, dummodo singulæ ex quatuor partibus sint integræ, in vnā linea.

In literis Apoſto. hodie non scribuntur diphthongi, licet olim in aliquibus antiquissimis literis inueniantur scriptæ, quod voluit Pius 2. fuscitare, & stylum abbreviare & reformare, quæ in multis scripturis. & locutionibus, præcipue in literis gratiæ, non videtur multis satis latinus, cum fuerit compositus temporibus, quibus candor lingue latiniæ maximè deperierat.

Hodie non dicitur secundum, vt olim tempore Specu. sed pridie Non. numerus non debet scribi per literas significantes numerum, sed extēsē, nisi in nomine Pontificum, vt tertio, quarto Idus Inn. Papæ III. Eugenij Papæ V. sic de reliquis, & vide ad hoc regulam Cancellariae.

Itē nota, q; literæ de iustitia, cū concedi soleant absque supplicatione, vt enī not. in c. porrecta. de cōfir. vt. vel inutil. & c. ad hoc. de refir. nec nūc, nec olim fuerunt registratæ, cū non sint tam gravis præiudicij vt gratiose, & vt faciliꝝ expediatur,

Quidā Nte-
 ra de insi-
 tia concedā
 tur sine fu-
 plicatione, p
 salta, nī
 impetrātur
 contra Re-
 ges, & vel
 principes
 aut ma-
 gnos duces,
 vide infra
 fol. 8. ver.
 contra rea-
 ges.

& celerius.arg.c.accedens, de crim.fal,&q; forma
earum est penè eadem, cum innitatur iuri & non
voluntati gratiosæ Papæ. Item ut paratur expen-
sis, cū conceditur nisi mera iustitia.c.vt litigantes.
cū si.& q; olim nō registraretur, vide in cōcl. Bel.

Anno bisextili scribitur primo, sexto Kalend.
Februar,& 2.6. Item hodie in literis Apostol. non
ponitur indicatio.

Et in iudicibus, etiam in corpore rescripti, vbi
pomen proprium imponitur debent scribi duo
puncta. In cōquestibus, & ea quæ de bonis, & lite-
ris religiosorum, quibus denegantur alimenta, li-
tera post salutem debet esse maiuscula & vacua,
in significavit verò, & sua nobis, post iter arreptū,
& alijs rescriptis, debet esse plena & magna.

Literæ Apost. non debent linearicū atramēto,
sēu incausto, vel plūbo, alijs sunt falsæ. Quod rela-
tiū, nunquā scribitur abbreviatè: nec titulus vnu-
quam ponitur per n, sed per m, vt cōmissio sancte,
non sanctis. Et nota, q; Papa appellat venerab. fra-
tres Archiepiscopū Patriarchā, & Episcopū. Cete-
ros autē dilect. fil. Et in conclusione dicit Archiepiscopis, Patriarchis, & Episcopis fraternitati tuæ,
alijs verò discretioni. Et quando scribit Episcopo
& alteri, dicit discretioni vestra, etiam si sunt duo
Episcopi cū tertio nō Episcopo. Clausula verò, Tu
frater Episcope, non est in vñu hodie. Cardin. autē
dicit, circūpectioni tuæ, vide c. olim, de priuileg.
& c.ad Aposto.de re iudi. Electum autem ad Epi-
scopatum, vel cui est prouisum per sedē Apost. an-
te consecrationem appellat Papa, Dilect. fil. Et ipsi
electo nō cōmittūtur causa, nisi sit, cōfirmatus, vel
sit ei prouisum per sedē Apost. cū talis prouisio ha-
beat vim electionis & cōfirmationis. vt not. in c.i.
de elect. lib. 6. & ponit Archid. in c. illis, de prē-
ben. eod. lib. & Anton. de But. in c. in literis, de re-
sti. spol. & Bellamer in dec. & Oldrad. consil. 194.

Verbum, Ecclesiæ, solet poni in salutatione in
omnibus habentibus dignitatem secularem, præ-
terquam Archidiacono Bononien.

Canonicō solo scribitur sic, Dilecto filio H. de
Caponibus, canonicō Parm. in Canonicō regulari
ponitur Eccl. Inuocatio verò, seu nomen Eccl. ca-
thedralis, nunquā ponitur: non enim dicit Eccl.
S. Laurentij Perusien. vel sancti Petri Bononiens.
vel sanctorum Crucis, & Eulaliae Barchinonen. vi-
de ad hoc gl. in c. quamuis. de præbend. lib. 6.

In cōquestibus, & ea quæ de bonis, & simili-
bus, litera post salutem debet esse aliquantulum
magna & vacua, hoc modo. C. fallit in sua nobis,
quia litera S, debet esse magna, & plena etiam in
significavit, & querelam, &c.

In post iter arreptum, debet esse plena.

In salutatione nō ponitur ordo, nisi in canonicis
regularibꝫ eccl. Cathedrali ordinis S. Augustini,
quibus cōmittūtur causæ cū præfata expressione,
vide lo. Canf. in c. quoniā. de offi. deleg. Vicarius &
officialis semper ponitur inter iudices vltimo lo-
co, & scribitur eiſ sic, Dilect. fil. vicario vener. fratri
postri Episcopi Bonon. in spiritualibus generali. Et
officiali, sic. Dilect. fil. official. Lugdun. Et hodie de
stylo in Italia, Vngaria, Dalmatia, Epyro, sive Al-

bania, Sclavonia, & Cypro, & Creta, & partibus
Orientalibꝫ. Item in Sicilia, & Sardinia, & Corsica,
dicitur vicarius. Sed vlt̄ montes Alpīos, hoc est,
in Galliis, Polonia, Germania, Anglia, Hispania,
Hybernia, & trans mare in Africa, dicitur officia-
lis, & si aliter inuenientur literæ Apostol, esset
error, vel falsitas, facit ad hunc stylū, quod not. per
Ioan. Andr. in addi. Spec. in rub. de offi. vica. & La-
pus in quædam alleg. & Ioan. de Lign. in alia.

Prioribus scribitur sic, si sunt monasterij. Dilect.
fil. Priori, p priorē soliti gubernari. S. Annae Barchi
nonen. Prioriverò prioratus S. Pauli Barchinen,
ptionibus indicum.

Priori secularis & collegiatæ eccles. sic. Dilect.
fil. Priori secularis & collegiatæ eccles. S. Ioan. de
Perpiniano Eluen. diœcesis.

Et nota, q; quando scribitur Priori monasterij,
Decano, vel Præposito, semper dicitur per priorē,
per decanum, per præpositum soliti gubernari,
vide ad hoc nota. in Cle. & si principalis.

Et hæc omnia exemplis apparebunt, ex quibus
cuilibet ingenioso facile erit colligere regulas
stylī, quare subiungemus nonnulla.

Car. episcopo. Venera. fratri Rodorico episco-
po Portu.

Presbytero Card. dilecto filio nostro Iuliano. tt.
sancti Petri ad vincula presbytero Cardinali.

Diacono Cardinali. Dilect. filio nostro Raphaeli
sancti Georgijad velum aureū diacondi Cardinali.

Quando scribitur Cardinali 12. Apostolorum,
non ponitur tt.

Legato Card. Dilect. fil. Angelo. tt. S. Crucis Ie-
rusalem presbytero Card. in ciuitate nostra Bononi-
en. Apostol. sedis legato. Patriar. archiepiscopo,
episcopo, Venera. fratri Patriarch. Alexandrino.
Venera. fratri archiepiscopo Neapolitan. Venera.
fratri episcopo Bononien.

Duobus vel tribus archiepiscopis, vel episcopis.
Venerab. fratri. Rauennat. & Mediolan. ac Pisan.
archiepiscopis, Venerab. fratri Illerden. & Valen-
tin. ac Barchionem. episcopis.

Duobus archiepiscopis, & uno episcopo. Vener.
Narb. & Arelatē archiepiscopis, ac episc. Marsil.

Vni archiepiscopo & duobus episcopis. Venera.
fratri archiepiscopo. Capuan. & Puteolā. ac Suef-
fan. episcopis,

Duobus episcopis in aliena ciuitate vel diœcesi
existētibus, Venerab. fratribus P. Vrgelen. & Ge-
runden. in ciuitate Barchinonen. resident.

Episcopo & duobus eiusdem eccles. Canonicis.
Venerab. fratri. episcopo Illerden. & Dil. fil. Franc.
And. ac. P. An. Canonicis ecclesiæ Illerden.

Electo in episcopum. Dil. fi. Thomæ electo Basile.

Archipresbytero & Canonicō maioris, & Præ-
posito collegiatæ. Dil. fil. archipresbytero maioris,
Quando mandatur confirmari, vel infirmari sententia lata super crimine, vel alias committitur, semper ponitur in conclusione, in his quæ pœnâ sanguinis non contingunt. Vide not. in c. in archiepiscopatu. de rap. & in c. f. ne cler. vel monach. lib. 6. & c. lententiam sanguinis. eod. tit. in antiquis. alias non valeret commissio, nisi ex certa scientia. Vide Ant. de Butr. in c. quæ in ecclesiistarum. de const. Item quando impetrantur literæ pro Canoniceis Alemaniae, vel Beguinibus, vel confraternitatibus, aut Iesuatis seu aliis piis Collegiis vel congregationibus non approbat. Ponitur in fine ante datam, per hoc autem dictarum Canonistarum statutum non intendimus in aliquo approbare, vel dictam confraternitatem non intendimus, &c. pro quo stylo facit tex. in c. indemnitatibus. de ele. li. 6. & in cle. accedentes. §. illas. de statu monach.

Item nota, quod appellato, nisi post terminum octo mensium, non dantur literæ in illa causa appellationis, & sic de stylo practicatur hodie. c. obliqua. Vide Rot. in antiquis tit. de rescr. & conf. 204. tamē olim non dabantur literæ appellatio, nisi confirmatoria. vt per Collect. in c. significantibus. de noui operis nunciatione.

Et nota, quod si pars appetet à tarditate vel negligientia iudicis, in expeditione causa solet dici, quod anno & amplius iam elapsi, in dicta causa procedere non curat loco & tempore congruis requisitus, alias, nisi sit lapsus annus, non solent dati, nisi iudex expressè denegaret iustitiæ ministrare, quia tunc non diceretur aliquid de anno. Vide Io. And. in c. dilecto. de appell. & Abb. in c. ex parte. eo. tit. & in c. proposuisti. de foro compet. & gl. c. 2. de appell. lib. 6. & c. nullus. de iure patr. & in auth. vt differen. iudic. & c. ad aures. de simon. & Bar. in k. Titia cum nuberet Caio Scio. ff. de leg. & Bal. in l. f. §. illud. de temp. appell. Et formam quaterni iustitiæ primum. in tit. de iudi. tenen. diu causam in suspen. & Spec. tit. de appellatione, qui interpretatur illam primam formam, quando non est commissa causa appellationis, quia tunc habet remedium desertionis. In ordinario autem non dicitur aliquid de anno secundum stylum, sed dicitur diutius tenuit causam in suspensiō, & tunc dantur tres menses ad expendiendum, juxtam prædictam formam primam.

Item dantur literæ in quibus conceditur adiunctus, propter suspcionem iudicium ab aduersario impetratorum, & si nondum est ad litis contestationem processum, vt in tertia & quarta forma supra alleg. tit. de mandatis quæ fiunt iud. de quibus vide doct. in c. insinuante. de of. del. & c. causam quæ. eo. tit. & causam quæ. de iud. & Fed. in conf. Non autem ad solā allegationem suspicionis iudicis datur nouus iudex, cum habeat allegans remedium arbitrorum, vel collegarum: & multò minus quando recusat executor in forma dignum, vel alii huiusmodi qui non teneantur vocare partes, cum illi non possint recusat. Vide not. in c. cum venissent. de iud. per Ant. & c. nouit. & c. postremo. de app. & Rot. eo. tit. de concess. præb. in nouis.

Clausula, testes, non solet apponi in aliquibus rescriptis, que sequuntur.

S Vper usuris, quando impetratur cōtra clericos Statū, vel clericos & laicos simul, & nec in causis matrimonialibus, aut consanguinitatis, vel affinitatis, nec dotis accessoriæ, vide c. de prudētia. de dona. inter vir. & vxo. nec super manuum iniectione, contra clericum & laicum simul, vel cōtra clericum tantum, etiam si dicatur super aliis rebus injuriari conqueren. nec super crimine vel diffamatione eius, nec quando dicitur contra iuramentum super hoc præstitum temere veniendo. nec cū in literis dicitur extra tenorem priuilegiorum vel indulgentiarum, nec in literis postiteraruptum, nec cūm committitur causa iuxta priorum continentiam literarum, nec in literis preces & manda, & cūm olim, quæ dantur volentibus ingredi religionem, nec quando dicitur in appellationis causa huiusmodi, nec quando petitur obseruatio sententia deserta appellatione, vel quia transiuit in rem iudicatā, nec vbi compellitur ferre arbitrium arbitri, nec in literis super absolutione monachorum, nec quando dicitur de utroque processu, nec in literis super defectu natalium, nec quando petitur absolutio ab excommunicato, qui cōcordauit cum parte, nec in literis cūm secundum Apostolū, quæ dantur ordinibus non habentibus beneficia, nec in cruce signatis, & quando denunciatur excommunicatus, vide in quinterno titu. de excommunicantibus, alias in literis, cūm mandantur executori relaxatio sententia excommunicationis latet contra formā c. sacrosancta. de sent. exc. & c. reprehensibilis. de appell. sed in executoria eius bene datur, nec in literis si tibi, de quibus vide in quinterno tit. de recti. in integ. nec quando petitur confirmatio laudi, secus vbi petitur revocatio. vide in quinterno tit. de arbit. & compositi, nec vbi de obedientia agitur, vel vbi subiectio, vel visitatio denergatur, nec in literis contra indulta, nec in beneficio ad cuius collationem quis se per parentes literis obligauit: quia iam constat per literas, prout in multis superioribus, nec quando dicitur, prout in literis inde confessis, nec in literis quod excommunicarum clericum recipiat ad diuina, nec quando literæ bullantur cum serico, nec quando publicatis attestacionibus testes quandoque admittuntur & appellatur. Super iniuriis non est stylus firmus, quidam dederunt, alij non, propter verbum, iniuria, quod trahitur etiam ad crimen.

Et quando quæstio principalis est super crimine, aut aliqua materia, in qua non ponitur clausula, testes, si appellatio interponitur super grauamine per iudicē illato, non ponitur in rescripto clausula, testes, propter euuentum cognitionis causæ principalis. in c. vt debitus. de appell. faciunt not. per Old. conf. 320.

Clausula, legitimi impedimenti, & ex ratione est huiusmodi, de qua in quinterno, tit. de præsentationibus. Sed dictus A. legitimo, vt assertit, impedimento detenus, non sicut appellationem huiusmodi infrā tempus debitum prosecutus. Quare nobis humiliter supplicauit, vt lapsu dicti temporis non obstante sibi super hoc opportunè prouidere paterna diligentia curaremus. Quocirca, &c.

Sequuntur formæ conclusionum, quibus hodie vtitur Cancellaria in rescriptis meræ iustitiae. Nam in forma, humilibus aliquid gratiæ concedit Vicecancellarius, siue Cancellaria in administratione iustitiae circa commissionem iudicium de antiqua consuetudine, ne partes expectant signaturam, quam omnino haberent, vexarentur expensis & dispendio moræ, quod maximè debet eutari, tam in Rotta, quam in Cancellaria, vt in conclus.

Rot. 657.



Onclusio communis in conquestibus & querelis, & quomodo appellatur ab interlocutoria vel grauamine. Vocatis qui fuerint euocandi, & auditis hicinde presentis, quod iustum vel canonicum in matrimonialibus fuerit appellati reo decernas facien, quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. In causa spolij dicitur, & dicto tali, sicut iustum fuerit restituto.

Nota, quod in conquestibus contra vniuersitatem officialem, siue dominum alicuius terræ post verbum obseruari, dices prouisione in vniuersitatem prædictam, vel in terram dicti officialis, vel comitis excommunicationis vel interdicti sententiam proferas, nisi à nobis super hoc mandatum receperis speciale, nisi impetreretur super usuris, vel injectione manuum violentia in clericos, vel cause matrimoniali.

Appellatio ab ynica diffinitiuæ in causa matrimoniali. Mandan. quatenus de sententia huiusmodi legitime cognoscens, quod canonicum fuerit appellanti reo decernas facien, &c.

Appellatio à duabus diffinitiuæ non matrimonialibus in qua secunda confirmat primam. Mandantes quatenus in causa ultimæ appellationis huiusmodi legitime procedens, dictam posteriorē sententiam confirmare vel infirmare ap. reo. currevis, prout de iure fuerit faciendum.

Appellatio à secunda sententia confirmatoria prima, in causa matrimoniali. Mandan. quatenus de ultima sententia huiusmodi cognoscens legitime, quod canonicum fuerit appell. reo. decernas facien, &c.

Vbi sunt contrarie sententie diffinitiuæ, & appellatur ab ultima, etiam sint duæ consequenter latæ pro vno. Mandamus, &c. de utroque processu cognoscens, legitimè, illum ex eis quem ritè factū forre reperteris, authoritate postea appell. reo. approbes, rel. quo sicut iustum fuerit reprobato.

Vbi sunt contrarie sententie in causa matrimoniali. Mandan. quatenus de utroque processu cognoscens legitimè, quod canonicum fuerit appell. reo. &c. facien. &c.

Quando mortuo iudice qui cognoscet de causa, committitur aliis. Quocirca quatenus vocatis, qui fuerint euocandi, & causa ipsa in statu debito per vos resumpta illam ulterius audiatis, &

quod iustum fuerit app. reo. decernatis, facientes, quod decernetis, &c.

Commisso admissionis, cessionis bonorum, pro clero excommunicato, qui est paratus satisfacere quam primum peruererit ad pinguiorem fortunam.

Q Vocirca, &c. si est ita, vocatis creditoribus præquo tis, & aliis qui fuerint euocandi, receperaque per vos ab eodem cessione bonorum prædictorum, uecno idonea cautione. vt si ad pinguiorem fortunam peruererit, debita persolnet, sententiam prædictam relaxare procuretis, prout de iure fuerit faciendum, & vide ca. Odoardus. de foli. &c. peruenit. de fideiis. super monasterio graduato onere debitorum, vide formam in quinterno, tjt. de usuris.

Quomodo petitur obseruari sententia interlocutoria, à qua nulliter fuit appellatum, vel quia deserta fuit, & committitur eidem indicibus.

Q Vocirca, &c. vocatis, &c. si vobis de nullitate, siue desertione appellationis huiusmodi legitime constiterit, contra prædictum Ioan. ad veteriora procedatis, iuxta ipsam formam & continentiam literarum. Olim huiusmodi literæ etiam committebantur aliis sub forma, vt postquam cognovissent de nullitate vel desertione, remitteret causam prioribus iudicibus, vide not. in c. ad hæc, el primo. & c. ex ratione de appell. & de verbis continentiam, & tenorem in formam, & huiusmodi. vide not. in c. si cum. & c. si Apostolica de præb. lib. 6. & c. significante de appell. & c. quia V. de iudi. & in multis aliis iuribus.

Quomodo petitur obseruatio sententia diffinitiuæ & excommunicationis.

Q Vocirca, &c. si est ita, diffinitiuæ, sicut ritè ex communicationis sicut rationabiliter prolatæ sunt sententias huiusmodi faciatis authoritate nostra. vsq; ad satisfactionem cōdignam iniuiolabili obseruari, vide gl. & doct. in c. quoniam Abbas. de of del. & Spec. tit. de remissionibus.

Conclusio absolutionis ab excommunicato, qui est paratus satisfacere de consensu partis & parere iudicato, & literis.

Quocirca, &c. Mandan. quatenus si est ita, prædictum P, postquam literis ipsis legitimè paruerit cum effectu, & ad hoc dicti S. consensus expressus accesserit ad eadem sententia, & alijs censuris per eum occasione præmissarū incursis, hac vice dunataxat, authoritate nostra absoluatis in forma ecclesiæ consueta, & iniungatis ei pro modo culpe pœnitentiam salutarem, & alia quæ de iure fuerint iniungenda. Et si iniuriatus ex non rationabili causa reniteretur absolutioni, vide not. per Hostiens. in summa de pœnit.

Conclusio pro excommunicato ratione contumacia: qui est paratus parere.

Q Vocirca, &c. E. si hoc legitimè perierit, receperat prius ab eo cautione idonea super eo, quo excommunicatus habetur, ab excommunicationis

tionis sententia huiusmodi de ipsius domini consensu hac vice duntaxat absoluatis in forma ecclesiæ confusa, iniungatisque ei pro modo culpe penitentiam salutarem, & alia, &c. vide de his absolutionib. an sint pro contumacia, an pro offensa in c. qua fronte. de app. & c. ex parte. de ver. sig. el primo. & c. venerab. libus de sent. exc. li. 6. & gl. in c. ex literis. de of. deleg. & Spec. tit. de contuma. quando vero committitur absoluio super iniectione manuum, tunc ponitur præstatio iuramenti, quod deinceps talia non committet, &c. & idem fit in violatoribus ecclesiasticæ libertatis, & aliis huiusmodi. vide in c. ex timore. de sent. exc.

Obseruatio sententiaz, quæ per desertionem transiuit in rem iudicatam, cum taxatione expensarum Mandan. quatenus si, vocatis qui fuerint euocandi, vobis de desertione, appellationib. huiusmodi legitime constiterit, sententiam prædictam sicut ritè prolata est, faciatis authoritate nostra appell. reo. firmiter obseruari, & expensas prouida moderatione taxare curetis, & si taxationem ipsam per vos fieri contigerit, faciatis idem B. per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, de expensis ipsius debetam satisfactionem impendi. Iste stylus super vocationem, videtur consonare cum op. Bart. in l. 1. ff. nil noua. appell. pen. & Bald. in l. eos. C. de appell. Satis probat tex. in l. 2. vers. f. C. de tem. appell. & vide Canonistas recentiores in c. ex ratione. de appell. post Inn. Buttr. & Imol. in l. contrarium tenentes.

Quando excommunicatus petit absolutionem, & relaxationem interdicti.

Q Vocirca, &c. vocatis, qui fuerint euocandi, si vobis constiterit dictum B. eidem G. de præmissis satisfecisse, prædictum B. hac vice duntaxat autoritate nostra absoluatis, in formam, &c. Salutare & interdictum huiusmodi relaxetis.

Conclusio quando petitus obseruatio laudi sue arbitrij, & quo non fuit intra tempus debitum declaratum, nec acceptatum.

M Andamus, quatenus dictum arbitrium, sicut iuste larum est, faciatis per poenam in compromisso huiusmodi appositam autoritate nostra appell. reo. firmiter obseruari. vide docto. in c. quintauallis. de iurciur. & C. de arbit. l. pen.

Obseruatio sententie, que transiuit in rem iudic.

Q Vocirca, &c. vocatis dicto tali, & aliis qui fuerint euocandi, si vobis de re iudicata huiusmodi legitimè constiterit, sententiæ prædictam sicut ritè probata est faciatis, autoritate nostra firmiter obseruari. vide quæ habentur in c. ea quæ de re iud. Et hæc forma quo ad vocationem & citationem, consonat opinio gl. l. 2. de inoff. test. & Cyn. in lab. executore. C. quorum appo. non recip. de quo per Inn. in c. ex ratione. de appell. & c. cum super. de re iudi. & Bar. in l. diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudic. In causis autem matrimonialibus, quamvis quo ad aliquos effectus transeant in rem iudicatam, vt in c. dilectæ. & sua nobis. de appell. per docto. tamen cancellaria non solet dare executionem, siue obseruationem sub prædicta forma, sed quādo petitur, dat simpliciter clausulam, vocatis, &c. In sententia autem super separatione thori, bene datur obseruatio: liceo Io. And. & quidam alij doctor. videantur sentire in c. ex literis. de diuor. & c. lator. de sent. & re iud.

Si non obstante lapsu temporis committatur In- dicibus ut ad ulteriora procedant.

Q Vocirca, &c. Mandan. quatenus si quod de impedimento huiusmodi proponitur, veritate fulcitur, lapsu dicti temporis non obstat, &c. ulterius in causa ipsa, iuxta literarum prædictarum continentiam & tenorem, procedatis. & vide Spec. tit. de remis. & not. in c. si eum. de præb. lib. 6. & in c. exhibita. de iud. per Io. And.

His formis cancellaria vtitur hodie in rescriptis iustitiae, & in appellationib. quæ amuis clausula, vocatis, &c. sic communis & frequētissima in simplicibus cōquestibus, querelis, & quibusdam aliis rescriptis. Reliqua autem formæ rescriptorum simplicium, in quibus ponuntur clausulæ speciales in conclusionibus eorum, & in quibus non fit mētio de appellatione, possunt colligi ex quinterno cancellariæ, super quibus hodie nō est aliiquid immutatum, videlicet in materia arbitrorum iniectionis manuum, vsurarum matrimoniorum, indebitarū alienationum, neque in quibusdam aliis, sed seruat antiques stylus curiæ. Super reuocatoriis vero in causis appellationum non ponuntur hodie formæ quæ habentur in libro reuocatoriarum, & referruntur per Spec. tit. de appell. §. de officio. ver. vt autem, & in rub. de remis. sed plerunq; in illis exemplis Spec. ponitur clausula, vocatis, in conclusion. vel clausulis de quibus suprà. Prædicta autem clausula, vocatis, quæ, vt dixi, ponitur creberimè in simplicibus rescriptis, & in appellationibus à grauamine, vel interlocutoriis, ponitur etiam in causis sequentibus, quando pars reclamat laudo vel arbitrio: & quādo iudex vel pars post appellatione à grauamine vel interlocutoria procedit ad diffinitiuam, vel ad ulteriora temere attentando, vel quando processus vel sententia petitur nulla decerni, & quādo sunt laræ duæ interlocutoriæ contraria, nec tunc dicitur de vtraque, &c. Et quando iudex, qui nullam habet iurisdictionem, de facto processit, vel quādo remittitur causa per iudicem ad examen sedis Apostolicæ, vel ad curiam, quod idem est vt no. gl. in c. statutum. de præb. lib. 6. & in similibus ponitur dicta clausula vocatis.

Et quia diuersa est conclusio in appellationibus, & diffinitiua, & interlocutoria, ponentur aliquæ remissiones, ostendentes quæ dicuntur diffinitiua vel interlocutoriæ secundum doctrinas docto. & stylum, seu consuetudinem cancellariæ.

Impositio perpetui filiætij est diffinitiua. Vide Bal. post Spec. tit. de sent. prolata. Sententia lata super articulis iuris, est interlocutoria. no. Bald. in c. sua nobis. de app. & l. preses. de sent. & interloc. iud. C. Senten-

Sententia excommunicationis, suspensiōnis, vel interdicti, habetur pro interlocutoria, & ponitur de stylo clausula, vocatis, not. gl. 2. q. i. In summa, nec propriè debet appellari sententia, vide Arch. 18. dist. c. f. nec transit in rem iudicatam, quin posse semper agi per viam querelæ, ut not. in c. sacro. de sent. excom.

Confirmatio electionis absque contradicatore, non habetur pro sententia, & si fiat cum causa cognitione per controuersiam. Contradicatoria habetur pro diffinitiuæ, & ponitur clausula, in appellationis, &c. vide Hosti. & doct. in c. constitutis. el tertio. de appell. & Io. And. in c. avaritiae. de ele. li. 6. & vide decif. Aegid. de Bella mera. tit. de re iud.

Sententia qua approbatur fidei iudicatores, habetur pro interlocutoria, & ponitur clausula, vocatis, &c. Vide Lud. cons. 72. Præcepsum iudicis factum in confessum de soluendo absque termino ad respondendū quare nō debeat fieri præceptum, non est diffinitiuæ, vide Bar. in l. tñon fatetur. ff. de cōfes. vi de Ang. in l. si debitori. ff. de iud. Et an sententia qua pronuntiatum aliquæ esse absoluendū sit diffinitiuæ, vide dom. meum Alex. in l. i. ff. de iuris. om. iud.

Sententia quæ profertur in actione, quod metus causa, & similibus propter pœnā, vel restitutionē, habetur pro diffinitiuæ, & ponitur clausula in appellationis, &c. vide doct. in c. i. quod met. cauf. & Bar. in l. fine exceptione. § hec autem atio. ff. quod met. cauf. Pronunciatio quod aliquis sit, vel non sit legitimus procurator, vel tutor, & huiusmodi, habetur pro sententia interlocutoria, vide Bal. in l. 2. de episc. aud. & c. ex parte. de app.

Sententia super cessione bonorum habetur pro diffinitiuæ, & vide Dominos de Rot. in dubibus decif. & Aegid. decif. 199.

Sententia per quam pronuntiatum esse locum purgationi, habet vim diffinitiuæ, & ponitur clausula, vocatis, &c. sed per quam mandatur purgatio, est interlocutoria, & per quam diffinitiuæ aliquid, nisi se purgauerit, est diffinitiuæ, & ponitur clausula appellationis, &c. vide doct. in c. cum P. de purg. cano. & d. c. quod ad consultationem de re iud.

Sententia quæ pronuntiatum aliquando non audiendum si his contestetur, habetur pro diffinitiuæ, vide doct. in l. diffamati. de inge. & mand. C.

Sententia super nullitate, oblato super hoc libello, habetur pro diffinitiuæ, alias secus. vide doct. in l. quod iussit. de re iud. ff. & Bald. in l. i. de fer. & Rota in dubibus decif. 86. & 341.

Sententia quæ aliquis absoluitur a contentis in libello, vel ab obseruatione iudicij habetur pro interlocutoria habente vim diffinitiuæ; & ponitur clausula, vocatis, &c. vide doct. in l. Titia. de accus. & Bal. in l. 2. de episc. aud. & Ang. in conf.

Sententia quæ imponit alicui silentium ex lapsu dilatationis est interlocutoria, & datur clausula, vocatis, &c. vide Bal. in addi. Spec. de diffa.

Sententia super alimentis, nisi agatur incidenter, est diffinitiuæ. vide doct. in l. si quis a liberis. § si quis de lib. agn. ff.

Sententia super estimatione seu condemnatione eius habetur pro diffinitiuæ, vide in l. vinum. ff

cert. pet. ff. & Bald. in l. fidei commiss. lib. C.

Sententia super possessorio, lite contestata, in eo est diffinitiuæ, & ponitur clausula, in appellationis &c. vide Bald. in l. 2. de episc. aud. & vide doct. in l. quod iussit. de re iud. & c. consuluit. de offi. deleg.

Pronunciatio super compromittendo, vel non, est interlocutoria habens vim diffinitiuæ, vide Bal. in l. si quacunque præ. po. C.

Sententia quæ fertur super reuocatione attētatuæ habet vim diffinitiuæ, & in ea ponitur clausula, vocatis, &c. vide gl. in c. non solum. de appell. libr. 6. & Rot. decif. 80.

Reuocatio inhibitionis, vel inhibitoria, quæ fit per iudicem ad quem, est interlocutoria. Vide Feder. in cons. & doct. in c. cum teneamus. de appell.

Sententia super executione instrumenti, vel sententia est interlocutoria, vide Ang. in l. ab executo re. ff. de appell. & Bal. in l. ab executore, quorum apel. non recip.

Sententia super liquidatione instrumenti, vel sententia est interlocutoria, vide Bal. in l. fin. C. de sent. quæ sine cert. quantit.

Sententia super probatio admittenda, vel nō habetur pro interlocutoria, vide doct. in c. significatibus. de no. operis nunciat.

Sententia qua decernitur veniendum esse ad primum, vel secundum decretum, est interlocutoria. Bald. in l. per hanc. C. de temp. appell. & ipsa decreti impositio est etiam interlocutoria, vide Fed. in cons. & not. in c. i. de dilat.

Sententia super taxationem expensarum, vel expen. facta simul, vel cum principali diffinitiuæ, est diffinitiuæ seu pars eius, sed lata ante diffinitiuam est interlocutoria, vide Angel. in l. i. ff. de usuris.

Sententia super verbis priuilegiorum, lite super hoc contestata, est diffinitiuæ, alias est interlocutoria. vide doct. in c. olim. de priuili. & in c. veniens. de verb. signif.

Sententia, qua pronuntiatum appellationem esse desertam, est interlocutoria, & in ea ponuntur clausula, vocatis, quanvis habeat vim diffinitiuæ, vide Bald. in l. 2. de ep. audi. & decif. Rot. 2.

Sententia, qua pronuntiatum fuisse bene appellatum, vel laudatum, est diffinitiuæ, si pronuntietur male. appellatum, habetur pro diffinitiuæ respectu iudicis, & in ea ponuntur clausula, vocatis, &c. vide doct. in l. fin. C. commu. de leg. & Paul. de Cast. cōf. 26.

Sententia super potentia appellandi, habet vim diffinitiuæ, & in ea ponitur clausula, vocatis, &c. Vi de Bal. C. ne licet tertio prouo. & decif. Rot. 83.

Sententia, qua pronuntiatum esse probatum, vel nō, est interlocutoria. Bal. in l. ante. C. quorum app. non recip. Sententia super recusatione, est interlocutoria. vide Arch. in c. iudex. de offi. deleg. lib. 6.

Sententia quæ fertur super processu causæ, si agatur principali, de validitate, vel invaliditate eius, est diffinitiuæ, alias nō. vide Bal. in rub. de licet. ter. iud. & Colleci. in c. ad consultationem. de re iud.

Sententia, qua pronuntiatum instantiam esse permanentem, est interlocutoria. vide Bald. in l. fin. C. situat. vel curator mort. fuerit.

Sententia

Sententia super quibus cunque exceptionibus, est interlocutoria: & si committatur causa huiusmodi appellationis, ponitur clausula, vocatis, &c. vide c. fi. de appell. lib. 6. & gl. in c. fi. cod. tit. & Bald. in l. 2. de sent. ex peri. datio Apostolorum dicitur etiam interlocutoria, & publicatio attestacionum, & pronunciatio, quod testibus ad futuram memoriam examinatis credatur, vide Bald. in addi. Spec. cul. de appell. & in l. publicati. C. de testa. & in auth. fi quis. C. de testib.

Commissio examinationis testium facta alteri iudici, & declaratio super libello, sunt interlocutoria, vide Bal. in l. iudices. C. de fid. instr. & in l. edita. C. de eden. & pronunciatio, q. dos non sit liquida, idem in l. fi. C. de sent. quod sine cert. quanti profer.

Pronunciatio super incompetencia iudicis, est interlocutoria: vide gl. in auth. habita, ne fil. pro patre.

Sententia lata super appell. interlocutoria etiam est interlocutoria, & de stylo ponitur hodie clausula, vocatis: vide Bald. in auth. hodie. C. de iur. cal. & Bar. in conf.

Sententia per quam ponitur silentium accusatori, dicitur interlocutoria; in l. fi. de sent. ex peri. recip.

Deputatio loci, vel tribunalis, per iudicem, dicitur interlocutoria, vide Bal. in c. de prohi. feu. alie.

Sententia super ætate vel super inquisitione, est interlocutoria: vide Bald. in l. fi. C. si minor dixerit. & l. etiam C. de furt.

Quando iudex procedit ad ulteriora, reiectis tacite exceptionibus, est interlocutoria, & ponitur de stylo clausula, vocatis. vide Spec. tit. de appell.

Sententia qua pronunciatur super syndicatu, qua pronunciatur non esse probatum, & de restituendo in integrum, est interlocutoria. vide Bal. in l. cum iudex. C. de sent. & in addi. Spec. de syndico. & in l. fi. C. de sent. quod sine cert. quant.

Repulso presentati, non seruato ordine iudicatio in cognoscendo non dicitur diffinitiva sententia, sed potius decretum approbatorium vel admissionis, & idem dic in similibus pronunciationibus super admissione, vel non admissione ad aliquem magistratum, vel officium, & ponitur clausula, vocatis, &c. vide Inn. in c. constitutus de app. & Old. conf. 18. & l. hi qui. C. de appell. & ibi doct. maximè Gallicanos.

Si appellatur à spoliatione, seu priuatione proper non residentiam, ponitur clausula, vocatis docto. d. cle. non resid. & Oldr. conf. 19.

Et generaliter aduerte, quod omni casu quo proceditur super aliquo articulo oblato libello super eo & non incidenter, dicitur sententia diffinitiva, & ponitur clausula, in appellationis, &c. alijs in dubiis ponitur clausula, vocatis, &c. vide ad hoc Bart. in l. 1. §. fi. de prætor. stip.

Summa doctrinalis collecta ex formis antiquis Cancellerie, & iuribus, & dictis doctorum, ad quem debent vel posse appellari omisso medio vel gradatim.

AD Papam appellari potest omisso medio. ad Rom. cum aliis iuribus. Fallit quando delegatus Papæ, subdelegat causam alteri non in totum. c. super questionum. §. porrò. de offi. deleg. & c. si delegatus de of. deleg. lib. 6. & talis appellatio est nulla, quando fuit oppositum per patrem. vt per Atch. in c. si deleg. & in tali casu, si iudex subdelegatus deferret appellationi, deuolueretur ad Papam, nec posset delegatus reuocare, etiā si subdelegasset cum clausula, donec duxerit reuocandum. Lap. in d. c. si delegatus. & vide Rot. 3. vel antiquo tit. de ap. Si vero delegatus subdeleget in totum, tenetur appellare ad Papam, & non ad delegantem, vt d. §. porrò. Item in duob. vel plurib. delegatis à Papæ, si unus committit alteri, vel aliqui tertio etiam non in totum debet tunc appellari ad Papam, omisso medio. gl. in d. c. super questionum & si duo. de of. deleg. lib. 6. & doct. ibi. licet Rota tit. de of. deleg. in nouis, videtur dicere, quod possit, non quod non debeat. Alius casus est in c. si subdelegato. de of. deleg. lib. 6. Et à subdelegato, vel delegato alterius quam Papæ, potest appellari omisso delegante ad Papam. doct. in d. §. porrò. & in c. cum Bertoldus. in fi. & à delegato episcopi potest appellari ad legatum. vt in c. cum venissent. de eo qui mit. in pos. & doct. in c. dilecti. de appell. sed in subdelegato delegati ad vniuersitatē causarum fit differentia, an in totum, vel non, vt in c. dilecti, per doct. & c. cum causam, de appell. Et à delegato episcopi ad eius vicarium valet appellatio secundum Rota. sed non à vicario ad episcopū etiam si episcopus delegaret. c. 2. de conf. lib. 6. ab officiali foraneo sine vicario speciali appellari debet ad episcopum, non ad archiepiscopum: nisi appellatur ad Papam. vide doct. in c. 2. & clem. 2. de rescr. Et à delegato officialis foranei appellari debet ad eum, non ad episcopum. vide gl. in d. cle. à sententia delegati, à vicario episcopi vel prælati subditii episcopo, potest appellari ad episcopū vel vicarium eius, vel archiepiscopum, vel Papam. vide gloss. & doct. in dictis locis. & Rot. & à subdito episcopi ad vicarium eius, & ipsum episcopum vel Papā. Et si sunt duo delegati à sede Apostolica, & unus committit in totum vices suas, collega vero committit alteri sed non in totum, appellatur ab istis ad Papam: per regulam Spec. & Io. Andr. in add. tit. de app. q. qualiterque permisces delegatum & subdelegaram in totū cum subdelegatis in parte semper appellatur ad Papam: vt not. in d. §. si vero. Et si appellatur à prælato subdito alicui archidiacono, qui archidiaconus est subiectus episcopo, tūc poterit appellari ad episcopū omisso medio: nā archidiaconus nō facit tūc gradū cū episcopo, sed ambo cōcurrunt simul, ex eo q. episcopus est ordinarius torius dicē ad quē appellari potest, vt in c. Rom. §. 1. & n. q. de persona: poterit ergo appellari ad vtrūq; & idē in omni casu, vbi iuri. dictio media ta & immediata concurrunt simul: vt per doct. in c. dilecto. Et quod episcopus recusatur suspectus, & ipse delegat causam alteri, tūc à sententia talis delegati nō appellatur ad episcopū, sed ad archiepiscopū. gl. in c. si is cui. de of. del. li. 6. & vide doc. in c. si quis

si quis contra clericum, de fo. compet. Et quando proximus in gradu non est catholice, vel excommunicatus aut suspensus, tunc posset appellari omisso medio, d.c. si est cui & c. qui diligentia de elect. Ad legatum Papae in tota eius delegatione potest appellari omisso medio, ut fieret ad Papam. gl. in c. i. de of. deleg. & d.c. Romana. & Spec. & legatus debet committere causas iuxta formam c. statutum. etiam si sit delegatus natus. Vide in d.c. in decis Bellam. de of. deleg. Et quando archiepiscopus litigat contra subditum episcopi, & appellatur ad Papam. Io. Andt. in c. Romana. & Abb. in c. dilecti. de appe. Et quando episcopus litigat cum eius subdito, debet eligi arbitrii. 6. q.i. si clericus, & ab eis appellari debent ad Papam. gl. in c. ab arbitris. de of. deleg. lib. 6.

A sola citatione admittitur appellatio à cancellaria, si fiat narratio sub hac forma, Sua nobis, &c. falso referente D. preposito, &c. quod idem L. quafdam pecuniarum summas tūc expressas &c. idem prepositus eundem L. quem nullā jurisdictionem ordinariam, seu etiam delegatam habeat; ut infra certum tūc expressum terminum, sub certis etiam tūc expressis césuris, &c. querelis dicti C. responsurus coram eo compareret, citari fecit: vnde dictus L. sentiens, &c. appellavit, &c. vide Spec. tit. de citatione, & Paul. ibi, & Collect. in c. i. de dilat.

A grauamine vel sententia lata à iudice seculari, etiam extra terras ecclesiarum, contra clericum de facto admittitur appellatio, & datur clausula, votaris, &c.

Quando quis citatur ad locum non tutum, & appellatur, non dantur hodie literæ nisi dicatur iudicem requisitum noluisse alium assignare securum, de quo per doct. in c. ex parte. de appell. Et in hoc stylus cancellariae fuit varius, nisi vbi impetrans narrat locum notoriè fuisse non tutum, vide de his formam quinterni de iustitia vlt. in tit. de mand. quez s. iud. diu tenen. caus. in supe. & in tract. Martini de Ebulo. tit. de appell. & Anto de But. & I. in c. ex parte. & Ang. in quadā disput. Et Collect. qui refert hanc varietatem cancellariae. in c. accedens, vt lit. non contest. Et etiam ab auctoritate dilationis notoriè nimis breui admittitur appellatio, & dantur literæ, alias non, nisi dicatur iudicem fuisse requisitum de competenti dilatione, & illam denegasse. vide ad hoc doct. in c. i. de dilat. & Bart. in l. 2. de re iud.

Et nota etiam, quod super spolio beneficij, vel alterius rei prophaneæ, non solent dari literæ per cancell. nisi spoliatus dicat aliquid de proprietate, hoc est q. tale beneficium canonice tibi collatum affecutus, aliquandiu tenuit, &c. vel si esset res prophana, eam ad se spectare. vide Io. Ganfried. in c. in literis de restit. spol. qui meminit etiam huius styl. Et adverte, quod licet vbi est contrarietas doct. index eligado: vnam opinionem excusetur: tamen cancellaria non solet dare literas pro appellante vbi sunt contrarie opiniones, notabilium doct. an illud sit grauamen, vel non. ne Papa grauamen iustum fuisse, & alteram ex opinionibus approbare videatur, per no. per Abb. anti. & alios in c. Romana.

§. quod si obiiciatur de appellib. 6. & per recentiores in c. dilectus. el secundo, de rescr. & per infra no. & decis Bellam.

Nec solet multò fortius cancellaria concedere declarationes super casibus, in quibus celebres doctori diversa opinati sunt, & præfertim in sacramentalibus, vel concernentibus peccatum. vt not. per doct. Gallican. in c. vir. de secund. nupt. nisi per continuatam, & antiquam consuetudinem, & interpretationem cancellariae, fuisse vna ex illis opinib. acceptata, & firmata: vt in l. minime ff. de legi. & ad hoc Rot. de fil. presby. in nouis. & si de hoc non constat in dubiis, abstinet. Vide ad hoc Joan. Ganfr. in c. finem litibus, de dolo & contu. & alios doct. Gallic. & præfertim Io. de Censel. in c. accedens. vt lit. non contest. & Abb. anti. in c. consulti. de reg. facit gl. in cle. dum de sepult. & c. de uastanda. de cōces. p̄b. lib. 6. & not. in §. ff. instit. de satisf. tunc ergo stylus cancellariae fuit ius quomodo est tali antiquitate approbatu, de cuius contrario nō extat memoria hominum, & fuit continuè obseruatus. Secutus ergo quando stylus non est antiquus, nec constans & tenex, sed varius, & non firmatus; vt probatur in l. fi. C. quæ sit long. consue. & ibi per doct. Gallic. & Bald. in recollec. cum æquiparetur ibi stylus curia consuetudini antiquitus obseruat, & verbum antiquitus innuit, non extare memoriam hominum de contrario: vt no. gl. qui feudat. pos. in prin. & no. in c. ad audienciam. de reb. eccl. nō alie & facit l. fi. vbi haec tenus. C. de iniu. facit ad hoc q. no. Collect. in c. ex insinuatione. de rescr.

A monitione & mandato ex abrupto per iudicem factis, admittit cancellaria appellationem, & dat literas super ea, etiam si non dicatur fuisse requisitum iudicem de revocatione mandati, & hoc quando iudex non adiicit terminum ad implementum mandatum, apposuit tamen poenam: sed si non esset apposita poena per iudicem, vele esset apposita cum adiunctione termini, non darentur literæ super appellatione. Vide ad hoc doct. in c. cum sit. de appell. & Collect. in c. consuluit. eo. tit. & l. nn. in c. cum cessante.

Appellationem extrajudicialem à futuro grauamine, à iudice ex coniecturis inferendo. non admittit cancellaria: vt not. Collect. in c. de priore. de appell. Vide not. in c. cordi. eod. titul. libr. 6. & in c. bonæ. à parte autem admittitur. iuxta l. diffamari super iactatione. Vide Innoc. in c. causam. qui fil. In iudicio autem, an admittatur appellatio conditionalis à grauamine inferendo, vide not. in c. significauerunt. de test.

Si clericus qui traxit laicum coram iudice ecclesiastico, non afferat illum fuisse competentem ratione consuetudinis, aut quia causa forum ecclesiasticum cōcernebat, vel alias, & appetetur à sententia illius, negabatur olim literæ per cancellarium, attento malo inicio, & iniusta citatione. hodie dantur ratione tacite prorogationis, si illæ iudex erat ordinarius clerici. Vide ad hoc. episcopale. de epis. audi. & Collect. in c. dilecti. de appell.

Baptizatus fuit infans in domo per necessitatē, deinde in ecclesia iterum baptizatus solenniter,

præce

Præcedente catechismo, tenuerunt aliqui infantem in solenni baptismo, cùm dubitaretur, an esset contracta compaternitas saltem ratione catechismi in solenni baptismo facti, & peteretur super hoc declaratoria sub plumbo à cancellaria, videlicet, nullam compaternitatem fuisse cōtractam ab his qui in solenni baptismo infantem tenuerunt, sicut data per me de consilio peritissimi viri dñi Nicolai de Castello, & aliorum dominorum de Parco, accedente etiam consilio Reuerendi atque optimi patris, & consummatæ doctrinæ viri domini. Ioan. Andr. ep̄i Alexandrini, quamvis R.P.D. Fel. auditor Rotæ, vir plurimæ lectionis, & splendida ac opulentæ doctrinæ essent in contraria opinione dicens, propter prædictum catechismū, & alias solennitates in primo baptismo omissas, quæ postea retrotrahuntur, fuisse contractum compaternitatem, per not. in c. peruenit. cum gloss. 30. q. 1. & q. 4. si quis, & quia singuntur tunc fuisse facta, ad quod cap. sicut de confec. dist. 4. vide materiam, gloss. 68. dist. §. quod verò, & cap. 2. de Apostol. & Lap. in c. 2. de cog. sp̄i. lib. 6. & not. in d. c. peruenit; Nec defuit quidam ex doctoribus, qui diceret materia de contradictione compaternitatis propter catechismum non habere locū, quando consecutiū; & absque magno interuallo baptismus subsequitur catechismum cum eisdem compatribus, & commatibus, vt sit hodie in infantibus sed habuisse locum olim in adultis, qui veniebant ad baptismum postquam alio tempore prius fuerant catechumi cum aliis compatribus, & ita intelligebat præfatus doct. d. cap. peruenit. & facit pro eo. c. in catechismo. de confe. dist. 4. cū multis aliis. Facit tamen contra. d. c. si quis, quod loquitur in infante, hodie autem non solent esse diversi compates sive patrini in catechismo & baptismo, vt volebat iura antiqua. vide Host in summa, de hac materia. Quantum autem ad casum nostrum mihi visum fuit debere dari declaratoriam, maximè propter. d. c. in vers. præcedit, quod indicat ita demum contrahi compaternitatem, si procedat qd hic non fuit: quia longo post tempore secutū est. Et si dicatur, præcessit saltem istud secundum solenne, dico qd non præcessit baptismum verum: qd istud secundum baptismum, quamvis solenne, nihil fuit, cùm non debeat reiterari: vt C. ne sanct. bapt. reiter. & si replicetur, retrotrahitur. Etiā hoc non inuenio in iure, qd habeat locum retractio in hoc maximè cùm non sit necessaria, nūc post perfectum actum, qui actus non indiger illis administris nisi suo tempore fiant. Hic verò fuit tempore quo nō est necesse qd fiant, quia iam erat perfectus baptismus persua essentialia factus. cap. 1. de sacra. non iter. & de conf. dist. 4. in multis canonibus, facit etiam d. cap. 2. de apost. & illud quod recedit à tempore debito, recedit à forma. l. qui Ro. §. Augerius. l. bonorum. ff. rem rat. hab. ff. de accusa. tu. l. scire. §. consequens. fictio etiam non habeat locū, per not. per Bar. in l. si quis pro emptore. ff. de vñ. cùm extrema non sint habilia. & not. per gl. in l. si ego de neg. gest. faciupt etiam not. in c. non præstat. de re iud. lib. 6. & per Oldrad. 167. conf. præfer-

tim in spiritualibus, ad hoc. 35. q. 9. & not. per Arch. in c. 1. de voto. lib. 6.

Cùm quereretur de iniquitate arbitrii, qui arbitr̄ ter non solum declarauerat debitum esse, sed etiā adiecerat tēpus solutioni fiendæ, non fuerunt datæ literæ. Vide tex. in l. seruos. de mā. teit. & formā.

Si iudex secularis condemnet clericū in causa reali, dātur literæ per cācellariā super nullitatē, cōtra opinio. Galli. vide doct. in c. qualiter. de iud.

Cùm appellatum fuisse, quia iudex non compulerat syndicū vniuersitatis ad satisfandū de iudicato soluendo, fuerū negatæ literæ, vide doct. Inst. de satisd. §. sin autem, & formā.

Vbi in rescripto fit mentio de cessione, donatione, vel alienatione minoris, & huiusmodi, semper ponitur, quod prædicta sint facta ritè.

Cācellaria indistinctè cogit arbitratores ad laudandum seu arbitrandū postquā suscepit onus. Vide in quinterno iustitia. tit. de reuoc. cōpositio. & tit. de arb. nec sit differētia, an sit apposita poena vel nō, de quo in c. quītaullis, per doct. de iure iu.

Et notatur, quod literæ in forma, significavit, minus taxantur per cancellariā pro clericis, quām pro laicis: & ita debet fieri in aliis, arg. l. cum clericis. C. de epis. & clericis.

Citatio per edictum bene datur per cancellariam absque signatura in rescripto in forma, humilibus: sed absolutio ad cautelam in excommunicatione à iure non datur.

Cancellaria indistinctè dat relaxationem iuramenti super omni contractu, in quo quis narrat se enormiter fuisse lesum, propter præumptionem, dolii aduersarij & peccati, vel temeritatis iurantis, vbi est conscientia, aut si non sit conscientia, datur relaxatio, quia non videtur cogitatum de dolo etiam re ipsa per iurantem.

De verbo, curare aliqd fieri, qd ponitur semper in rescripto significavit, quid significat, vide Paul. in c. generali. de elect. lib. 6. & not. in c. hac constitutione. de offi. deleg. eo. lib. & de verbo, induce re. vide eo. ti. de elect. c. sciāt cūcti, de verbo autē, instigare & solicitare, vide Bal. Ang. & Ino. in l. qd ergo. §. pen. de leg. & de verbo, per omnia, vide in d. c. hac cōstitutione, qd nihil adaptabile excludit.

Etiā si fuerit iuratū per partes stare laudo, nihilominus super iniquitate eius & reductione, ad arbitriū boni viri dantur literæ per cancellariam, cum non obstantia juramenti. Vide in quinterno iustitia. tit. de arbitri. in 4. forma. & Specul. eo. tit. & Inn. & alios in c. quītaullis, & c. veniēs, de iure iur. sed cū ista redactio peteretur à cācellaria inter laicos & arbitrio laico, fuit dubitatum an possit dari, & fuit conclusum quod sic, cum sit videntum primò, an iuramentum de stando laudo laici, obliget iurantem in eo, quod prætendit iniquè vel nulliter, arbitratum, de quo non potest cognoscere, nisi iudex ecclæstasticus. Et fatis videtur hoc probari in d. c. veniens, & c. quītaullis, & vide ibi Anto. de Butr. in 34. & 37. col. Vnde est notādum, quod vbi compromissum est iuratū, ut communiter sunt, non poterit reduci ad arbitriū boni viri, donec sit declaratum per iudicem ecclæstasticū

inramentum non obstarere propter iniquitatem vel nullitatem laudi. Et vide eundem Anno. in c. cum sit, de foro competenti. s. col. & c. dilecto. de app. penalt. col. & in cap. si clericus. de foro compet. & Feder. in consil.

Imperabat rescriptum quidam Panormitanus clericus coniugatus, super hypotheca cuiusdam nauis consistentis Neapolii, contra quendam alium Panormitanum, & petebat iudices in ciuitate Neapolitana, fuerunt ei negati per l. i. s. si quis. de naui. ff. de vi, & vi armata.

Verbum, niti, verificatur quando aliquid tentatur fieri vel incipit fieri, vel est iam factum contra id, quod prohibitum fieri à lege vel ab homine, vt not. in c. ex eo. & c. certum. de re iud. lib. 6. & c. 2. de suppl. negl. præl. & c. cum contingat. de iure iur. & c. dudum. el secundo. de elec. & c. gratum. de post. præf. Oſius. de elec. c. dilecti. & c. gemma. de ſpon. c. i. & c. clericis. de immu. eccl. lib. 6. c. Ioan. de cler. coniug. & c. quia nonnulli. de cler. non reſiden. cum multis aliis quæ not. pro reſcriptis in forma, conqueſtus, in quibus cancellaria ſaſe vtiſtur hoc verbo, nicietur.

Et de verbo, nequiter, quo ſimiliter Cancellaria vtitur in reſcripto in forma, ſignificavit, pro occulis detentoribus, vide in c. ſedes. de reſcri. & c. à nobis, de Apoſta. & c. vt inquisitionis, de hæret. lib. 6. & l. deinde, de liber. exhib. & l. bouem. §. mortis, de edict. ff. cum aliis. Et quid ſit propriè nequitia, & vnde dicatur, vide beatum Auguſtinum in lib. de beata vita poſt Varroen. Ouidius ait,

Nequitas eſt, que te non finit eſſe ſenem.

De verbis, diognoficitur pertinere, & huiusmodi, vide not. in c. Cum venerabilis, & de priuile. & c. fi. de offi. ord. lib. 6. & c. quoniam, de immunit. eccl. lib. 6. & c. dilectis, de appell. & c. cōqueſtus, de for. cōpe. & c. cum dilecta. de reſcri. & c. fi. de pign. & multis aliis ubi interdū eſt verbū narratiū, interdū, diſpoſitiū, iuxta materiā in qua ponitur.

Et nota q̄ ſi aliquis impetrat literas iuſtitiæ, in quibus faciat mentionem q̄ obtinet duo incompatibilia: non ſufficit q̄ dicat illa ſe canonice obtinere, ſed eſt neceſſe de ſtylo, vt afferat ſe illa obtinere ex diſpenſatione Apoſto. quia illud verbum, canonice, eſt nimis prægnans, vt not. in c. dudum. el secundo. de elec. & c. ordinarij. §. certū. de offi. ordin. lib. 6. & c. cūm ſingula. de præb. lib. 6. & ſolet referti tantum ad potestatem conferentis, nō au- tem ad habilitatem recipientis, vt not. ibi per Spe- tit. de diſpen. §. videndum. verſi. ſed nunquid no- cet. & Paul. in c. non poſteſt. de præb. lib. 6. Et idem fit de ſtylo, q̄n aliquis impetrat reſcriptum ſuper aliquo, quod dicit ſe canonice, vel legitime obtinere, cuius commune refiſtit, neceſſe eſt eum ex- primere conſuetudinem, vel priuilegium, vel hu- iusmodi. vt in religiosis qui dicū ſe exemptos vel in reſto re qui dicit legitime pertinere ad ſe iuri- diſtionē in certis clericis, vel in ſimilibus, & niſi al- legetur priuilegiū vel conſuetudo, non dabuntur literæ etiam ſi velit vt ponatur in eis verbum, le- gitime vel canonice. Faciunt quæ habentur decif. Bell. dec. 6. & 17. & no. in c. licet. verb. ponat. & in

c. fi. de reſtit. ſpol. lib. 6. & c. i. de præſcrip. cod. lib. 8. decif. n. 6. eiusdem Bellameræ & per Oldr. cōſ. 16. & facit optimè quod not. Inno. in c. 2. de dilat.

Item aduerte, q̄ ſi pars petat reſcriptum in forma, querelam, vel conqueſtus, vel dilectus, & velit in eo facere mentionem de ſententia lata, vel ap- pellatione, vel aliquo actu iudiciali, non dantur ei literæ in dicta forma. Vide not. in cap. ex parte. de reſcri. ſed bene dantur in extrajudicialibus grau- minibus in dicta forma, vbi nor narratur appella- tum, vel aliquis actus iudicialis. Sed ſi narretur ap- pellatum, dantur tūc in forma, Sua nobis. Et idem fit in caſibus in q̄bus non obſtant. ſententijs potest veniri de nouo: nam tūc ſi petantur literæ cū na- ratione literarum vel litis præteritæ & iuſte cauſe impetrandi, dabuntur in forma, Sua nobis, & ita fit in matrimonialibus, faciunt ad hunc ſtylum not. in c. ex parte de reſtit. ſpol. & Bal. in l. Deo nobis, de epif. & cl. & Lapus videtur velle, quod valeat reſcriptū in matrimonialibus abſque mentione litis.

Soleſ Cancellaria, ſi impetrans reſcriptum hoc petat, committere cauſam nullitatis laudi, vel re- ductionis ad arbitrium boni viri diſiuncti: ūe in eo- dem reſcripto, pro quo ſtylo facit, dec. Rot.

Quando aliquis fuit præſens interemptioni ali- cuius, & petit declaratoriam ſuper irregularitate, inuenio fuſſe datū ſub hac forma, Et licet dictus L. in mortem eiusdem P. minimè aspirauerit, nec præceptum, cōſilium, auxiliū, cooperationē, vel cauſam predicitæ morti præſliterit, nec alias in ea culpabilis exiſtat, dubitat tñ, quia preeſbyter eſt ſe præmiſorum occaſione ſtatus, & fama, ac rerum ſuarū diſpēdiis affici, à ſuorumq; ordinum execu- tione repelli indebitē poſſe. Super quibus per nos oportunè ſibi prouideri humiliter ſupplicauit. Quocirca fraternitati tuae per Apoſtolica ſcripta mādamus, quatenus ſi vocatis, q̄ fuerint euocādi, & inqſita per te ſuper præmiſis diligētius veri- tate, rē repereris eſſe, put ſuperius enarratur, au- toritate noſtra nūcies prædictū preeſbyterum occa- ſione præmiſorū nullā incurriſſe irregulatatis, & inhabilitatis, aut infamię maculā, ſue notā, put iuxta caſus huiusmodi ſucceluum fuerit de iure faciendum. Et hec forma ita generalis eſt tutior, ſi cōcordat cū narratiua: nam materia irregularitatis in caſu muſtationis vel homicidij circa particu- laria, habet multā difficultatē in reſtē declarando propter non ſatis exactam theoricam doctoři in- hac materia, & difficultatem cognoscendi culpa, & cauſam, remoras, vel propinquas, ſeu cōſecuti- uas ad actū, ex quo contrahitūr irregularitas, ma- xiſmè cum poſſit contrahi ſine culpa. Quādo verò datur interactori, narratur hoc modo, Quād cū L. P. præfato C. vim inferente, ex qua niſi illam vi reſuſtet, mortis periculū ineuitabilitiſ incurrif- ſet id ē C. ſe defendēdo, & vim huiusmodi vi, cum moderamine tamē inculpatæ tutelæ, repellēdo, præfatum L. vulnerauit, vnde idem L. expirauit. Et licet idem C. minimè operā dederit rei illicita, ex qua dictus L. ad inferēdū eidē C. vim huiusmo- di impulſus, aut prouocatus furcit, nec alias quām, vt preeinititur, in eiusdem L. morte culpabilis ſit, tamē

quien dubitat, &c. Et haec formæ probantur per totum tit. de homic. & de cler. percus. & in c. quæsum. de peccat. & remis. cum aliis iuribus. Et de verbo repereris, vide dec. Rot. in antiquis. & Bel. lamer. & not. in c. dudum. de præsumpt. per doct.

Et pro accipiente ordinem sacrū antequam esset doli capax, & postea volente contrahere matrimonium, fuit dat. declaratoria per Cancellariā de consilio peritorum, & præsertim Dñi Alexandrii sub hac forma: Dilectus filius Augustin⁹, &c. proponi fecit coram nobis, q. alias eius genitor dū in humanis ageret, & certus prior desideran. eundem Augustinum ad sacros ordines promoueri ipsum Augustinum impuberem, & minimè doli capacem, & quid sacer ordo importaret insciū, & er cc. tum catholicū Antistitem ad subdiaconatus ordinem promoueri fecerunt. Et postmodum eodem eius genitore, vita functo, præfatus Aug. impubes, & super hoc melius informatus, ad continentiam se obligare nolens, super præmissis reclamauit, & priuquam ad pubertatē deuenit subdiaconatus ordinem huiusmodi ratum gratū habere, eoq. vti, ac ante pubertatē huiusmodi, & post continentiam, care nolle afferuit, prout etiam protestatus fuit. Quare pro parte eiusdem Augustini afferentis se postquā doli capax effectus fuit, & ad pubertatem peruenit, ordini subdiaconatus huiusmodi nunquam cōsensisse, nec eo vt voluisse, sed matrimonium contrahere, & patrem liberorum effici desiderare nobis fuit humiliiter supplicatum, ne famæ suæ dispendium patiatur, vt in præmissis ei opportune prouidere de benignitate sed. Apost. curaremus. Quocirca fraternitati tuæ per Apost. scripta man'amus, quatenus si inquisita per te super hoc diligenter veritate, rem ipsam inuenieris ita esse, prout superius enarratur, autoritate nostra denuncies dictum Aug. præmissorū occasione adseruandam continentiam nō teneri, alio non obstante canonico matrimonium huiusmodi contrahere liberè & licite posse, prout iuxta casus huiusmodi successum fuerit de iure faciendum. Vide doct. in c. i. de cl. per sal. promo. & Cald. in consil. & non ponitur clausula, vocatis, de stylo in similibus, non apparente aperto interesse alterius, nec existente materia judiciali, nec veniunt vocandi qui non possunt contradicere cū effectu. ff. de fidei. liber. Iergo. §. illud. de reg. iur. qui potest, vt probatur in noua & fi. forma, tit. de relig. in quinterno. Faciunt not. in c. dudum. de præsumpt. & de cætero. de re iud. & reor. tamen quod si quis vellit se plenè assecurare, non tantum quo ad famam & conscientiam, sed etiā quo ad bona & alia quæ possent concernere interesse vel præiudicium aliorum, ne in futurum molestaretur, ellet fienda quedam vocatio generalis eorum, quoruñ interesse posset: iuxta not. in c. fi. qui ma. ac. pos. & l. i. C. si minor. ab h̄er. se abstain. cum autoritate ibi posita. & ip. l. Titia. ff. de acc. & l. de ærate. de minor. & l. decem. de verb. obl. & l. admonendi, de iure iur. & c. fi. de elect. & c. exhibita. de iud. cum multis aliis. Nec credo sic ordinatum teneri ad dicendum officium, cū nō habeat executionem ordinis, alias

quam culpa sua, faciunt not. per gl. in cap. si tibi. de præb. lib. 6.

Pro eo autem, qui inuitus suscepit sacros ordines seu coactus, data fuit etiam declaratoria per Cancellariam sub hac forma: Dilectus filius N. quod olim eius genitor dum in humanis ageret, cupiens quod idem L. ad sacros ordines promoueretur, ipsum L. aliquem ex ordinibus huiusmodi suscipere renitentem, multis verberibus & minis, & alias iusto metu ab eo ad id coactum, & ad ordinem ipsum, ac continentiam obseruandam se nolentem obligare, per certū Antistitem ad subdiaconatus ordinem promoueri fecit, præfatusq. L. quamprimum, metu huiusmodi cessante, cōmodè potuit super hoc reclamauit, quare pro parte dicti L. afferentis se prædicti subdiaconatus ordini nūquam liberè consensisse, nec illum postea gratum, aut ratū habuisse, nec ad eum promoueri, aut eo vti vlo vñquam tempore voluisse nec velle, sed matrimonium contrahere & patrem effici liberorum desiderare, nobis fuit humiliiter supplicatum, ne famæ suæ dispendium patiatur, ei in præmissis opportune prouidere de benignitate sedis Apostolicae dignaremur. Quocirca, &c. vt suprà.

Et nota, q. testes, & perpetuam rei memoriam pro volente se defendere in futurum, dantur per Cancellariam sub hac forma: Dilecti filij Abbas & Cenuen. &c. nobis humiliiter supplicarunt, vt cum super concessione quarundam decimarum canonice eis facta, quas se à prima ipsius monasterij fundatione obtinere proponunt, aliqua nō apparet publica instrumenta, & super eisdē decimis moueri sibi timeat in posterum ab aliquibus quæstionem, ne per defectum probationum ius suum deperire contingat, prouidere super hoc eidem monasterio paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, &c. Testes quos idē Abbas, &c. super præmissis duxerint producendos, prudēter recipere, & diligenter examinare curetis, & ipsorum dicta redigi faciat in publica monumenta, denunciando illis quorum interest, vt huiusmodi testimoniū receptioni si velint, intersint, & super denūciatione sibi facta confici faciat publicum instrumentum. Vide de hac materia doct. in e. significavit, de test. & formam in tit. de test. & in quinterno iustitiae.

Forma autem pro testibus, de quorum morte, vel absentia timetur pro actore iuxta, c. quoniam frequenter, & c. cūm dilecti. de cōfir. vtil. vel inutil. dantur in hūc modum, Vene. frater noster. C. ep̄s, nobis humiliiter supplicauit, vt cum super Castro dioecesis ad mensam capitularem, & c. pertinēte, nonnulli testes existat de quorum morte vel diuturna absentia timeatur, & super eisdē castro & eius pertinen. cum illorum dētōribus quamprimum possit capiat judicialiter experiri, ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur, prouidere sibi super hoc de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igit̄ ar huiusmodi supplicationibus inclinati, &c. quatenus vocatis eisdē detentoribus, & aliis qui fuerint euocandenses, & valetudinarios, ac alios testes, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, quos idem ep̄s

super præmissis duxerit producendos, prudenter recipere & diligenter examinare curetis prout de iure fuerit faciendum. Testes autem praefatos si fe gratia, odio, &c.

Si remittatur causa ad examen sedis Apostolice per delegatum vel etiam ordinarium, & aliqua ex partibus vel i habere iudices super illa causa pertens ut committatur in partibus, dantur ei per Cancellariam indistincte, quāuis nō exprimatur causa remissionis. Et si à delegato fiat remissio, solitum fuit dici, quod causa in debito statu resumpta, ad vltiora procedat, iuxta priorem coiunctam literarum. Si vero ab ordinario, dicitur q. causa in statu debito reassumpta quod iustum fuerit: vt appareat in formis antiquis Mar. de Ebu. de qua remissione, vide not. in l. i. C. de relat. & in authen. in medio litis, non fieri sacras iussiones. Si vero, &c. prudentiam, de offi. deleg. & de offi. leg. licet & de testibus cum olim, & in c. intimasti. de appell. Ego autem ut tuus agerem & ne iudex, maxime ordinarius, temerè remitteret causas, & grauaret partes in expen. posui semper in huiusmodi rescriptis clausulas, vocatis, &c. quod iustum fuerit, nihil dicens de assumptione causæ, per not. in d. auth. & l. 3. de peda. iud. C. & l. 2. de legi. C. & c. cum æterni. dñe iud. & si dicetur pars consensu sibi, videtur tacere ex quo non appellauit tempore remissionis. Respondebitur, q. potuit esse, quod aliqua ex partibus, cuius interest non remitti, erat absens, & hec ignorabat, & etiam si non appellauit contradicit tamen & in actis potuit constare de contradictione eidenter. Et hic tuus videtur, ut committatur simpliciter quod iustum fuerit, & includetur iustitia, vel iniquitas remissionis, ante quam cognoscatur de causa principali. Faciunt not. per gl. & doct. Gallican. in d. licet. de offic. leg. quando verò de vtriusque partis consensu remitteretur, tunc haberet locum materia. c. vnici. de lit. contest. & veniret ponenda clausula, vocatis, &c. vide ad hanc materiam quandam dec. seu conclusionē Bellam.

Declaratoria super matrimonio contracto per vim, & publicæ honestatis iustitia. Dilecta in Christo, &c. Tua dioceſ. præponi facit coram nobis, q. olim ipsa cum Barant. laico dictæ dioceſ. matrimonium per verba de præsenti contraxit, & ad hoc coacta per vim, & metum, qui cadere poterant in constantem, copula tamen carnali inter eos minime subsecuta: postea verò dicta dilecta, vi & metu huiusmodi cessantibus, quam primum potuit contra huiusmodi matrimonium, in quo nutu, signo, vel facto nūquam consensit expreſſe reclamavit, & deinde cum Io. p. eiusdem B. fratre laico dictæ dioceſ. matrimonium per similia verba contraxit, illudque carnali copula consummavit, dubitat ramen se præmissorum occasione quominus cū præfato Io. in huiusmodi matrimonio licet remanere possit. Super quibus per nos sibi opportune prouideri humiliter supplicauit. Quocirca &c. vocatis &c. & inquisita per te super præmissis diligentius veritate, rē ipsam repereris ita esse prout superius enarratur, dictum primum matrimonium inter B. & D. præfatos contractū nullum, & secundum in-

ter eosdem Io. & D. contractum, alic canonico nō obstante, validum fuisse autoritate nostra denuncias, prout iuxta casus huiusmodi successum fuerit de iure faciendum, &c.

Declaratio super secundo genere affinitatis.

DIL. filius Ia. B. laicus, & dilect. fil. in Christo alia, eius in præsentiarum vxor, coniuges proponi fecerunt coram nobis, quod licet ipsi olim nullo eis canonico obstante impedimento matrimonium inter se per verba de præsenti contraxisserint, illudque carnali copula consummasset: quia tamen certa prima Iacobi vxor, & certus Maric prædictorum primus maritus dum viueret tertio consanguinitatis gradu inuicem coniuncti erant, dubitant prædicti coniuges indebet impediri, seu alias in eorum statu, & fama præmissorum occasione dispendiis affici, super quibus per nos opportunè eis prouideri humiliter supplicatar. Quocirca, &c. Si vocatis, qui fuerint euocandi, & inquisita per te super præmissis diligentius veritate, rē ipsam repereris ita esse prout superius enarratur, autoritate nostra nuncies matrimonium prædictum, alio non obstante canonico, validum fuisse, & esse, in illoq; eisdem coniuges licet remanere posse, prout iuxta casus huiusmodi successum fuerit, de iure faciendum. Dat.

Declaratoria super proponente seu voventi ingredi, & infra tempus excusante, non tamen voiente persenerante.

DIL. filius Crispinus clericus, &c. cùm nimisq; infirmitate fuisset mortis pauore concussum, si eum Deus ab huiusmodi infirmitate liberaret, domum aliquam fratrum ordinis minorum de obseruantia intrare velle, verbis affirmauit, & corporis per eum sanitatem resumpta, domum, &c. cum illo proposito, quod si aspiraret ordinis sustinere valeret, disciplinam profiteretur eiusdem, alioquin licet ipsi ad statum pristinum remeare. Quanquam simplicitate. ductus, propositum suum non fuerit protestatus, verum cum idem Crispinus propter iux complexionis debilitatem, præfati ordinis non valeat tolerare rigorem, ab eo, nulla facta professione, domum prædictam exiuit, ac habitu eiusdem ordinis dimisso ad seculum est reueritus, in illoq; sub timore Domini in statu clericali dies suos finire concupiscit: vnde nobis humiliter supplicauit, ut prouidere sibi super hoc paterna diligentia dignaremur. Quocirca, &c. mandamus quatenus nisi præfatus Crispinus expreſſe vel tacite professus fuerit, seu alias eidēter appareat, quod absoluē viram mutaret, seu perpetuō in religione Domino seruire voluerit, denuncias eundem Crispin. propter præmissa ad regularem obseruantiam non teneri, prout de iure fuerit faciendum.

Et nota, quod rescriptū in forma, ea quæ de bonis, non extenditur ad futura, vt per Ioan. Ganfr.

in c. ad hoc de rescr. & in dicta forma possunt trahi plures, quam quatuor, ut per Ioā. And. in c. cūm in multis. & Collect. in c. sedes. de rescr.

Cancellaria nō dat literas appellanti propterea, quod impetrans non habeat speciale mandatum. Vide Arch. 81. dist. Maximianus, & Collect. in cap. nonnulli. de rescr.

Committeñs vices suas, in totum commississe videtur; vt not. in c. super quæstionum. de offi. deleg. & in c. si duo, eod. tit. lib. 6. tamen Cancellaria non admittit, nisi exprimatur, quod iudex totaliter vices suas commiserit, qui stylus tam olim tempore Collect. obseruabatur, vt ipse not. in d. c. super quæstionum.

Et nota, quod vbi Canonicus impetrat pro iudice canonicatum, vel vbi alias causa suspicionis in rescripto aperitur, vel est nota, ut quia impetratur filius, vel pater pro iudice, &c. Cancellaria nō solet concedere literas ut not. per Collect. in cap. cum P. de offic. delegat. in i. tamen casu vidi concedi, cūm non sic faciliter recusatetur canonicus, sēp̄ satis facit magis parti aduersa quām aliis nec est suspicio valde vrgens, nisi allegetur in partibus, & interea subic̄ expensas impetrans quas perdet si legitimè recusatetur iudex. Ad quod faciunt not. per Ioan. And. in addi. Specul. tit. de testib. §. 1. & in c. accedens, vt lite non contest. el. i. & c. postremo de appell.

Si petatur rescriptum contra hæredē eius, aduersus quem est interpretatum rescriptum, Cancellaria solet dare literas; quamvis regulariter nō solet dare, vbi iudex, corā quo causa penderit, posset de iure communi facere id, quod pars in rescripto petit. ad quod l. vnicā. de thesauris. dicit tamē Collect. in c. q. a. in causis, quod si imperato rescripto appetetur, & pédente appellatione moriatur impetrans, non dantur literæ per Cancellariam, etiam vniuersali successori ablique signatura Papæ. Vide ad hoc not. in c. significante. de appell. & de rescr. significauit, & in c. quia V.

Clericus in Cancellaria reputatur potētior laico. Collect. in c. i. de alien. mu. iud. cau. fac. Vide ad hoc quæ not. in tit. de censi. in quinterno iustitiæ, & Rot. in no. 13.

Cancellaria nō dat literas captionis super debito ciuili. Vide ad hoc in c. ex rescripto. de iure iur. & ita negati etiam, allegata cōsuetudine, nec per signaturam conceditur, nisi forte in debito camerali seu fiscali,

Super appellatione alternatiua, vel ad sedem Apostolicam dantur literæ per Cancellariam, & videtur tunc ponenda clausula, vocatis, &c. nō autem in appell. causa, nisi iudex deferret quo ad appellationem ad sedem. Faciunt not. per Collect. in c. si duobus, de appellat. & c. dilecti per alios.

Victori appellanti propter expensas, datur literæ. Vide Specul. de appell. §. in quibus. & Collect. in c. si duobus.

Hodie non seruatur tanta seueritas in Cancellaria ut olim, videlicet, quod non detur vnicum rescriptum super pluribus grauaminibus, ne vno tāq̄ expresso delegatus nequeat de aliis cognoscere.

re. Ideo narrantur plura grauamina, & datur super omnibus vnicum rescriptum, & vide his Paul. de Eleaza, in clem. appellanti. & Collect. in c. bonę, de appell. & not. in c. cūm olim de offi. deleg.

Et nota, quod quando sententia fertur lata cōtra impenetrantem rescriptum, solet de stylo dici, in rescripto appellationis, sententiam promulgavit iniquam, quamvis iniquitas sit tantum re ipsa & non iuxta acta. Dicit tamen Ioan. Ganfredi. in c. vt debitus, de appell. stylum Cancellariæ habere, quod vbi proceditur per viam extraordinariā, puta inquisitionis, ille contra quem fertur sententia si appellat, exprimit causam, vt puta, si reus fuerit absolutus, dicit actor, licet pro parte dicti talis intentionis sua probata fuisset, & similia. Et si reus condemnatur, dicitur, cūm nihil contra dictum tales legitime probatum fuisset. Faciunt ad hoc notat. per Innocen. in cap. constitutis. el. 3. cap. de appell. Et ita seruamus hodie in narratione super processu delegatorum, in priuationibus, & similibus.

Cancellaria non dat literas super compositio- ne, vel arbitrio rectoris, nisi autoritas ordinarij interuenierit si agatur de iuribus ecclesiæ. Vide in forma quinterni. tit. de arbi, & collect. in c. ex multiplici, de dec.

Nec etiam dat confirmationem sententiæ latè coram ecclesiastico, traçō laico à clericō, nisi dicatur de expressa prorogatione, vel allegetur cōsuetudo, aut sit casus concernens forum ecclesiasticum. Vide ad hoc Collect. in c. ad petitionem, de accusat.

Iudæus percutiens clericum, non incidit in canonem. Vide Hostien. in summa de Iudæ. sed protest per ecclesiam alias puniri. Et ideo in rescripto super manum iniectione ponitur clausula, vocatis, &c. Nec etiam absolvitur à iuramento secundum ritum suum præstito, nec relaxatur ei si fuerit enormiter lœsus. Sed tunc vidi poni in literis, quod non obstat iuramento per dictum Iudeū in dicto contractu, iuxta ritum suum præstito, admittat eum ad effectum agendi, vel restituat in integrum, &c. Et hoc vbi alias Papa in causa Iudei, alias quam ratione iuramenti Iudaici esset iudex, nam si non esset Iudeus Papa, quia non ageretur super contractu usurario, vel alias forum ecclesiasticum concernebat, licet per Iudeum iuramento vallato non legi vñquam, nec audiui à Cancellaria, fuisse concessas literas, nec ego dedi, nisi inter Iudeos terrarum ecclesiæ. Quid autem de cathecumino, an injiciens manus in eum incidat in canonem, vide Arch. de conséc. dist. i. eos. Et vide Collect. in c. postulasti, de Iudæ. & ad prædicta faciunt not. per Bellame. in quodam cōferebti consilio fundata super materia. c. gaudemus. de dinort. & vide etiam Durandum theologum.

Si sententia fuerit lata in curia, & dati executores & appetetur ab eis in casu à iure permisso, Cancellaria non solet dare literas; quia semper posset sic appellari, & nunquam efficiunt litiū. Vide Collect. ad hoc in cap. significantibus, de noui oper. nunc.

Soler Cancellaria date rescriptum in forma, significauit, pro omnirestitutione secretō fienda, seu satisfactione super quacunque iniuria illata, etiam infamia verbalis facti, vel scripturæ, de quibus in c. quod dicam. 14. q. 4. & in toto. tit. ad legē aquil. ff. & l. i. §. iniuriām. & 5. q. i. quidam, & l. item. §. i. ait prætor. de iniur. & 6. q. i. ex merito, & c. dete- riores, & 6. q. i. sunt plurimi. Et hoc quod not. gl. in cap. si quis contistatus. 90. dist. & text. 45. dist. qui emendat, & c. de occidēdis. 22. q. 5. & in multis alius iuribus. Et datur prædictum reſcriptum pro dam- nis, ratione iniuriæ patri pro filio in potestate, & viro, vel ſponſo pro vxore, aut ſponſa, non autem econtra. Et danq̄ hæredi propter dama na illata, defuncto, vel cadaueri, aut exp̄fas, ad quod inſtit. de iniur. §. patitur. & l. 2. de iniuriis. & l. i. §. fed & ſi forte, & faciunt not. in c. olim. de iniur. & cap. i. e. o. tit.

Si ramen iniuriatus retineretur recipere satis- fationem rationabilem, & moderatā, vide Holst. in ſumma de poenit. Pro iniuria facta clerico ſuo, non vidi dari literas epifcopo, nec formam anti- quam: ſed videtur poſſe dari, etiam ſi eſſet diſſi- mulata per clericū. Vide c. parrochianos, de ſent. excoim. & quæ habentur. ff. de iniur. & not. in c. ſi diligenti. de for. compet.

Reductio ad arbitrium boniviri, cōmittitur per Cancellariam ſuper laudo lato à clericō, etiā inter laicos. Et dantur iudices, prout in appellatione. Vide Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſociō. & in l. 2. C. vbi, & apud quem. & doct. in cap. quintauallis, & Ang. in dispu. duo inuicem.

Secundum reſcriptum dans formam ſuper pri- matō commiſſione cenſetur eſſe idem, ſed pinguus concl. Rom. 39. de Bella.

De conſuetudine Curiae, Cardinales poſſunt comiſſtere eorum auditorib⁹ obſeruationes ter- minorum, abſque ſpeciali mandato Papæ, vide Bella. concl. 43.

Signtura contra ius, non eſt confeſſa Vicecā- cellatio. Bellam. concl. 46. & 81.

Comiſſio de procedendo, omiſſo grauamitie, non tollit effectus grauaminis, vide concl. 53.

Ius quæſitum etiam ſuper ordinē iudicario in partibus non eſt auferendum per ſtylum Curiae. concl. 74.

Proceſſus extra Rot. de partibus modi cum va- lent, ibid. Expressa in gratia debent probari, tacita verò non. Vide concl. 76.

Citatus pro intereffe, & admissus, habetur pro principali. Vide concl. 95.

Lite pendente, poſſet acquiri nouum ius in po- ſefforio, & petitorio, vide conclusio. 102. & 449. & tit. de reſcr. in nouis.

Gratia, ante confectionem literarum, eſt infor- mis & ſic non habet propriè eſſe, vide conclu. 9. & eſt regula Cancellariæ.

Actus ſunt indiuiduorum, non generum, ibi.

In confirmatione requiritur exprefſio defectuū ſpecifica. 116.

Ius in re non poſſet ex pluribus cauſis quæri. concl. 222.

Verbum, ex certa ſcientia, non tollit expressam, ſurreptionem, concl. 158.

Rectoria, & viceria non poſſunt eſſe apud eun- dem. concl. 162.

Confefſio in beneficialibus, non valeret ad eſſe- cūm adiudicationis. concl. 183.

Ante acceptationem, gratia eſt cōditionalis, & acceptatio p̄aſumitur durare, & in ualida poſſet ratificari, & acceptatio dat ius ad rem. concl. 358. & non recipit conditionem neque diem. ibid.

Quæ veniunt contra ius commune, & ſunt ſe- cundum ius commune, non ſtrictè interpretatur. concl. 507.

Perinde valere, trahitur ad confirmationem. concluſ. 532. nec inducit nouam prouisionem. ibidem.

Aequitas eſt perficere gratiam, quæ caſu fuīt impedita perfici. concl. 544.

Non ſubintelliguntur tacita in gratia, quæ po- tuiffent principem mouere ad difficultius conce- dendum. ibid.

Condicio nunquam ſubintelligitur, quæ poſſet magis iuſtificare gratiā ſi neutrī, nec alia qualitas ex qua euitaretur ſurreptio. Et plenē ſunt narran- daꝝ reliquæ facti inutilis in gratia impetrāda. ibid.

Vicecancellarius dicitur minister Papaæ limita- tūs. concl. 556.

Per mandatum, de prouidendo, non cauſatur ius in re. concl. 563.

Nec titulus habiliſ de futuro cauſat ius in re. concl. 564.

Omnes cauſæ quæ ſunt de iuſtitia, poſſunt cō- mitti per Cancellariam. conclusio. dict. 2. conclus. 47.

Commissiones in curia latè ſunt interpretāda. concl. dict. 6.

Reſeruatio habet vim nouae prouisionis. concl. dict. 35.

Non p̄aſumitur Papam tollere ius ad rem, niſi per clauiſulas tollentes. d. 55. Et facilior eſt gratia de vacantiibus in Curia, quam extra. ibid.

Ad purificandum gratiam non eſt p̄aſiſtus terminus ab homine, nec à iure. concl. d. 63.

Expectans in forma pauperum, antē purificationem non habet ius ad rem. dict. 67.

Non vitiat gratiam illius taciturnitatis, quod ex narratis, & eorum forma principi debet eſſe no- tum. concl. d. 98. & in not. tit. de reſcr.

Sufficit tacita vel contenta narratio, aut incluſa, ſeu notoria exprefſio ad tollendam ſurreptionē, ibidem.

P̄aſumitur Papam non ignorare ſtylum, ſed gratiam fuīſe factam, iuxta ſtylum & regulas eius, ibidem.

Requiritur in impetratione, vt fiat mētio de iu- re competēti alteri, licet ſub cōditione, vel mo- do, quæ per impetrantem impediri poſſint. concl. d. 39.

Taciturnitas iuris, quod poſſet alteri compete- re niſi præueniretur per impetrantem, non indu- cit ſubreptionem. conf. d. 152.

Consultus à quodam amico ſuper regula Can- cellariæ,

cellariæ, de publicanda resignatione beneficij infra sex menses, &c. An resignans, q post terminum remanet in detentione beneficij & capit fructus, & ille in cuius fauore fuit resignatum, sicut tunc in foro conscientiae. Credidi, salvo saniori consilio quod, non posito primo constati, quod in veritate beneficii non vacet in casu d. regulæ, sed titulus sit penes eum in cuius fauore est facta resignatio, licet veniat resoluendus, & cassandus ipso iure in euētū quo resignans deceaserit in possessione, vel pprius detentione beneficij resignati. Nam proculdubio resignas nō est tutus, cūm mala fide capiat fructus beneficij, in quo nō habet amplius ius, q per resignationem, seu renunciationem amisit. c. post trālationē. §. rursus, de renunc. & c. dilecto, de præb. cum aliis iuribus, imò & possessionē dicti beneficij amisisse videtur, vt voluit Oldr. conf. 237. & per Rot. de renun. in nouis, nec nomine illius, in cuius fauorem est facta resignatio, non potest salua conscientia capere, quia literis non expeditis, eū qui de præb. lib. 6. ergo &c. Ille autem in cuius fauore est facta resignatio, etiam videtur esse in mala fide, siue capiat fructus, siue nō, nā vbi capit, aut capit absque literis, & sic peccat per supradicta, & teneatur restituere fructus, vel concordare de eis cum ordinario, vel camera. argum. capit. sacro. de sent. excom. &c. pastoralis, de appell. cum ibi not. aut non capit, quia nō vult infra terminum d. regulae expedire literas, siue publicare, cūm possit: sed vult resignantem capere fructus, quandiu vixerit aut ad aliquod tempus, & etiam peccat, quia non vult subire onus ad quod tenet per acceptationē beneficij, & permittit aliū, videlicet resonantem capere fructus, & deseruire beneficio, in quo certò licet deseruentem non habere ius, & etiam impedit per eius negligētiā, vel dolum, quominus aliquis tertius, qui expediret literas, ei publicaret & caperet possessionem, & deseruerit beneficio si illud habeat ar. no. in c. ex tuę. & c. ad audientiā. & ibi Abb. de cler. nō re. & no. in c. cōmissa. de elec. lib. 6. ad qfac. c. quod semel. de reg. iu. & in auth. de litig. §. omne. & C. de emen. Iustin. Cod. in fi. & quod not. Collec. in c. ad quæstiones. q. fi. de simo. & facit etiā tota materia de inobedientia legis positivæ fundatae in ratione naturali, diuina, vel morali, quod censeatur peccare. Ad quod vide Abb. in c. tua. de vñsur. & doct. in c. canonum.

Bona quę auferuntur damnato, non acquiruntur fisco de iure naturali, Bellam. conclus. 7. 144. & ita videtur quibusdā Theologis. Vnde cōsiderarunt nonnulli, quod non teneatut quis, quāvis condēnatus de criminē, propter quodveniant bona etiā ipso iure publicanda fisco, in foro conscientiae exhibere, & manifestare bona sua, sed possit illa celare, dūmodo absque scādalo id fiat. & hoc arg. not. per Inn. in quia plerique de immute ecclēs. & in c. sicut dignū de homi. in l. fi. C. cum de iure naturali, non perdatur dominium illorū absque vero cōsenso domini, propter crimen etiam non occultū ad quod l. nihil de reg. iur. & l. ambiguis. §. quatenus eod. tit. ff. & not. per Archid. in c. felicis. Bal. in

tit. de feu. & Bartol. in l. post cōtractū. Et per Abb. in ca. cūm non ab hominē, & doct. in aliis locis intelligentur in foro judiciali, non autem in foro conscientiae. Sed cogita, quia delinquēs tacite videtur consentire in pœnam committēdo delictū, & sic in amissione dominij, vt l. i. §. bestias. ff. de postulati. & ibi gl. in epistola. inter claras §. liquet. C. de summa Trinitate. & videtur text. in c. impares. ii. q. 3. Posset respondere, quod ille consensus nō est naturalis, nec proprius, aut verus sed fictus, & civilis, ideo non obligat in foro conscientiae, vbi non curatur de fictione in proprietate & presumptione. c. tua. de sponsa. c. literas. de restit. ipol. c. à nobis. de sent. excom. el. i. faciunt not. per Bal. in l. C. de sacrosanct. eccl. & ii. q. 3. c. sententia, sed tantum curatur in conscientia de verō interesse, sed in hoc casu fisici naturaliter non verē interest, cūm nihil ei absit in veritate propter delictū: nam nil de suo perdidit, nisi quod delinquens censemper eum, id est, principem, & legem contemptissime delinquendo, qui cōtemptus iam purgatur per penitentiam, nec quo ad Deum curadū est de pena exteriori extra id quod abest, vt dixi nec obligatur quis in foro conscientiae ad huiusmodi penas, nisi vbi sequitur scandalū in non parēdo principi vel legi, seu principis, sed ex iracundia, vel calore concupiscentiae, vel negligentia, vbi non censemper contēnere delinquēs, vt per Zab. in cle. eos. de sepul. & Collec. ad quæ faciunt not. per Io. And. in c. quānqā. de vñsur. & Calde. in proce. Decret. & Feder. in conf. & not. in cap. significasti. de homi. & in cap. fraternitatis. i. q. 2. & faciunt optimè not. per Card. in cle. pastoralis. vers. cāteruti.

Vbi Papa concedit gratiā per supplicationem vel alias, & expressè, vel tacite vult q. dicta gratia non valeat, nisi expediantur literæ: vtē effectu illius gratiæ literis non expeditis, non videtur tutus in foro cōscientiae. arg. not. in ca. plerique per Inn.

Cūm gratia prædicta dependeat tantum à sola voluntate Papæ & principis, quæ quidem voluntas potest per eum limitari per modum & conditionem, tacitam vel expressam, quātum sibi placet & potest ipse solennitatem & formas prout cilibuerit, ad perfectionem, & esse dictæ gratiæ apponere. Secus autem est in his, quæ de iure naturæ dependent à voluntate & consensu partium duocat, nō superioris, vel principis, vt est in contractibus, & vltimis voluntatibus, & huiusmodi, in quibus ex sola voluntate partium valent contractus; etiam si per principem & iura positiva adhiberi debeat certæ solennitatem. Et faciunt hæc ad quæstionem, quod quis salua conscientia non possit recipere, aut soluere pensionem super aliquo beneficio ecclesiastico assignatā, nisi literis expeditis, cūm consensus partium non possit operari vltra consensum Papæ, seu principis, qui quidem princeps in hoc casu vult tacitè, quod ad effectu perfectionis gratiæ literæ expediatur: hāc per signaturam censemper Papa facere gratiam iuxta stylum per cancellarium limitandum, seu declarandū. 80

illa est tacita voluntas sua, ut vult Bellam.conclu.
598.de quo per Oldr.cocl.226.& per Bal.in c.i.per
quos fiat ipse& Mil.in vers.gratia.& facit opini-
mè 20.regula cællariæ. Et sic necesse est, ut literæ
prædictæ conficiantur, & expediantur iuxta stylū
cancellariae, & dictis literis expeditis, tunc gratia.
dicitur habere esse suū,Bellam.conclus.110. & in
ea tunc ostenditur aperta mens principis, & expre-
sa, sed in dictis literis pensionis ponitur de mente
Papæ postquam dictæ literæ tibi præsentate fuerint
&c. ergo ante præsentationē, & multò minus ante
expeditionē non potest exigi vel solui pēsio. Cre-
do tamē quod in foro conscientiæ, si partes effent
certæ de expeditione literarū, quanquam nō pre-
sentarentur literæ, possent soluere vel exigere pē-
sionē, cum tacita voluntas principis non excludat
hunc casum, hoc est, quod velit necessario literas
presentari, & nō habere pro præsentatis, cum hæc
præsentatio sit inducta in fauorē partis soluentis,
& ne recipiantur pēsiones super beneficijs ecclæ-
siasticis ab ipsi assignatione superioris, & volūtate,
de qua voluntate si mibi aliter constat, quam per
præsentationem, quoad conscientiam videor esse
tutus, dummodo, ut dixi in veritate literæ sint ex-
pediæ. Et id ē videretur mihi esse dicendū in om-
ni casu, in quo esset de voluntate principis tacita
vel expressa, q̄ debet literæ expediti, q̄ ante ex-
peditionem, non posset quis vti eis absque pecca-
to. Et sic in omnibus commissionibus gratiōsis ha-
bentibus clausulam, vocatis, vel requirentibus in-
formationem, aut cogitationem vel huiusmodi,
ut est in dispēsatione super irregularitatē, & huius-
modi, qui requirunt aliquam præcognitionem de
jure, vel ex stylo, & sit ex mente Papæ. sec⁹ fortè in
dispēsationibus ad duo, & super defectu nataliū
& similibus in quibus non videtur esse de mēte Pa-
pæ expressa, vel tacita, q̄ dictæ literæ necessario ex-
pediātur, ad hoc, ut in foro cōscientiæ releuēt di-
spensatū, sed tantū ut nō suffragentur impetrā-
ribus absque expeditione: vt habetur in reg. cæcl.
de disp. Et verbum suffragari, nō videtur trahi ad
forum cōscientiæ, sed potius, ad cōtentiosum, cum
significet propriè aliiquid repulsiū & cōtrouer-
siale, arg. not. per Spec. de adult. in fi. & per docto.
in rub. de suffrag. C. Si ergo habenti supplicationē
signaram super dispensatione ad duo non mouea-
tur lis, neque obiiciatur de inhabilitate p aduerfa-
ri, neque detur ei de illa regula, videtur q̄ nō ex-
peditis literis possit illa tenere in foro conscientiæ,
cum mens Papæ, ut dixi fuerit grauare eum in
euēntū, quo moueretur ei cōtrouersia per aliquē
cuius interesset. Secus si absque cōtradicione pos-
sideret dicta duo, etiam literis nō expeditis. Et ita
vidi quosdam doctores, & vñ notabilem, & erudi-
tissimum prædicatorem tēnere, pro quorū opi-
nio. facit gl. in c. fraternitas. 12. q. 2. & not. per Bart.
in l. sequitur. §. viā. sed facit cōtra eorū opinionem
principiū dictæ regulae, & verba, temere, & facere
in dicta regula polita: quare cogita, quia magis de-
clinō pro nunc in partē quod non sit tutus in foro
conscientiæ, & sic quod teneatur ad fructus resti-

tuendos camerae, nullo existente contradicente
deducis alimentis suis necessariis, & si qua ver-
tit in utilitatem ecclesiæ, quam non dispensatus
possedit: quia nō habetur pro dispēsato, ex quo nō
expediuit literas per supradicta. Sin autē viue vo-
cis oraculo esset ei cōcessa gratia, vel q̄ sola signa-
tura sufficeret, tunc bene esset tutus vtiens gratia in
foro cōscientiæ, cūm appareat de voluntate cōce-
dētis nō curantis expeditionē literarū, & ita vide-
tur debere intelligi tex. & gl. in cle. dudum. super
verbode sepult. & gl. in c. institutionis. 25. q. 1. quod
gratia Papæ verbo solo facta valeat quād Papæ hoc
expres̄a vult, & ita quotidie practicatur in curia.
Postea dixit mihi quidā Theologus se credere, q̄
si mens principis volētis tacitē, quod super gratias
per eū factis expediantur literæ, & aliter non va-
leant, moueatur non propter intentionē vt melius
examinetur in expeditione, sed tantum vt ex illa
expeditione veniat ei lucrum, quod eo casu etiam
nō expeditis literis, ego possum vti gratia mihi cō-
cessa propter malam intentionem principis & ini-
quam: & si super hoc fecerit legē, esset iniqua ta-
lis lex: quia lex debet fieri ad utilitatem communē,
non autem propriam, & facit pro dicto suo quod
not. in cap. canonum. de const. & c. erit autē lex. 4.
dist. & 8. dist. que cōtra, & quia tunc excedit potes-
tatem constituentis, quo ad Dēū qui nō ligat nos
ad parentum in foro conscientiæ principiū iniuste
præcipienti, cūm non dederit ei potestatē, iniquā
legē condendi, ad quod c. qui resistit. II. q. 3. & si is
qui. §. Sed nolo intrare pro nunc hanc materiam,
quia difficilis, & in dubiis constat esse parentum
principi, & præsumendum quod ad bonum finem
fecerit legē ex quo aperte non est contra decalo-
gum, vel bonos mores, per not. in c. 2. de maior. &
obed. & in d. c. canonum. & II. q. 3. nō semper. c. Iu-
lian. & c. Imperatores, cum aliis iuribus. Et si est
incommoda lex soluentis taxā, non est mirū, quia,
ut ait Liuius, nulla lex satis commoda omnibus es-
se potest. Licer ergo interdum incommoda sit lex
singulis secundū quid est, tamen commoda in cō-
muni, & ex alio respectu cōmodissima. Et satis be-
ne nobiscū ageretur si huiusmodi pecunia distri-
bueretur in eos vñs, ad quos destinatē sūt, q̄ vñs
est commodissimus R eipublicæ Christianæ. In illo
autē semper dubitauī, ap̄ conserue esse veram opini-
o. Innoc. & sequaciū. in d. c. quia plerique, quod
vbiunque est tradita aliqua solēnitatis per iura po-
sitiua seruanda in cōtractibus & inualidantia cō-
tractum, si non seruētur, puta in alienationibus re-
rum ecclesiasticarum, & minorū, quod nihilominus si dictæ alienationes fiant alias legitimè, sed nō
seruata forma prædicta, quod emens, & vendens
sint tuti in foro conscientiæ: nā videtur eos nō es-
se tutos, cūm nō sint domini rerum emptarū abs-
que solēnitate, & sic possideant illa emptores ma-
la fide. Item quia continuē stant in peccato deti-
nendo rem emptā contra voluntatem, & præcep-
tum superioris, qui potuit in huiusmodi rebus
pertinentibus ad curam suam apponere legem,
quam ei libuit; & cura sacrorum & spiritualium
pertinet

pertinet ad eū, & per consequens bonorū pertinētū ad rē spiritualē, vel sacrā, & sunt in continuo contēptū superioris, ergo in peccato. p not. in d.c.2. & c.a. canonum. cum aliis iuribus, maximē cū sit de mente doct. & præsertū Bal. in c. si quis per triginta. si de veri. §. contra. quōd quando lex aliquid prohibet fieri propter aliquod valde equū & bonū publicum, & contra illud fiat, ligat in foro conscientiæ. & facit etiam ad hoc quod ipse notat in extrauag. ad reprimendā, loquens de Mace doniano & Velleiano & facit etiam optimē quōd sint in peccato not. per Abb. in c. sacris. cū ibi not. de his quę vi met. ve cau. fiu. Quare cogita, & quo ad materiā pensionum, credo etiam quōd si literę non præsentarētur, nisi post duos, aut tres annos post assignationem, nihilominus deberent solui pēsiones integrē pro tempore præterito etiam in foro conscientiæ, quanquam nūc fuerint expeditæ, cū illa cōditio postquam tibi prædictæ literę præsentata fuerint, &c. nō suspenderit obligatiōnem, sed solutionem & exactionem: vt in illo qui promittit & assignat ex nunc 10. mēstrua super talī fundo suo, quę tamē non vult soluere donec merces suas vēdiderit, vel postquam cōditoris præsentanter eīliteras salui cōductus: & alii huiusmodi exēptis, quod nota ad practicam. ad quod l.his verbis. C. quānd. dies leg. & quia fuit apposita dies seu conditio gratia pensionarij. ap quod. l. si ita. §. pegasus. de leg. 2. Ad materiā contractū qui soluitur & violatur per mortem alicuius, & Cāthalonia appellatur violarium: quia facilē perit, vt violæ, an si tūcūtum, vide quę not. Collec. in c.a. i. de emp. & ven. vbi dicit. sed nunquid licet alicui emere redditus ad vitam suā, ita quōd salua conscientia possit retinere? Dicēdum quōd si verisimile est quōd emptor debeat recipere redditus magno tempore, & vltra communem valorem, vt cum homo iuuenis emit magnum redditum, hoc casu, quia est verisimile, quōd satis vltra viuet, totū id quod receperit vltra pecuniam quam dedit sana conscientia retinere non potest, quia quodammodo visura est in c. nauigati. de vtur. & facit quia ratio ne incertitudinis licita est cōuentio, quę alias es- set illicita. C. de vſur. si ea. nec obstant iura quę videtur simpliciter velle, quōd liceat ad vitā emere propter incertitudinē, quod dicēdum est verum esse, dum tamen data fuerit pecunia secundū probabile modūm contrahendi. Et ita refert Ie deter minatū fuisse. hēc Cyn. in d.l. si ea, vide quę colliguntur infrā c. ad nostram. per quę fraude, vſurā cessante, aliud videretur posse dici. hēc Collec. & vide Anch. & Io. de Anan. post Innoc. in c. in ciuitate, qui tenent esse licitū, quod Roder. negat si redditu emantur ad vitā emptoris, propter votum captandę mortis, quo cessante nō esset peccatum. Et venditione violarij, vide vnam bo. Cy. in l. si pa ter 2. C. de inoffi. testa. Et an appellatione, vſusfructus, veniant pensiones violariorum, allegari posset l. sancimus. C. de dona. vbi videtur proprietas non vſusfructus. Et videtur quōd si violariū quod emerā ad villam delegauero cōditori mēo, quōd soluens pensionem teneat illam p̄f̄stare quādū

creditor viuat, nec morte mea finiatur, sed cōditoris. vide not. in l. si vſusfructus. ff. de noua. per doct. Gallican.

Refert Ioann. Ganfre. in c. ad nostram. de empt. & ven. se vidisse dubitari in cancellaria, quōd cū quidam emissem quādam possessiones apposito pācto, quōd vēditor asportādo pretiū, posset post certos annos illas possessiones recuperare, & vēditio nem rescindere. Dom. Feder. de Senis iuuabat, & defendebat contractū non esse vſurarium: sed alij tenebant contrariū, & ita dicit fuisse obtentū con gregatis doctoribus, cū apposita fuerit conditio contra naturam, contractus proper quod dīcebatur non esse recurrendum ad cōiecturas. Vi de ibi, er eum, & aduerte, quia non loquitur in pacto, dīcō reuertendo.

Stante consuetudine, quōd ecclesia habet lectū qui cum funere ad ecclesiā portatur, rector vult permuttere ius lecti huiusmodi cum uno pādio, quod perpetuo ad ecclesiam pertineat, nunquid possit. Feder. arguit quōd non possit fieri: quia si monia esset, tamē ius decimale, permutteri potest, quod est spirituale cū re temporali. de rer. permut. cum vniuersorum. Ipse tamē solus hoc nō posset alienare. de reb. eccles. non alie. ca. i. lib. 6. cum simili. non enim omnia quę sunt ratione sepulturæ sunt facta spiritualia. vt not. 13. q. 2. clericī, vide Collec. inc. relatum. de sepult.

Duo tractauerunt de beneficiis permutterādis ad inuicem, & data fide promiserunt procurare dīctē permutationem per superiorē, vel illos quorū interest, an possit alter p̄cūnitēre? & si alter inster qui est paratus impletē ex parte sua an posset alius cōpelli adimplēdū. Et videtur quōd nō, cū talibus debeat cessare omnis pāctio, & cōuenitio de pacis. c. f. & not. in c. cū pridē. cū simi. &c. Feder. de Senis no. contrariū: quia isti non simpli citer pacisuntur, sed promittunt inuicē dare opērā & curare, vt hēc permutterio veniat ad effectū per debita media, videlicet per superiorē, vel illos, qui eā admittere, & quorū autoritate perfici potest quod de iure non videtur prohibitū de rest. spol. c. ex parte. & c. venerabiles. de confir. vt. vel inutil. & facit quod not. de rescrīp. ad audientiā. in gloss. & de p̄rab. significatiū. cū fidei datio ex quipollat iuramento, quod quidē iuramentū debet seruari, nisi vergat. &c. vnde postquam ipsa partes adiuicē promiserūt ad curāndū, videtur quātūm in se est cōditionaliter cōsentire, habitu consensus superioris, à quo nō possunt resilire, nisi fecerint quod in se est respectū habēdē voluntatis à superiorē, & procurādi, vt cōditio eneniat ad quam procuratiōnē sunt obligati, nō cōditionaliter, sed purē, quę promissio procuratiōnis in hoc casu nō videtur prohibita per supradicta. Et ideo post hēc promissiōnē, nō est iam amplius in facultate alterius resilire, sed superioris admittere, vel nō. Vide ad hoc Collec. in c. cū olim. de rer. permū. Nihilominus cū olim fuisse petitę literę à cācellaria super hac promissiōne, de curāndo. & dando operā contra partem quam penituerat, fuisse ne gate. Credo propter fundamētāl. Hōst. Io. And. in c. quāstūm

quæsitum de rer. perm. & dicit Inn. in ca. inter de præb. quod permutantes habent ius in beneficiis permutatis statim q[uod] superior autoritatē interpolavit. & vide Fed. q. 27. & Abb. in d. c. inter. vnde nō tantum habet regressum permutans ad beneficium suum alio nolente permutare, sed etiam videtur q[uod] possit nolentem permutare, seu resignare ex causa permutationis compellere. Sed dictum Innoc. intelligitur vbi sunt admissæ hinc inde resignationes, licet non sit facta traditio possessionis, & vide ad hoc Fed. cons. 159. & omnino ad hanc materiam multis decis. Rot. tit. de renunc. in antiquis. & de rer. perm. & quandam regulam cancellariæ ad hoc.

Parochiani habent nominare rectorem Capitulo, & Capitulum vnu de nominatis habet præsentare episcopo, quidam expectat ad præsentationē vel collationem Capituli, nunquid tale beneficium cadat in gratiam? Dicit Collec. in ca. cum dilectus. deitrepatri. quod audierit multos dicere quod sic, cu[m] tale beneficium videatur esse de patronatu. Quare, &c. de præb. c. & illis. in fin. & quia nominatio habet vim præsentationis, nec ius tribuit, c. nobis. tit. de iure patro. de elect. cum ter. a. sed vbi Capitulum non haberet præsentare de nominatis, credidit Collect. bene habere locū. Sec. in casu nostro non est libera potestas præsentatio[n]i penes Capitulum, & sic non dicitur solidè patrotus. Quare, &c. de rest. spol. Pisanis & cu[m] illis. in fi. præjudicaretur parochianis, quibus Papa præjudicare non intendit, nisi exprimat. c. quamuis & d. c. cu[m] in illis.

Inter duos nominatos, de quorū anteriori nominatione nō constat, quis alteri debeat preferri, vide Oldrad. cōf. 218. Quod pensiones, quæ cōstituuntur & assignantur hodie super fructū beneficiorū, non sunt beneficia, neque habent effectū eorum, nisi in casibus expressis, videatur probari ex definitione beneficij, & requisitis ad illud, de quo per Old. in quodā confil. & Anto. in reg. i. de reg. iur.

Et inter cetera est necessaria perpetuitas, vt in c. pastoralis. 7. q. i. in gl. in ca. vnico, de capel. mo. li. 6. quæ quidē cessat in his pensionibus, cum extinguntur lapsi tempore quo imposita sunt, vel p[er] obitum recipiētis. Facit etiam definitio Matth. de monte Lau. in clem. i. de sup. neg. præl. & gl. q. i. in summa. Item quia huiusmodi pensionem recipientes possunt illas remittere ad tempus, vel in perpetuum, vel illis renunciare absque autoritate superiorum: nec tunc impetrantur, nec vacant, sed extinguuntur tanquam debitum pecuniarium per remissionem, nec requirunt residentiam, nec habent nomen tituli, nec illas recipientes habent vocem, vel stallum in choro beneficiorum. Itē in regulis antiquis cancellariæ ponuntur ut diuersa in expectationis, nec examinantur per cancellariam. hi quibus p[ro]ficio assignatur, vt solet fieri in titulatis. Sit tamen assignaretur aliqua pars fructus alicuius beneficij pinguis, nō ad particulare cōmodum vniuersi, sed ad hoc vt deinceps esset beneficium Ecclesiast. cu[m] diectum, fortē pensio vel portio, tunc bene esset beneficium, vt in c. si cōquerente. de cler. nō resid. & c. ex diligenti. de sumo. & 16. q. 6. illud. & q. 5. possessioni. 2. q. 3. clerici. & c. si episcop[us], & vide ad hoc

not. in clem. si Romanus, de præb. & in c. postulati. & c. ad audientiam de ref[er]rip. & clem. 2. de vita & honest. cleri. & c. quamuis. de præb. lib. 6. ad hoc Rabat, in c. constitutis. de relig. domi. & Auto. de Butr. & Bal. in d. c. ad audientiam. & not. per Caſten. & Pont. in cōſ. & Rot. in antiquis. cito. de reſcript. Et forma literarum satis ostēdit non deberi pro beneficiis, cu[m] plerūque fundentur, ne resignantes nimū dispendiū patientur, & sic exonerantur à titulo, & per cōſequens ab onere. Recipiunt tamen partem fructū quasi tanquam laici qui possunt recipere pro alimentis & victu vel statu decenter tenēd. & not. 23. q. fi. tributū. & 18. q. 2. Eleuterius. & c. quāto. de iure patron. & l. cōmodis. ff. de re iud. & l. stipendia. C. de execu. rei iud. Faciūt h[ab]et ad materiam, an pensio faciat incompatibile sub eodē teſto cu[m] beneficio, & an recipiēs pensio[n]ē non intitulatam, prout sunt hodie, tenēatur dicere officium, vel interesse processionibus huiusmodi. Et ex his potest etiam determinari, an huiusmodi pensiones modernæ possunt redimi.

Deregno Scotiæ seu rege dubitatur, an sit verus rex: vt per gloss. 32. q. 2. & per Brixien. in reperto. super vers. Rex. & appellatur regulus à gl. in cap. venerabilem. de elect. & videatur olim fuisse subiecius regi Anglia, vt patet in chronicis, & præferit in historia, qua dicitur mappa mundi. & not. in cle. i. magistris. & de eo fit mentio in c. cū dilectus. de fid. instru. & cap. sane. de temp. ordin. & non vnguerit, vt patet in provinciali ecclesiæ Romanæ. Ista inter alia adduxi coram Reuerendissimo domino meo vicecancellario, contra oratores præfati regis, contendentes de prælatione, cum oratoribus Ferdinandi regis Siciliæ siue Apuliax.

An per affectionem secundi beneficij sub eodē teſto, vacat ipso iure primū. Vidi cōcludi, quod non, per not. in c. literas. de conceſ. præb. sed habe re locū in materia monitionis, de qua in c. referēte, & c. prætereā, de præb. vide doct. in cap. quia nō nulli. & c. fin. de cleri. nō residen. tamen cācelaria expedit literas tanquam pro vacante, & vide Rot. in antiquis. & latè Milum in repertorio.

Beneficium residentis in curia non promoti infra annum dicitur vacare in curia secundum Coll. in c. ecclesia. de sortileg.

Præstissime doctor, cupit scire humanitas vestrā perstrictissime, & resolutissime à tenuitate nostra, quid mihi videatur de gratiis per literas apostolicas cōcessis, per quas cōmittitur cōstitutio & assignatio p[ro]fisionis in partibus, an expirauerint, seu extinctæ fuerint per mortē Papæ concedētis illas reintegra. Respōdeo videri mihi nō expirare, i.e. extinctas esse, cu[m] teneā pro constanti, quod vbi alicui quamvis tertio, est quæsumus ius in re, vel ad rem, aut saltē officiū iudicis imploratio per literas apostolicas gratiolas, siue gratiæ sint puræ, siue in diē, siue conditionales, tales gratiæ non extinguitur per obitum concedētis, nec executorū iuridictio, seu potestas finitur. Et propterea idē credo in literis priuationis in forma iuris, cu[m] prouisione alteri fienda; & in literis in forma digni & vniōni in literis accedens super dispensation. ex defectu natalium

natalium: & fermè in omnibus quæ hodie emanat à cancellaria. Et sit ratio, quia in omnibus his gratia est iam facta nō fienda, quauis non executa, cum quæsum sit ius in re, vel ad rem, vel saltem ius implorandi officium iudicis, seu executoris. Hoc credo per not. in c. si cui nulla. de præb. & ca. si super gratia. de offi. de leg. li. 6. quāuis gl. & quidam doct. fortè nō satis practici, aut parū aduertētes ad stylum cancellariæ modernū, & illius temporis exēplificent mandata de prouidendo dici gratias fiendas, & non factas. Cūm fiendæ sint, vbi ius non est quæsum alicui modis prædictis, sed est concessa facultas. Sed potestas ad contemplationē seu favorem tertij, esse voluntarium ministrū, siue mādatariū gratiæ fiendæ illi tertio, vt puta, si Papa intelligēs aliquem scholarē studuisse in aliquo studio longo tempore, & esse sufficiēt ad gradum doctoratus, contemplationē seu fauore illius scholaris det alicui personæ facultatem siue potestatem doctorandi illū, non tamen mādet, vt requisitus, id faciat, seu facere tenetur: nā intrali vel simili casu expiraret gratia per obitū cōcedentis re integrā, cū non sit propriè mandatū nec aliquod ius quæsum illi doctorando, nec etiā ipsi cōmissario, cuius contemplationē, seu fauore non fuit data ei à Papa prædicta facultas, seu potestas doctorandi illū. Et verbū, mandatum, ibi in §. secus. capitulū pro committitur, seu facultas datur, vt declaratur in prime. d. §. & etiā verbū seu fauore, declarat nō esse propriè factā gratiā illi doctorando. Et ita eset in similibus casibus si hodie Papa illo modo antiquo scriberet, & ita resoluo me in hac malè exemplificata, & ideo intricata materia dictorū capitulorū, visis omnibus scribentibus supereis. & Oldr. in cons. & decif. Rot. in nouis, quæ videtur facere differentiā inter mandatū de prouidendo de beneficio vacante, aut vacaturo, nō quoad duratio- nē gratiæ, sed quoad durationē potestatis execu- toris, vt in vacaturo nonduret, nec quando com- mittitur causæ cognitio vnā cum gratia. Et bene valeat præstantia vestra. Et vide Bellam. in quodā consilio, qui videtur dicere consona prædictis.

secundum. de hæret. lib.6. vbi bona condēnat de hæresi, sita in territorio dominorum temporalium eis applicantur , nec distinguuntur an damnati de hæresi essent laici vel clerici. Videtur tamen quod Ioan. And. in cle. nolentes. de hæret. sentiat quod c. cum secundum, intelligatur in laicis de hæresi damnatis, non autem in clericis: sentiens ibi super vers. Ecclesiarū , quod bona clericorū propria fisco Ecclesiæ applicarētur, nec distinguit mobilia ab immobilibus. Idem tenet gl. quæ habetur pro singulare, in c. quia diuersitatem. de concess. præb. & pro hoc facit text. in c. excommunicamus. §. i. de hæret. licet Ioan. And. in d. cle. nolentes. in vers. applicare. velit quod d.c. excommunicamus. §. i. loquatur de bonis ecclesiæ, sicut clem. nolentes. quod protectō est violare tex. qui exprefse dicit clericorum bona. Præterea docto. in d. cle. scribentes, dicunt simpli- citer clericorum propria fisco Ecclesiæ applicati, non distinguentes mobilia ab immobilibus. Ad hæc videmus quod Ecclesia succedit cleroce de- denti ab intestato deficiente parentela in omnibus bonis patrimonialibus, siue mobilibus, siue immo- bilibus, nam nulla differentia fit in hoc, vt in c.2. de success. ab intest. & l. si quis presbyter. C. de epif. & cler. excluso fisco. Idem ergo videretur posse dici damnato clero, vt ecclesia omnia capiat. Et quod d.c. cùm secundum. debeat intelligi in laicis de hæ- resi damnatis, & non in clericis, videtur probari in auth. vt cum. de ap. cog. §. generalem. vers. si vero. col.8. quæ est breuiata in auth. idem de Nestorianis. C. de hæred. vbi text. vult, quod bona clerici hæretici , qui coniunctos orthodoxos non habet, Ecclesiæ debeat applicari, nec fit ibi differētia, an sint bona mobilia , vel immobilia. Et quando te- nentur pro laico, quod ei applicentur, satis innuit Innoc. in c. verum. de for. compet. Et pro prædictis etiam faciunt not. per eundem Innoc. in c. postula- sti. de for. compet. Et ex dictis ibi per Innoc. in d. c. verum. videtur ostēdi, quod dicta applicatio per secularem fiscū fieri nequeat, donec talis clericus sit condemnatus per Ecclesiasticum iudicem , ad quem spectat cognitio criminis, cùm iudex secu- laris , neque criminaliter neque ciuiliter de crimi- ne cognoscere valeat: iuxta c.i. de cleri. coniug. lib. 6. etiam quo ad effectum priuandi talem à feudo, vel emphiteosi, vt dicit Innoc. in d. cap. verum. Ergo multò minus poterit sibi Dominus tēporalis alo- dialia clerici applicare, nisi præcedente condēna- tione iudicis ecclesiastici. Pro quo optimè d.c. cùm secundum. §. f. vbi in casu quo iudicium spectat ad ecclesiasticum, etiamsi domino tēporali bona ve- niant applicanda, tamen non potest dominus tem- poralis occupare, donec per ecclesiasticum sit iudicatum. Et si iudex ecclesiasticus nollet iustitiam facere, tunc videretur sentire Innoc. in d.c. postulasti. prout Hostiens. voluit eum loqui in ecclesiastico, quod possit dominus secularis repræsaliare, hoc est bona sita in suo territorio occupare, iuxta cap. dominus noster. 23. q. 2. & ideo possit consuli, quod si aliquis ex talibus clericis , præcipue simplicibus vel coniugatis aliquod graue crimen committe- ret, quod forte si laicus foret, bona perderet, quod

tali casu fiscus principis secularis instaret litera- ri requirendo, aut alia condemnationem coram iudice ecclesiastico, & si denegaretur, aut retarda- retur, tunc videretur excusatus dominus tempo- ralis, si bona patrimonialia talis clerici occuparet, propter offensiam in sua republica , & violatu eius territorium, de qua iustitiam consequi non valuit coram iudice ecclesiastico, per supra nota. Inno. in d.c. postulasti. licet Anto. de Butr. in d.c. postulasti. dicat Inno. non loqui in clericis, sed dicta per eum habere locum in laico delinquentे, & habente bona in loco iniuriati, extra territorium tamen de- linquentे, sed velie consulere dominis temporalibus, vt multi doct. in partib. nostris Hispaniæ con- suluerūt, quod ante iudicium factum per iudicem ecclesiasticum, aut denegatū, vel retardatum per eum, domini temporales apprehendere valeat bo- na clericorum delinquentium , etiam immobilia, & etiam si pro eis teneatur in feudum, vel emphiteosi, non videtur per supradicta posse defendi. Licet gl. in l. ad dictos. de epis. aud. videatur innue- re, quod possit, sed potest intelligi post eorundem notionem per proprium iudicem ecclesiasticum factam , & Oldrad. cùm intelligit supra dicto modo , cùm in questione sua prætupponat clericum per episcopum condemnatum , & vide eum conf. 83. licet sit verum quod prædictus Oldra. in dicta quæst 6. & propter hoc sentiat, quod dominus tem- poralis posset clericum ad rerum amissionem sui territorij condemnare de quo est vehementissime mirandum. Et ad leges per eum ibi allegatas vide- tur per quænac facilis responsio : quia tempore ea- rum ita erat de facto etiam in omib. cum non haberetur respectus clericorum, imo nec Christianorum ante tempora Constantini : vt in l. habeat. C. de factos sanct. eccl. sed postea fecus, vt in auth. statuimus. Item contra ius canonicum, & fortè Oldra. tenebat opinionem Gallicanam, quod in actionem in rem , clericus poterat conueniri co- ram laico, quam refert Petr. Iacobi in titu. de duello. & videtur sequi Hostiens. in summa. quæ tamen opinio non tenetur per Canonistas communiter: nec per Bertrand. de Octo. in l.2. C. de imp. lucr. de- scri. ad hoc Guitel. de Valle-sicca. doct. Cathala- num in 21. chart. not. & ad totam materiam non omittas dicta Innocen. in cap. non minus. de im- munitate ecclesiarum , vbi dicit, quod licet per- sonæ clericorum sint de foro Ecclesiæ , res ta- men eorum sunt de foro laici. & vide Petr. Iacobi in illa magna additione , quæ incipit, illi Philippo , vbi illud dictum declarat. Lege præterea eundem Innoc. in cap. nouerint. de sentent. excom. & vide not. per Ioan. Andr. cap. ex parte. de cleric. coniugat. & Innocent. in cap. significasti. de offic. deleg.

Cum petiissent quidam amici Romæ , an filia haberet regressum contra patrem euicta dote ei per patrem data: dixi quod sic, vsque ad cōcurrentem quantitatem legitimæ, cùm dos ipsa compu- tetur in legitimam. l. quoniam. de inoff. test. & si datū pro legitima euincitur, datur regressus cōtra patrē, vel eius hæredē, vt l. scimus. in prin. de inof.

recta. ergo consequenter in dote, & sic videtur limitandus. §. si fundus. l. Maxia. ff. solut. matrim. & idem videtur dicendum in donatione propter nuptias facta filio eadem ratione.

Quod possit constitui procurator ad præsentandum aliquem ad certum beneficium vacaturum per resignationem, facit c. f. i. ratione sui. de concess. præb. & gl. in c. accedens. eo. tit. & alias fuit ira dereminatum in Rota. Et quod possit concedi ius præsentandi ad beneficium vacaturum pro vna vice, vide doct. post tex. in c. ex insinuatione, de iure patro. quod not.

An pater, qui habet vsum fructum bonorum aduentiorum, possit dimittere illum pro alimentis præstandis filio, & alias, an teneatur præstare filio alimenta de aliis bonis ipsius patris, an vero possit deducere ut fructibus aduentiorum? Cum esset de facto, vsum est esse tex. quod teneatur præstare alimenta de bonis suis, in l. f. §. ipsum autem. C. de bonis quæ liber. secus si pater non haberet vsum fructum ex illis bonis, vel essent castralia, vel quæsi, per l. si quis à liberis. §. sed si filius, ff. de lib. agn.

Contingit sàpe in ciuitate nostra, q. post factum testamentum per testatorem, & receptum per notarium, ipsi testatores superuenientes, aut alias, sani, solent repetere scripturam aliam testamenti à notario: & prædicti testatores recuperata dicta scriptura testamenti, nihil in ea cassant, adiiciunt vel mutant, deinde moriuntur, quæsitus fuit an tale testamentum censeatur reuocatum eo ipso, quod fuit reperitum ab ipso testatore? Major pars notariorum ciuitatis nostræ interrogati de hoc à iurisperitis, vt intellexi à patre meo, tenebant q. tale testamentum esset reuocatum, dicentes, q. tali animo censemur testatores illud repetere, tum quia nondum erat publicatum nec redactum in formam publicam, nec positum signum eorum: tum quia potuit ipse testator, vel alius, hoc medio tempore aliquid addidisse vel immutasse, maximè si manus testatoris erat scriptum, præsertim in dicta ciuitate vbi frequentissimè Tabelliones nihil sciunt de scriptis in testamento: quomodo ergo, salua conscientia poterunt post mortem testatoris illud publicare, & pro certo testamento in publicam formam redigere, & tale esse affirmare, quod ipsi olim habuerant: videretur ergo quod potius notarij deberent abstinere à tali assertione, quando medio tempore fuit apud testatorem, cum debeant habere veram scientiam de his quæ afferunt: vt in auth. de Tabel. per totum, in contrariu potest argumentari: quia ad hoc q. testamentum censeatur reuocatum, aut habet contingere verbo, aut facto. Verbo sit per aliud testamentum. Inst. quib. mod. test. inst. §. ex eo. & per Bart. in l. f. i. iure. leg. facto vero sit per intercessionem, cancellationem, indictionem, deletionem, lineationem, & huiusmodi: vt in toto tutul. de his quæ in test. dele. & l. nostram. C. de testa. Cum ergo in casu prædicto, nec verbo nec facto cognoscatur aliquid immutatum, videatur constare suis iuribus. Et pro hoc videretur face re, quod olim, vt satis aperitur ex multis iuribus testamentum apud testatorem stabat, & id quod

faciebat in testamento in scriptis, videlicet subscriptiones, & sigilla, facit nūc notarius. Et q. apud testatorem staret, maximè probatur in l. 2. C. quemad, testa. aperi. illa ergo eadem contraria, quæ diximus, poterant contingere olim in testamento in scriptis cum etiā testes, qui se subscribebant, ignorabat contenta in testamento: vt pater Inst. de pupil. Item ad hoc adduci potest l. f. i. de his quæ in test. delen q. testator tabulas in publicū depositas abstulit, atque deleuit, &c. ergo non simpliciter sufficiebat abstulisse, nisi & deleuisset. Nec obstat ratio, quomodo notarius publicabit, cū aliquid potuerit addi. Quia idem timor, & eadē ratio esset in testit us subscriptionis in testamento in scriptis factō, tam a nihilominus iura permittere videntur tale testamentum posse stare apud testatorem, vt postea testatore mortuo cognitis subscriptionibus & sigillis in publicā formā redigatur. Idē ergo facit notarius cū nihil cognoscat immutari, etiā si suspicio posset esse de contrario, sicut in testamento in scriptis more antiquo, maximè quia hic tractatur de interesse illius qui actus faciebat, & est verisimile, q. ipse in re sua fuit diligens custos. Item q. aliquid ipse nō addidit, cū non ignoraret id fieri non potuisse absque periculo euerctionis totius testamenti: cū ergo facile esset sibi addere, vel imputare accersito notario, non videtur se exposuisse illi periculo. Facit l. 3. de test. mil. nec de opinione tabellionū est curādū, cū nō adducat aliquid iuris, & in hoc potius est inspicienda mens testantis repetitis testamentū, quæ mens Tabellionū tradentū, ad declaracionē l. illa institutio. & l. captatoria. de hered. insti. ff. quia vidi accidere de facto, aduerte, q. materia. d. l. videotur optimè declarari ex l. f. ita scripsero. de cond. & demon. & l. Theopompus. & ibi no. ff. de dote præleg. hoc modo, nam interdū cōmittitur dispositio in alia voluntatē, in casu proculdubio est voluntas captatoria, & nō valet, nisi ad pias causas, iuxta latissimē dicta per Bar. in l. i. defacros. eccl. interdum vero nō cōmittitur dispositio in alienā voluntatē, sed reuelatur, seu aperitur tertio per testatorem eius mens, sive volūtas: quia testator dicit talē scire eius voluntatē & mentē, & cōsequēter mādat statu dicto suo, in casu reputetur talis dispositio captatoria, & nihil valeat. Videretur Bar. sentire, quod sit captatoria, non tñ totaliter: nam si ex aliquib. conjecturis potest apparere, q. illud quod tertius ille dicit, fuisse mentē defuncti, sit de mēte defuncti, debet statu dicto illius tertij. & ita secundū Bart. debet intelligi d. l. Theopompus. & l. quæ hæredi. de reb. dub. Et sic tali casu nō est simpliciter volūtas captatoria: & ita videretur intelligēda limitāda. d. l. captatoria. ibi, dū dicit in secretū alienę volūtatis, quod intelligatur nō de secreta volūtate per tertium declara, & à testatore iam ei manifesta seu cōmissa, sed de volūtate dicto tertij de nouo, & ex se formāda, & aperienda, dūmodo adsint conjecture, vt supeditū est. Interdū vero nō cōmittitur dispositio volūtatis alteri, nec etiā manifestatur, vel reuelatur ei dispositio defuncti verbo, sed est tradita in scriptis manu defuncti: & tali casu nullo modo est captatoria, imò simpliciter valet. Et est ratio, quia nihil in effectu

effectu cōmisiū est tali, nisi depositū scripturā manu propria defuncti scripta, quæ etiam potuisset in aliqua arca deponi, & nulla fraus etiā cōmitti, quo casu per comparationem literæ de manu defuncti appareret. & ita loquitur Bart. in l. si ita scriptero. de condi, & dem. Si autē scriptura esset de manu guardiani, prout ibi loquitur Bart. vel alterius ad cuius manum testator se retulisset, sentit Bart. ibi talem voluntatem simpliciter nō valere, cùm posset talis scribere quod liberet. Videtur tamen illud limitandum, prout dicitur per ipsum Bart. in d.l. Theopō. pus. videlicet, q̄ tali scripturæ stetur casus, quo habet suffragia verisimilium conjecturarum, quemadmodum si dicto eius, tanquam scientis voluntatem defuncti, testator stari voluisset. Cùm eadē sit iatio. Quod nota, quia vidi aliquos se pro doct̄is gerentes, cùm accidisset in facto non ita exactè intellectuisse. & vide Paul. de Cast. & Alex. in l. stipulationum. §. illud. de verb. oblig. & Io. de Imol. in l. illa institutio. de hære. insti. & c. cum tibi. de testa. ad materiam. Institutus fuerat quidam in testamento, deinde in eodem exhæredatus, an valuerit exhæreditatio? Aduerte ad hanc materiam, quia secundū litteram negatiuam est tex. q̄ non, in l. si certarum. §. si eod. ff. de test. mil. & hoc videtur Bart. sentire, & sequi gl. in l. pater. ff. de hære. insti. videtur contradicere. Verum estramen, q̄ d. gl. loquitur qn̄ erant duo instituti, & unus in eodē testamento exhæredatus: & est aperta ratio, quia tunc testamētum remanet validum, cùm sit ibi alius hæres: secus autē quādo solus esset quis institutus & in eod. testamēto. exhæredatus: nā tunc videtur nō posse stare exhæreditatio, cùm tali casu remaneret testamētum absque hæredis institutione, quod fieri non potest. Inst. de fidel. hæredi. §. in primis. & l. proximē. de his quæ in test. del. ff. & ita viderit limitari. §. si eodem. per d. gl. pro qua videtur esse tex. secundū lecturam Ganfredi de Sillaniaco doct. Gallic. in l. i. ver. & si hæreditatis ff. de his quæ in test. del. vbi secundū eum est casus, q̄ adēptio hæreditatis facta eodem testamento valet, si ille à quo adimitur, habeat co-hæredem aut substitutū: quia videtur non data per rationem tex. ibi, secus si solus esset institutus. & Raph. videtur hoc tetigisse ibi. ramen. in l. pater sequen. Ange. videtur tenere, q̄ etiā si solus sit institutus teneat exhæreditatio, & allegat §. i. dicta l. proximē. qui text. in veritate loquitur, quando habet substitutum, & hoc sentit Imol. q̄ exhæreditatio valeat. in l. si ira. §. i. de lib. & posthum. & Nicolaus de Matar. in illa notabili distin. relata per Sal. in l. hæreditas. de his qui. vt indig. simpliciter allega. d. §. i. l. i. q̄ adēptio valeat in eodē testamento, quia videtur non data. Et hæc omnia procedunt quādo in eodem testamento, & consistet differentia inter dictos doct. in hoc. Quia secundum illos, qui tenent q̄ etiam adēptio seu exhæreditatio potest fieri in eodem testamento solo hæredi instituto, cui non est datus substitutus, quia videtur non institutus, tale testamento remanebit nullum, ac si nemo esset in eo institutus. Secundum verò alios, qui tenent quād adēptio non valeat, remanebit institutus hæres ex ipso testamento. Vbi autem in alia

voluntate, quād testamēto fit adēptio vel exhæreditatio, tunc distingue iuxta distin. Nicol. de Matar. in d.l. hæreditas. recensita per Bal. Vnum tamen non omittas in hac materia, videlicet, falsum esse quod dicit Bart. in d.l. pater. de hæred. institu. quād exhæreditatio facta coram septem testibus, de hærede instituto in alio testamento, si habeat cohæredem, valeat: quia nullo modo valet, cùm liquidissimum sit exhæreditationem non fieri, nisi in testamento. d.l. hæreditas. nec potest dici testamentum absque hæredis institutione. d. §. in primis. Ex his fuit responsum ad dubium testamenti hospitis nostri. Viterb.

Differentia quo ad restitutionem fructuum inter illum, qui venit vi directæ substitutionis, & illum qui venit iure fideicommissi, consistit in hoc: quia si fructus sunt præcepti medio tempore, hoc est, antequam sit locus fideicommissio vel substitutioni directæ, si tales fructus sint iam consumpti tali casu, sicut non veniunt in fideicommissaria, iuxta legem in fideicommissaria. ita nec in directa. in l. Centurio. in f. de vulgar. & pupillar. ibi, inuenitis in hæreditate. Si autem sunt percepti, sed non consumpti, & tunc etiam non veniunt in fideicommissaria, sed in directa sic, vt in d.l. Centurio. Si verò essent fructus pendentes nondum collecti tempore quo locus est fideicommissio, etiam tales venirent in restitutione fideicommissi, vt voluit glo. in l. in fideicommissi. de vsu, & hæc nota sic declarata pro causa Dionysij & Iacobi fratrum tuorum, & Brigidae sororis.

Quarit P. V. R. quid sentiam de verbo, quilibet. super quo fuit facta tanta vis. hodie in cōgregacione. Certum mihi videtur, quād propriè & latinè loquendo, prout loquebantur Iurisconsulti, qui enumerantur in libris Digestorum, quilibet capitul pro aliquis ex pluribus: vt probatur passim apud Ciceronem & alios probatos authores. & in l. posideri. §. i. ff. de acq. possel. & l. si pater. §. qui duos. de adopt. 17. dist. multis. & 41. delitiae. & l. si seruus. §. i. de lega. l. & l. si pluribus. de leg. 2 & l. si hæredi. de condi. insti. & l. institutor. de instit. & l. peculium. de peculio. & in mille aliis legibus, & decretis antiquis. Et facit compositio, quia componitur de quis & liber. Nec obſt. l. non distinguemus. allegat. per Bart. in §. complures. quia illam exponebat Franc. de Aret. quilibet, id est, aliquis, non determinato certo, vel unus, id est, certus: aut potest dici q̄ ponatur vel pro id est, postea verò deficiente illa puritate linguae latine, præsertim per tempora Decretalium Sexti, ac Clementinatum, cap. dictio, quilibet, capi pro quisque. Et ita legitur in c. fin. de his quæ s. à ma. par. cap. Vnde nostra èrare dictio, quilibet, videtur capi pro quisque licet, vt dixi, non ex vera & antiqua latinitate: vt si quis in testamentis, vel contra dictibus, aut aliàs veller exponere pro aliquis, faceret directè contra voluntatem testatoris, vel contrahentium: nam si diceretur, lego cuilibet ex seruitoribus meis decem, certum est hodie quād debet exponi illud, cuilibet pro cui ex eis voluerit, vel libuerit, vt exponebatur olim per nota. in l. quād labeo. de suppell. leg. cùm attendenda

sit potius consuetudo loquendi in hoc, quam barbara seu minus latina, quam vera antiqua significatio, per no. in d.l. quod labeo. & non aliter c. im sua materia de leg. & l. cum de lanionis. §. a. in a. m. & c. p. a. t. r. e. a. de verb. sign. & c. intelligentia. eo. tit. & c. ex literis. de sponsa. Et miror aliquando de nostris doctribus, qui non distinguentes tempora cum discutunt proprietatem alicuius vocabuli, allegant pariter iura. ff. & iura Decretalium, & Sexti ac Clement. cum aliter locuti fuerint illi antiqui, & aliter posteriores, & locutiones notariorum hodie maiori ex parte sunt impropiæ & semibarbare, si respicias ad illam tersem latinitatem antiquam. Vidi etiam allegari text. feudorum ad significacionem veram alicuius vocabuli, quibus testibus nihil est sedius, aut magis barbarum in sensu, quam etiam in contextura & verbis. In casu ergo congregationis, videlicet in verbo, quilibet, posito in statuto, ego non dubito, quin debeat capi pro quisque per ea quæ supera dixi, & feliciter valeat P. V. R. sed priusquam clauderem epistolam occurrit mihi tex. Suetonij in vita Octauij, vbi inquit, Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid iniuratum dignumque cognitus aduectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare, ut Rhinocerotem apud septa Tygrini in scena anguem quinquaginta cubitorum pro comitio. In hoc tex. aperte videtur significatio huius verbi. Et iterum optimè vale pater amplissime.

Legatus fuerat aquæductus ex certa palude pluribus dominis diuersorum prædiorum, non tamem communium, que sebat an esset locus inter eos iuri accrescendi? Allegabam glos. in l. aquam. ff. quem ser. amit. quod sic, & si prædia essent communia pro individuali, tunc haberet locum ius non decrescendi, per not. in l. re coniuncti de leg. 3.

Relicta fuerat quædam domus Romæ a quodam Curiali certis fratribus, cum his verbis: Relinquo domum meam in quo habito preciosè sicuti est Monasterio, &c. Fuit factum dubium, an intelligeretur de domo instructa, ut erat, vel nuda tantum, & quod paramenta, & supplex, ac vtnsilia, & alia spectarent ad hæredem? Dixi videti mihi casum, quod spectarent ad monasterium, in l. prædia. §. p. ff. de fund. instruct. Adducebatur contraria, quod videretur intellectissime testator de fratribus, & aliis clementis, & lapidibus paratis ad absoluendum dictam domum, quæ nō dum erat in totum perfecta, non dealia instructione. Videtur amplius cogitandum, tamen magis moueor in primam partem per d. tex. & verbum, præcisè, per quod ostenditur maior voluntas & exactior defundit. facit ca. z. de rescript. & c. pen. de arbit. & ibi not. & per alios in l. cunctos populos. & dominum meum Alexand. in quodam consil. & Ang. italio. & quia fuit legatum pro loco, quod autem parata & destinata domus perficienda etiam debeantur, faciunt not. in l. cætera. §. si de legat. 1.

Testator fecerat quædam legata Romæ certis personis, quæ personæ postea exercuerunt graues iniurias cum testatore, propter quandam suspicionem falsi testimoniij in eum: & postmodum la-

psis duobus annis à tempore ortæ iniurie, mortuus fuit testator, dicebatur legata tacite fusse adempta per §. non solum. I. si quis de adi. leg. Replicabatur de gl. not. in l. a. t. h. i. c. t. §. dat remissio. ac. de excus. cut. in vers. priusquam videlicet, q. tatum temporis effluxerat, infra quod testator predicta legata potius sit expressè revocare, vel adimere, qđ tamen non fecerat: ergo videbarur, non obstantibus iniurias, velle persistere in reliquo facto: maximè, quia erant consanguinei, & nemo presumitur sanguinem suum odio habere, saltem in fine obitus. Contra prædictam gl. allegati tex. in l. pen. quem in simili casu allegabat patrem eius. de adi. leg. vbi post ortas iniurias testatrix habuit tantum tēporis, q. fecit codicillos, in quib. nil ademit, & tñ remanet prima tacita adēptio. & videtur iste tex. fortiter urget contra prædictam gl. Sed posset fortè respōderi, q. in casu d. §. pen. non negatur peti legati à calumnia trice, ratione tacita adēptionis; sed ratione delicti, in quo tamē est cogitādum. Et vide ad hoc not. in l. cum tabulis. §. quoniam de his qui ut indig. per Barr. & l. si iniuriae. eod. tit. sed vbi essent consanguinei, ut in casu nostro, bene sequerer gl. quia intentio testatoris fortasse fuit nō adimere legatū consanguineo, quāvis iniurico, sperans per mortem legatij extingui iniuriam, & bona legata permanere apud filios, vel consanguineos illius sui consanguinei, & sic apud personas de sanguine suo, & ita odium tantum restringebatur ad hanc medium personā non ad alios ad quos postea volebat, ut bona legata deuenirent, cum videatur respexisse totam consanguinitatem. arg. l. i. & 2. ff. de liber. cauf. & l. raptore. de episco. & cler. maximè cum votum successionis in bonis consanguineorum si de iure naturali. l. fin. C. quorum bono. & c. sciant cuncti. de elect. lib. 6. & Clem. vn. ca. de homi. l. cum acutissimi. de condit. & demonstr. cum annus. ff. de pact. l. tale pactum. §. fi.

Aducite, q. aut legatur, vel fidei committitur à primo hærede instituto, eadē res vel quātitas diueris & sub variis, seu diueris conditionib. & tali casu quibet potest petere sibi caueri ab ipso hærede. vt l. 3. vt leg. nomi. & l. etiā. §. l. vt in pos. leg. & hoc in cunctum suæ conditionis. Aut legatur vel fidei committitur ab hærede alicui, puta Gao, purè, vel sub conditione, & ab ipso Gao Mævius sub conditione tal casu habet locum dispositio. §. si verò l. is cui. vt in pos. leg. Videlicet, q. polsit petere Mævius satildari sibi à Gao etiā pendēte conditione ipsius Gaij. Et si nō caueat Mævius Gaius, tenebitur sibi cauere hæres primo loco institutus, si prius nō caueat Gao. Si aut̄ cauerat Gao, talis cautio ex iuris dispositione, Gao nō caueat ipsi Mævius, trāsferrur ad Mævium, ita q. Mævius in vim cautionis præstite Gao per hæredē poterit adueniētē cōditione ageare contra hæredē, ut in d. l. is cui §. fi. vt leg. nomi. c. & hac nota bene extricata, nō accidissent de facto.

An possint codicilli euerti per querelā tanquā officiosi, cū accidissent de facto? Quidam allegabant q. sc. ex not. per Bald. in l. parentibus. de inof. testam. C. vbi dicit esse locum in officiosi diuisiōni, sed intelligi de inofficio diuisione facta in testa

testamento, quod rescinditur per querelam. Secus si fuerit facta in Codicilis, & ratio quia tali casu filius iam est heres ab intestato vna cum aliis. Reor tamen, q̄ si quartam nō habet, potest illam petere à coherēdibus ab intestato vel legatariis. l. quotiēs. & l. si cogitatione fam. ercif. C. h̄eredes enim etiam ab intestato habent ius defalcandi, vt innuit d.l. si cogitatione. & ibi not. per glos. quæ falcidia computatur in quartam. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. testam. Et ideo non immerito non repertes aliquam legem, ni fallor, quæ loquatur de codicillis in officiosis, & per querelam in officiosis possint cuerti: & est ratio in promptu, quia filius, & heres potest defalcare ab intestato, si legata excederint dodrantem: secus autem est cōdito in testamento, quia tunc filii omni medio sunt destituti, nisi querelam intentent. Et satis videtur hoc innuere Azo in summa huiusmodi, de inoffi. testa. & Ganfred. de Saliniaco doct̄or Gallicanus, in l. non est nouū. de bon. poss. contra tabul. in 8. charta apertius hæc dicit. Et etiam tangit quid sit hodie aucta legitima, quia triēs de iure authen. cum teneatur quarta Falcidia Trebellianica, si filii ab intestato grauati esent legatis, vel fideicommissio non sufficeret ad legitimam, imo desiceret vna vncia, quod remediu esset pro illa vncia, vide ibi per eum. Quid autem aduersum in officiosam donationem causa mortis? Idem videtur q̄ in codicilliis eadem ratione, quod etiam tener idem Ganfred. in l. si filius emancipatus. ff. de leg. præst. & idem in cæteris donationib. quæ morte confirmantur, puta inter patrem & filium, vt probat tex. in l. 2. de inoffi. don.

Quod pater teneatur dotare filiam diuitem de proprio, allegabatur l. si pater. de dot. promis. cum ibi nota, dicebam non videri mihi, quod probaretur, neque ibi, neque alibi: imo in d.l. si pater. innuitur, quod si pater non simpliciter, sed exp̄sē dotaret filiam suam de bonis ipsius filii, q̄ non tenetur dotare de suis, ibi in vers. vtraque igitur. & ibi, paternā liberalitati. & ibi, liberalitas, itaq; quia in necessitatibus nemo liberalis, &c. & est ratio euidens, cum pater non teneatur alimentare filia diuitem. ff. de lib. agn. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ad quæ alimenta fortiori vinculo obligatur, quia de iure naturæ, i. distin. Ius autem naturale. pot̄ datam autem dorem, & ius filiæ in in ipsa dote quæfirum, si filiæ superuenient alia lucra, aut relationes dotis, aut alia, nō credo q̄ pater posset reuocare, quod filiæ semel in dotem constitueret, cū semper attendatur tempus quo filia incipit dotati. in auth. de equal. dotis. §. quia verò iam legem. & vide dominum meum dom. Barba. virum celebratissimæ & fecundissimæ memorie, aliquid tāgentem in quodam consilio. Eſſet tamen difficultè in practica contra communem opinionem, in re quæ tam ſapissimæ ocurrerit, obtinere.

Collato beneficio mihi absenti per ordinariū, si Papa conferat illud alteri non facta mentione de collatione ordinarij ante ratificationem, non vallet collatio ipsa tanquam subreptitia, vide ad hoc Collect. in c. ecclesia. de fortileg.

Solebat frequenter dicere domi. meus, domi.

Franciscus de Aret. quod doct̄ores nostri superioris atatis multum largè, & plusquam veritas esset, extenderant, seu interpretari fuerant. l. i. C. de facrosan& eccl. dicens se non credere, quod mens Constantini Imperatoris conditoris illius legis voluerit aliud disponere, quām facere deinceps capaces ecclesiæ, & collegia Christianorum ad sufficienda legata, & concedere liberam facultatem cuiilibet relinquendi eis, cūm antea nō licet: nam prædicta legata, velut facta collegio reprobato per Imperatores Paganos, applicabatur fitco, nam Christiani nō poterant habere collegia, niſi clam: vt probat apud Historicos, & in l. diu. de natura liber. C. & 12. quæſt. i. c. futuram. & 15. diſt. Canones. Et ſep̄ius arguebat prædictos doct̄. quod fuerint parum curiosi Historiarum, & temporum. preter Spec. lo. And. & Old. Tu vide ad hoc de hac licentiosa extenſione, seu interpretatione d.l. Abb. in c. relatum. de restam.

In quadam terra Italie est statutum super criminis peruersæ veneris, quod rei illius criminis condenatur poena pecuniaria, & cōfimationis extra terras ecclesiæ, pro qualitate personarum, & excessus, arbitrio potestatis moderanda. In eadem terra fuerunt nonnulli rei inuenti de dicto crimine per variā interualla temporis, in quorum punitione circa maioritatem poenæ pecuniariæ, & diuturnitatem confinium, Potestas, quæ tunc erat, seruauit hunc modum. Nam adolescentulos minori poena condemnauit, quām senes: & non coniugatos, vel incarceratos etiam minori multo quām coniugatos, vel non incarceratos: quosdā autem, qui cum propriis vxoribus illud scelus commiserant, minori poena condemnauit, quām eos qui cum maribus. Viſum fuit quibusdam probis Iurisperitis fuisse reatum iudiciū. per not. in tit. de delict. puer. & l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. & per not. in c. vt clericorum. §. f. de vit. & honesta. cler. cum aliis iuribus. quod & mihi idem viſum est, præterquam in vltimo delicto, in quo certè videtur actiūs cæteris puniendum, cūm tale crimen longè detestabilius & grauius sit, si cum coiuge perpetratur: vt in c. adulterij. 32. q. 7. & est ratio, quia præter paritatem sceleris cum aliis, & maioritatem, quia in vxore habet promptum vas debitum, vt quærens infana diuerticula: in vxore est quidam etiam abusus quodammodo carnis propriæ, cūm reputentur vna caro. c. i. de coniug. lepros. & de conuer. coniug. ad Apostolicam. Item est violatio fidei tacite promissæ de coniunctione carnali inter eos fienda, propter bonum prolis, quæ etiam promissio in benedictione nuptiali confirmatur, quod bonum per hunc nefandum coitum apertissimè tollitur. Præterea est maior, & specialior contemptus Dei, qui instituit matrimonium in illum effectum ad multiplicandum prolem. Est etiam contemptus Republicæ, quæ maximè fauet matrimonii ad effectum extendi Republiam per sobolem. Item est ibi ludibriū & prophanatio foderis matrimonij, & irritatio vxoris ad quærenda adulteria, & omne nephias patrandum. Et ad consonantiam dicti iudicii potestatis adduxi text. cuiusdam canonis, in concilio

concilio Anticyenensi, qui loquitur sub his verbis sub rubri de his, qui cū masculis polluantur. hi qui irrationabiliter in his versati sunt, ante vicesimum annum , tale crimen cōmiserint, quindecim annis exactis communionem mereantur, & infra. Qui autem exacta 20. annorum ætate , vel vxorem habentes hoc peccato prolapsi sunt, 25. annis pœnitendum gerentes in communionem suscipiantur, infra. Quod si qui & vxorem habētes & transcedentes quinquagesimum annū ita deliquerint, in exita vita duntaxat communionis gratiam consequantur. Et in similem sententiam est alius canon super incestuosis, quem refert Martinus Archiepiscopus Bracarense. in Collectaneis Conciliorū antiquorum, & subsequitur ibi alius Canon, qui appellat huiusmodi virtutum morbum leproz, & præcipue ut pœnitentes de hoc virtio non possint orare, nisi in angulis ecclesiarum , ut dæmoniaci. & vide ibi glo. ordinariam, quare dicatur morbus leproz, forte proper contagionem, & difficultatem curationis. Postea legi Martinum Magistri Theologum Parisiensis, qui videtur tenere, quod grauius peccatum sit coire contra naturam cum masculo, quam fœmina, cū ibi sit abusus personæ & vasis, hic autem vasis tantum. Tenerit evidenter etiam idem docttor, quod maius peccatum sit seipsum polluere, quam cum masculo coire; cū in primo sit abusus personæ suæ, & modi, & vasis, de quo dubito, nec iura videntur aperte imponere poenas, ita in hac pollutione, sicut in alio peruerso coitu, nec tantum leditur Respublica. & ibi abusio personæ suæ, & alterius. hic suæ tātum. Ad quod facit quod not. gl. in c. omnes. 32. q. 7. & in eo saltē qui se polluendo cogitat de vase muliebri, omnino credo esse minus peccatum, cū tantum peccet in omittendo vas, re, non mente. Et aucth. vt non luxur. contra natur. loquitur in coitu, extra naturali verè Sodomítico. Nec obstat quod ibi dicitur semetipso, & c. nam gl. ibi intelligit de Sodomítico vero, vt declaratur infra in tex. & gl. ibi, & ciuitates cum eorum habitatoribus pereant, &c. Præterea ibi allegat. l. cum vir. C. de adult. quæ expreſſe loquitur in vero Sodomítico , quamvis non defuerint qui dicent d. l. loqui in viris, qui de facto nubunt aliis viris, quod execrabilis scelus olim factum fuisse legitur apud Historicos & Poëtas, Iosephum contra Apionem, Suetonium , Martialem , Iuuenalem , & alios. Et quod ait Paulus: Neque molles, neque masculorum concubitores, &c. apud idoneos & antiquos authores exponuntur molles, id est, patici, cathamiti, & ciuitati, non autem se polluentes, ad quod facit quod not. Augustin, in lib. de ciuitate Dei, loquens de sacerdotibus Cybelis. Hęc respondit ciuidam docto viro, qui nitebatur velle tueri op. dicti magistri Parisiensis, aut saltē parificare etiam quo ad pœnā ista duo crimina, & allegabat dictam aucth & dictū Pauli. Et contra eum est aperte §. Item lex Iulia, de adulteriis. Instit. de publ iudic. qui declarat tex. illius auth. quamvis etiā non defuerint qui ve- lint illum tex habere locum in frequentissimè de linquente, propter verbū exercete. Ad quod c. clericī. de excess. prælat. Et qualiter debeant cohiberti

pueri ab his flagitiosis libidinibus, lege sapientissimum doct. Iason.

Quod crimina possint deferri Papæ absque denunciatione vel accusatione , & etiam non prædente monitione, & per solam viam querelæ. Et q̄ in delictis, vndeque pateant, non teneatur Papa obseruare formam iuris, sed possit ponere pœnam condignam, allegantur nota. per Host. & in c. tam literis. de testib. & per Abbatem in c. cū super. de confes. & Imol. & alios in c. cū olim. de ret. perm. quod not. Hostien. in c. in nostra de sepul. & Bald. in l. princeps. de legat. & not. in c. sicut. de iure iur. & in c. nouit. de iudi. Adducta fuerunt hęc in causa processus extra judicialis, super prætena dilapidatione , & aliis criminibus Episcopi Leodien. coram Reuerendiss. domino meo Vicecancellatio, & aliis tribus Cardinalibus Cōmissariis domini nostri Papæ in dicta causa, quod an indistincte in alio criminе, quam dilapidationis sit verum, vide quę posui infrā in alio memoriali, & in apostillis ad allegationes celebris aduocat. & optimi viri domini Baptista de sancto Seuerino.

Super beneficio potest transfigi authoritate delegati, dummodo habens ius in eo non renunciet, alias non posset, nisi authoritate ordinarij fieret transactio in non reseruatis, vel coram eo, vel alio non habente facultatem resignandi. Et posset imponi aliqua pensio interdicti legati, vel census, etiā absque cōsensu ordinarij. Compositio autem gratuita potest fieri absque voluntate alicuius superioris deiecati , vel ordinarij, nisi interueniat renunciatio iuris alterius possidentis beneficium, quia tunc requiritur consensus ordinarij modo quo supra. Hęc colliguntur ex not. per Abb. post alios in c. staruimus, c. de cætero. c. super eod. de transactio, & in c. nisi essent de præbend. & vide ad prædicta. Collect. in c. forus. de verb. signifi. qui innuit, quod dare aliquid pro expensis , causa concordia, non sit simoniacum, & quod pensio imposta ex prædicta causa , transeat ad successores , si fuerit facta concordia authoritate ordinarij. & vide Host. in d. c. nisi. Et dicitur gratuita compositio, quando partes promittunt acquiescere dicto peritorum super lite , vel discedere simplicitę à lite tanquam ius non habentes. Et hęc nota ita declarata , quæ pafsum de facto accidunt. Et quod super spolio beneficij possit transfigi, vide Abb. in c. 2. de arbit.

In causa mea Majoricen. An iuspatronatus aliquius beneficij à laico ritè fundati, & compotens præfectis fabricæ laicis, dicatur laicale, vel ecclesiasticum, seu clericale? Et capio pro fundamento, q̄ iuspatronatus nō ideo dicitur laicale, quia quasi possideatur à laicis, nam à clericis possidetur iuspatronatus laicorum , dummodo ex prima fundatione, seu successione patrimoniali, siue laicali venit ad clericum. Et sic non videtur curare iura ad distinguendum iuspatronatus clericorum, à iurepatronatus laicorum , de persona quæ illud possidet, sed de prima radice & fundatione, vide licet, an fuerit fundatum in persona laicali vt laica, & ab eo, & successoribus in patrimoniali laicali tendum, & tunc dicatur esse deiurepatronatus laico

laicorum, ut probatur per omnia iura loquétia de iure patro. laicorum, & præsertim in c. filiis. & cap. quicunque. c. si plures, & c. considerandum. 16. q. 7. vbi fit mentio de hæredibus, & successoribus in iure patro. ratione patrimonij, & idem probatur in c. i. & c. cùm secundum, & cap. cum dilectus, de iure patro. & in d. c. cùm dilectus gloss. in duobus locis hoc sentit, exponendo quid sit præsentare tanquam laicum, & idem not. in cap. cùm nos. de offic. ord. per Abb. & per glos. fin. in Clem. plures, de iure patro. & per doct. in c. vniaco. de iure patro. li. 6. & in c. 2. de præb. & in aliis iuribus, adeò, quod si quis laicus, vel clericus de bonis patrimonialibus in fundatione alicuius beneficij ritè de autoritate ep̄i fundati, exp̄sè vellet ep̄iscopum, aut Abbatem, aut aliquam personam ecclesiasticam esse patronum, & successores in dicta ecclesia, nemō dubitat quin talis patronus censeatur ecclesiasticus, seu secularis, cùm h̄c nulla sit successio patrimonialis, seu laicalis de succedēdo. Ergo ad casum nostrum, cùm voluntas fundatoris huius beneficij fuerit, facere magistros fabricæ ecclesiae, seu operarios patronos illos, qui tunc erant, & pro tempore forent, apparer manifestè eum non habuisse voluntatem fundandi iuspatronatus prædictū, ut patrimoniale, seu laicale, sed potius voluisse fundare in personis illorum, & successoribus eorū ratione officij p̄ij, quod gerabant, & administrationis bonorum ecclesiae, non curando alias de qualitate personarum, an essent consanguinei sibi, vel descendentes clerici, an laici, sed curauit administrationem, & pictatem exercitij, quod est maximè pium, & necessariū ecclesiae, vt dicit tex. in c. si. de his quæ si. à ma. par. c. Cū ergo h̄c nō fuerit aliqua cōsideratio patrimonialis, seu laicalis successionis, non dicetur iuspatronatus laicale, per suprà alleg. Erit ergo iuspatronatus ecclesiasticum sive clericale, cùm huiusmodi magistri fabricæ, quamvis fortè laici, quo ad hāc administrationem & curam, habeantur pro personis ecclesiasticis cùm possint & trahi, & trahere super dictis bonis, & eorū administratione coram iudice ecclesiastico tanquā personæ ecclesiastice: vt not. doct. in c. nullus, de foro competen. & Cancellaria quotidie dat literas magistris fabricæ, & cōtra eos quamvis laicos, dummodo agant, vel corueniātur ratione officij prædicti, nec immerito, quia in illa. cura & administratione repræsentat personas eorum, qui de iure habent curā fabricæ, vel honorū illi destinatorum: vt not. in c. decernimus. de iud. & ibi Abb. Cura autem, & administratione prædicta pertinet ad Episcopum, Capitulum, & Rectorem ecclesiae, prout late not. per doct. in c. i. & c. de his, de eccl. xđisi. & in d. c. si. de his quæ si. à ma. par. c. & in c. si. propter de rescr. & in c. si. de testam. & in extrauag. suscep̄ti, & facit optimè c. si. monachus. 16. q. 1. vbi cura fabricæ vocatur opus ecclesiasticum, & sic iuspatronatus fundatum super personis tenetibus illam curam ecclesiasticā, debet appellari ecclesiasticum, facit c. vniaco. 10. q. 3. & ea. cau. q. 1. & multa alia iura. Concluditur ergo, dictū iuspatronatus esse ecclesiasticū ratione finis, cùm per-

sona fundans illud in prædictis ministris, qui sunt media, videtur, vt dixi, habuisse respectum fundamentalē ad illas personas cuius illi vices gerunt, qui finis debet potius quam medium, seu qualitas laicalis medij attendi, c. ad nostram. de appellat. l. quicquid. §. i. de acquir. rer. dom. ff. cum aliis iuribus scholasticis notissimis. facit illud, quod isti operarij sunt subrogati, & quasi procuratores periorum ecclesiasticarum, & subiecti eis, vt dictum est, quo ad hanc administrationem rei ecclesiasticae, ergo est iuspatronatus clericorum ratione huius subiectiōnis, per not. in d. c. cùm dilectus, nam nomine ecclesiæ censentur hoc facere. Et facit ad hanc opin. quam proculdubio puto verissimā, dēc. Rot. in antiquis. tit. de iure patro. quæ loquens de beguinis, inter alias rationes, dicit iuspatronatus earum esse ecclesiasticum, cùm possit conueniri coram iudice ecclesiastico, prout diximus conueniri operarios ratione huius officij, ad quod directit fundamentum & finem testator, seu fundator beneficij.

Cū verteretur in dubium, an in ciuitate Romana duraret vniuersitas, sine studiū generale, prout olim, de quo in tit. de stud. lib. vrb. Rom. & proce. ff. §. discipuli. Euge. 4. cōcessit ciuitati Rom. nouum priuilegium studij generalis, quod vidi. Curiae autem Romi iam olim Bonifa. 8. prīilegiū concesserat, in corpore postea iuris clausum per constit. c. cùm de diversis. de priuileg. lib. 6. Cūm quidam à domino nostro petiisset, voce secum dispensari in diversis votis & aliis concernētibus tantum conscientiam, & Papa vice vocis oraculo respondisset. Plac et nobis, dixit sufficieret locum fuisse dispensatum, etiam quoad omnia capita. Et inter cetera allegabam quæ possunt notari, & not. in c. Os̄. de postul. præl. & c. inter dilectos, de fid. instrum.

Quantum ad id quod R. V. expostular: an sciēs aliquam commissiōne furtū, vel habere rem furtū sublatam, incidat indistinctè in excommunicatiōne contra scientes, & non reuelates promulgatam, si non reuelat vel manifestet. Breueriter, credo quod in casu vestro, tum quia, vt dicitis, esse periculum & scandalum reuelanti, tum etiam q. non potest probare, si opus esset, cùm iste vester solus viderit illum furātem, & ille intellexerit se visum ab eo, & si furtum etiam secrete deregereatur, & fieret etiam ipsi furi per superiorē monitione secrete de restituendo, semper oraretur suspicio cōtra hunc reuelantem de reuelatione, & negare fore, & insurgente contra reuelantem semper infamia sibi incūlla, fortè oporteret reuelantem publicē cōfessare crīmē, q. non posset probare. Nam vi colligo ex doct. in variis locis, videlicet in c. si. quis cū fure. de furt. & in l. cīmīle. ff. eo. tit. & de fūto. cap. nēmo. & c. 2. de offi. ord. & ex aliis locis, & Sc̄to in quarto, non tenetur quis reuelare, cuiam secrete, vbi timerit scandalum aut periculum sibi, vel secundum alios etiā alijs, vel vñi non posset probare, & reuelatio esset sienda publicē: vt in c. placuit. 6. q. 2. & c. si. peccauerit. 2. q. : & in Cle. de hæret. Et si cūndum aliquos, etram. secrete & private, quā-

uis aliis sciret, cum tali casu periculi, vel scandali, vel quia non posset probare, imminaret sibi periculum corporis proprij, aut bonorum suorum, que videtur præferenda periculo, vel damno bonorum alterius, cum sit maius periculum corporis, quam bonorum, & in pari dispendio bonorum charitas incipiat a seipso, ut potius conseruem mea, quam aliena: maximè ex quo reuelatione criminis non est de veritate vitæ, præfertim in hoc casu furti, iuxtanor. in c. sanè, de temp. ordin. per doct. iuncta. gl. in l. 4. §. si tibi ff. de condit. ob turp. caus. cum l. in fin. & l. 2. eod. tit. arg. l. in seruorum ff. de pœnis. & in auth. de mand. prin. §. oportet, & 2. q. 7. pletunque & 13. dist. nerui. & l. si preses. C. de ser. & aqua. & arr. not. in c. 2. de nou. oper. nunciat. & c. qui scandalizavit, de reg. iur. cum tota materia de scandalo. & faciunt optimè ad hoc not. per Abba. Sicul. in c. officij. de pœnit. & remis. Et videmus q. Cancellaria in excommunicationibus generalib⁹ in forma, significauit, pro furtis, vel occultè detentis, cautè ponit iniquitatis filios detentores, & temerè ac malitiosè occulantes, vel nequiter detinentes, non ergo intendit ligare eos qui non iniquè, vel temerè non reuelant, sed ex iustis causis, puta superiorius expressis, abstinent a reuelando: maxime cum excommunicatio non extendatur in personas ultra tacitam vel presumptam voluntatem excommunicatoris, ut not. doct. in c. ex parte. el. 1. de offi. deleg. & faciunt not. in c. 1. & Gem. de offi. deleg. & c. 1. de iud. & l. si cui. de seruit. sed excommunicator hic censetur huiusmodi personas tacite eximere, & si non faceret, sententia esset iniqua, quæ in foro conscientiae non esset timenda. 2. q. 3. §. ex his, & idem crederem vbi ex alia iusta causa, in ratione naturali fundata, non tenetur reuelare, utpote filius patrem furem, vel contra. Et forte idem posset dici in omni casu, vbi quis non posset cogi ad testificandum exprefse, quia multo minus ad iudicandum vel reuelandum. Et satisfaceretur ad hoc not. per Arch. 22. q. 2. §. itē, & not. per doct. in c. 1. de test. cog. & per Abb. Sicul. in c. cum super. de confes. & alios in c. 2. de maior. & obed. & in c. quisquis. 2. q. 3. & c. qui resistit, & faciunt no. in cap. qualiter & quando in utroque. de accu. & per optimè, te x. 6. q. 1. si omnia, & c. oues. & c. cum ex merito. & not. per Inn. c. 1. de scrut. in ord. fac. Nō tamen propter ea negarem, quin posset habere locū materia denunciationis Euangelicæ fiendæ per hunc scientem illum furem, seruatim loco, & tempore, & debita forma. ad hoc d. c. plerūque, & 24. q. 2. tam sacerdos.

Notabilia de expectatiis. & alijs literas gratia concernentibus, excerpta ex notulis Antonij de Cortheſis, & aliorum Abbreuiatorum.

Principium gratiarum expectatiuarū est scire, quan partes impetrantes sint præfentes in curia, an non. Etsi sunt præfentes, debent examinari, nisi forte graduati vel officiales Papæ fuerint, vel gratia fiat motu proprio, vel pro commenda, vel pensione, & pro præsentibus examinatis graduatis officiis & habentibus motu proprio, dantur due litteræ: via gratiosa, & alia executoria. Absentibus

verò datur una litera in forma, dignum.

Item præsentes in curia impetrantes, habent in literis apostolicis vitæ, ac morum honestas, &c. vel literarum scientia, aut nobilitas generis, seu religionis zelus, &c. secundum qualitatem eorū. Absentibus verò datur indifferenter in forma, dignū, &c. Nisi esset doctor, vel officialis, aut motu proprio: quia licet sint absentes, dantur duæ literæ tanquam præsentibus, quia non examinantur. Et similiter non examinantur quando beneficia non dantur in titulum, ut in commendis & pensionibus.

Nota, q. licet quis tempore datae nō fuerit præsens, si tamen est præsens tempore expeditionis, debet dari litera tanquam pro præsente. Item si tempore datae, vel expeditionis fuerit absens, dummodo aliquo tempore fuerit præsens, & examinatus, datur tanquam pro præsente.

Item nota, quod in expectatiis in clausula, aut si hodie pro alio vel aliis, &c. debet exprimi collatio eius, ad quam datur beneficium, nisi haberetur in genere ad cuiuscunque collationem, quia tunc diceretur in fine illius clausula, de similibus beneficiis prædicta diecesis tacito de collatione, ut lib. B. fol. 22.

Item nota, q. quod dicitur ratione dignitatū, personatum, administrationum, vel officiorum, debet sequi, quos, quas, seu quæ in illis obtinet, focus si dicitur administrationum: & officiū, quia tunc sufficit dicere, quæ in illis obtinet.

Item nota, quod non debet dici electionem, nisi *Electionē*, quando ponitur, etiam si consueuerit quis per electionem assumi.

Item, quod quando creatur canonicus in ecclesiis collegiatis, inhiberi debet Episcopo, & aliarum Ecclesiarum Capitulis: secus si non creatur canonicus in dictis collegiatis, quia tunc solum inhibetur Capitulis.

Item nota, quod qā in gratia expectatiua non dat aliquod beneficium in cathedrali, vel collegiata, tūc in nō obstantiis, non fit mentio de statutis.

Item nota, quod qā creatur canonicus, & referatur dignitas, personatus, administratio, vel officium curatū, & datur aliud curatū, in fine ponitur clausula restrictiua, Volumus autem, q. quam primum vigore præsentium dignitatem, &c. Aliter non, vel nisi dispensetur ad compatibilia.

Item nota, q. si secularis petit ad collationem, ep̄i, & Capituli alicuius ordinis, dicitur sic, beneficium ecclesiasticum clericis secularibus assignari solitum, & non ponitur clausula dummodo Canoniciatus, & prebenda ecclesia Cathedralis existat.

Item nota, q. in executoriis expectatiuarū, In executor corrector Anselmus cassauit confuetum clericis secularibus assignari, etiam si Canonicatus, &c. in collegiata, vel eidem cura immineat animarum, tamen hodie est ad placitum.

Item cassauit, per se, vel procuratorem suum ad Fol. 96. libr. id legitimè constitutum infra viii mensis spatii, B. postquam sibi, &c. vsque ad conferenda.

Item nota, q. si in supplicatione gratia expectatiua dicat, supplicat Ioannes Anto. Perusinus, & non

& non dicitur clericus, quod in minuta potest addi clericus: quia Papa intendit prouidere clericis, secus si esset secularis.

cæ generaliter referuata, vt in literis Nicolai 5.

Alia beneficia referuata.

ITem, beneficia referuata per prædecessorē, &
tempore obitus ipsius vacan. remanent affecta.

Item, erunt referuata generaliter omnia benefi-
cia, quæ per Pontificē ex causa generaliter refer-
uabūtur. Et quia generalis referuatio quæ in iure
scripto deciditur, vt in sedem vacan. apud sedem
apostolicā, vt in c. 2. de præb. in 6. dignior, & effica-
cior est ceteris aliis referuationibus: Idecirco ubi
illa referuatio dari potest, illa dari debet, & non

alia ex prædictis modis generaliter referuatis, vel
ex aliis modis specialiter referuatis, vt in ecclesiis
cathedralibus, & metropolitanis vacantibus. Quæ
si vacant extra curiam, sunt specialiter referuata
secundum regulas. Si verò in curia, sunt generaliter
referuata vt vacan. apud sedem apostolicam,
ecclesia cathedrali, tunc dicimus, &c.

Dudum siquidem prouisionem ecclesiārum
omnium apud sedem apostolicam tunc vacan. &
in antea tunc vacatura collationi & dispositioni
nostræ referuamus decernē. &c.

Siverò vacat monasterium apud sedem, tunc
dicimus sic dudum siquidem prouisiones ecclē-
siārum, & monasteriorum quarumlibet apud se-
dem apostolicam tunc vacan. & in antea vacatu-
rarum collationi, &c.

Si verò dignitas post pontificalē maior vacat
apud sedem apostolicā per mortem officialis, tūc
nō debet dari referuatio tāquā de dignitate maio-
ri, vel tanquam de referuatis post mortē officialis
propter constitutionē ad regimen. sed tantum de
referuato apud sedē vacan. & dicimus sic: Dudū
siquidē omnes dignitates, ceteraq̄ beneficia ec-
clesiastica, cum cura, & sine cura, tunc apud sedē
apostolicā vacā. Si verò dicta dignitas vacat extra
curiā, tunc addetur q̄ sit dignitas maior, & dicetur
sic: dudum siquidē omnes dignitates maiores in
cathedralibus post pontificales tunc vacan. &c.

Si verò non fuerit dignitas maior post Pontifi-
calē in cathedrali vel principali in collegiata ec-
clesia, sed alia dignitas fuerit, dicetur sic: Dudum
siquidem omnes dignitates, canonicatus, & præb.
ac digitates, ceteraque beneficia ecclesiastica;
prout in antiquis formis obseruabatur.

Et aduerte, quod in beneficiis curatis, vel aliis
in quibus cura solet imminere, vt in dignitatibus
semper debet addi, cum cura vel sine cura. In nō
curatis verò dicimus: Dudum siquidem omnia
beneficia ecclesiastica apud sedem, &c.

Quādo dignitas maior post pontificalē in ca-
thedralib⁹, vel principalis in collegiatis vacat, tūc
in referuatione non fit mentio de vtraque, sed so-
lū de vacan. videlicet: Dudū siquidē omnes digni-
tates in cathedralibus ecclesiis post pontificalē
maiores vacan. &c. vel sic, omnes dignitates prin-
cipales in collegiatis ecclesiis principales, &c.

Nota, de beneficiis officialium, quod à patriar-
chali vſque ad infimum beneficij descendendo
cadens, alias in referuatione exconstitutione ad
regimen, quæ habetur in quinterno cancellaria,
est referuatum, & debemus scire si in curia, siue
extra eam vacant, &c.

Per obitū extra curiā: Dudum siquidē omnes
canonicatus, & præb. ceteraq̄ beneficia ecclē-
siastica, quorūcunque capellanorū sedis apostoli-
cæ vbi cunque decedentium, tunc vacan. & in an-
tea vacatura, &c. Cū itaque postmodū canoni-
catus, & præb. ecclesiæ N. quos quondā N. ipsius
ecclesiæ canonicus dū viueret obtinebat, per obi-
tum eiusdē N. qui capellanus prefata sedis, & Pa-
latij apostolici causarum auditor existens, extra
Rom. curiā diem clausit extremū, vacauerit, &c.

Nos

Nos volent, &c. Velsic, per obitum N. qui familiaris noster, ac scriptor, etiam abbreviator, necnon corrector literarum apostolicarum existet, apud sèdem prædictam &c. diem clausit extremum.

Per obitum Cardinalis in curia: Dudum siquidé omnia beneficia ecclesiastica, tūc apud sède apostolicā vacan, & in antea vacatura &c. per obitum ipsius Cardinalis extra curiam, &c. Dudum siquidem omnia beneficia ecclesiastica quorūcunque sanctarū Rom. ecclesia Cardinaliū, tunc vacan, & in antea vacatura. Idē est iudicium de Cardinalibus & omnibus officialibus infra scriptis, videlicet,

Vicecancellarij.

Camerarij.

Septem notariorum.

Auditorum Rotæ.

Auditoris literarum contradicitarum.

Correctorum, & scriptorum apostolicorū, tam cancellariæ quām pœnitentiariæ, qui cancellariæ centum vnu, & pœnitentiariæ vigintiquatuor existunt.

Abbreviatorum literarum apostolicarum.

Secretariorum, & Solicitatorum.

Familiarium commensalium.

Capellanorum sedis apostolicæ in Epitaphio descriptorum.

Legatorum, seu Collectorum sedis apostolicæ.

Rectorum & Thesaurariorū in terris ecclesiæ.

Et sicut prius dictū est de beneficiis officialiū, similiter de beneficiis familiarium Papæ, & Cardinalium, collectorum in singulis diocesislibus vnicorum subcollectorum, ac curialium, etiam in quoisloco, dum curia transfertur de loco ad locum decedentium, necnon cubiculariorum, & curtorum, vt suprà per regulas.

Notabilia de vacantibus specialiter referuante.

Nota, quod beneficia specialiter referuata dicuntur quatuor modis. Primo per matrimonium contrahendum, per ingressum religionis & professionem faciendam, & per assecutionem autoritate ordinaria faciendam, per munus consecrationis impendendum.

Item, si referueretur beneficium per contractum matrimonij, non dentur alijs modi vacatione defuturo, nec conferatur beneficium referuatum specialiter vel affectum, nisi sequatur matrimonium.

In beneficiis per promotionem, vel assecutionem vacaturis, ponatur clausula cū beneficia huiusmodi præmisso vel alio quois modo, &c. præterquam per obitum obtinentis vacare contigerit, & si vacet, &c. vt habetur in regula Nicolai 5.

Impertrans beneficium & narrans illud vacare per munus per cōfessionem, vel assecutionem alterius bōnō cōfessio neficij, si re vera non vacat, sed speratur vacare nis vel affi- præmisso modo ante cōfessionem literarum, portionem ad terunt confici literæ tanquam de vacaturo. Idem terius.

Impertrans beneficium & narrans illud vacare in econquerfo, videlicet si narrat vacatrum, & re vera vacat, quia antequam literæ conficiantur poterit habere tanquam de vacan. Ioan. 22. in reg. 2. & Nicolai 5. & 38.

Beneficia promoti ad ecclesiā cathedralē non

possunt conferri per Papam, vt vacan. antequam promotus possessionem ecclesie pacifice adipiscatur, not. gl. in clem. i. vt li. pēd. quod intelligitur dē potestate ordinaria: sed de aboluta potestate cum in beneficiis liberam habeat potestatem, vt patet in text. d. clem. in fin.

Beneficia non vacant per sponsalia sed per matrimonium per verba de præsenti contractum, licet non consummatum: quāquam de hoc secundo fuerit dubium. not. Rot. 137. alias 13.

Notaplura notabilia tam circa beneficia referuata, quam non referuata.

Qvando examen non committitur in prouisionibus beneficiorum, dicitur effectus huiusmodi gratiæ. Similiter dicitur in omnibus gratiis, quando dicitur in principio gratiam facere speciale, tunc dicitur, effectus huiusmodi gratiæ. Secus fit in permutationibus, vbi tantum dicitur, effectus earū, &c. quoniam nulla videtur fieri differentia, vbi vnum pro reliquo datur.

Quando prouidetur præsenti, tam de beneficio referuato, quam nō referuato, semper post verba, vos, vel duo, &c. ponitur immediatè post vos, vel aliū, seu alios &c. vt reperitur in minutis antiquis, quando vero absenti mandatur prouideri, ponitur, Inducens per te, vel alium seu alios.

Quando in literis apponitur clausula, vocatis, &c. non possunt dari iudices extra ciuitatem, veldiocesis absque derogatione constitutionis Bonificij, nisi in casibus in eadē constitutione expressis.

In mandato de prouidendo habentii in forma dignum &c. si beneficiū non sit referuatum, ponitur in fine clausula decreti: Si dictus N. repertus fuerit idoneus. &c. vel ignoranter cōtigerit attentari, ac *Clausula* decreti si de data præsenti &c. In referuatis vero nō ponitur, si dictus &c. sed datur magnum decretum.

Item, quando beneficium vacat per cēsum, vel deceſsum, aut alijs possessione non habita, debet exprimi modus vacationis per quem sic cedens, vel decedens obtinuit. Intellige quando est dūxat concessum, vel mandatum prouideri.

Commissio hospitalis, dispensationes matrimoniales, & super defectu nataliū pro scholari in forma, ex parte, &c. debent fieri ordinario.

Quando fit vno de parochiali ecclesia alicui monasterio, vel alteri regulari loco, debet ponere clausula, referuata congrua portione pro vicario &c. vbi melius poterit aptari. In literis facultatum non ponitur clausula, Nulli ergo &c.

Quando scribitur alicui iudici, nisi sit in dignitate, vel personatu constitutus, dicitur sic: Discrebūtur nō habitione tua, licet forsitan tu fili prior non sis in dignitate prædictus, aut personatum obtineas, ac ciuitatis, vel diocesis aliquis prælatus S.R.E. fidelis nō reperiatur ad præsens per apostolica scripta mandamus &c.

In nouis prouisionibus beneficiorū vigore gratiarum expectatiuarū prædecessoris acceptatorū, bonū est dicere hoc modo, videlicet, vigore gratiæ expectatiuarū sibi præferre N. prædecessori nostrū cōcessit, prout &c. acceptauit, & de illo eocē præde-

prædecessore adhuc in humanis agente prouideri obtinuit, Cùm autem eadem petatio subiungebat. Et si detur noua prouisio super beneficio accep-tato vigore gratia Papæ tunc viuētis, adiuerte in fine literarum cassare, &c. videlicet quādo ad bene-ficiū super quo datur noua prouisio.

In nona prouisione de beneficio collato p lega-tum se. vacan. Venerabilis frater noster N. episcopus Ostiens, tunc in illis partibus Apostolicæ sedis Legatus, habens ad hoc, vt dicebat, specialem ab eadem sede per ipsius literas facultatem illius vi-gore beneficium prædictum, vt præmittitur vacas eidem N. contulit, &c.

In duobus casibus tanquam iuri contrariis, etiam si signature sit pinguis, non debet extendere ultra, quam incorpore supplicationis continetur vide-lacet, in dispensationibus, & expectatiis in quibus non datur clausula, ad curatis, & electis, nisi in sup-plicatione continetur.

In narrationibus semper debes sequi ordinem rerum, ita ut prius referas quae prius acta fuerunt.

Quando intitulas aliquem beneficiatum, prepo-nas clericu, vel beneficiato, & deinde immediate perpetuo beneficiato in ecclesia, &c.

Item super prouisionibus factis per Papam, vel vigore literarum eiusdem de certo beneficio, nū-quād datur noua prouisio, sed perinde valere.

In beneficiis de iurepatronatus laicorum, si pa-troni præsentant aliquem Papæ debes dicere. Nobis infra tempus legitimū præsentarūt, prout in quodam publico instrumento, siue literis authēti-cis, &c. plenius cōtinetur. Non autē quando datur noua prouisio per Papā de beneficio, ad quod quis præsentatus fuit ordinario.

Item in literis prouisionum ecclesiistarum cathe-dralium, & monasteriorum, quando promotus est constitutus in minoribus, & absque aliqua dignita-te, tūc debet exprimi eius cognomē, verbi gratia, Dilecto filio Ioanni dominici electo, &c.

Item comites, & principes non ponuntur alicuius diœcesis in literis gratiosis.

Si quis tenet beneficium sine titulo, & percepit fructus, si petat de eo prouisionē à Papa debet po-nere clausulam, abolitionis, etiam si non petatur in supplicatione, ex qua si cōfiterit illum nō perce-pisse fructus tunc non indiget. Et similiter quando defectū nataliū tacuissest in imperatione beneficij.

Nota, quād in ecclesia cathedrali nullus potest esse canonicus, nisi perfecerit 14. annum, & ita te-net Abb. in c. super inordinata. de præb. licet glof. in c. ex eo. de elect. lib. 6. teneat cōtra. & postquam peruerterit ad 14. annū, si non fecerit se promoueri ad sacros ordines infra semestre, est priuatus omni iure canoniciatus & præbendæ, in extraug. Nico. 5. quia Roman.

In his quæ sunt contra dispositionem iuris com-munis, datur dispensatio, in alijs verò non talibus, vt puta cōtra statuta fundationis vel regulas, datur indulatum, &c.

Nota, quād si mādatur inhiberi episcopo, dici-tur autoritate nostra, si inferioribus per censuram ecclesiasticam, &c.

Quando ex narratiua cōstat beneficium deti-neri & vacare, si sit reseruatum, dicitur: cùm autē secundum præmissa prædictum adhuc, vt præfertur vacare noscatur. Si verò nō sit reseruatum, dicitur: Cùm autem secundum præmissa, collatio, & prouisio prædictæ viribus nō subsistat, & sicut accepim⁹ beneficium adhuc, vt præmittitur, vacare noscatur.

Non derogatur cōstitutioni Bonitacianæ in li-teris gratia, nisi hoc in supplicatione petatur, vel mi-si Papa in signature det iudicē, in literis iustitiæ, sic.

In subrogationibus, si neutri, & nouis prouisioni-Subrogatio bus, non oportet narrare in supplicatione modum, si neutri. vacationis, sed potest in minutra supplicari, nisi be-Nona pro-nesciū effet reseruatum, tunc enim nō venit reser-natio, nisi supplicatione exprimatur.

Quando Papa mandat prouideri de beneficio reuocabili ad nutrum ordinarij collatoris, quia dé-volutrum, non definit propriea, quin illi cui con-fertur possit ad nutrum ipius collatoris amoueri, vt in extraug. Nicol. 5. cū de beneficio, & not. Ioa. And. in c. dilecto. de præb. & in c. præsenti. de offi. ord. lib. 6. in nouella.

Si obtinēs beneficium de iurepatronatus laico-Resignatio rum, illud resignat in manibus patronum, & ipsi in manibus resignationem admittant, admissio est de facto, & patronorū. quicquid inde sequitur impetrādo quis super hoc notiam prouisionem, debet omnia annullare, & da-tur sibi prouisio cum huiusmodi annulatione, nec tenet resignatio, vt in c. quod in dubiis. de renun-ciat tamē gl. eo. c. quod tenet, quo ad resignantē, ita quod non potest repetere ecclesiā, sed non quo ad ecclesiam vel superiorē, quin possit repetere sic resignantem.

Obtinēs beneficium aliquod, cui ad eius vitam Nota vno dūtaxat, vel quādū obtinuerit, est aliud beneficium ad tempus.

vñitum, est verus titularis viriisque cōstante vñio. ne sunt vñ corpus, & ideo per eius obitum, disso-luta vñione, vacat. Sed in vñito dices quod per N.

obitum disoluta vñione, vacat, &c. Et si obtinens resignet beneficium, cui est vñitū, vacat per disso-lutionem vñione factā per cādē resignationē, &c.

Impetrando dispensationem quamcumque, si ob-tinens aliquod beneficium, maximē ei cura immi-neat animarū, teneris exprimere qualitates eius, videlicet si curatum & electum: vt in c. cum illis. de præben. lib. 6. & cle. i. eo. tit. nisi si narraueris priorēm dispensationem, & in illa fuerint expresse qualitates, &c.

In noua prouisione beneficij collati per electū non cōfirmatum, inficies collationem, quia de fa-facta facta: vt c. nostri. de elect.

Siverò sit confirmatus, dabis, Cum autem dubi-tet, &c. Et quo potuit conferre: vt in ca. transmissa, eod. titul.

Si super quo quis beneficio litigioso sententia con-tra vnum ex colligatibus feratur, & ab illa appelle-t, & causa appellationis nō commissa cedere ve-lit, cedat iuri & liti, quia causē nō potest renuncia-re, cūm nō sit aliqua causa commissa.

Nota, quod per quamcūque litis pendentiam in Ro. Curia, in qua non fuit dictum de iure actoris, post annum non censetur beneficium iure affectū,

qui per ei^o collatorē liberē de illo prouideri pos-
ſit. vide in extrauag. Martini. 5. statuit auaſ. caue quia
iſtud eſt cōtra ius commune. c. i. & 2. vt lit. pen.
lib. 6. & cle. 1. §. ſi verò eo tit. & contrariū obſeruat-
ur in practica. vide decif. Rotæ. in tit. vt lit. pen. in
antiq. quæ eſt 4. in ordine, & n. 423. quæ incipit. nū
quam reor. poſſet tamen habere locum in caſu re-
gula. de ann. poſſ.

Item, quando mandatur prouideri absenti de be-
neſicio curato reſeruato, nō ponitur in ſi. literæ. Et
in ſuper ſi dictus loan ad hoc, &c. ſed ſolum. Et in
ſuper ex nunc prout ex. &c.

Nota, quod in beneficiis cum cura ſemper poni-
tur, vel per conſtitutionem execrabilis.

Canonicatus non dicitur eſſe ſine præb. quia a-
hui eſſet nomen inane, contra c. relatum, & c. dile-
ctus. el primo. de præb.

Nota, quod in ſpiritualiibus quāritur dominium
ſine traditione. Imo. in c. inter cætera. dē præb. &
habet in c. ſi poſtquam de præb. lib. 6.

Nota, quod beneficia ſecularia curata regu-
laribus debent regi per ſeculares iſtituendo per
ordinarium ſic ſi prius confueuerant. in extrauag.
cum non nullis. Bonif. 8.

Canonicatus, & præbenda ac dignitates ſemper
dicuntur ecclesiæ, niſi dignitas ſit cognominata, &
tunc dicitur in ecclesia. verbi gratia, Archidiaco-
nis de certo in ecclesia Rodonen. &c.

Clauſula
*mādai ſu-
per infor-
maionib⁹*

Clauſula fraternitati tua, de qua in his, & aliis
ſpecialeſ fiduciā obtinemuſ, ponitur qn man-
dat recipi informationē de his, quæ committun-
tur, & in caſibus ſequentiibus.

In diſpenſationibus matrimonialibus. In tabellio
natus officio. In commutatione voti. In abſolutio-
nibus incēdiariorum. In alienationibus votorum,
ecclesiasticorumq. locorum. In conſeſſionibus re-
ſeruationum & conditionum monaſteriorum, &
aliorum ecclesiasticorum locorum.

Quando committitur, quod dēetur alimēta pa-
tronō ecclesiæ redactō ad paupertatem.

Quando mandatur de incertis male ablatiſ af-
ſignari viſque ad certam ſumimam.

Quando mandatur recipi informatio de aliqua
re ardua, & poſteſ referri.

Quando committitur erecțio parochialis eccle-
ſie in collegiatā, & ſtatutorum per patronum lai-
cum in eadem editorum.

Quando mandatur abſoluſ ministrum inutilem
à regimine, & admiſſione, quā habet. Sed ad-
uerte quod moderni abbreviatores præmilla clau-
ſula non utuntur, niſi in diſpenſationibus matrimonialibus, & interdum qn iudex datu in ſignatura.

In licentia pro ecclesiæ ad recuperādum rem al-
terius ecclesiæ male à laico detentam, appone hāc
clauſulam, priori ecclesiæ N. præſita cauione, vt
ſi ad pinguior em fortunā deuenērit, rem ei reſti-
tuat, prius ſibi de pretio ſatisfactō.

In tranſlatione monaſteriorum, & ecclesiārum
de loco ad locū, ne primū monaſterium deſtruat-
tur, pone clauſulam, Prouifo quod ad prophanoſ
viſas non derogatur.

Auditoreſ Rotæ, clerici came. & accolyti, Papę

funt capellani.

Nullus illegitimus intitularur nobilis, nec dicitur
p eo nobilitas generis, nec qui, ve aſſeris, de nobili-
tate genere, pcreatus existis. fed bene dicitur, qui, vt *Nota cōfī*
religioſus, defectum natalum poteris ex nobili cōiu-
tatio decre
gato, & moniali, &c. genitus, nec etiā aliquis reli-
gioſus dicitur nobilis, nec pro eo nobilitas gene-
ris, ſed in prosecutione bene dicitur, qui, vt aſſeris,
de nobili genere, &c. pcreatus existis.

Nota, quod quando aliqua conſtitutio continet
decretum, indiget derogatione, & ad hoc, vt eide
rogetur, eſt opus ſignatura ſpeciali. Si vero nō cō-
tineat decretum, tunc ſufficit dicere ſimpliſter,
non obſtantē tali conſtitutione, qua cauetur, &c.

In beneficiis de iure patronatus laicorum, quoruſ
collatio eſt deuoluta ad ſedem apostolicam, pon-
tur clauſula. Dummodo eius collatio deuoluta ſit
&c. Et tempore datæ p̄ſentium, &c. In aliis vero
deuolutis, nō ponitur clauſula, dummodo eius colla-
tio: ſed dūtaxat, dūmodo tempore datæ p̄ſentiu.

Si in prouifione alicuius beneficij, ille cui de illo
prouideatur, aliud obtineat quod dimiſſurus ſit ſem
per debet in titulari de beneficio dimittēdo, niſi de
illo ſibi gratioſe prouideretur, & tuc de illo iſtitu-
landus eſt.

Quando impetrans poſſedit, & percepit fructus
de facto indiget habilitatione ſi illud de facto eſt
cōtra ius ſcriptū alias non: vt puta, contra regulas
cancellariae, vel contra aliquam reſeruationem nō
clauſam in corpore iuriſ, & familia quæ iuste potuit
impetrans ignorare.

Quædam funt qualitares, quæ quanuis in ſuppli-
catione nō ponātur, poſſunt tamē in minuta ſup-
pleri, vt ſi quis ſit doctōr, licentiatuſ, familiaris ali-
cuſiū prælati, vel princ ipis, & ſimilia, quæ potius
mouent Papā ad concedendum gratiā, &c. quā
ſuppletionem. intellige veram, quando p̄incipalis
eſt p̄ſens: quia alias cum difficultate ſuppleretur
propter malitiam ſollicitatorum, &c. Imo debet at-
tendi ad ſollicitatores.

Conſeruatoriae debent cōmitti episcopis vel ſu-
perioribus prælatiſ, aut abbatiſ, vel perfonis in
dignitatibus conſtitutis, nō autem canonicis, vt in
c. fi. de offi. de leg. lib. 6.

Nota, quod quando aliquid committitur de iure
nō datur exordiū in literis niſi daretur humilibus
&c. vel honestis ſupplicum votis, &c. Sed in con-
cernentibus gratiā, temper ponitur exordium, niſi
in matrimonialibus in quibus nullum ponitur.

In beneficio dicitur intruſus, qui illud tenet ſine *Intruſu*
autoritate illius ad quē de iure ſpectat collatio. vt
in c. 3. de conceſſ. præb. & in c. frequētibus. de insti.

Quando quis tenetur dimittere beneficium, nō
eſt necesse vt ponatur, in nō obſt. fed ſufficit quod
ponatur clauſula volumuſ autem, &c.

Clauſula, contradictores, ponitur in omnibus li- *Volumuſ*
teriſante, non obſtatibus exceptis executionibus autem.
literarum gratiſarum, quia in illis ponitur in fine, *Contradi-
ctores*
videlicet ante datam.

Nota quod quando conceditur aliquid alicui
prælato, ſicut abbati, & ſuccesſoribus ſuis, vel pro
tempore exiſtenti, ſemper debet fieri mandatum:
fed

sed quādo cōceditur moderno abbati tantū, tūc debet fieri facultas, vt quādo cōceditur quōd dispenset cum monachis in 22. annis, &c. sed qn̄ ista concessio concerneret futura, si indulatum.

Nota, q̄ si obtinens beneficium curatum quod requirit residētiā, receperit secundum beneficiū non curatum, quod similiter requirit residentiam quōd non vacat primum.

Beneficium curatum non vacat, līceret quis in ea dem ecclesia assequatur parochialē ecclesiā annexam præbendā: quia præbenda est beneficiū, quod nō est curatū, & parochialis ecclesiā est illi accessorium, cui deferuerit per vicarium: vt e. super. de præb. lib. 6. in extrauag. execrabilis. in sī.

Beneficia quā sunt de mēsa episcopatus, vel monasterij, nō dicuntur vacare p̄ obitum rectoris, vide Federi, in tract. permūt. & domi de Rotā cōc.

Habēs beneficium curatum, si aliud simile assequatur, nisi primum infra mensē dimitiat in manib⁹ ordinarij, efficitur inhabilis secundum Ioan. And. in cl. si plures, de præb. Et idem dicit in dignitatibus, & ita intelligitur extrauag. execrabilis.

Nora, quādo Baptismus & Chrisma non faciunt beneficium. no. Hostien. in c. quia nonnulli. de cle. non resid.

Habens canonicum titulum, etiam si violenter capiat possessionem, non dicitur intrusus secūdum dom. de sancto Gemi. in c. eum qui, de præb. lib. 6.

Abbas non potest conferre monachis beneficiū ad tempus, vel perpetuō, quod erat cōsuetum gubernari p̄i clericos seculares, neq; impetrās illud tenetur facere mentionē de tali possessione, neq; el̄ contra Archidia. in cle. vni. de suppl. neg. præl.

Abbas nō potest conferre prioratū vacatē monacho alterius monasterij, c. cū singula, de præb. li. 6.

Abbas si el̄ negligēs, infra tempus semestre nō devolvitur potestas, ad cōuentum, sed ad episcopū pot. in alle. i. de suppl. neg. præla.

Collatio facta p̄ Papā ex causa resignationis vel p̄mutationis, de beneficio aliās reseruato, vel noua promissio, seu confirmatio collationis ordinarij cū clausula, nō obſt, reseruat, &c. nō tollit p̄cedentem reservationem, ita quōd cedētibus, vel decedētibus illis, qui ex eisdem prouidentur, & ilia fuerunt aſsecuti, nullus præterquā Papa de illis disponere poterit: vt in extrauag. cle. 6. quā incipit. Sed in extrauag. nonnulli. Benedicti 22.

Itē, de beneficiis per aſſectionem aliorum vacant, de quibus fuit autoritate ordinaria prouisum & deinde habita cōfirmatione, siue perinde valete, à Papa illis ceden. vel decedē. non potest de illis prouideri per alii quām per Rom. Pon. vt in dictis supra nominatis extrauag. videlicet. Sed & nōnulli.

Reseruato beneficio regulari intelligitur reseruatio loci, qui deberetur in ecclesiis illud obtinētib⁹ vt in extrauag. si quando. cle. 6. & in decif. Rot.

Si de beneficio reseruato mandatur prouideri, seu prouiso confirmari, & antequā fuerit aſsecutus decesserit beneficium sub reseruatione permanet sicut prius: vt in extr. execrabilis, vide in decif. Ro.

Consuetudo optandi non cadit in beneficiis reseruatis, vt in decif. Ro. tit. de consuet. in nouis. nu.

296. eo. tit. in antiq. nu. 219.

Si dispensetur cum monacho, quōd possit obtinere unum beneficium etiā curatum, non ponitur prouiso tamen.

Quando scribitur monacho ponitur, cognomē sed non abbatii vel priori.

Nota, quōd beneficium curatum non pōt conferri existēti in sacrī, si est ante tempus promotus & ex hoc multo fortius vitiatur impetratio beneficij, not. in c. pro illorum. de præ. per Abbatē. Quādo defectus ordinum impedit impetrationē. vide doct. in c. si clericis, de præb. in 6.

Nota, quōd si executor literarum apostolicarum occulē excommunicatus, mihi sciēti excommunicatum ipsum conferat aliquod beneficiū, collatio nō tenet, vel est retractāda, secus si ignorabam, qā tūc tenet collatio. Ita dicit Abb. in c. dilectō, de præb. & est limitatio ad l. Barbarius. de offi. prætor.

Collatio beneficij potest fieri absenti, l. labeo, de paſt. c. si tibi absēti. de præb. li. 6. Et si tale beneficiū vacabit in curia, & reseruatū collationi papa, moritur antequam acceptet, vel post acceptionem, ante aſſectionem autē desinat esse sub collatione Papā, & ordinarius possit illud conferre. vide in c. 3. de præb. li. 6. & per Ioan. And. in addit. Specu. tit. de act. & petit. §. 1.

Quādo resignation fit per procuratorem, dicitur per dilectum filium N. procuratorem suū, ad hoc ab eo specialiter cōstitutum. Quādo est substitut⁹ procurator, sic dicitur: per dilectum filium N. procuratōrē substitutum à dilectō filio procuratore dicti N. ad hoc ab eo specialiter substituto. Quādo est beneficium reseruatum, nō dicitur illito detētore, sed detentore tantū. Quādo quis est dispeſatus p̄ legatū, dicimus: Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte tua petitiō cōtinebat, quōd venerabilis frater noster T. &c. tūc in illis partibus Apostolicæ ſedis legatus, tecūmque vt vna cum parochialiā ecclesiā, &c. In Sardinia omnes præbendā & canonicatus ſunt annexā. Quando in manib⁹ Papæ fit aliquis actus, vt puta cesso commēdā: nūquā dicitur. Cūm itaque ſicut accepimus: ſed cūm itaque dilectus filius, &c.

Si haberet beneficium, ponitur ſic: qui, vt afferit, parochialē ecclesiā cuius fructus, &c. Et ſemper ponatur valor, etiam ſi in ſupplicatione ſe p̄ponatur.

Quando impetrans petet extra ſuam diocesim, scribitur ordinatio loci in quo impetratur: ſed ſi p̄petat ad collationē ordinarij per ſe, tūc scribitur tribus iudicibus in ſua diocesim. Quādo aliquis impetrat extra ſuā diocesim, tūc dicit: vbi dictus T. ſuā propriam mansionem ſe afferit elegiſſe. Volumus autem quod ſi tu p̄fenteſt literas nō potueris, ſeu volueris exequi, dilecti filij, præpoſitus, & decanus ecclesiārum literas ipsas, ac omnia, & singula in eis contenta, ſecūdum ipsarum literarum tenorē exequi poſſint, & debeat, ſuper quo eis tenore p̄fētiū mandamus, & etiam p̄oſtatem, &c.

Et inf. p̄ præſato, &c. Iſta clausula ponitur dūtaxat, quādo scribitur ordinario: ſed quando scribitur aliis, tūc ponitur vt in textu inſtrā, vbi eſt totus tenor gratiæ expectatiua. & tūc ſubiungitur

quod si non omnes, &c.

Attento, clausula ponitur, quando resignatio, vel cessio sit in manibus Papæ.

Quando in clausula, permutandi, dispensatur, qd' aliud dissimile recipere possit, &c. ponitur etiā ista clausula, quod cōuentuale, vel claustrale, vt preferatur, non sit, vt in tex.

Non obstant. Bonifa. ponitur propter translatiōnem aliās non, quod nota.

Non obstantibus cōstitutionibūs, & ordinatiōnibūs Apostolicis, non ponitur quādo est expectatiua ad vnum beneficiū, nisi ille cui cōceditur in tituletur de alio beneficio.

Non obstant. statutis dicta Ecclesiæ, ponitur qd' est in cathedrali vel collegiata, & non ponitur fe. re. Boni. &c. & aliis Apostolicis cōstitutionibūs, qd' ponitur in execrabil. Si verò non est in cathedrali aut collegiata, & habet obstatia aut absolutionem, ponitur. Non obstatibus constitutionibūs, & ordinationibūs Apostolicis, & aliis cōtrariis quibusq; que. Si verò non habet obstatia aut absolutionem, ponitur, non obstante si aliqui super prouisionibus sibi faciendis, &c.

Volumus autem, quod idē presbyter quām pri-
mum vigore præsentiuī aliquod beneficium fuerit pacifice aſſecutus, dictam Ecclesiā, quā, vt præfetur obtinet, & quā ex nūc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur, quodq; si tu præſen-
tes literas, &c. quādo autē litigat, vt in aliis, de gra-
tia, consuevit ponи.

Sepultura nedum est de iure Canonico, sed diuini-
no, &c. facit ca. i. de sepultur. & vide 13. quāst. 2. per
totum. Et nota quod Adam fuit sepultus in ciuitate
Abrahæ. ead. cau. & quāst. cap. vnaquaque.

Obligatio cōtra ius non valet. c. fi. de pac. c. pla-
cket. de ſim. l. ſi non fortē. ff. de condit. indeb.

Merita ſemper præcedunt defectus. Quando est
ætatis 14. annorum, vel circa, nō dicitur. Et insuper
tecum, sed ponitur, duxerimus concedendas. Nos
enim tam illis, quām præſētes, & quo ad beneficium
cuī cura huiusmodi quam primum ad illud obti-
nēdum legitimæ fueris ætatis, effectum fortiori vo-
lumus, quacūque constitutione Apostolica cōtra-
riatione obstante, nec ponitur, prouisio.

Notabilia super pensionibus.

Nota, quod in pensionibūs, & commendis qui
non examinatur; nec datur forma, dignum
qua examen, & forma dignum, &c. habent locum
quando beneficium confertur in titulum.

Litera reſeruationis, vel assignationis, & motu
proprio cuiusmodi pēſionis annuē ſuper alicuius be-
neſicij fructibus, expediti nō poſſunt, niſi de cōſen-
ſu illius, qui dictam pēſionem ſoluere habebit. Ni-
colaus 5. ſecunda 38.

Si illi quibus ratione ſenij, vel impotētia corpo-
rali, aſſignatur pēſio ſuper beneficiis curatis, ſeu di-
gnitatibus, ſane inhabiles ad ſimilia beneficia: niſi
tempore aſſignationis huiusmodi ius habuerint in
illis, & ſi receperint, & p mensā alia beneficia obti-
nuerint, ceſſat pēſio: vt habeat in extrau. Nic. 5. quā
incipit, Ad futurā rei memoriam, &c. Detestabiles.

Non valet paſtum, vel conuentio inter Abbates
& iſtitutoſ Priores ante vel poſt reſtituōnē de
pēſionibūs vel alio onere temporali, vel perpetuo
prioratu impoſito, vel imponendo: vt in extrau.
intelligitur Alexan. 4.

Pēſio immoderata respectu aliorum reddituum
Ecclesiæ, vel quā ex poſt facto incepit multum
grauare, poſteſ reduci ad debitam moderationem
vt per nota, in c. præterea. de iure patr. faciunt not.
in c. i. de conſuet.

Episcopus cum conſensu capituli ſui poſteſ im-
ponere penſionem Ecclesiæ abundantि ſoluēdam
adſuſtentationem virorum religioſorum: vt in ca.
Pastoralis. de his quāe fiūt à praef. Et ſic habes ca-
ſum, quod non ſolū Papa, ſed etiā Episcopus poſteſ
imponere pēſionem Ecclesiæ. Et intelligitur, quā-
do detracta pēſione poſteſ rector Ecclesiæ cōgruē
viuere, aliā autem nō debet cooperiri vnum alta-
re ut diſcooperiat aliud, vt in c. cum iam dudū.
de præ. & vide Nicol. in d.c. Pastoralis. & in c. extir-
panda. in fin. de præb. vbi bonus text. Religioſo li-
cītē constituitur aliqua penſio ſeu prouisio, non ut
eam habeat ut propriam, & ſic poſſit eam dare, vel
in teſtamento reliquere: ſed habebit ut diſpenſa-
tor, vel in administrationē, & poterit illā Abbas ad
libitum auferre, niſi haberet ex cōfirmatione Pa-
pa, quia tunc per Abbatem non poſſet illa priuari.
Iſta dicit Nicol. per illū tex. in c. niſi eſſent. de præ-
bēd. Not. gl. & doct. in c. expoſuſti. de præb. quod
ſi portio vel penſio dūtaxat ſtatuitur Canonico ex
redditiſ capellæ, tunc preſbyter instituendus in
capella eſt praefatus capellæ, & habet curā anima-
rum. Sed ſi capella anneſtitur præbēdæ, tunc preſ-
biter illi conſtituēdus, habet loco praefati domi-
ni. vide dom. Landulph in Cle. i. de offi. vicar. & Io.
de Lignano poſt eum concludit, quod ſi certa por-
tio datur Canonico, tunc vendicatio rerū, & iuriū
capellæ, & cura pertinet ad preſbyterum. Si vero
certa portio pertinet preſbytero, tūc vēdicatio rerū
& iuriū capellæ pertinet ad Canoniciū, & cura, ha-
bitu, ſed actu pertinet ad preſbyterum. Et loquitur
quando ecclesia eſt annexa præbēdæ, nā vbi non
eſt annexio, ſed ſolum ſtatuitur pēſio, tūc nihil ha-
bet agere Canonicus in capel. Ita dicit Nico. diſt.
c. expoſuſti. Et circa materia penſionum, vide quē
habentur ſuper chart. 52. & 53.

Notabilia ſuper clausula, perinde valere.

Nota, quod litera ſuper gratia, perinde valere
ſemper debent eſſe gratioſa, & dirigi peteti.

Item nota, quod perinde valere, nō datur ſuper
gratia facta per alium quām per Papam.

Item nota, quod in dicta gratia ponūtur non ob-
ſtantes beneficiales.

Item nota, quod ſi datur, perinde valere, pro grati-
a expectatiua, dicimus ab earū data. Si autem in
aliis, dicimus à data præſentium.

Item, in gratia, perinde valere, ſuper gratia expe-
ctatiua dicimus, in beneficiis ſi quod vacat ad pre-
ſens, aut cum vacauerit, & nō in beneficiis quē va-
cauerint ante datā perinde valere, in quibus aliis
poſſet eſſe ius quāſitum.

Item

Item nota, quod debemus dicere perinde valere super gratia expectatiua, quod litera prædicta, & processus habiti per easdem ab eorum data, & quæcunque inde secuta, ita quod data non possit referri ad quæcunque inde secuta.

Item nota, quod supra dicta, perinde valere, super gratia expectatiua debemus dicere, non obstatibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinatio-bus Apostolicis, necnon omnibus illis quæ in dictis literis non obstat volumus. Et ponitur constitutio-nibus Apostolicis, quia obstant constitutio-nibus Apostolicis, ex quo fit præjudicium tertio, quia validatur ab eoru data, & in perinde valere, super vacati-bus non ponitur, non obstatibus constitutionibus Apostolicis, quia literæ reualidatur à data præsen-tium, & non data literarum primæ impetrationis.

Item in prædicto, perinde valere, in narratione gratia expectatiua, si Papa prouiderit, debet dici gratiosè prouidimus.

Siverò mandauit prouideri, debet dici, gratio-se mandamus prouideri, & debet addi certis execu-toribus de super deputatis. Si in fine literæ dici-tur, quod executores possunt procedere, vel detur eis alia potestas alias non debet dici certis execu-toribus de super, &c.

Item nota, quod in gratia perinde valere, non de-bet suppleri ultra illud quod est in supplicatione, propter iudicia quæ super illis solent exoriri.

Item nota, quod si quis Creetur Canonicus in gratia expectatiua, & postea impetratur: perinde valere potest intitulari de Canonicatu ex quo li-teræ, & processus reualidantur ab eorum data.

Si in evidentem, notabilia.

Nota, quod qñ committuntur diuersa, nisi in evidentem, videlicet, si vocatis, &c. Ita esse nec non venditione prædicta in evidentem dicit Eccle-sia cessisse repereris, non debet dici post repereris, sup quo tuā cōsciētiā oneramus. Sed bene debet dici post necnon hoc modo, necnon super quo tuā cōsciētiā oneramus vēditionē, &c, ratio est, quia si poneretur in fine, intelligeretur de utroq; & nū quā dicitur super quo, &c. qñ dicitur, si vocatis, &c, non repereris. Si petuntur suppleri defectus in cō-tractu factu super locatione rei ecclesiastica, vel alia materia, nullaten⁹ litera desuper cōcedatur, ni-si in petitione desuper huiusmodi defectus exprimatur, vel per fiat vt petit, supplicatio signata fue-rit. Nic. 5. x. 36. Fuit petita cōfirmatio obligationis, si in evidentē, cū insertione instrumēti, Papa signavit, Fiat vt petitur, & exhibeat, & clausulā cu inser-tione instrumēti cassavit, fuit determinatū quod litera daretur grossa, non tam cum insertione, sed diceretur, quod prout in evidentem vtilitatem facta fuit confirmatus. Nota, quod quando dicitur in litera Apostolica, prout in instrumento publico desuper confessio plenius dicitur cōtineri, non po-test postea dici, nos instrumēti p̄dici tenore præ-sentib⁹ p̄ expressis habētes, quia esset cōtrarietas.

Item, qñ pertinet confirmari concessio facta de-re ecclesiastica si in evidentem, non potest dici concessione prædicta, ac omnia & singula in præ-dicto instrumēto contenta autoritate prædicta ap-

probes: sed debet dici sic: Cōcessionē prædictā, & prout illā cōcernūt omnia & singula. Quādo nar-ratur aliquid fiendum, tūc debet poni, Mandamus quatenus de præmissis omnibus & singulis, ac eo rū circūstantiis vniuersis te diligenter informes.

Sed quādo narratur factum, tunc debet poni, Mā-damus quatenus postquām tibi de præmissis legi-timè constiterit. Quando narratur causa, tunc one-ratur conscientia. Quando nulla causa, narratur, tunc conscientia non oneratur. Quando aliquis Rex, vel Prælatus supplicat pro alio in litera, quæ datur in forma exhibita tunc de Rege vel Præla-to non debet fieri mentio in principio, videlicet: exhibita pro parte Regis, vel episcopi, &c. Sed tā-tum de Rege vel Prælato prædicto debet fieri mē-tio ibi, quare pro parte Regis, &c.

Notabilia super dispensationibus matrimonialibus.

Filius ex secūdo matrimonio natus censetur le-gitimus, licet pater cū alia contraxisset primo, si secūdum matrimonium fuit cōtractum, & secūda vxor ignorauit primum matrimonium eius. Secus si sciuit, vel scire debebat: vt, quia primū esset publicē cōtractum, sed quia secundum matrimonium, fuit clādestinum, tunc ex illo natus est illegitimus, licet mater primū matrimonium ignorasset. Sita-men super primo esset lata sentētia diuortij, à qua non esset appellatum, tūc natus in secūdo esset le-gitimus, licet sententia diuortij postea retractetur. not. Inno. & Io. And. in c. cum inhibitio. de clāde. despōn. Filius natus ex muliere cum qua non potuit contrahi, obstante impedimento cōsanguinitatis, aut affinitatis, aut publicē honestatis, habetur pro legitimo si de facto fuit matrimonium publicē con-tractum, cū verisimiliter, vel alter ipsorū igno-rat impedimentū, quod præsumitur si publicē cō-traxerit, & succedit patri: vt in extraua. Alexā. cū quidā de sponsa, secus si clādestinē, quia tunc non habetur pro legitima, &c. vt not. Ioan. Andr. & In-no. de clādest. despōn. c. habito.

Dispensationes matrimoniales semper cōmitti debent ordinario. Nota, quod clausula, de qua in his plenam in domino fiduciā obtinen. propriè debet poni, in dispensationibus matrimonialibus, vbi agitur magis de conscientia, quām in aliis. In dispensationibus matrimonialibus debet propriè dici cōmittimus, & mādamus. Licet matrimonium sit contractum per verba de p̄fensi, si nōdū est consummatum per carnalem copulā, potest Papa dispense, vt ego possim assumere aliam vxorem, relicta prima: secus si post cop. carnalem, secūdum quod not. Archi. 27 q. 2. c. quia.

In literis dispensationum super aliquo gradu p̄-hibito, ponatur clausula, & mulier rapta nō fuerit. Nicolaus 5. Nota, quod nati ex cōcubina retēta p̄ clericū in minoribus constitutum, nō legitimātur per subsequens matrimonium, si ille clericus erat beneficiatus, alias sic. secūdum Bar. in l. 4. ff. de cō-cubi. Affinitas etiam contrahitur per fornicarium coitū: vnde nati ex fornicatione, nō poterunt cō-trahere matrimonium cum his, cū quibus nō pos-sunt contrahere legitimi. Bal. in l. cum acutissimi,



C. de fideicom. & not. 32. q. 4. c. obiicitur. & de eo qui cognoscit. consanguineum. & eo. tit. t. penit. Et an per talen coitum oriatur impedimentum ad contrahendum matrimonium. no. 35. q. 3. c. extra ordinaria. Affinitas nunquam inducit sine coitu. Archi. de spons. c. i. lib. 6. Affinitas non contrahitur inter consanguineos mulieris. & consanguineos viri. sed tantum inter consanguineos ipsius viri. & ipsam mulierem. ut est tex. in c. quod super. de consanguineo. & affinitate. Dispensare potest Papa matrimonium contrahere in secundo consanguinitatis gradu in linea aequali. in linea inaequali. not. Io. And. in c. literas. de resti. spol. & de diuort. gaudemus. sed ex causa potest etiam in linea inaequali. ut in quolibet gradu lege diuina prohibito dispensare. no. Ioan. Andr. qui filii sunt legit. c. per venerabilem. in globo. in fin. debet tamen esse magna causa secundum Inno. Hostien. & Ioan. And. Arched. vbi omnia vide.

Item potest dispensare etiam in primo gradu affinitatis. tex. est in c. f. de diuor. nec obstat quod sit prohibitum lege diuina. quia non potest per humanum tolli. quia non totaliter. ex causa enim distinguuntur. & hoc fieri potest. ut not. Inn. de consti. que in ecclesiis. ad quod optimè facit quod not. Io. And. in regula factum legitimè. de regul. iur. lib. 6. in mercurialibus. Dispensare potest Papa quod matrimonium consummatum dissoluatur si non interfir copula. not. gl. de cōuerſ. cōiug. c. ex publico. quod ultimum procedit ex absoluta potestate. sed ordinata non potest. nisi subsit causa secundum Ioa. And. & Hostie. ibidem. Maior est potestas Papa in dispensando in matrimonio contrahendo. quam dissoluendo contractum. quare libere dispesat quod contrahitur contra legem Canonicaem. etiam sine causa. contra legem diuinam. cum causa. ut supra proxime dictum est. In contracto aut dissoluendo. si est simpliciter ratum. & lege Canonica validum. dispensare libere sine causa de potestate absoluta. sed si est consummatum. tunc quia per ipsum reputatur conformitas carnis inter Christum & ecclesiam. nulla ex causa rumpitur. & qui aliter sentit haereticus est. no. Io. And. in dict. c. ex publico. in fin. vide globo. in cap. fin. de transacti.

Dispensatio facta super impedimento affinitatis valet. & in vim eius potest dispensatus matrimonium contrahere. licet in dispensatione nulla fiat mentio de impedimento publicæ honestatis iustitiae.

Nota pro subscriptionibus literarum. & primo de ordinibus institutis.

Priori & fratribus domo de Lenis ordinis Valliscolarum N. Diocesis. & sunt ibi Canonici. Prior & fratres domus ordinum humiliatorum de N. Diocesis. Magister generalis ordinis de Sepig. & habetur sorores & monasteria eiusdem ordinis. Abbatii & conuentui monasterij sancti Archageli in insula Robolan. N. Diocesis. quem ordinem fecit Joachim. & caput est in Calabria.

Priori Monasterij sancti N. de Amilia. sanctæ Mariæ gloriosæ Diocesis. Archimodritæ Monasterij N. ordinis sancti Blasii. N. Diocesis.

Præpositus generalis Monasteriorum Alemanicæ & Bohemicæ sub beatæ Mariæ Magdalena nominibus fundatorum. Rom. ecclesiæ immmediatæ subiectorum ordinis sancti Augustini N. Diocesis.

Ministro & fratribus domus sanctæ Trinitatis. & Ortesij ordinis eiusdem sicut Trinitatis. & redēptionis captiuorum Aquen. Diocesis.

Raymundo de Francholanchiis. fratri domus de Ortesio ordinis S. Trinitatis de N. Diocesis N.

Magistro & fratribus hospitalis sancti Io. de N. R. ecclesiæ subiectis ordinis S. Augustini. N. Diocesis.

Ordo sancti Victoris non est approbatus ordo.

Dilectis filiis fratri Io. de Cele. ac viuieris Eremitis de societate quandam fratris Petri de ipsius preceptibus & futuris. Salutem. &c.

Maiori ministro. & viuieris ministris. & fratribus ordinis sanctæ Trinitatis. & redēptionis captiuorum tam presentibus. quam futuris professis. necnon fratribus. sororibus. & donatis eiusdem ordinis. Salutem. &c.

Ordo fratrum secundum instituta beati Petri confessoris viuentium.

Abbatii & Cōuenti Monasterij sanctæ Iustinæ Paduan. aggregationis monachorum vnitat. alias de obseruātia sanctæ Iustinæ nūcupat. ordinis sancti Benedicti.

Dilectis filiis Gubernatori. & pauperibus societatis Iesuitorum nūcupatorum. Salutem. vel sic. Dilectis filiis rectori gubernatori nūcupato. & fratribus congregationis pauperum Iesuitorum nūcupatorum. Salutem.

De Monialibus.

Dilecta in Christo filia Ioannæ natæ dilecti filij nobilis viri Ioannis ex Comitibus de Sabona. Moniali monasterij de Oriente ordinis N. Diocesis.

Sorores pœnitentium beatæ Mariæ Magdalena ordinis S. Augustini N. Diocesis.

Et militi Senen. sub habitu beati Dominici domino famulanti.

Priorissis & Conuentibus sororum inclusarum Monasterij N. Diocesis sancti Augustini sub cura. & secundum statuta fratrum ordinis prædicatorum viuentium.

Mariæ de N. mulieri Ianuen. tertij ordinis S. Fräcisci de pœnitentia nūcupati.

Abbatissæ. & cōuentui monasterij N. Diocesis ordinis S. Clara. &c.

Magdalena de Perusio. tertij ordinis S. Fräcisci de pœnitentia nūcupati generali ministra.

Dilectis in Christo filiabus Io. & Be. de N. sororibus tertij ordinis sancti Dominici de pœnitentia nūcupati in urbe commorantibus.

Priorissæ & Cōuentui Monasterij N. Diocesis. per Priorissam soliti gubernari ordinis S. Augustini. sub regulari inibi obseruantia degentium.

Abbatissis & conuentibus viuierorum Monasteriorum sancti Germani. & minoristarum. & sanctæ Clara ordinis eiusdem sanctæ sub generali ministri. aliorumque officialium fratrum minorum cura vilibet constitut.

Sorori

Sororibus tertij ordinis sancti Francisci de penitentia nuncupati, de N. diecēsi de p. locus N. diecēsis degentibus, Salutem in Domino, &c.

De Mulieribus.

Dilecta in Christo filia nobili mulieri N. reliqua quondam B. de cellario domicelli vidua Soran. Diecēs. Salutem, &c.

Dilecta in Christo filia nobili mulieri Isabella relictæ quondam Conradi militis vidua, Traiecten. diecēs. Salutem, &c.

Dilectis in Christo filiabus virginibus, & viduis in domo dicta sororū Oitē. oppidū Buscodicis Leodien diecēsis in cōmuni viuentibus, Salutem, &c.

Ioannæ de N. mulieri in ciuitate N. sub habitu sororum paenitentium Reginarum nuncupatarum degenti.

De Viris.

Dilecto filio nobili viro Ioanni, Charissimi in Christo filio nostri Regis Portugalie illustris nato, Comiti Carcelen. Salutem, &c.

Dilecto filio nobili viro Ioanni Domicello, necnon Castellano officialibus communium, & hominibus ciuitatis nostræ Nepesin. tam clericis, quam laicis. Salutem, &c.

Dilecto filio nobili viro Ioanni N. Domicello Xachon. Salutem, &c.

Charissimo in Christo filio P. Regi Castellæ & Legionis illustri, &c.

Charissimo in Christo filio Remulo regi Roman. illustri, &c.

Charissimo in Christo filio Maximiliano Rom. Imperatori semper Augusto, ac Bohemiæ Regi illustri, &c.

Charissimo in Christo filio Io. electo Regi Portugalie illustri, &c.

Excellētibus Principibus L. Regi, & Ioānæ Regine Siciliæ illustribus, quæ munus in p̄fenti quo, &c.

Dilecto filio nobili viro Comiti Melfiten. magni Regi Siciliæ Marescalco.

Dilecto filio nobili C. de vita mouentibus, Comiti Virtutum, in ciuitate Mediolanen. Imperiali Vicario, Salutem, &c.

Dilecto filio nobili Io. de Cesarinis Domicello Romano in ciuitate nostra Narmanen. pro nobis, & Ecclesia Rom. in temporalibus Vicario, &c.

Dilecto filio nobili viro Carolo Duci, & dilecta fia nobili mulieri Joannæ Ducissæ Britaniæ, Salutem, &c.

Dilecto filio Ioan. de bonis ciui. Mediolanen. ac dilecta in Christo filia Petronellæ eius vxori, & ipsorum liberis, Salutem, &c.

Duci, & concilio, ac communi Ianuen. velsecundum antiquos Genuen.

Nobili viro A. de N. in arce nostra Crescentij, alias Castro sancti Angeli de vrbe Castellano nostro, Salutem, &c.

Nobili viro Ioan. Duci Columbiæ charissimi in Christo filii nostri Ioannis Regis Portugalie illustris secundo genito.

Dilectis filiis parlamentum Regium charissimi in Christo filii nostri Caroli Regis Francorum illustris tenentibus, Salutem, &c.

Dilectis filiis Ancianis, Concilis, ac Vexillifere institutæ ciuitatis nostra Bononien. Salutem, &c.

De exordiis in beneficialibus.

Gratia tua familiaritatis, & deuotionis obseqia, quæ nobis, & Apostolica sedi haec tenus impediti, & adhuc solicitis studiis impendere non desistis, nec non vita, ac morum honestas, aliisque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus personam tuam familiari experientia, quam fide dignorum testimonis iuuati percepimus nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, &c.

Nota, omnib. Graduatis, etiā Magistro in artib. & Baccalaureo in Decretis datur literarū scientia, ac morū honestas, &c. Baccalaureis vero in Artib' nō quæ non reputatur Gradus, neq; intitulatur Baccalaureus in artib. sed dicitur, Volētes itaq; tibi, q; vt afferis, Parisiis in artibus Baccalaureū suscepisti.

In prouisionibus Ecclesiarum cathedralium dicitur literarum scientia, in elec̄ti commendatione, licet effectus non sit gradatus, &c.

Nobilitas generis, literarum scientia, vita, ac morum honestas, aliisque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt ut ibi redamur ad gratiam liberales, volentes, &c.

Religionis zelus, literarum scientia, vita, ac morum honestas, aliisque laudabilia probitatis, & virtutum merita, &c. dicitur quando est clericus minor 14. annis vita, ac morum, dicitur quando est clericus, vel scholaris maior 14. annis.

Gratia deuotionis, quando sunt clerici, & officiales perpetui, pro clericis minore 14. annis, pro quo nunquam debet dari litera gratiosa, sed committitur vni soli propter examen, &c.

Laudabilia dilecti filij Io. clerici Venetiarū indolis, & iuuētutis indicia, sup quib. apud nos, q; in virū se debeat p̄ducere virtuosum fide digna testimonia perhibetur, merito nos inducunt, ut ipsum Apostolici fauoris suffragio p̄sequētes sibi reddamur ad gratiam liberales, &c. Volētes dictū Io. qui ut accepimus, in 14. vel 15. suæ ætatis anno constitutus existit, &c. Mādamus, quaten⁹ si post diligētē super p̄missis indicis per te habēdā indaginē, prefatum Io. huiusmodi circūspecta etate aliā sed hoc idonea oppositione personarū, super quæ tuā cōscientiā, &c.

Laudabilia infantilitatis indicia prout fide dignorum testimoniois accepimus, verisimiliter pr̄sumitur, quod te in virum producere debeas virtuosum, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Volētes itaque tibi, qui, ut afferitur, in quarto tuæ ætatis anno constitutus existis, &c.

Laudabilia infantilitatis inditia, &c. ut suprā.

Dignum arbitramur, & cōgruum, ut illis se reddit sedes Apostolica gratiōsam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragātur. Volentes itaque dilectum filium Io. N. diecēsis. N. apud nos de religionis zelo, de nobilitate generis, de literarum scientia, de vita, ac morum honestate, ut suprā secundum eius qualitates.

De exordiis in reseruationibus, & resignationibus simpliciter vel ex causa p̄mutationis, vel reseruata p̄fessione, ac in p̄fessionib. simplicibus, cōmēdis,

habilitationibus, vniōnibus, eterētionibus, & monasteriis, videbis infia in rubricis congruentibus.

Nos volen tibi qui vt afferis.

Volētes itaque tibi, qui presbyter, & magister in artib, exīstis, vt afferis, ac in iure Canonico studes, p̄m̄ssorū meritorū tuorū intuitu, necnon cōsideratione dilecti frātis nostri A. tt. S. Lautētij in Damaso presbyteri Cardinalis, pro dilecto familiari suo continuo commensali nobis super hoc humiliter supplicantis gratiam facere specialem; &c.

C. Sanctissimo.) Bellissime conuenit Romano Pontifici, ut in sopra scriptione epistola nos reddentes. C. de sum. Trium aperte monstratur, quis enim sanctum dubitet esse, quem apex tantu dignitatis accruebat. et non nos. 4o. dist. & sicut persona patris vel magistri debet videri sancta filio & discipulo. I. liberto. ff. de obseq. ut cuiuslibet bono Christiano debet videri sancta persona Papae, alioqui errore labitur, immo contempsens summum Pontificem, & sic patrem contemnet carnalem tex. in c. qualis. 2. q. 7. quandoquidem habetur de eo Hiero. i. constituit ut super reges & regna, ergo honor est eidem exhibendus, ut supra dixi. Conuenit etiam ei verbū beatissimus, sacratissimus, summus Pontifex, pater sanctus, Pontifex maximus, & alia que notat, doct. in c. i. de constit. in 6. & scriptis in cludida signaturz. in praxi beneficij.

Dicitur in epistola ad Corinthus. p. 11. quod patres in primis honore, & d. Patris. **Q**uis dubitet sacerdotes Christi regum & principum omniumque fidelium patres, & magistros censeri? nonne miserabilis infanctus esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suorum potestari subiucere, à quo credit non solù in terris, sed etiam in cælis ligari posse & solvi? Verbasunt B. Gregorii in c. quis dubiteret. 96 dist. text. in Epist. nos reddentes. C. de summa Trinitate. infames enim sunt (ut canonum traditæ authoritas) omnes qui in patres armantur, & qui doctorum suorum vitam reprehendunt, vel acculant, c. plerique q. s. f. 2. q. 7. hodie quida scelesti religiosos & sacerdotes odio & contemptu prosequuntur, & hos scelestos etiam Deus contemuit, & in infernum desiceret illos. **C**. Filios. Reges tamen non sunt filii Papæ generatione, nec adoptione, sed cura & honore, tet. e. Boni facio in progenio clém. col. 2. nota. 4. quid honoris cœtius quam ut Imperator filius Ecclesiæ esse dicas.

*Nomina
quæ connexa
nūt para-*

Sacerdotes
sunt regum,
et aliorum,
fidelium
patres.

etur c. conuenior. 23. q. 8. vide text. in c. si Imperator. 96. dist. & quæ dixi in forma mand. Apost. in verbo, dicitur filii. Et dicuntur Reges Franciæ primi filii sanctæ Ecclesiæ catholiciæ (sicut vniuersitas Parisiensis vocatur prima filia, & primogenita regis, quia primò ei nata est, & primò fidē ac regis honorem tuetur) quia sanctam sedem primò & ante omnia tutati sunt, ut est in historiis multa videre. & Heliæ archiepiscopus Turon. in defensorio concord. in 3. ratione multos Francorum reges congerit erga sedem Apostolicā feruētissimos, & illius veros filios. infra dico tit. prox. in gl. bene meritis, & sicut reges dicuntur filii Papæ, ita iurisdictio temporalis dicitur filia iurisdictionis spiritualis, & ei tenetur tāquam matris sua. Bal. in c. si duobus. de appell. sed hodie filia conatur quibusdam exquisitis mediis suffocare matrem, quod est summè condolendum.

Nouimus, a obnixis precibus ab eo contendimus, vt si pragmaticæ nomen b omnino esset abrogandum, saltem vice c illius, bona sua, conciliique d venia certas nobis leges, conditionesque meditari commisicique liceret, quibus imperium e nostrum supradictum in posterum vteretur. Quod ad ea quidem pertinet quæ sanctione pragmatica cauebantur, quibus nostris precibus exorata pontificis sanctitas (nam ei quoque cordi erat regni nostri Ecclesia recte atque ordine administrari) haud ægrè nobis inuulsit, vt conuenti a Obnoxiis precibus.) Sic precibus contendere debent filii cum patre, & nō armis, nempe dicitur. in §. sed quod sancitum. in auth. de nup. colla. 4. erubescit enim lex castigatores, filios genitoribus statuere, & noli contendere cum parentibus, & si insta dicas. Ecclesiast. c. 3. scribitur iudicium patris audite filij, & sic facite vt salvi sitis. Nec etiam Papa contēdere armis cum filiis debet quia orationes & lachrimæ sunt arma clericorum. c. conuenior. 23. q. 8. Itē exactis regibus Romæ sacrificulus rex creatus est, nec ecō exitit, qui sacrorum rex dictus est, sine regio tamē imperio solo nomine rex, eratq; non apnum, sed perpetuum sacerdotium, ab omni bellorum tumultu immune, neque enim rex sacerdotum militare stipendiā facere, aut castris & legionibus præesse poterat: nam eius potestas sola religione & templis tenebatur. teste Alex. lib. 3. genial. c. 17. multo minus summus Pontifex. vide Ludou. Vinald. in opere regali. in 4. persecutio. Ecclesiæ, vbi adducit viginti imperatores vel principes, qui contra sedem Apostolicam vel summuPontificem insurrexerunt, aut contra prælatos, itarim defecisse, nec in hoc seculo diu prosperè vixisse, dicens his verbis se nunquam vidisse alchimistam diuitem, neque incantatorem bene morientē, neque rebellē. Ecclesiæ bene prosparentem. vide Platinam in vita Clementis IIII. & Maleret. in trac. de elec. fol. 60. col. 3. potest tamē Papa etiam armis se defendere à tyrannis, cum om-

nibus licet. l. vt vim. ff. de iusti. & iu. c. dilecto. de sent. excom in 6. Cicero in oratio. pro Milo.

b Nomen.) Et effectum, quia si nomine eximitur & fructu carebit. l. à nullo. C. de fera. si enim nomē non habent, qualiter officiam habebunt? dicit tex. in c. cor episcopi. 68. distin. an licet arguere à nomine plenē tradunt legum professores. in l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. & doct. decretorum. in c. i. de iud. & Cicero in suo Topic. lib. genus hoc arguendi notationem vocans.

c Vice.) Et sic hæc concordata successerunt in locum pragmaticæ sanctionis, ideo sapiens arguemus infra per argumētum à subrogatis, de quo traditur in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. ribas. do&. in c. ecclesia. de cōsti. & in §. fuerat. insti. ta sum. deact. plenē per Nico. Euerard. de locis legalibus. fol. 10. in arg. de subrogatis planius probatur in tit. proximo. & in rub. de elec. derogatio. in fine.

d Conciliique.) Scilicet sui, & sic rex voluit ex cōcilio papæ has leges in regno suo habere. dicebat enim, bene cognoscimus, quod cum vestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri regni, & ad nostram gloriam redundare. l. humanum. in fi. C. de legib. Item dubium non est omnia, quæ cōsilio recte gerūtur, iure, meritōque effectu & firmitate nisi. l. dubium. C. de repu. & Prouer. 13. c. Qui autem omnia agunt cum consilio, reguntur sapientia. & postea, astutus omnia agit cū cōsilio. c. 8. ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus, & c. 2. Consilium custodiet te, & Prudentia seruabit te, priuilegia consilij dico in interpretatione. auth. habita in ver. examinatione. C. ne filius pro patre.

e Imperium.) Rex Franciæ est imperator, & habet iura imperij in suo regno: vt cōcludit Ioan. Fe- rald. in tract. de iuribus & priuilegiis Regis Franciæ per rex in suo totū, & ego fusi dixi in ordina. regiis. habet etiā regno.

quilibet rex imperium. Iud. i. c. Arphaxat itaq; rex Medorū subiuganerat multas gentes imperio suo. & in l. penult. in fine dicitur de prætore, qui salua maiestate imperij, & ff. de iusti. & iu. Ioan. Fabri in procœmio insti. in verbo, Iesu Christi. Imò dico q; maius imperium haber Rex Franciæ in suo regno, quam imperator in suo imperio, vt omnibus patet, & de jure dignitatis regalis fuit antequā imperatoria. l. 2. ff. de orig. iur. ex iure gentium regna orta sunt. l. ex iure. ff. de iusti. & iur. & cor regis in manu Dei est, epistola inter claras. C. de summa Trinit. & quia venit ex successione, & idēc illud transmittit ad successores. Lucas de Penna in l. vna. col. 1. C. de conduc. li. ii. Soci. cons. 67. quod col. 2. & cons. 165. visis inuestituris. col. 2. in 2. vol. repetit Franciscus Curtius. cons. i. nu. 30. nempe Deus optimus, maximus rex vocari non dignatur. Eccle. i. e. Vnus est altissimus creator omnium, omnipotēs, & rex potens, & meruendus nimis. & Esaiæ 33. c. in fi. Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus Rex noster, & in procœm. decretalium. Rex pacificus. & alibi in non paucis locis, sed q; nomen Imperatoris assumpserit in multis locis nō inueni, quamvis sapissimè repererit imperium habere & imperare. Et de his vide plenē per Rode. Episcopū Zamo

Zamoren, in tracto suo de origine & differētia principatus regalis & imperialis, &c. [Bald, tamen in §. si. de prohib. feud. alie. per Feder scribit regē Franciæ habete iura imperij in suo regno, sed non esse imperatorem, alias duo essent capita, & vnuſ tantum est imperator, quod verum esse existimo.]

Quædam nobis meditari a commentariis liceret, pragmaticæ sanctionis vicem regno ac potentatui supraacto vtique præbitura, quæ ipsa eiusdem consiliū authoritate assensuque confirmarentur, quam homologationem vocat, cum irritante decreto huius b. commentary curam, cum tuñc sua sanctitas & nos mandauissemus e. viris qui b. fidam consultissimis, d. ita confecta temperataq; sunt ea conuenta, vt pleraque pragmaticæ sanctionis capita firma e nobis post hac rataque futura sint qualia sunt ea quæ de reseruationibus in vniuersum, g. aut sigillatum h. factis statuunt de collationibus, i. de causis, de frustratoriis appellationibus, de antiquatione constitutionis clementinæ quam literis vocant, de libere quieteque possidentibus, de concubinariis, quædāmque alia quibus nihil k. iis conuentis derogatum abrogatumve fuit, nisi si in quibusdam capitibus nonnulla interpretanda immurandi censimus, quod ita referre utilitatib. publicæ arbitramur. Quod vero ad electiones pertinet, minimè quod optabamus l. optinere potuimus,

Meditatio a. Meditari.) Et sic ad leges condendas, & intelligendas, requiritur meditatio. David Psalmo 1. In ad ipsa etiā lege eius meditabitur die ac nocte, super quo dicit necessaria Hieronymus, quod meditatio legis est non solum in legendis scripturis, sed in his quæ scripta non sunt faciendis. Deut. 6. c. Eruntque (inquit) verba quæ ego præcipio tibi in corde tuo, & narrabis ea filii tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in ieiunio, dormiens atque consurgens, ecce ergo quomodo debemus meditari iura, sive velimus vel dictare vel intelligere, quod norēt voluntates ad ipsa iura ut summa ope, summoque studio conuentire a habere. Nā dicitur Gene. 24 quod cum Isaac exiueret ad meditandum in agro, obuiavit illi Rebecca pulcherrima & prudētissima puerum, quæ facta est eius vxoris, sic meditans in iure, vel in alia scientia, inueniet scientiam puerum pulcherrimam, & efficietur vox illius, cunctaque aulio doctoratus deponens, de meditatione quam debemus habere ad Deum, relinquendo Theologis, & Bercho tradit in hoc verbo, de multa.

Commentatio b. Commentari.) Id est, tractare & disputare. Cic. in ri quid sit, Lælio cum in hortis D. Bruti commentandi causa (vt assoler) venisseamus. Aliquando commentari

est commentarium scribere, vel singere, sed non hic.

c. Mandauissemus.) Civil modo loquitur hic rex Literati vt in simili Celsus in I. si cui. ff. de seruit. quia man datum gratuum esse debet. in I. si tibi. in I. & 2. ff. de praescript. verb. per quod ostenditur quod viri consultissimi & literis prædicti non sunt præceptis trahendi, sed suasionibus alliciendi, studium certè liberum esse debet, & alacri animo leges sunt, & suscipiendo, & digestando. §. si. in proœmio instit. exitus inutiles solent coactiones generare. c. requisuit de sponsa. Ideo hic rex mandauit viris consultissimis, non autem præcepit, unde perperata expōnit gl. in §. cumque, hoc Deo. in proœmio instit. mandauimus, id est, præcepimus. per predicationem differentiam, inter mandatum & præceptum tradit Panor. & cæteri in c. cati te. de reser. & Lauren. Valla, lib. 5. elcgant. c. 68.

d. Consultissimis.) Eisdem est committendum, vt dicitur in prima consti. C. & in §. sed cum sit necessarium. C. de Insti. C. confirmand. ibi, dum dicit electis viris gloriosissimis, tam doctrina legū quam experientia rerum, studiorumque reipub. indefesso, & laudabilis proposito pollutibus, & idem habetur in §. cumque hoc Deo proprio, in proœmio instit. e. Firma.) De facto. glo. sing. in l. id quod pauperibus. C. de episc. & cler.

f. Rata.) De iure, ideo si quis promiserit ratum habere contractum sub pena, non incidit in eam, si de facto contraveniat. Bart. in l. metum. §. volenti. & firmum. ff. q. o. met. caus. Guido Papæ in decis. 367. in aliquo. Barb. in c. Raynal. col. 67. de test. Corse. in sing. incip. pena. 8. fecus si promiserit habere ratum, & firmum, vt communis in instrumentis describi solet.

g. In vniuersum.) Id est de reseruationibus vniuersalibus seu generalibus.

h. Aut sigillatum.) Id est, speciatim vult dicere tex. tam reseruationes generales, quam speciales sublatas, vt in prag. sanct. erant. & infra. in rub. de reser. scriptum extitit. & plenè in praxi beneficia.

i. De collationibus.) Quæ immutentur per titulum de collatio. & alios inferius dico in prefa. illius rub. & per totum, & etiam in aliis.

k. Nihil.) Ut de titulo quomodo diuinum officium sit celebrandum, nec de aliis titulis postea sequentia. usque ad rubr. de publicis concubinariis estatim de tractum, abrogatumve. Ideo cum nō sit illis titulis pragmaticæ derogatum, adhuc servuantur in regno, nam quando lex noua statuit quod prioribus legibus & constitutionibus de cætero ista sola (quam nunc constitutimus) obseruetur, intelligitur si priores leges facerent contra legem nouam, alias non corrigit, quæ saluari posunt tex. & ibi gl. sing. in auth. de hær. ab intest. venienti in princ. colla. 9. quam sing. dicit Bald. in Margarit. in verbo, statutum q. 17. & in verbo, clausula. in 8. q. Paul. in l. non est nouum. ff. de legib. & in l. scindum, in princ. qui satid. cogan. Roma conf. 399. vt præsens. col. 3. num. 10.

l. Oprabamus.) Nec iniuria, videbat enim rex duruſe iura tot vigilis excogitata subuerti. c. eccl. 2.

Electiones ecclesiasticas sunt reges, & quando in eis sum reverentur.

si.2.de elect. si quando. C.de inoffi. testa. mirum enim videri non debet, si optabat, quod totis nervis reges olim Francie tutati etiam fuere. Legimus itaque Carolum magnum electiones Ecclesie Rom. restituisse. c.sacroru.63.dist.& Clodoueum. I.Fran. ciz regem conuocatis sui regni apud Aureliam prælatis electiones in pendulo existentes canonice facienda s. & seruandas in hoc regno voluisse, si Vincen. hist. o.li.22.& seq.credamus, ut refert gl.in verbis reservationes. in tit.de rescr.in prag.[& cum legatus Regis S.Ludouici vltro ecclesiistarum cathedralium à Papa impetrasset bullam prouisionem, rex in ignem illam proiecit, dicens, Gratias non agimus tibi de his quæ in periculum animarum nostrarum impetrasti, videlicet ut Ecclesiis prouidea mus, & ea impetratione vti noluit, ut scribit Io.de Promyard.in summa prædicantium.in verb.conflium.n.46. nempe coelestibus coelestia relinquenda, & terrena terrenis cœsunt: iuxa id quod dicitur, coelum cœli Domino, terram autem dedit filiis homini. c.si imperator.96.dist. & vtinam omnes principes illi esset similes,] sed sperandum est quod cor rigens corrigetur, & ius (si modo electores ad electionem quasi inspiratam redierint) ad pristinum statum reducetur.l. quoniam. & ibi Bald. C.de sec. nupt. & tunc perfectum regis optatum Spiritus S. restituet, quod electorum iniquitas substulit. de qua est videre infra de elect. derog. & amissio electionis est pena. gl.notab.in cle.i.in verb.& in pœnam.de iure patron. quod est notum his qui soliti erant quicquam pro electionibus recipere.

Cordata possunt vocari concordata.

causis in dictis conuentis a latissimè inser tis, ac nihilo fecius, tamen cum ab eiusdem pontificis sanctitate dilationem semestrem impetrasssemus iis rebus transfigendis, super iisque vitos b multos doctrina eximia, literarumque peritia præditos, vsique rerum callentissimos consuluissemus, tan-

a Conventis.) Id est, per hæc conuenta, & si hæc concordata possunt vocari conuenta inter Papam & regem. Item habetur in rubr.de protog.dila. ad approbadum concord.infra.

b Viros.) Nota quod rex cepit consilium ad dictandum hæc concordata, sicut ad dictandum leges imperator in Codice cōponendo, ut ipse attestatur in l.consti.C. & in l.vna.C.de Iustin.C.cōfir. & in l.i.ibi, consulto. ff.de legib. & hoc ex humanitate debet facere, non ex necessitate.l.humanum. C.de legib. vbi dicit benè omnia regi quando sunt cum consilio. Sumat ergo consilium princeps & illud sequatur, ut benè regat. Præpo.in c.in istis.4.distanct, quia omnis scientia & omnis ratio non est in uno capite. Secundò dicit quodcepit consilium à consilio habitis, non ergo à mulieribus debet sumi consilium bene debet in lege vel ordinatione condenda.l.j.ibi, vitorum, a viris, non ff.de legib. Item cum sc̄minis apud Romanos, nulla fuit cōmunitio, ideo mulieres nec comitiis interesse, nec suffragia ferre, neque foro aut concionibus immisceri debebant, quod etiam erat apud Athene.

nien.constitutum, ut nulla fœminarū conciliis publicis aduocaretur. teste Alex. lib.4.genial.c.13. & hoc propter fragilitatem sexus, vel quia non sunt prudentes, sed omnes fatuæ; ut Claudius. Aquen-testatur in d.l.i. post Salomonem in Prover. quod ego dicere non auderē: nam multas inueni (vt mihi videbatur) prudentes, & in Euangelio, & quinque erant prudentes & quinque fatuæ, & sic ultra medianam partem non possunt dici fatuæ. Et imperator non recusavit consilium mulieris, ut habetur in §. hæc autem omnia, in auth. vt iud. sine quoquo suffra. colla.2.nec etiā recusavit cōsiliū mulierū. Io.Cald. vt Andri. testatur. in c. cum inter vniuersas. de elect. nec Io. And. in c. cum secundum. de præb. & in c.i. de deposito. & putarem consilium posse requiri, quia interdum stultorum etiā consilium bonum est, ut legitur de consiliis fatui Parisien. in c.ad nostram.de consuet. & coniugati in lecto solent habere consilia suarū vxorū, & illud est fidelius, quādo nullo modo est premeditatum. Item cōsiliū debet peti à viris, & sic non ab impuberibus, cum virorum appellatio solos cōprehendar puberes. tex. & ibi Bart. in l.cū quis. §.codicillis. ff.de leg.3.Bal. in l.i.col.2.C.de dig.lib.12. ipsi enim impuberes nihil sciunt vel scire præsumuntur, ideo consulere aliquibus non possunt. l.si ff.de iur.& fact.ign. cū non habeant, nisi semiplenū intellectum. Bal. in c.i. quo temp.miles inuest.pet.deb. Possunt tamē filij regis etiā impuberes interessere in ordinatione, vel in alio actu arduo, explicando, ut dicere valeant deinceps quæ agēda sunt, non quod cōsulant aliis, sed alios,

Tertiò etiam princeps ad consilium vocare debet multos viros, non unum solum, nam iudicium est integrum, quod plurimorū sententiis constitutur. c.prudentiam.in fi.prin.de offi.iud.deleg. facit text.in l.cum ex filio. in prin. ff.de vulg.l.dinus.de iure patr. l.si idem.de iurisd. omn.iud. Et multi dicuntur quatuor ad minimum. gl.in i.i.ff.de leg.i. & aliis multis modis, de quibus gl.ord. tradit in c.latoresde.cler.exc.minist. Hoc tamen relinquo arbitrio principis, quod velit euocare sicut dicit gl.in simili. in c.statutum. §.insuper.de rescr.in 6.

Quartò vocandi sunt docti, nō omnes, sed eximia doctrina, literarūmque peritia prædicti, ut hic, nam paria sunt nullam sc̄ientiam habere, vel paucā. Bart. in auth. sed nouo iure. C. si cert.pet. & ideo hinc suis est superlativo cōsultissimis, & eximia, &c.

Quintò consulendi sunt practici & experientes, *Litterati & boni ad* que hoc Deo. in procēmio instit. & in c.estote. l.q.i. *principis* §.quia verò competens. in auth. de judicib. col.5. cōsilia sunt practica enim est veritatis lumen. l.per hanc. in fi. *vocandi.* C.de temp.app. & ibi Sal. Multa scripsi in l.vtalphenus. ff.de verb.sig.

Vltimum & præcipuum est, quod boni & iusti vocentur, non illi qui sunt venales, sicut dicitur de Triboniano quod leges venales habebat, ut licet in eius vita videre, sed qui habeant optimum testi monium. d. §. qui verò, & si hoc obseruet princeps, optimas leges, & perpetuas habebit in suo regno, ut plenius dico in commenta. ad constir. reg. in procēmio in l.tomo.

dem de

dem de eorum sententia, quando a ita se-rebat ratio difficultasque temporis rerum que nos circumstantium necessitas, saepe dicta conuenta in regno nostro ac Delphiniatu promulganda censuimus, ita ut sanctio[n]is vicem instarque plenum habeant quorum conuentorum seu approbationis concilij tenor h[ab]et sequitur & est talis.

*Quatuor
qua regem
mouerunt
ad accepta
dum com-
cordata.*

a. Quando,) Nota hic quæ mouerunt regem ad acceptandum concordata. Primum ratio, ut hic: nam sunt rationabilia, ut per discursum ostendo, & videre est. Secundum temporis difficultas, quæ aliquando permittit non concedenda. c. licet, de fere. Tertium necessitas rerum circumstantium, quæ non habet legem. l. ff. de of. consul. Quartu[m] quod debet esse in constitutione noua condenda est utilitas. l. in rebus. ff. de constit. princi. & supra. ibi, ita referre utilitatis publicæ arbitramur.

*Tenor scri-
pture est at*

b. Tenor.) Qui est diligenter attendendus, c. rece-piture est at primus de priuileg ex tenore appetit mēs & intentione disponentis, tex. in c. cum dilecti. de donat. & l. ad probationem. i. ibi, quem tenor scripturæ desi-gnat. C. de proba, alibi dicitur q[uod] iudex debet pro-ferre sententiā secundū tenorem rescripti. l. cum precibus. C. de probat. quod facit pro iud. cibis re-gis Franciæ, quibus diriguntur rescripta ad com-probandum, seu ut practici dicunt ad interinandū, quia aliis judicibus dominoru[m] non diriguntur cō-munitate literæ regiæ iustitiæ de Stilo Fraciæ, ut di-co in ordina. reg. [tit. de rescr. & liter. reg. in 2. tomo comment.] & illud quod constat ex tenore scri-puturæ dicitur euidentis tex. nota in c. cum cōtingat.

*Tenor est
inspicien-
tia.*

* ibi, si ex ipsarum tenore deprehēderis euidenter de ref[er]l. cum tibi. C. de euictio. & quale sit rescriptu[m] recurrimus ad eius tenorem. c. ex tenore. de ref[er]. & c. ex tenore. & ibi Barb. notat de foro comp. quan-do de priuilegio dubitamus recurrimus ad eius te-norem. c. portio. & c. seq. de priuileg. Inspicēda er-ego sunt priuilegia, & ipsorum tenor est diligentius attendendus. c. recepimus. ibidem. Et mandati tenor inspicēdus est. c. dilectio. in fi. de testib. & quando dubitatur de emp̄byteusi. recursum habere de-bemus ad cōtractum. l. i. C. de iure emp̄y, idem in-fendo, in quo tenor inuestituræ feudalis est prae-cisus, à cuius tenore non est recedendum. c. vno. de duobus frat. Bal. in c. i. §. denique. col. i. quæ fuit pri-ma causa beneficij amit, & in prælud. feud. in 4. diuisio. Alb. Brunus conf. 8. & conf. seq. in prin. & cōf. 39. circa. col. 2. vbi dicit tenorem inuestitura & cō-cessio[n]is esse super omnia at. Edendum, qui deroga-t q[ui]nq[ue] natura feudorum, & maxime in materia feudali iustiæ est quod tenor inuestituræ inspiciatur, Io. de Ana conf. 7. & Albertus conf. 41. viso. col. 2.

Item intentio ex tenore dispositionis colligitur tex. & ibi ponderat ad hoc Barb. in c. super quæstio-num §. intentionis 1. nota de of. deleg. & commis-sio ex tenore rescripti dignoscitur. c. præterea, de di-lat. Barb. in c. i. col. 3 de proba. & vt instrumentum aliud referens probet, tenor instrumenti relati. de-

bet scribi. c. pen. ibi, tenor compositionis insertus, & c. de confirm. vt. li.

Item in contractibus tenor contractus, & verba inspici debent, de stipulatione est text. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. in fi. ibi, plerumque enim in stipulationibus verba ex quibus obligatio oritur, inspicienda sunt. ff. de verb. oblig. & l. si quis stipulatus sit stichum, ibi, quarentibus respiciēdus erit sermo stipulationis, ibidem. Idem in fideiussore. l. fideiussores magistratum. §. i. ibi, lecta subscriptio ne fideiussionis, ff. de fideiussor. & l. sancimus, ibi, nisi pacti tenor ad hoc reclamauerit. C. de fideiuss. Ex ipso compromisso ius metimur. l. non distin-guemus. §. de officio. ff. de arbit. cap. Raynaldus. in prin. ibi, prout ex forma compromissi, de resti, te-nor libelli est diligētissimè inspiciendus. l. 2. ibi, ex his precibus, quas libello complexa es. C. de inst. & substi. sub condit. factis. l. Gallus. §. i. ibi, ex verbis concipi potest. ff. de liber. & posth. & pactorum. l. f. C. de reb. alien. non alien. ex verbis testamentorum iudicamus. §. nos igitus. ibi, verbis ipsiis inuenimus. in auth. de resti, fideic. col. 9. Bal. in l. si cum dotem. §. si pater. in fi. ff. sol. matt. & in cautione. l. lecta. ff. si cert. per. Et de tenore sententiæ scribit. l. Actorum. Tenor est ff. de re iudi. & in omni materia. l. vt responsum. C. inspici-en-de transa, & ibi Doct. & l. precibus de impub. l. vna. §. sed & quis. ibi, necessarium & consentaneum ef-fectum huius scripturæ obseruari. C. de lat. lib. tol. cap. cum venisset, & ibi Fel. in 2. not. de testib. Sex-centas ad hoc allegationes cumulaui in rubr. quid sit inuestitu. in meo vol. sed he sufficient de tenore, vno tenore scripta.

De approbatione conuentorum per La- teranen. Concilium facta.

Oncilium Lateranen. est multiplex, sed de dupli loquuntur maximè iura canonicæ. Primum fuit celebratum tēpo-re Alex. tertij anno domini 1176 seu cir-
ca, de quo sapientius fit in iure mentio, vt in c. Iudei. cū seq. de Iudæis, & in c. non minus, de immun. eccl. c. dilectus. & c. 2. de concess. præb. c. prohibemus. de deci. Io. And. in c. cum apostolica. col. penul. de his quæ sunt à præl. Auffter, in decisi. Tholosa. q. 439.

Alterum verò tēpore Innocentij III. anno 1215. & istud vacat iura generale. c. de multa. & seq. depræb. Io. And. in c. nemo. col. 2. de elect. in 6. & in c. penul. col. 2. de decimis. Cardinal. in c. fin. de capellis. monac. Soci. cons. 297. viso priuilegio. col. 2. vers. 5. in 2. vol. & c. aduersus. de immunitate eccles. c. ne-pro defecu. de electio. Et eo puto dici generale, [li-]cet omnia alia fuerint generalia. & Lataranen. vo-cat generale Papa in c. fi. de capel. monach. vbi gl. quid & sed istud per excellentiam, nam fuit valde vniuer-sale. quia in eo interfuerunt Patriarchæ Hiero-lymianus & Constantinopolitanus, Metropolita-ni septuaginta, Episcopi quadringentii duodecim, Abbates & priores conuentuales octingenti, Græci & Romani imperij legati, regum verò Hierusalē, Franciæ, Hispaniæ, Angliae, & Cypri oratores, & sic valde fuit generale teste Platina in vita Alexandri tertij, & Floren. in 3. parte chthonicæ. tit. 17. c. i. §. 10.

Aliud

Aliud est concilium Lateranen. de quo hic habetur mētio, quod ideo dicitur, quia in ecclesia beati Ioannis Lateran. Romæ fuit factum, & eo dicta est illa ecclesia Lateranen. quasi latens Rana. nam rana quam vomuit Nero intra illam ecclesiam, statim latuit, nec potuit amplius conspici, ut legitur in actis sanctorum Petri & Pauli, hoc ex Albert. mutuatus sum in dictio. in verbo, Lateran. & puto diabolum cor tyranni Neroris fuisse ingressum, & quem postea sic euomuisset in ranæ specie.

Vel Lateranensis dicta est, quia Lateranensem nobilissimam gentis in ædibus extruxerat. Vel à familia Lateranorum ciuium teste Pomponio Leto, de magist. Roma.

Leo a Episcopus b seruus c seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam sacro approbante concilio, diuina disponente d clementia, per quam reges regnāt, & principes imperant, in eminenti apostolatus specula, & super gentes & regna meritis, licet imparibus constituti animo reuolentes, quod & si ea quæ pro salubri & quieto regimine regnorum, & ad pacem & iustitiam populorū perpetua eorundem Regnorum stabilitate Regibus, præsertim de fide Catholica, & de republica Christiana, & apostolica sede benemeritis laudabili & prouida nostra ordi-

ecclesia vestra. de elect. dicentem posse, si non habeat dignitatem incomparabilem, alias secus, vide quæ dixi in gl. Cardinalatus in §. si quis verò de col. infra. & hodie episcopus sine episcopatu spe- De episco-
ciali est quasi inutilis in ecclesia Dei respectu ad- po fine epi-
ministrationis, licet sit episcopus ecclesiæ vnuer- scopau.
salis quo ad ecclesiam & dignitatem. Host. in c. 2.
de transl. episc. prout refert Pan. in disp. i. incipien-
te episcopus. col. 21. & de istis episcopis. vide tex. in
cle. in plerisque. de elect. & ibi per Doct.

c Seruus seruorum.) Hic transcribit Dayma illa quæ dicuntur in procemiis decretal. 6. & clem. sed quilibet potest ibi videre; ideo ego ea locis suis non dimouebo.

d Disponente.) Et sic quicquid sit boni disposi-
tione Dei dicit fieri, mali verò diaboli direc-
tione, & suggestione. text. in c. i. de summa trin. Doct.
in clem. i. de pœn. gloss. & ibi addidi in §. i. insit. de
cap. diminut. & lac. i. dicitur, Omne donum optimum deservitum est, descendens à patre luminum.
glos. in c. si ex bono. de pœn. 4. vbi describuntur hi
versus. Ex ope cœlesti si, si quid habetur honesti.
Et venit à superis, agas bene, vel mediteris, alia
huic materiae accommoda ex theologis habero.
[nam postquam omnia à Deo habemus, illi de om-
nibus gratias agere, alioqui ingrat vitio argui de-
bemus, atque ut in proverbio dicitur, ingratos su-
peramus Gettas.]

e Benemeritis.) Rex noster Franciæ vltra alios Reges Fran-
reges de fide catholica, de republica Christiana, cie erga se-
& de sede apostolica est benemerit. Primò enim dem aposto-
Clodoueus Franciæ rex de hæretico Gotho sum-
psit vltionem, & Stephanum pontificem summum
in suam sedem restituit. Pipinus contra Astulphū
Romanorum regem pro ecclesia bellum gessit.
Item filius Pipini Leonem papam in sanctam sedē
restaurauit. c. omni. & seq. 23. q. 8. quod non paucis
exemplis probat doctissimus ille præfes Rotho-
mag. D. Igneus in tract. suo, an rex Franciæ recon-
gnoscat Imperia. col. 10. & seq. & in suo panegyrico
Iacob. Bonaud. in fin. tract. Ioannis de terra rubea.
contra rebelles regum, & in hac verba dicit Gag.
in vita Caroli magni in fine, sed illud omnium maxi-
mū est, quod nihil antiquius duxit quam Christi
fidem dilatare, & terminos preferre Christianorū,
cuius exemplum imitati omnes ferè, qui insecuri
sunt Francorum reges magnis atque excellenti-
bus factis cum religionis & fidei Christianæ vnitatem
conseruarent, atque ampliarent, nihil mirum
inuidis atque detractoribus videri debet, si Christianissimi appellati sunt, itaque constat per nullas
gentes tanto labore Rom. Pontif. & aliis præterea
per orbem Dei ministris passim sive subuentum.
gl. in procemio Prag. in verbo, tuerentur, vnde hic
Papa in his tribus Franciæ regem commendat. Itē
legimus Gregorium Papam Regi Childeberto
epistolam in hac verba destinasse, quanto ceteros Epistola
homines regia vestra dignitas antecedit, tanto Gregory re-
ceterarum gentium regna regni vestri profecto & Francia
culmine excellit, esse autem regem sicut alij non
mirum est, sed esse catholicum, quod alij non me-
rentur, hoc sat satis est, sicut enim magne lampadis

Nemissum a L Eo.) Hic dicit Ioan. Dayma, quod si alius à
Papa scribat vnuersis, non debet nomen
suum præmittere: quia eius literæ ad maiorem per
uenire possent, citat Ioan. Andr. in procemio, lib. 6.
in lectura. Sed cum in temporalibus rex Franciæ
non habeat maiorem. Eodem stylo vtitur sic di-
cens, Charles par la grace de Dieu Roy de France, à tous
présens & à venir, Salut. ut in ord. reg. patet. Item iu-
rificulti, rhetores, aliqui permuli nomen suum
quamvis maioribus scribant præmittere pro ab-
surdō non habuere. tex. in l. nefennius ff. de nego.
gesit. & ad leg. falci. & de re iud. & l. publia. depo. l.
i. in fi. de iniur. Imola in procemio decreta. Greg.
col. 1. honoris verò causa solemus aliquando præ-
mittere eum ad quem scribimus cū digniora sint
præponenda. cap. auaritia, & ibi plenè Decius de
præb. notarij tamen solent practica Ioan. And. vi
dicentes vnuersis & singulis, &c.

b Episcopus.) Papa cognoscens non esse maiorem
ordinem, vel parem in ecclesia, licet multi tradan-
tar. in c. cler. 21. dist. vocat se episcopum, & in c.
quanquam. 2. q. 7. in gloss. quam sing. notat Alex. in
rub. ff. de iuris. omnium iud. & ego ipse dixi in gl.
episcopus, infra in forma mandati, & sic Papa ra-
tione ordinis dicitur ep̄s; non tamen habet eccle-
siam certam, cuius ratione voceture episcopus, licet
vulgus arbitretur eum episcopum S. Ioannis La-
teran. gl. in regula cancel. 7. & an cardinalis possit
in episcopum eligi, multa tradit hic Ioan. Dayma.
[Sed & tamen, vt ml. de ætate. §. quod autem. ff.
de interrog. actio, vide tamen per hoc] tex. in cap.

Reges Fran-
cie erga se-
dem aposto-
licam sunt
bene meriti
& fidem ca-
ribolicam.

splendor in terra noctis obscuritate luminis sui claritate fulgescit, ita fidei Christi claritas vestra inter aliarum gentium obscuram perfidiam rutilat, atque corycat, quicquid autem ceteri reges gloriatur se habere, habetis, sed ipsi in hac re a vobis vehementius sumant, quo minus hoc bonum principale habent, quod habetis, ut in 4. ratione defensorij concordat. patet, ecce reges Francie multis nominibus commendabiles, & commendatos fuisse, si ego vellem singula Francorum profide gesta hic scribere. forte papyrus deficeret, his igitur contentus ero, si quis plura cupiat huic rei accommoda perlegere, videat historiam ecclesie. Gaguinum & Emiliūm historiogr. Gallie, & alios vbi passim inueniet.

natione cum venerabilibus fratribus nostris sanctae Romane ecclesiæ cardinalibus concessa, ac ad effectum huiusmodi gesta, statuta, ordinata, decreta, factæ sunt, plenam roboris firmitatem b' obtineant, illis nihilominus interdum (sacro approbante concilio) nostræ innovationis & approbationis & robur adiicimus, vt eo firmius & illibata perdurerent s' quo sepius erunt nostra authoritate, g' ac etiam generalis concilij præsidio cōmunita, efficacemque operam circa eorundem cōseruationem libet' adhibemus, vt reges & ipsorum regnorum personæ h' cōcessionibus, priuilegiis, i' statutis, & ordinationibus

lis tradentes. vide gloss. seq.

e. Eo firmius.) Nam apostolicae sedis sententia, tanta consilij moderatione concipitur, tanta patientia & maturitate decoquitur, tantaq' deliberationis grauitate profertur, vt nec immutari necessarium ducat. c. apostolice. 35. q. 9. & inter scripta illa sequenda sunt, quæ sedes apostolica nobis per manus tradidit. c. in canonice. 19. dist.

f. Perdurent.) Quia in speculum & exemplum Romana ecclesia præposita est ab omnibus, quicquid statuit, quicquid ordinat, perpetuò quidem & irrefragabiliter obseruandum est. c. enim vero. 19. dist. sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis apostolicis voluerit contraire decretis. c. nulli ibidem.

g. Authoritate.) Ut autem nostra diffinitionis sententia in uiolabiliter obseruetur, eam apostolico duximus patrocinio roboranum. c. i. de eo qui mit. in poss. cau. rei seru.

h. Personæ.) Hic patet concordata esse facta tam Cœcurante ad regis, quamad regnicolarum vtilitatem: & ideo ad regn. q' Papæ & rex non debeant derogare his til' nunc f'li. s'nt. concordatis, in quantum sapient regni vtilitatem., per ea quæ not. Alex. & Iaso. in l. qui Komæ. §. flauius. ff. de verb. oblig. & per c. i. de reg. iur. Si ergo nollèt nominationes graduatorū in regno habere locum, eas tamen (salua pace dicam) non potent tollere: nam vtilitatem regnicolis iam acquisitā tine corum factō nō possunt tollere, regula id q' nostrum est. ff. de reg. iur. etiam quia sine fc'cado nō posset fieri, quod summopere ipsi ac omnes vitare debent. c. nihil. de præscr. vbi Eccl. multa cōgerit vt scandalum vitetur. Et in euang. Vx homini pēr quem scandalum venit. Patui escent tamē qui auderent eis dicere, domini cur ita facitis. Et sic iudices debent secundum concordata iudicando, inspicere regni vtilitatem, & intellectum vtilitatē regni respicientem insequiri. Item in dubio iudices regni debent fauere graduatis & nominatis. teste Dom. in conf. 37. dubitabatur. col. 3. quia habere vi- F'cendum ros literis præditos in regno concernit fauorē fi- eff' graduati. deli & vniuersalis ecclesiæ exaltationē. c. sup. Spec. us & no- minatis.

d. Cardinalibus.) Hic plura de cardinalibus scribit Io. Dayma, si quis vellet paulo maiora scribere, posset trāscribere tractatum Mar. Currati, ac albi. & Barb. de præstan. Card. & quæ dixi in §. si quis vero. in verbo, cardinalatus, infra de col. vbi remissiū multa. Not. tamen quod singuli cardinales propter excellentiam dignitatis sunt quodāmodo viua vox ecclesiæ. arg. l. nam & ipsum. ff. de iusti. & iu. Bal. in c. cum in iure. col. 2. de offi. deleg.

b. Firmitatem.) Canones quamvis sint viles, & alia constitutiones de rebus ecclesiæ factæ, nullam tamen obtinent roboris firmitatem, nisi ab ecclesia Romana, vel à Papa fuerint approbatæ. cap. i. & seq. 19. dist. c. ecclesia. de constit. Ideo hic dicitur, vt plenam roboris firmitatem obtineant.

c. Innovationis.) Sicut Papa potest revocare iura edita, ita & innovare. cl. dudum. in pr. de sepul. c. i. de præb. in 6. vide rub. h'c constitutio innovat consti. colla. 8. & gl. fin. & Doct. in cl. in plerisque. de electio.

e. Approbationis.) Quod Papa approbat, vel reprobatur, & nos approbare, vel reprobare debemus. c. i. 19. dist. vbi gl. citat alia iura huic rei affinia, eti' pienda, & go omnes sanctiones apostolicae sedis recipienda sunt, tanquam ipius diuina voce Petri firmatae. c. sic omnes. 19. dist. quod fecit contra hereticos cōstitutiones ecclesiæ non recipientes, sed traditiones hominum vocantes, & per hoc scipios diabolo-

f. Priuilegii.) Ecce haec concordata data in priuilegium Regi, & Regno, & per viam contractus, vt infra patet in rub. de firma. & irrevo. conc. stab. §. i. In multis enim continent priuilegium, vt infra. licet videre tam in rub. de referua. quam alibi: vt percurrēdo cernere licet, hic connumerarem, ni timerem. glos. metas excedere, & quilibet inter legendum hoc perscrutari poterit.

huiusmo

Cardinalibus.
vina vox
ecclesiæ.

Sedis apo-
stolicae san-
tiones reci-
pienda, &
feruanda,

huiusmodi in domino plenè gaudentes a in pacis b & tranquillitatis, ac amoenitatis dulcedine conquiescant, & in eorum solita erga eandem sedem deuotione feruentius perfuerent. Nuper siquidem ut ecclesia sponsa nostra in sancta vniione c conseruaretur, & per Christi fideles sacris d canonibus à Romanis pontificib. & sacris generalibus conciliis duntaxat editis vterentur, quasdam constitutiones quas de cætero loco pragmaticæ sanctionis & contentorum in ea in regno Franciæ pro bono pacis & concordiæ, ac illius communi & publicæ vtilitate cum charissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum Rege Christianissimo, dum Bononiæ cum nostra curia essemus tractatas, & cum eisdem fratribus nostris diligenter examinatas, & de eorum f consilio cum præfato Rege concordatas, & per ipsius regis legitimum procuratorem acceptatas, de eorundem fratrum consilio, & vnanimi consensu, statuimus & ordinauimus, prout in nostris literis desuper confessis plenius continentur, quarum tenor sequitur, & est talis.

det cum intrat dominum, sic iustus dū intrat dominum ecclesiæ per fidem, extra quā non est salus. Matth. 25. Intra in gaudium domini tui. Et i. Mach. 14. cap. Gauis sumus in introitu. Tertiò gaudet quis ratio ne inuentoris, ibi, inuenient puerum cum Maria matre eius. & Luc. 15. c. Congratulamini mihi, quia inueni dragmam quam perdidera. Et Matth. 13. c. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quē ui inuenit homo, abscondit, &c. & hoc gaudium non est in hoc mundo, sed erit in paradiſo. Thren. 2. c. Hęc cīne est vrbis perfecti decoris, gaudium vniuersa terre: habet tamen iustus in mundo magnam in corde letitiam. David, Psal. 4. Dediti latitiam in corde meo, quæ omnes alias superat, vt plenè Flor. in 1. parte summæ. tit. 6. ca. 5. §. 3. describit. Ultimò gaudemus ratione bone societatis, quæ melior esse societas potest, quam habere puerum cum Maria matre eius, dum inueniens plenè in domino gaudebimus. O bone Iesu, te humili corde precor, vt hoc plenum gaudiū inuenire possim, quō mihi dicatur videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Ioan. 16. c.

b. Pacis.) Quæ est tranquilla libertas. Arch. in c. noli. 23. q. 1. & centum vnde viginti privilegia pacis congerit Corset, in tract. de potestate regia. q. 41. quæ postquam recte sunt ibidem cumulata, non curo transcribere, & D. Breleiuſ in suo dialogo, *du bien & l'occlité de la paix, & calamité de la guerre*, vbi verbis gallicis rem pulchrit̄ aperit. Sex causas ob quas pacem non habemus scribit, gl. in verbo pacem, in c. ad apostolicæ, de re iud. in 6. Deus optimus maximus nobis eam concessit per secula (si recte vivamus) duraturam.

c. Vnione.) Vide quæ dixi in bulla cœna Domini in principio, in verbo vnitatem, & in extrauag. vnam sanctam, de maio. & obe. in extrau. communibus, plenè scribit de hac vnitate. Præpo. in summa. 15. dist. col. 1. & seq. Alua. in tract. de plactu, eccl. lib. 1. art. 54.

d. Sacris canonibus.) Et sic quilibet sacros canones, ac in eis statuta seruare debet, c. 1. de constit. vbi plenè omnes doct. tradunt, & Christi fideles ut canonibus à Papa editis, ac sacris generalibus conciliis, quod facit contra iudices iudicantes secundum consuetudinē omissis canonibus & legib. per rationem in aere fundatam, vel in eorum capite momentaneo quiescentem de quo nonnihil in ordin. reg. annotam.

e. Publica vtilitate.) Hæc concordata facta sunt *Concordata* pro communi, & publica regni vtilitate, & ad publicum ipsius commodum referri ac intelligi debent, quod infra sepius induco ad multas questiones, & supra eodem in verbo, personæ dixi: ideo hic liber regno & regnicolis magno vsui futurus esse debet, extra tamen amissionem electionum, [& sententia vtilitati rerum consentanea approbatur à iuriscons. in l. si remunerandi. §. fi. ff. mand. & in l. secunda, in fi. de statuliber.]

f. De eorum consilio.) Et sic Papa non debet ardua explicare sine consilio fratrum, id est, cardinalium. cap. per venerabilem. §. rationibus, qui filii *Papa ergo* *dua fine cō* *silio Cardi* *nalium an* *explicare* *fessi.*

De constitutionibus.

sunt legitimi. ibi, sunt autem sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt, &c. plenè Barb. in tract. de præstan. Card. in 2. q. prima partis. Fel. Dec. & alij in rub. de constit. & hoc procedit de honestate: vt dicit glos. in c. ad apostolice, de re iud. in 6. & l. humanum. C. de legib. c. fundamenta. §. decet. de elec. in 6. Ego dicerem q. de necessitate tenerur requirere consilium, vt bene omnia prosperè gubernentur, perd. l. humanum, non tamen tenetur sequi si in melius sua sententia declinet, quod probatur in Euangeli. Vnde ememus panes vt manducent hi &c. vbi Christus petebat consilium ab apostolis. Et etiam hodie inoleuit stylus R. o. curie, vt videlicet requirendum sit consilium Cardinalium in arduis. Ioan. Monach. in c. super eo. de hær. in 6. his verbis præfatur. Scio q. ceterus Cardinalium erat in hac confessione, quod ardua negotia erant de eorum consilio tractanda & terminanda, imò si Papa irrationabiliter moueretur, & notoriè appareret, possent cardinales suæ voluntati resistere, vt pote si vellet alienare reliquias sanctorum sine necessitate, vel si scandalum imminereret toti ecclesiæ. Card. in c. in istis. 4. dist. Paul. consil. 414. in facto. col. 4. in 1. vol.

Cardinale: Bosch, de codecha ergo creare cardinales omni exceptione maiores, & ecclesiæ utiles non ignaros aut pueros, reliqua hic plena manu scribit Io. Dayma, ego vero his contentus seq. tit. aggrediar.

De constitutionibus.

Quomodo capiatur, & unde dicatur confi- rui, & an ab ea ap- pellari pos- sit.



Constitutio hic propriè accipitur pro constitutione Papæ & regis, alibi pro constitutione Regis tantum, vel Imperatoris. c. constitutio 2. dist. l. 1. ff. de constit. princ. §. sed & quod principi placuit. instit. de iur. natur. gent. & ciuili. In genere tamen capit pro constitutione, tam à superioribus, quam à inferioribus facta. cap. cum omnes de constit. Et pro lege, interdum sumitur in l. sequitur. §. sequitur, & §. seq. ff. de verb. obl. & Dec. in rub. eiusdem tit. Et dicitur constitutio quasi communis statutio, seu commune statutum quod sit lex communis gallis hominibus, vel simul statutio, nam quo ad regis subditos simul statuitur propter plures simul ligados. Pan. & alij in rub. de constit. Nota q. à constitutione vel lege generali non potest appellari, qn est edita ab eo à quo non potest appellari. text. & ibi doct. in c. quia nos. de app. l. si res. & ibi Bart. col. 2. ff. de app. recip. l. si qua poena. de verb. sign. Dec. in c. consuluit. 3. gl. vlt. de app. Et ideo solèt practici in hoc regno appellare ab executione literarū regiarum non à concessione, non de l'oeuvre, mais de l'execution: & ita de literis emanatis à fide apostolica vidi seruari in practica, & fuit latum arrestum,

Arrestum. Ab execu- tione iuxta iubemus. C. eo. Sitamen unus de populo qui lèdit. appella tur contradicat, statutum iniustum nō nocebit ei- tur non à dem. Bart. in d. l. si res. Aret. in rubr. de constit. in fi. plenè Barb. in c. cum omnes. col. 4. & seq. ibidem, quod est notandum pro consuetudinibus appro- batis, exceptis certis articulis, in quibus sunt oppo-

sitiones, quod intelligerem in consuetudinibus vel statutis, secus in legibus ab ipso principe editis, quia unus non poterit contradicere, vt not. in d. c. 1. de constit. & in c. 1. §. fin. in fin. de elec. in Prag. [Licer lege alia Fusia cautum esset, vt quoties lex aliqua à quoconque magistratu ferretur iura intercessionum, auspicio rūmque seruarentur, & vt cuicunque obnunciare licet et legem rogauit, teste Halicarnas. Obnunciationem vocabant antiqui, cum malum aliquod latumque omen nuntiatur, vt cum sonuisset, aut fulmen visum esset.] Nec est omittendum quod à legibus, & à legum latoribus semper præsumitur dulus abesse. Bald. in c. consultationibus. col. vlt. de offi. deleg. Idem dicere in interpretibus & commentatoribus, cum ad hoc tendant vt mentem legum eliciant, [vel consuetudinem, seu alterius dispositionis, & de his legum commentatoribus loquitur imperator in §. fin. de noxal. actio. in institut.] Dolo tamen fit ali- quād tam in contractibus, quam in testamentis, quamq; in legibus, qui facto intelligitur. l. l. in fin. ff. de doli except.

Leo Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Primitiva illa ecclesia a in angulari petra à salvatore nostro Iesu Christo fundata, Apostolorum præconiis elata, martyrumque b sanguine consecrata & aucta, vbi primitum iuvante domino per orbem terrarum lacertos mouere cepit: prouide attendens quantum oneris c humeris impositum haberet, quot a Leo. &c. Ecclesia.) Quæ triplex est, quadam malignantum, in qua conueniunt maligni, & significat quascunque congregations & conspirationes ipsorum. David. Psal. 25. Odjui ecclesiam malignantum, & cum impiis non sedebo. Altera est militantium, & illa est in qua conueniunt iusti militantes, & est propriè ecclesiæ militans, qua est congregatio iustorum fidelium, de qua inducit celebrem mentionem. tex. in c. ecclesia. i. catholicorū collectio. de conse. dist. 1. & Ecclesia. 3. c. Filii sapientiae ecclesia iustorum, & ista est status glorie semipaternæ, de qua dicitur: Cantate domino canticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorum, plenè in summa. 15. dist. per Præpō. alii etiam modis sumuntur per gl. traditis in c. fi. ne præla. vices suas, & gl. in c. scire. 7. q. 1. & in c. cum clerici. de verb. fig. b. Martyrum.) Hic multa de martyribus prosequitur Ioan. Dayma, & de indulgentiis, de quibus si quis velit multò plura videre, recurrit ad vnum tractatum de indulgentiis, vbi plenis oculis videre multa quis poterit, & in gl. extraua. vna. de penit. & remis. in communibus, & ad Felyn. in sermo. de indulgentia plenaria, vbi quod semel animo exciderit, si legitur, quasi postliminio in mentem reuocabis.

c Oneris.) Quod est impositum etiam cuilibet magistrati & habenti dignitatem. c. mandata, de præsumpt. Primò dicitur Papæ & aliis rectoribus tam anima

Triplex ei- ecclæsa.

Triplex o- nus papæ & tralacis est impos- tum.

De constitutionibus.

521

animarum, animam pro anima dabis, hi enim tot moribus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. c. præcipue. ii. q. 3. habet enim Papa & quilibet prælatus onus & curam medendi. c. omnis viriusque sexus, de pœn. & remissione. c. facerdos. 3. q. 7. ideo est eis necessaria sciëtia. c. sit rector. 43. dist. & quæ dico infra. tit. 2. in verbo eminentis, & vita innoxia, alioqui dicitur prælato, medice cura te ipsum. Luc. 4. & Matt. 7. Eiicte trahere de oculo tuo, &c. De hoc dixi in §. i. in verbis prædicationis, de col. infra. Secundò debet habere curam pascendi, de quo dicam in gl. seq. pascer. Tertiò curam imbuendi subditos bonis morib⁹ & virtutibus. d. c. sit rector. c. sapiens. & seq. de pœn. dist. 2. ecce quantum oneris humeris prælatorum, maximè summo pôfici impositum sit, quod si rector (vt decet) gerant, eos de meliore nota commendare debemus, dicentes quod D. scribit Berna. O utinam prælati tam vigilis reperirentur ad curam, quam alacres currunt ad cathedram.

Oues pascere, a quo custodire, ad quo etiā remotissima loca oculos intendere cogere-
tur, b diuino quodam consilio parochias c in-
stituit, dicecenses distinxit, episcopos creauit,

probata. permisit, ac omnes archiepiscopos, & episcopos p. suas prouincias ab eodē inuestiturā accipere difiniuit. c. Adrianus. & seq. 63. dist. c. hinc est etiam 16. q. i. Et idem priuilegiū fuit cōcessum regi Hispaniæ. c. cum longè. 63. dist. representabatur ergo electiones clericorum principibus, vt illorum autoritate roboratae, nullus hæreticorū vel schismatizorū auderet contraire, vt ipsi principes tanquam deuotissimi filij in eum consentirent, quem sibi in patrem eligi videret, vt eis in omnibus suffragatores existarent. ca. vota. §. fi. 63. dist. Deinde huic priuilegio renūciarunt principes. c. ego Ludouicus, & seq. 63. dist. etiam imperatores modum suum ignorantes, nō in numero cōsentientium, sed primi distribuentium, imò verius exterminatiū esse voluerunt, frequenter etiam in hæreticorum perfidiā prolapsi, catholicæ matris vniitatē ecclesiæ impugnare conserunt. Ideo sanctorū patrū statuta aduersus eos prodiderūt, vt semel electioni nō infereret, & quisquis eorū suffragio ecclesiam obtinaret, anathematis vinculo innodaretur. tex. in c. q. a. sancta. §. verum. 63. dist. Maleret. in tract. de electio. fol. 54. Panor. in c. venerabilem. nu. 18. de elect.

Et q. plurimas perturbationes in ecclesia oriri, imò ruinā sanctæ religionis cognovit Grego. Ideo insynodo generali hoc prohibitum extitit in hæc verba, Decernimus vt nullus clericorū inuestituras episcopatus, vel abbatiæ, vel ecclesiæ de manu imperatoris, vel regis, vel alicuius laicæ personæ, viri, vel foeminae suscipiat: qsi presumperit, recognoscatur inuestitaram illam apostolica authoritate irritam esse, & se vñque ad dignam satisfactionem excommunicatione subiacere. c. quoniam inuestituras. 16. q. 7. vt sequitur.

Quartum tempus aduenit, in quo electio omnino secularibus principibus fuit prohibita, fuitq. statutum, vt quicunque electionem ecclesiastici ordinis tentauerit, anathema sit, donec obediatur, & confessiat, quicquid ecclesia de electione & ordinazione propriè presulsi se velle monstrauerit. c. i. & seq. 63. dist. nec valet cōsuetudo in cōtrariū. c. massana. de elect. imò recipiētes beneficia à manibus seculariū principum sunt fures & latrones, cū sine titulo illa possideāt: quia laicus illa nō potest dare, his verbis vñvit Præpo. in c. imperiū. col. 2. 10. dist. allego tex. in c. dudum. 2. col. 1. de elect. & quia non intrat per ostium, vt in euāgelio habetur. & in c. relatum, de iure patro. & Pano. in c. præterea. illo tit. nisi laici hoc habeant ex privilegio, vt hic.

Quintum tempus proximum fuit, in quo canonicas & religiosis simul concessæ sunt electiones & religiosi, & archiepiscoporū. c. sacrorū. 63. dist. Quād si Canonicis
& religiosis
electiones
cōcessa
fuerint. excludit religiosis electio fieret, irrita habebatur. c. obētitibus, ibidem. & Pan. in c. i. de electio. ad ad electionē adhuc archiepiscopi, ecclesiæ Viēnensis vocari erant soliti religiosi S. Theodori, dū siebant

Yy

De electionis derogatio.

electiones ante ista concordata, fuit tamen postea separatum electio singulis concessa in eorum ecclesiis, quia melius cognoscet singulis in suis ecclesiis viros iustos & sanctos, quam extranei, ideo eos eligere poterant. c. in Genes. & c. cum terra. accu. c. cum ecclesia & ibi gl. de elect. postea consilio Basiliense approbavit, ut unaquaque ecclesia aut collegium, seu conuentus, sibi prælatum eligeret, ut in Pragma. sanct. patet. rub. de elect. hinc dicit Bal. in l. quicunque. C. de bonis lib. q. episcopus non debet esse datius, sed electius, ut refert Berta. in tract. de episcop. in 3. parte. lib. i. in prin. veritatem quia canonici, & alij electores abutebatur, ut in hoc tit. dicitur, & propter abusum perditur priuilegium. c. vt priuilegia, de priu. Ideo electionibus fuerunt priuati, ut hic patet. Nam dicitur auferetur scepter a vobis, & dabitur gentil facienti fructum.

Sextum tempus est horum concordatorum, in quo dantur nomina regi Fracie de archiepiscopatibus, & episcopatibus abbatibus & prioribus verè electiis, prout in ti. seq. sanctum est, & redditu est ad tertium tempus supra eo, descriptum. Cauendum erit tamē ne p. abusu, aliquando reuolteret ad c. ab exord. 35. dist.

Ecclesiis cathedralibus & metropolitanae ac monasteriis dicti regni à multis annis citra fiebant grandia animarum pericula b. prouenirent, cum pleraque c. per abusum secularis potestatis, nonnullæ d. vero præcedentibus illicitis e. & simoniacis f.

a. Cathedralibus & metropolitanis.) Quæ sit cathedralis & metropolitana, dixi in §. i. infra. de colla. hic non repetam.

b. Pericula.) Quod in genere explicat, postea si-gillatim causas more boni oratoris recenset, prout est de sent. glo. in §. fin. instit. de liber.

c. Per abusum.) Tum dicitur fieri per secularis potestatis abusum, quando de consilio vel consenserit p. abu-sum secularis potestatis.

Elección quæ do dicimus abusum, quando de consilio vel consenserit p. abu-sum secularis potestatis. Et dicitur abusus contra rei naturam visus. Bald. ibi, unde tales sic electi per hunc secularis potestatis abusum efficiunt intellegibiles ad alias dignitates, & adhuc ista electio est ipso iure nulla. c. quoniā. 16. q. 7. imò si recipiens dignitem à laico, postea eam impetraret à Papa non facta hac expressione, illam non posset obtinere, quia subreptitia est imperatio. Pan. in c. præterea, 1. de iure patro. & d. c. quisquis. Auffr. decif. Tho. q. 483. de viaffio. in directorio electionum. in 1. parte. c. 10. adeò q. is qui inuestituram de manu laici recipit, nullatenus inter episcopos haberi debet. c. si qui. deinceps. & c. constitutiones. 16. q. 7. quia haec quippe electio est cōtra canoniam libertatem, vt d. c. quisquis nec valet cōsuetudo qd electio de voluntate secularis potestatis vel laici fieri debeat, d.

c. cū terra de ele. nēpe detrahatur substatiæ actus, qui postea non potest remanere. c. cū ad monasterium, de stat. reg. l. cum precario ff. de preca. & gl. sing. in c. 2. de cōsue. in 6. Nam eligere est vnu ex pluribus assumere, quod nō poscent facere ij qd voluntatem alterius eligere haberent. Maleret. in tract. de ele. fol. 47. verli. 5. principaliter quaro. & fo. 61. vide Roma. in sing. 286. vbi allegat cle. cum terra. & debet allegare cle. statutū. de ele. nisi propter feditonē vitandā concederetur laico, ut electioni interesset, ut alias regni Francorum. c. hinc etiam. 16. q. 1. Cautela est, quando laici se violenter ingerunt electioni, & canonici nō audent illos expellere, quod protestetur Io. And. Pano. & alij in c. cum ap. de ele. vbi plus dicunt, qd si violētia esset magna, ita quod non auderet protestari, excusaretur sine protestatione, per no. in c. veniēs. 1. de spōsa. Cepola caute. 230. cum dubitatur. De alio tam horrendo secularis potestatis abusu tradit. text. in c. clericis. de immunitate eccles. in 6. ibi, quilibet intueri potest.

d. Nonnullæ.) Secundū periculū deterius ceteris. Simoniaci. Nā humani generis redemptor omnes emētes & per Christū vendentes de templo eiūcīs, cathedras vendētiū columbas euertit, numulariorū pecunias effudit. ^{templo sunt eiūcīs.}

Math. 21. nūlquam reperitur (quod sciam) dominū tanta seueritate, tā distracta cēsura iustitiae peccates corripuisse, nō solū eloquio increpans, verū etiam factō flagello de funiculis verberans omnes eliminauit de téplo. Per columbarū vendidores illi denotantur, qui sacram manus impositionē vendere conantur, sic per numularios ecclesiasticī beneficij venditores designātur, qui domū Dei speluncam latronum efficiunt, tex. in c. ex multis. 1. q. 3. & istorum sicut stultorū infinitum esse numerū vulgo iactatur, quis enim locus tutus, & quæ causa poterit esse excusata, si venerāda Dei tépla pecuniis expugnētur? quē murū integratīs aut vallū fidei prouidebimus, si auri sacra famēs in penetralia venerāda prosperat. si quēquā. C. de epif. & cler.

e. Illicitis.) Multa pācta sunt illicita, quæ non sunt simoniaca: ideo dicitur illicitis & simoniacis, vel dic, & id est, simoniacis, cū pāctiones simoniaca sint illicitæ: ideo is q. fecit aliquod pāctū cū eligentibus, nō pōt eligi glo. & doct. per illū tex. in c. per inquisitionē. & c. venerabilē. de ele. c. i. & seq. 8. q. 3. Bertach. in tract. de epif. in 2. li. q. ii. tex. in c. ex diligenti. & ibi Ancha. de simo. sed quousquisque est electus ab hoc exēptus munere/pauci quos equus amauit Iupiter, aut ardēs erexit ad æthera virtus.

f. Simoniaci.) Has pāctiones simoniacas bene intelligebant olim canonici, ut hic dicitur, quia pro suffragio, seu vt dicūt, voce danda in electione, aliqd passim recipiebat, & sic simoniā cōmitiebat. c. Matthæus. de simo. unde qui dat simoniacus vocatur, qui recipit pro spirituali quippiā Gieziticus, ab illo Giezi, qui in veteri testamento salutē Naamam regis Syriæ vēdere pertinuit, vt est 4. Reg. 5. c. & in gloss. in summa. 1. q. 1. & in c. sicut. 2. de simon. sed nos indiscriminatim vtimur verbis simoniacus, tam pro dāte, quam pro recipiente: quippe promissio beneficij, vt quis eligatur, est simoniaca. c. de

De electionis derogatio.

531

c. de hoc. de simo. gl. in verb. temporalis. §. & cū hō
manæ. de ele. In pragma. vel si aliquid promittatur
pro habēda præsentatione, seu nominatio. c. cum
super. de confessis. c. veniens. i. de testib. consuluit.
Rom. conf. 317. circa præpositum. Dec. conf. 118. viso
cōl. i. etiam si promitteretur pro fabrica, & paue-
ribus: nam qui male accipit ut bene disp̄set, poti⁹
grauatur quam iuuatur. c. ex multis. in fin. i. q. 3. &
talis electio simoniae est nulla. c. sanctorum. i. q. i.
c. si aliquius. de elect. etiam si commissa sit cum
ut ex eligentibus, dum tamen non ab inimicis, ut
electio impeditetur. c. nobis. de simo. & ibi doct.

Item dicitur simo. in contractu facio ut facias,
si promittam te eligere, & tu me, vel si dicā, eligas
meum nepotem nunc, & ego eligā tuum in prima
electione: nam & patrii, & nepotes sc̄iētes, sunt si-
moniaci; omnis nēmpe partio est in spiritualibus

*Collatio ut prohibita c. quām pio. i. q. 2. lo. de Selua. in tract. de
quis nomi-
nac prouī-
dat, vel sa-
mulo ob co-
penſatione
fuerit si-
moniacaca.*
benefi. in 1. parte. q. 7. n. 64. idem si eligatur aliquis,
vt habeat talis nominato puidere, vel ei beneficiū
conferatur, vel tales cōpensare, ut dicunt, quod mul-
titudo sit, testis in hac re erit nobis Petrus Viaffius
in d. dire. in 1. parte. c. 14. & in 2. parte. q. 28. vide Rō.
cōf. 339. Quia beneficij, idem si conferatur benefi-
cium famulo ob compensationem seruitiorū. Inn.
in c. tuam. de æta, & qual. idēm si promittatur pēsio
vel stipendia quoisque de benef. prouiderit. Bot.
in addit. ad Benēd. plumbi. in l. Cassij Caij. ff. de fi-
dei. libe. vide tamē Host. & Pan. in c. nisi esset. de
præb. & tales sunt excommunicati, qui gratiā aut
iustitiam donis obtinent. extraua. i. de sentē. exc. in
communib. isti casus frequēter cōmittebantur, ma-
xime in hoc regno Franciæ. c. fertur. i. q. i. ideo ele-
ctiones fuerūt sublatæ. [Hodie Alex. Papa sic scri-
bit episcopus in c. ex multis. i. q. 3. multis tēporibus
hoc detestabile malum in vestra ecclesia inoleuis-
se cognouimus, vt nulli vñquam clērīco quāuis re-
ligioso, quāuis sc̄iētā & morib⁹ prædicto, ecclē-
siasticū beneficiū cōcedatur, nisi ei qui prophano
pecuniaꝝ munere illud emere studiisset, siebatq;
ecclesia & res ei⁹ ita venalit, velut quedā terrena,
& vilis mercē negotiatoribus ad vēdēndū expo-
lita, &c.] [Vide Paul. Parī. cōf. 29. contra in 2. vol.]

*Beneficia
simonia-
rum im-
petrari pos-
sum.*
Et beneficia istorum simoniaeorum etiam ante
declarationem impetrari possunt, cum ipso iure va-
cent. gl. in regula cancel. 17. & hoc in simonia rea-
li, quādo aliquid datu⁹ est, secus in mentali, vel cō-
tentionali, Cassado. teste in dec. 5. const. rub. de cō-
sti. vide eum, deci. i. de simo. Sed quid fiet istis, qui
hæc perpetrant? Dominus dicit ad eos, Ite in ignē
eternū, qui paratus est diabolo, & angelis eius, &c.
ō vox semper tremenda, & in singulis saltem dies
cōgitanda. sed stomachari in eos desinamus, & ca-
stranota repetamus, cum pauci collatores (vt qui-
dam dicūt) sine hac labē quiescant, vide tamē quā
dixi in tract. de pacifi. pol. nu. 198. [& in praxi bene-
fi. in 2. parte tit. de simo. in resigna.] & quis possit
cum simoniaico disp̄sare exhibet glo. in §. simonia-
ci in verbo, perpetuo. de elect. in pragma. Alia per-
multa de hoc scriberem in Ioan. Naucleus edidit
huius materiaꝝ pulchrum tractatum, & delecta-
bilem, videlicet non simoniaicis, sed ipsiſ multum

austerum, quia vitia eōrū detegit, & poenas tradit.
Et ego ultra eas multas alias congessi in additioni-
bus ad dictum Naucleum, quas nō graueris bo-
ne lector perlege, & exosu & detestabile hoc cri-
men habebis: vt S. habuit Ludouicus olim rex Frā-
ciaꝝ, qui à regno hoc crimen pestiferum admendū
iussit, & p hoc voluit iudices suos cognoscere quo
ad hoc ut regno expellatur. Et fuit cōstitutio edita
anno 1268. in mense Martio in hæc verba:

*V*idelicus Dei gratia Frācorum Rex ad per-
petuam rei memoriam pro salubri & trāquil-
lo statu ecclēsiaz, & regni nostri, necnon pro diuini
cultus augmentatione, & pro Christi fidelium animarū
salute, vt quia etiam auxilium omnipotentis Dei,
cuius soli ditioni atque potentie regnum nostrum
semper subiectum extitit: & nunc esse volumus,
consequi valeamus, que sequuntur hoc editio cōd.
sultissimo atque in perpetuum valituro statuimus
& ordinamus.

Prīmō ut ecclēsiarum regni, prælati, patroni, &
beneficiorū collatores ordinarij, ius suum plena-
rium habeant, vnicuique sua iurisdictio seruetur.

Item ecclēsiaz cathedrales, & alia regni nostri li-
beras electiones, & earum effectum effectualiter
habeant.

Item simoniae crimēn pestiferum ecclēsiam la-
befactās, à regno nostro penitus volumus & iube-
mus admendum.

Item promotiones, collationes, prouisiones & di-
spositiones prælaturarum, dignitatum, & aliorum
quorumcūque beneficiorum ecclēsiasticorum, &
officiorum regni nostri, secundum ordinationem
& determinationem iuris cōmuniſ. Sanctorū con-
ciliorū ecclēsiaz Dei, atque institutionē antiquorū
sanctorū patrum fieri volumus, pariter ac iubemus.

Item exactiones & onera grauissima pecuniarū
per curiam Rom. ecclēsiaz regni nostri impositas,
vel imposta, quibus regnum nostrū miserabiliter
depauperatum existit, sive etiam imponēdas aut
imponenda leuari aut colligi nullatenus volumus:
nisi duntaxat pro rationabili pia, & vrgentissima
causa, vel in inevitabili necessitate, & etiam de sponta-
neō & exp̄esso iussu nostro, & ipsius ecclēsiaz
regni nostri.

Item libertates, franchises, immunitates, præro-
gatiuas iura & priuilegia per inclitę recordationis
Francorū reges prædecessores nostros, p̄ nos ec-
clesias nostris, atq; locis piis, & religiosis personis,
aut ecclēsiasticis regni nostri concessas, & cōcessa
laudamus, & approbamus per præsentiu tenorem,
vniuersis iustitiaris officiariis, & subditis nostris, &
locateñē, præsētibus, & futuris, & eorū cuiilibet ad
eum pertinuerit districte p̄cipiendo mandantes,
quatenus omnia, & singula prædicta diligenter, &
attenteſeruent, custodian, & teneat, teneri & cu-
stodiri inuolabilit̄ faciant, nec aliiquid in cōtra-
rium quoquismodo attentent, seu fieri vel innouari
permittant. Transgressores autem contra faciētes
iuxta casus exigentiam talib⁹ plectantur poena, q; ce-
teris cedat in exemplum, in quorum omnium &
singulorum testimonium sigillum mitti fecimus.
Datum Parisiſ anno Domini 1268, mense Martij,

Deelectionis derogatio.

pactionibus aliæ à particuliari amore & sanguinis à affectione & non sine periurij reatu fierent, cum electores ipsi etiam si ante electionem per eos faciendam idoneorem, d & non eum quem promissione

verbo natiuitas.col.pen. vbi plus addittales sic intrantes cōmuniter male vivere, scilicet iniuste, crudeliter, immundè & carnaliter, superbè & ignoromiosè, ac instabiliter, prosequere, ut per eū ibidē.

Vnde dicit Host. in c. penul. in verbo venale, ne præla. vices suas. Quod si spiritualis sic promoto, spiritualia promot⁹ quæret, si vero venalis, pecuniam, si carnalis, carnalia. quia natū ex carne, caro est, natū ex spiritu, spiritus est. Ioan. 3. c. & sic cognoscetur habentes dignitates ecclesiasticas, & à fructibus illorum, ut est in euangelio. Quomodo cognoscatur hæretici, scripti in bullā cœnæ domi, arti. i. in glo. hæreticos. circa fin.

c Cum electores.) Ecce quartum periculum, qd electores iurabāt, & tamē nō seruabant iuramentum, quod scribitur de elect. in c. i. in pragma. sub hac forma, Ego N. iuro, & promitto omnipotenti Deo, & N. sancto, vel sanctæ, sub cuius nomine dedicata est hæc Ecclesia, eum eligere, quem credā futurum ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus utiliore, nec illi vocem dare, quem verisimiliter sciuerō promissione, vel datione alicuius rei temporalis, seu prece, per se aut per alium interpositis, aut alias qualitercumque, directe, vel indirecte pro fe electionem procurare, seu procurasse: & tamē omnes canonici sciebant electionem ab illis procuratam, & se iam promissionibus saltē repletos. Ideo periū erant sic eligendo, quamobrem electiones fuerunt eis sublatæ, quo ad prelatos, subinde casus in quibus aliquis iure suo priuat, tradit gl. in c. renouantes, 22. distinct. his versibus.

Paupertas odium, vitium, favor, seclusus & ordo:

Personas spoliavit, & locauit suo.

Vide ibi declarationē, procurat̄ igitur electores in aliis in qbus electionē adhuc habet ecclesiæ de idoneis prouidere omnis virtus & supradictis, & qd ad me attinet eostalias perpetrates semper macte virtute esse optauit, quod dij faxint sed videndum est num̄ maiorā hodie ex his nominationibus.

d Idoneiorē.) An quis teneatur eligere idoneio- Magis idem
rem: quod videtur per ea quæ diuinitus scripta sūt
Deut. 17. c. Eū constitues, quē dominus Deus tuus
elegit de numero fratrum, id est, eliges illū, qui ha-
bet spiritum Dei in semetipso, & præcepta Dei in
cōspectu, quia ille est à Deo electus. c. si ergo. 8. q.
i. Gen. 41. c. quia ostendit tibi Deus omnia, quæ lo-
curus est, nūquid sapientiorem & similem tui in-
uenire potero? tu eris super domum meā, & ad tui
oris imperium cunctis populus obediet. & 3. Esdr.

c. 3. dicamus vnuſquisque nostrum sermonem, qui præcellat, & cuiusque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna, purpura cooperiri, & in auro bibere. Et Num. ii. c. cōgrega mihi septuaginta viros de senioribus Israël, quos tu nosti q̄ senes populi sint, id est, meliores & sapientiores exponunt, quidam Theologi. & 1. Reg. c. 15. Scidit Dominus regnum Israël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo m̄litori te. Dauidē népe Salomonem alius fratribus iuniorem (quia sapientior erat) prætulisse legimus. 2. Reg. i. c. q̄ nutu spiritus sancti factum esse non dubitauit gl. in c. Moyes. 8. q. i. & Lucas de Péna in l. fi. col. 2. & seq. C. detyro. lib.

Afflictio illicita reprobatur. a Alia.) Tertium inconueniens, & periculum: quia amore eligentes illico inducebant ad eli- gendum. c. Moyes. 8. q. i. vbi in hæc verba dicitur, cernimus plurimos hanc rem facere, vt nō quærat eos in ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscat ecclesiæ professe, sed quos ipsi amat, vel quo- rum sunt obsequiis definiti, vel p̄ quibus maiorum quispiam rogauerit, & vt deteriora taceam, qui vt clerici fierēt, munib⁹ im̄petrarunt. tex. in cap. si quis neque. i. q. i. ibi, iniusto cordis amore, vbi glo. dicit, ex hoc collige omnem illum esse simoniacū, qui ductus amore alicui indigno cōfert beneficū. Vel dic particulari affectione ad aliquem, & quia hoc omnibus modis etiam siebat, ideo electio an- tiquata est hæc, quæ malum est hæc simoniaca la- bes: quæ tot ecclesiæ perugata, in eis habitare nō erubuit. & multi collatores sunt hoc dotati mune- re, sed vñ illis, sciunt enim quid faciunt.

b Sanguinis.) hoc malum plus hedera serpebat in ecclesia. quia nemovnus carnē suā habet odio. c. non existimemus. 13. q. 2. licet carnis affectio re- probetur in c. graue. de præb. & Abach⁹. c. 2. Vñ illis qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, ideo di- etum exitit D. Petro, Mat. 16. Beatus es Simon Ba- riona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi. & val- de pauci inueniuntur, qui carnis affectione nō du- cantur, vnde per sanguinis affectionem eligitur nō eligendus, & confertur beneficium alicui puerō, & cōmittuntur mille animæ Christianorum, cui cō- sanguinei nollent committere duo pira, etiam nō bona Christiana, vel alia quæcunque optima: vnde talis eligens vel conferens acceptance personarū à Deo reprobaram admittit, & infideliter agit, non gerens negotium Domini, vti debet. Henri. Bohic. in d. c. graue. in i. dist. dicens, episcopum cōferentē beneficium consanguineo ratione sanguinis sola, esse simoniacum. Alleg. Pan. in c. nemo. de simoni. quia simonia est aliquem fauore recōciliare, mul- to fortius fauore sanguinis, vide tamē quæ dico in §. præfatique ordinarij in glo. libere. infra de col. vnde verius ad hanc rem alludunt sequen.

Quatuor ecclesiæ portis intratur ad omnes,

Casaris, & Giesi sanguinis atque Dei,

Prima patet magnis & nummis altera, charis

Tertia, sed paucis quarta patere solet.

Non multum adhorre huic materiæ, quæ scri- pi in præfa. ad Rub. de colla. infra circa fi. Notādū est quod Iep̄te princeps Israël ex meretrice natus, filiam propriam interfecit, virginem, & humilem. Iudi. ii. c. hoc nempe denotat quod hi, qui à mere- trice, simonia videlicet, vel carnis affectione in ec- clesia nascuntur, filiā suam, id est, plebem sibi com- missam grauāt, occidunt, & prædatur, ac pauperes monachos humiles sibi commissos spoliant. Petri Bercho. his verbis vitetur in suo morali dictio. in

Ex quibus cognoscatur prælati qui maius habuit ingressum.

Iuramen- ti preſtan- din elec- tio ne refor- ma.

De electionis derogatio.

533

lib.12.iure ipso canonico suadetur in c.metropolitano.64.distin.& in c.licet ergo.8.q.1.vbi sic inquit Hieronymus,sciant omnes,& certi sint,quod qui prestatior est ex omni populo,qui doctior,qui sanctior,qui in omni virtute eminentior,ille eligatur. Idem dicitur in c.Moyses.ibidem.& c.fi.de off.cu sto.vbi sic dicit,ad hoc opus tales ordinetur, quales meliores,& sanctiores esse viderint. Iuri ciuili etiam non est dissonum.l.3.§.si tamen plures,ibi,eligen-
peccat non
diligens idem
narrat.dus est a praetore is, qui idoneior est. ff.de lib. ho.exhib.l.feminae.ibi, in quem contemplatione meritorum liberalitatis suae.C.de secund. nupt. ac rub.C.de potioribus ad munera nominandis,lib. 10. & l.fin.de tyronib.lib. 12. & qui non eligit idoneiorem& meliorem,peccat mortaliter,tum quia est infidelis Domino suo,vt dicitur in Euangeliō,fidelis seruus,& prudens,quem constituit Dominus,tum quia cedit in detrimentū ecclesie,& dedecus.Graue est enim in expertes Dei seruitio applicare. c.monasteriis.19.q.3.glo.pen.in c.ad apostolicā.de reg.& quia trālgreditur canones, volentes meliorem eligi debere,& ius diuinū,vt supradictū extitit,& etiā qā est perius, eoq̄ iurauit eligere idoneiore, vt h̄c. Subinde legitur de Leone Papa,cui totos cū quadraginta dies ad corp⁹ B.Petri orasset,vt a Domino remissionē peccatorū impetraret,apparuit ei beatus Petrus,dicēs,remissionē peccatorum sibi a Dño obtinuisse,excepta manuum impositione, id est,ordinatione & collatione in indignis facta.de qua adhuc Dño habes reddere rationē,hac archiepis-
Quia dico
in meior.copus Florē,in 3.parte sumæ,ti.20.c.2.§.i.itē narrat. Greg.in dialog.4.c.9.de Paschalio quod fuit dānatus,eo qđ parte Laurētij fouerat cōtra Simachum eligendo illū ad episcopatū, cū posset meliorē eligere,Refert Io.Lupus in repet.c.per vestes,nota 2.26.dō.inter vir. & vx.Quod intellige meliorem secundū qđ,videlicet qđ sit melior ad illū statū,ad quem eligitur,nō autē tenetur eligere meliorem simpliciter,qui est ille,qui est sanctior,& in charitate perfectior,probatur Act.i.c.de Ioseph,qui licet esset simpliciter melior & sanctior,quā Matthias, qā ille propter sanctitatem vitæ iustus dicebatur,tamen quia Matthias erat magis idoneus ad apostolatū,fuit a Deo electus,hac probat Leonard.de utinō sermone.26.de sanctis. & hac est cōmuni opinione in conscientia secundum Pan.& alios in constitutis.in 2.de app.Arianus in quolibet.9.& in 4.fent.rub.de resti.verf.Quia iam determinatus est fol.43.& seq.licet de iure canonico electio de digno valeat.c.cū nobis olim.de elect.c.fi.de officio.Dec.cōf.129.& p.tenui, nisi quis appellauerit quādo videbat electores velle eligere dignum,& est iusta causa, si idoneior inueniatur.c.cum nobis olim,& c.cum dilectus.de ele gl.in c.i.in verbo,ut ilorem.de ele.in Prag. alia dico in c. postulasti.in 4.no.de cler.excom,ministr.vide Bercho,in verbo,electio.Isti timeant collatores,& suæ fæluti melioribus conferendo prouideant, sed oculi eorum fortè sunt grauati,nec eos cognoscant.

Aut datione alicuius rei temporalis a , seu
prece vel precibus per se vel alium inter-

positis, electionem procurare didicissent
elgere sponte iurarent b, iuramentum
a Rei temporalis.) Idem si detur res spiritualis,
ut pote beneficiū, vel promittatur pro habēda elec-
tione, vel nominatione. tex. in c. de hoc. de simo.
c. Matthæus. & ibi Pan. & Feli. ibidem. dixi supra in *Simonia cō-*
ministrū dā-
do quicquā
familis col-
latorum.
verbo simoniacis. & sic cōmittitur simonia in dan-
do, etiā si detur familiaribus, vel ministris collato-
rum, ut dicitur in Gieſo, qui fuit ſeruus Elifæ, gloſ-
in ſumma. i. q. i. & in c. cito. ibidem. Itē cōmittitur
simonia, quādo datur beneficiū ad preces alicuius,
ut hic. & in c. tua. de simo. quod declarat gl. & doct.
in c. tuā. de æta. & quali. idem quādo pro obsequio
datur, & ſeruicio. c. ſunt nōnulli. i. q. i. & in ſumma.
ibidem, & in c. cum eſſent. & ibi doct. de simo. ideo
in defensorio. cōcor. in prin. dicitur in hæc verba.
propter ipſam etenim Pragmaticā nulla libera, sed
coactua porius electio fiebat, & ut plurimū bene-
ficiū pollicitationes, munera, & dationes interue-
niebant, mulierumq; precibus importunis & ſuſu
affiduo ſepiuſcule facitabant electiones, & eli-
gentium cōſanguinei aut amicitiae nexus cōiuncti.
illas nonnunquā pro voto tractabat electi insuper
& ad electiones dirigendas nominati, non charita-
ti tentigine, sed infatibilis æris epotādi ingluie,
aut quauis alia traducti corruptela eligentiuſ vota,
& mentes inuertebant, bellico etiam furore, & vi
quodam armorum & more bacchantiū, qui ſcenū
in eorum gerunt, pleriq; animarū ſuarū ſalutis im-
memores ecclesiis iure, vel iniuria intrudebātur, &
inſiliebāt, ipſarum dotes & patrimonia diripiētes:
ibidem alia multa tradit, quæ poſſunt videri, ecce
quod precibus fœminarum ſiebant electiones, ho-
die verò concubinarum præcibus multa ſunt fi-
moniacæ renuntiationes & paſtiones illictae, vt
qui in beneficio ſucceder concubinam alat, &c.
b Iurarent.) Iſtius iuramenti formā poſui ſuprā eo.
in gl. cū electores, & quia iuramentū nō ſeruabat,
erāt per iuri, & ſic beneficiis priuati, aut faltem pri-
uandi, vt dico in tract. de pacifi. poſſ. in 4. limit. nu-
218. cū seq. Nota q; in predictis caſib; priuātū eli-
gētes iplo iure, & in caſib; ſubſequētib; videli-
cer in hiſ qui ſciēter eligit̄ hominē mala vita, vel
illegitimum, ſeu ignari penitus. c. cum in cūtis. &c.
c. innotuit. & c. ſcriptū. de ele. Alius caſus eſt, quā-
do eligitur poſtulādus. c. i. de poſtu. præla. qui ſint
poſtulādi, habetur in c. ſi. illo tit. Alius, qui ſcienter
recepere ūt poſtulatū, velele dūt, cui⁹ nulla eſt ele-
cțio vel poſtulatio. c. bona memoria Magunt. de
ele. aliqui rāmen dicūt non eſſe ipſo iure priuātū,
ſed priuandum, vel ex alia cauſa, ibi erat priuatus.
Alius caſus eſt, quādo aliqui eligentes ſunt priuati,
ſeu ſuſpēti, vel excommunicati. c. cum dilectus. de
poſtu. præla. Alius, in illis qui nō eligit̄ intra tem-
pus triū menſium. c. ne pro defectu. de elect. Alius,
quando poſt appellationē legitimā poſtulat. c. bo-
na memoria. de electio. ſecus ſi eligerēt, quia ele-
cțio eſt maioris fauoris, & magis innititur iuri cap.
considerauimus. de ele. Itē quādo electio eſt nulla
popter perſonā electā, electores ſunt ipſo iure pri-
uati, ſi ſciēter elegerunt. c. cū in cūtis. in fi. de ele.

De electionis derogatio.

secus si propter formæ defectum, quia tunc erunt priuandi.c. quia propter de elect. utilitas est, qnō vocatis priuatis tener elec̄tio. & postulatio. Compostelanus in d.c. gratum de postula.p̄zlat. quod est menti tenendum.

huiusmodi non seruarent, sed contra proprium huiusmodi iuramentum in anima sua præiudicium venirent, vt nobis notoriè constat ex crebris absolutionibus, a & rehabilitationibus b à nobis & prædecessoribus nostris petitis, & obtentis, idem Franciscus Rex nostris paternis monitis tanquam verus obedientia filius parere volens, tam pro bono obedientia (in qua magnum meritum vere consistit) quam pro communi & publica regni sui virtute c in locum dictæ pragma. sanctio. ac singularum capitulorum in ea contentorum, leges d & constitutiones infra scriptas in uicem tractatas, & cum fratribus, nostris e sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus diligenter examinatas, & de eorum cōsilio cum p̄fato rege concordatas per dilectum filiuū Rogerium Barne Regium aduocatum f

a. Absolutionibus.) Quo ad iuramenta vel quo ad criminis commissa, oportebat eos ante absoluī, quā rehabilitaretur, & qn̄ sunt simoniaci in ordine, vel beneficio, sunt excommunicati, & nō possunt absolti ab alio, quā à Papa, nisi in mortis articulo. extraua. cū sit detestabile de simonia in cōmunibus. [scripti in praxi. benefic. in 3. parte tit. de simon.]

b. Rehabilitationibus.) Quo ad simoniā etiam solus Papa rehabilitat. c. de simonia glo. in verbo ppetuo. §. simoniace. de elec̄tio. in prag. vel dic rehabilitationibus, quo ad tenēdum beneficia. Nam licet quis sit absolutus à simonia, nō tamē erit habilis ad habēda beneficia, nisi rehabilitetur, vt hic dicitur, nec ad exercitium ordinum & sic impetrabat isti electores absolutiones, & rehabilitationes, vt hic vult dicere text. & hæ rehabilitationes non dantur per breue, nec dispensationes, vt in regulis

Alexandri sexti, sub rub. de signatura gratia cōtinetur. Ex predictis satis supérque dignosci calamitas futura electionū poterat, cū electores tot criminis cōmittere super his electionib. nō vereretur, soleat enim Deus opt. max. cum aliquid diri, vel aduersi imminet, plerūque portentis & prodigiis, ac signis euidentissimis exitiū ostendere. nam tunc temporis quo Tarquinius regno pulsus fuit, canē fuisse loquuntum, & serpentem latrasse. Gallis etiam Sénōnibus ad urbem properantibus in noua via auditā vocem, quæ Gallos aduertare, diceret. Lituus & alij retulerūt, aliaq; exēpla tradit Alex. ab Alex. in li. 3. genialiū. c. 15. sed de his criminibus ab electoribus cōmissis haec tenus dixisse sufficiat: alia magis subiungamus quibusdam arridētia hominibus, perle-

gere enim delectabilius singulis (vt reor) erit, quæ paulo post subiiciemus. [Ex his malis sublatae sunt electiones, sed mala corrigi debebāt, & electiones sustineri, nec puto tutum, qui tolleret ordinē presbyterorum, eo qd̄ quidā presbyteri delinquunt, ipsi videntur occasiones querunt multi, vt mala palietur, sed iste fraudes nihil apud Deū profunt, aliquādo libri aperiētur, & hoc videbimus, ne plura.]

c. Utilitate.) Et sic hæc concordata facta sunt pro cōmuni huius publica regni utilitate, ad quod de bēt aduertere dices, vt intellectū ad regni utilitatem tendet. Nam accipere habeat, vt dixi in §. fin. infra de reser. de leg. vt possit creare canonīcū ad effectum, quia publicē utile est regno, & alibi s̄p̄ius potest hic tex. pōderari, cui similis est tex. supra de approb. conuento circa fin. vbiscripsi.

d. Leges.) Hæc concordata sunt leges, obid non erit absurdum allegare in l. vna. de reserua. Nā lex plex est sanctio sancta, iubēs honesta, prohibēs cōtraria. l. 2. ff. de leg. Et sunt leges huius regni, & sicut legis virtus est imperare, vetare, permettere, & punire. l. legis virtus. ff. de legib. hoc faciunt istæ leges.

Primo imperans præbendam theologalē theolo-
go cōferri, & beneficia qualificatis per totū titu-
lo colla. vetant etiam hæ constitutiones in §. sta-
tuimus, 2. de colla. ne parochiales ecclesie in ciu-
titibus, & de villis muratis sitæ cōferātur, nisi qua-
lificatis, etiam vetant in §. monemus, & in §. volu-
mus. de colla. & in rub. de friuol. app. & in titu. de
publ. concub. & tit seq. aliquando permittūt, vt ha-
bētibus speciale priuilegium eligendi, eligere. §. fi.
tit. seq. & duo mādata concedi in collatorē haben-
tē collationes, & beneficiorū. rub. de mand. apost.
in prin. de hoc vide pulchrè Bal. in rub. C. de cōdi.
ex lege. Item penitū in §. monemus. & §. fi. de col.
& in rub. de publi. cōcub. & in rub. de pena tem-
re venienti. contra cōcor. & alibi etiā videre, ideo
cū hæ cōstitutiones legū habeant effectū, merito
nomine carere nō debent. l. à nullo. C. de fer. & an
appellatione legū veniant statuta, & cōsuetudines,
& iura canonica plenē tradit Feli. post Pano, in c.
ius generale. i. dif. ex consuetudine tamen non al-
legamus hic leges, sed paragraphos. & rubr. vt in
rub. de col. §. p̄terea. & sic de aliis.

e. Fratribus nostris.) Cardinales omnes hic vocat fratres, sicut episcopos, & archiepiscopos. c. quam graui de crimine falli, dixi in forma mandati, in princip. in glo. fratri. vbi plenus vide. Nota etiam qud̄ canonici cathedralis ecclesiæ vocantur fra-
tres episcopi, vel archiepiscopi. c. nouit. & seq. de his quæ sunt à præla. & sic eos episcopus & archiepi-
scop. tanquā fratres tractare debet, licet aliquā-
do eos tanquam serpentes odio prosequatur, & fra-
tres eum alibi habitantem, & incognitum, debito
vix honore afficere possunt, sed tanquam scorpio-
nem eum habēt, & int̄ hos fratres infipitos pro-
cessus videmus. c. dilectorum. de test. cog. per quos
soluitur intimata fraternitas, & nascitur diabolice
dissensiones.

f. Regiū aduocati.) Officiū boni aduocati est breuiter, & summatim loqu. teste Are. cōf. 120. proce-
dendo. & diximus in 2. no. repet. l. vnicē. C. de sen.
quæ

*Futura cō-
lamitas ele-
ctionū de-
friuendarū
cognoscis
poterat.*

*Futura cō-
lamitas ele-
ctionū de-
friuendarū
cognoscis
poterat.*

*Principia
ad vocato-
& procura-
tum re-
giūm.*

quæ pro eo quod interest: nempe quia regij aduocati: me aliquando priuilegii honestate veluerunt.
Ideo ego illos pro virili priuilegiis compensabo, &
cōiungā procuratō regiū, sine quo aduocati sunt
elingues. Aduocatus quidem fisci primū ab Adria-

no institutus est, secundum D. Budæū in suis annor.
in Pādec̄tas in l. fī. ff. de of. de quæstor. Duo quippe
aduocati fisci fuerunt olim instituti, & nūc in Par-

*Substantia
vocantur
procurato-
rū regiū cu-
riarum infe-
riorum.*

lamēti q̄busdā adhuc sunt. l. binos. & l. post duos.
C. de aduoc. diuer. iud. & illa priuilegia quæ cōce-

*Sipendia
ad vocato-
& procura-
tum re-
giūm.*

dunt vni, conceduntur & alteri, vt ibidem patet, di-
citur procurator generalis in Parlamento, alij specia-

*quebus no
minibus ho
nestiū ad
aduocatis
regiū.*

les in seneschalibus & Balliuatibus secundū Chaffa-
neum in catalogo gloriæ mundi in 7. parte, consi-
deratione 34. nec potest dici generalis, nisi secundū
quid, vt procurator generalis Aquitaniz, imò pro-

*Secundum
quod sint
regiū ad
aduocati, tū
rum etiā quia
pro pauperib
postulando in
vinea Domini laborant,
ad h̄c q̄ officiū gerat Dei optimi maximi, qui te-*

*ste David adiuuat pauperē de inopia. & Psal. 9. De-
sideriū pauperū exaudiuit Dominus, preparationē
cordis, &c. & Iob. 29. c. Pater erat pauperū, & cau-*

*sam quam nesciebam diligētissimè inuestigabam.
Ideo his dicitur Eccles. 4. c. Congregationi pau-*

rum affabilem te facito. & ibid. c. 7. Pauperi porti-

ge manū tuam. & hoc officio debet vti aduoca-

tus: ipsi enim pauperum sunt tutores. vide Fel. in c.

1. de off. iud. de his loquentem pauperum aduoca-

tis, apud Nemaūi seneschali curiam. Est etiā egre-

*gius ac non mediocri eruditione commendandus
D. Iacobus Bonaudus, qui egregias tracta. contra
rebelles regum inseruit additiones.*

Secundum quod salarium non debet solui in fi-

ne temporis, sed Kal. Octobris sine cunctatione. d.

*quādo sic il. §. sexcenti, tamen si non soluatur salariū ex aliqua
causa, non debent ob hoc causam fisci disserere. l. i.
et an ad de aduo. fisci, sed possunt computare tempus instar
hāredes amantium, vt est apud Ouid.*

Tempore si numeres que nos numeramus amantes,

Non venit ante diem nostrā querela faūm.

*Tertiū, q̄ illud salarium trāsmittit, ex quo illud
officium peragere cōperit ad quoscūque siue suos
hāredes, siue extraneos, siue ex testamento, siue ab*

testato. l. post duos. in fī. C. de aduo. diuer. iud. l. iu-

bemus. in fī. de aduo. diuer. iud. & l. petitiones. in fī.

illo tit. Purpura. in rub. de of. asses. n. 189. hodie sala-

riū tāti p̄teriti tēporis hāred. bus acquirit quilibet officialis Regius hoc in regno ex cōsuetudine.

Quartum est, quia est nobilis & in dignitate po-

situs. l. nemo. C. de dignit. lib. 12. Chaffa. in confuet.

Burgūd. in rub. des droſtēs. §. 19. in gl. l. in §. 4. rub. des

enfans de plusieurs lietz. gl. l. idem in procuratore re-

gio no. patruus meus Rebuff. in l. fī quis. C. de de-

cur. lib. 10. l. vna. C. de man. prin. Aret. in l. fori. C. de

aduo. diuer. iud. & aduocati fisci multis gloriosis

nominibus à iure decorantur, dicūtur enim clarissima eloquentia lumina. l. restituend. C. de aduo.

diuer. iud. & factūdissimi. ibidē. & clarissimi. in l. i.

illo tit etiā deposito officio, vt ibidem patet, & spe-

ctabiles in l. in sacris in tertia. C. de prox. sacro scri-

rio. lib. 12. & in auth. de iud. §. quia verò competēs.

in fī. colla. 6. l. laudabile. C. de aduo. diuer. iud. ideo

spectabiles, id est, spectacione digni, quasi admirabiles testis est nobis Purpur. in l. nu. 117. & seq. ff. de

of. eius. Item comites l. r. C. de aduo. diuer. iud. l. lau-

dabile. ibidem, quamobrem æquiparantur iuriū. Arrestum.

*cōtra eum
qui iniuria
fuit cōdemnatus mercator, ut practicē loquat, ad
advocatum regum.*

Quintum debet miti ad eos, sicut ad egregias

personas. Bar. in l. i. C. de offi. diuer. iud. & ibi Aret.

& l. in l. ad egregias. col. 2. in fī. de iure iu. ff.

Sextum licet olim esset annale officium. l. cū ad-

duocatis. & l. binos. C. de aduo. diuer. iud. aut ad sum-

num biennale. l. sancimus. in 2. & l. fī. illo tit. & l. iu-

bemus. tit. seq. & ob id d. lex. per hanc dicit celestem

decursum, quia habent magnam dignitatem cele-

riter curri tempus, litigantibus verò mensis p̄o

anno haberet, sicut his qui sunt in purgatorio, qui-

bus æquiparantur litigantes, & adamantes. Hodie

est perpetuum in Francia, id est, quandiu vivūt. Be-

nedi. in repert. c. Raynūtius. in verbo, duas. num. 38.

cum seq. de testa. nisi propter crimen depositi fue-

rint, ut Tholosz quandoque fuit obseruatum. &

hic.

Septimum vilia etiam sua sponte gerere non

poterunt, ideo mimi, ioculatores, vel histriones

esse non possunt, nec istorum officia exercere. l.

cum aduocatio. C. de aduo. diuer. iud. & l. fin. vbi

Azo in summa illius tit. & l. aduocatos. C. de aduo.

diuer. iud.

Octauum non possunt postulare pro priuatis. l.

pe. iuncta ibi gl. & Bal. C. ne fisci. vel respub. Paul. in

l. cum allegas. C. illo tit. satis enim supērque ad

regia negotia occupati sunt, ideo negotia aliorum

omittete debent ut ibi dixi.

Nonū non debent cōculere cōtra fiscū. l. 2. C. de

aduo. diuer. iud. l. i. C. de aduo. fisci. & in ord. regis

Lud. 12. primo publicatis. art. 34. rub. des aduocatz &

procureurs du Roy. art. 11. alioquin priuātur & officio

& stipēdiis, ut ibidem patet. Idem dice in doctore

ut priuictur lectura, clericus beneficio, miles militia, gl. in c. si Imperator. 96. dist. & in c. i. i. q. vlt. Aret. in d. l. 3. ibi, tū non prohibetur consuleat quādō nō consuleret contra regem, vel contra causam regis, ideo regij aduocati senschalliatū, cū non habcat iusta stipendia, soliti sunt pro priuatis postulare, & cōsulere, in causis quā non tangūt regem: nēpe qđ nō prohibetur, permittitur. l. cam prætor. ff. de iud. alias agerēt cōtra dictam l. per hūc § sexcēti. C. de aduo. diuer. iud. Pięterea recinuenirētur docti, qui id munera vellent recipere, quia docti ad lucrū tēdūt. c. i. & ibi not. de præb. in 6. Sed quādo queret rex ad tollendū dubiū ppter personā excellentiā permittit etiā aduocatis fisci Parlamentorum cōsulete, ne egeni exēat d. l. per hanc § sexcēti, vt fuit cōcessum multis tamen recusanibis egregiis, doctissimis atque facundissimis viris dominis Lisero, Poyer, & Montoloniō, olim aduocatis regis, nūc večō præsidētib. viris profecto omni laude dignis, Deus eos seruet in columbus. [Fuit tamē alias in hoc Arrestum, Senatu prohibitū D. Io. de Rappeu aduocato regio cōsulere partib. licet non haberet, nisi quadrinētas libras pro stipendiis, anno 1420. & die 21. Feb. vtest in regist. cōsiliij. imō anno 1522 die 17. Iulij fuit prohibitum aduocato regio Caſtio. in Turonia, ne de cætero pro priuatis postulareret.

Decimū, q̄ ista priuilegia cōceduntur ob reue- rentiā studiorū, quod incitare debet scholares ad studiū. l. quicquid. & ibi Albe. C. de aduo. diue. iud.

Vnde cīmū statuitur, vt nulla eis inf. p. c. o. inge- ratur, nullāve peræquatio, nulla operis instrūctio, nulla discussio, nullū ratiocinii imponatur, nullū denique eis māderet præter arbitrium. l. sancimus. l. C. de aduo. diuersi. iudi. & dicit ibi Alb. quod à legationibus excusatū, & alii munib. & contra faciens puniūt. jo. librarum auri poena, vt ha- betur in d. l. sancimus.

Vagari ad- vocati & procurato- rum, extra ciuitatē vagati non debēt. l. 2. & ibi Bal. C. de aduo. diuer. iud. habet etiam lo- res regij nō cum in procuratore regio, vt ibidem not. nam ne- debent, negotiis regis vacare debent, ne desertio negociorū regiorū & gaudiorū sectatio, luctum afferat. Iuxta dictum Euangelij Luke 6. c. Vah vobis qui rideatis nunc, quia flebitis & lugebitis.

An presim- pio calum- ma in ei- jūt. Decimum tertium, excusatūt à poena præsum- ptæ calumnia, sed non probatæ. l. 2. C. de delatori. l. 2. Bart. in l. 2. §. si publico. col. 3. ff. ad leg. l. l. de adult. Bal. in l. iubemus. C. de prob. Auffr. in decis. Tholos. q. 6. Hipp. Marsil. in pract. in § superest Be- nedict. in verbo, mortuo. l. nu. 204. c. Raynūtius. de testa, etiam procedit in procuratore, vt ibidem scri- bitur, & dico in dictis ordinationibus.

Pars nō ac- cusa in hoc regno. Decimum quartum, q̄ procurator regius omnia dilicta prosequitur, quo ad vindictam & poenam publicam. pars verō quo ad intereste. Bénédict. vbi supra. nu. 159. licet de iure quilibet admitteretur reguli inter ad accusandum per torum tir. de accus. ff. & C. qui accus. non pos. sed bodie nō admittere tur in regno pars accusans delinqūtē, & cōclu- dens ad mortem, sed interesse tantū petere debet.

In expensi- quando re- gius aduo- catus con- demnari. Decimum quintū. non condēnantur in expēsīs, liceat succūbant. l. si. C. de fru. & liti. expēl. l. in sacrīs.

3. vers. Et quonā de prox. sacro. scri. lib. 12. Auffr. in q. 6. si procurator. Benedict. in d. verbo, mortuo. in l. n. 169. l. p. hāc. §. si C. de aduo. diuer. iud. quia ex de- bito offici, ppter sequitur, ideo excusantur. l. monen- te. C. de delat. lib. 10. ne timore expensarū ius. Regis indefensum dimittat. l. illua. ff. de pet. har. Hipp. in d. § superest. in practica etiminali. [Nec pars ipsi procuratorib. regius condēnat. arg. illius rub. quod quisq; iuris. vnde cum procurator regius pontificaliter prosequeretur criminis, qui appellauerat, & fue- rat dictū malē appellatum & benē iudicatum cum expēsīs, ideo receptor voluit exigere expēsas, delin- quens appellauit ad Senatū, qui malē iudicatū pro nūc iurauit, cum non debeat procuratori regio ex- pēz, cū ipse part. non debeat. arg. c. 1. de iud. in 6.]

Nisi quis receperit eos tanquā priuatos, dū suo abu- tuntur officio, cōmittendo dolū, fraudē, vel cōcul- sionem, & tunc potest accipere eos (vt practicē lo-

Procurator
regis quā-
do in parie-
accipi pos-
sit.

quar. in partes formales. Guido Papæ in decis. Del- phi. q. 269. derūcitor. Henricus Boëtius in sing. in- cip. expens. q. 13. Vel quando iurisdictiōne im- impe-

diūt ecclesiasticam, vt fuit prolatum arrestū, anno Arrestum. 1525. vlt. die vel pen. mensis Ianuarij. pro Episc. Bel- uaceen. contra procuratorem regiū ciuitatis Clare- montē en Beauvoysi, vt est videre inter arresta Auff.

nu. 417. in stylo l'arlamer. in d. si procurator regius vel fiscalis Episcopie est iūctus cū parte, & succūbat, pars ad oēs tenetur expēsas procurator ad nullas,

vt fuit dictū in Senatū, anno 1520. die 16. Aprilis p. magistro Antonio Rebours, adiūcto, cōtra habitātes de Terci en Brie. & anno 1542. die 2. Octobr.

Decimum sextū, nō tenetur milites in domo su- scipere. l. iubemus. C. de aduo. diuer. iud. & ibi Sal.

quia illi possent instrumēta regis surripere. Ideo hi in camera debēt esse sicur passer solitarius in techo.

Decimum septimum, filij eorū si sint sufficien- tes, cæteris sunt prærendi, vt ibidem patet. & in l.

Fili aduo-

catorum re- petitiones. illo tit. & gratis debēt admitti ad officia giorū alijs patris, vel ad alia, quod nuper vidi obseruati in filio prærendi.

doctissimi ac facundissimi viri d. Dayua aduocati regij in Parlamento Tholosano. Ista enim incitare debēt regios aduocatos, vt suos erudiant filios.

Decimum octauum, hi aduocati & procuratores Existens in non debent torqueri, tanquam existentes in digni- dignitate.

Bar. & Aret. in l. 1. C. de aduo. diue. iud. quod in an & quā- do torqueri debet.

hoc regno Franciæ nō admitteretur, quia delictū omnē honorem excludit. l. 1. C. vbi Senator. vel cla-

rissi. Relevarentur tamen in hoc, quia sine magnis indiciis, & in crimine grauiſſimo nō torquerētur, quū præsumptiones pro se habeant innocentia.

Decimum nonum, q̄ procurator fisci non debet Procurator fisci nihil debet con-

causam fisci agitare absēte aduocato. l. si C. de ad- cludere si-

uo. fisci. l. nō intelligitur. §. diuus. & l. si fiscus. ff. de

sūre fisci. Guillel. le Rouille in tracta. de rescr. iusti. ne aduoca-

li. 3. c. 6. de aduocato & procuratore. fisci, eo quippe tis- datur aduocatus regius, vt cōsulat procuratori, qđ

agendum sit, & si eius consilium respuetetur, res fisci in irritum cedere posset, imō sententia nō vale-

ret absentia aduocato, per dictā l. si. vbi Aret. not. & in d. si fiscus. dicitur, nihil esse actum, id ē ex inte-

gro cognosci oportere, quod est menti tenendum.

Et ideo fuit annullata appellatio procuratoris re- gjicci

gj ciuitatis Abianen. qui a ppellauerat à sententia iudicis, eo quòd fuerat elargitus reus, cum consenseret ad auocati regij, & fuit ei præceptum factum, vt concluderet ad consilium auocatorum regiorum anno 1539. die 9. Iunij.

*Arrestum.
Procure
tors regij ac
auocati
omnibus a
lijs pre
sumuntur.*

Vigesimum priuilegium est, quòd omnibus aduocatis etiam doctoribus, & tempore antiquioribus debet p̄ferriri, quia à principe sunt approbati ratione officij. l. 2 & l. restituē. c. in f. C. de aduoc. diuer. iud. ibi, nam qui à nobis digni iudicati sunt, ij multo magis in anterioribus sunt iudicādi, & debet alij auocati eos honore, & ipsi alias prosequi, meminisse debet patres quòd & filij fuerunt. §. hęc autem. in auth. vt cum de appel. cogn. col. 8. Etiam habet locum in procuratore regio, cū sit magnus magister in Francia. Io. Fab. in §. f. insti. de excep. & quandoque non absurdè aduocatus nuncupatur, quia aduocato deficiente postulat, vt s̄pissimè vi- di in hoc parlamento, est nobis testis. gl. in l. non intelligitur. §. diuus Adrianus. ff. de iure fisci: idem di- co in regio aduocato magni consilij, vt etiam iis priuilegiis decoretur, est enim magni consilij Angelus, nec excludo etiam eiusdem procuratorem, cum sit teriaca dicti sacri magni consilij.

*De aduoca
to & proc
ratoris ma
gni consilij.*

*Strenas su
scipere à
principi
debet.*

Vigesimumprimum, quòd à manu principis strenas debent in singulas Ianuarij Calend. recipere. l. laudabile. C. de aduoca. diuerso. iud. vide text. in c. legauit. 37. dist. & in c. non obseruetis. 26. q. vlti. vbi reprobant illa dona. ideo hodie nō seruatur hoc priuilegium, quod si fortè principi ostenderetur, illud recipere, & eis seruaret.

Vigesimumsecundum, possunt à principe illu- stri dignitate decorari, & vnum filius illorum, aut aliis nomine suo. l. restituendz. §. ad hoc. C. de ad- uoca. diuer. iud.

Vigesimumtertium, quòd non tenentur ad cu- stodiā ciuitatis, nec ad excubias. tex. & ibi Bald. in l. sancimus in prima. C. de aduo. diuer. iud. nisi in sublium. Aret. ibi, post gl. & ex causa necessitatibus, vt nota. in l. ad instructionem. C. de sacrosanct. eccl. quia satis supérque eos vigilare oportet pro causis regis.

*Aduocati
ad custodiā
teneantur.*

Vigesimumquartum, quia ab omni onere sunt ad custodiā exempti, tam ipsi quām liberi eorum, etiam ante ciuitatis an suscepitam aduocationem natī. l. aduocatos, & ibi teneantur. Aret. C. de aduo. diuer. iud. etiam à tutela excusantur. l. geometra. & ibi Bar. ff. de excus. tut. §. item di- uis. illo tit. in lib. insti.

Vigesimumquintum, etiam post suum officium finitum vel renunciatum vnam ex suis domibus habent exemplam ab onere imponendorum sti- pendiorum. tex. & ibi Are. in l. iubemus. C. de aduo. diuer. iudi. Fallit si propter delictum esset officium ademptum, quia delictum honorem excludit, vt supra dictum fuit.

Vigesimumsextum, non debent agere, vel conueniri, nisi coram præside. i. corā seneschalo, bailli- uo, vel gubernatore. d. l. iubemus. & l. petitionē, sed in hoc Parlamento coram dominis supplicationū sicut consiliarij agunt, & conueniuntur, sunt enim grandi signori.

Vigesimum septimum est, quia eis salarium de-

betur, etiā tēpore quo non litigāt, id est, tēpore va- Salarium
quocunque
tēpore anni
in consiliis, hoc expressim Card. tradit in clem. sta-
tutū. q. 6. de ele. in procuratore ecclesiz, cui ēquipa
ratur procurator regius, quod secus in aliis regis of-
ficialibus, vt super hoc extant regis ordinaciones.
ribus.

Nomina- tui intra sex mēses requirere debet. Ultimò, nominatus & graduatus intra sex mē- ses beneficium requiri debet, alioqui excluditur ab illo beneficio, nō à suis nominationibus. glo. in §. item quod vniuersitas. in verb. scilicet de coll. in prag. dixi in tract. nominatio. q. 17. in princip. & sic summatim habes iura quod tēpus beneficia con- ferri, vel de illis prouideri debeat, quā nota, quia alibi non sic inuenies breui descripta.

Episcopus quādo ad ministrato rem beneficio prefice- re posset. Postremò figendū est menti, quod eo casu quo episcopus non valet cōferre, vel prouidere de be- neficio, vt pote quia est referuatum, vel deuolutū ad Papam, si non sit aliquis, qui interim valeat illis beneficiis prouidere, poterit episcopus deputare administratorē idoneū, donec per Pāpam fuerit prouisum. arg. c. regēda. io. q. r. hæc est pulchra de- cīs. Panor. in c. cum nobis olim. vlti. nota. de elect. quam sequitur Probus in addi. ad lo. mona. in c. 2. in fi. de præb. in 6. & est notāda, q. a. episcopis vrlis, à die vacationis a ecclesiārum earūdem cō- putandos nobis b. & successoribus nostris

Tēpus em- nū a die va- habetur notitia vacationis, q. a. quādo lex exprim- ebitur, vel alia cōstitutio, vt tēpus computetur à die dicuntur in vacationis, vt hic, tūc stabitur dispositioni cōstitu- tioni, etiam extra notitiam. text. est formalis in c. statutum de præb. in 6. cuius lo. Day. memorē nō fuisse miror. & ibi gl. singula. dicit currere tunc tēpus ignorantis, quando fuit statutū in fauorem, vt hic videlicet in fauorem ecclesiārum regni, ne diu vacet, & ne gregi dominico diu desir cura pasto- ris. c. oblatæ. in fi. de appella. secus quando tempus

fuit statutum in odium negligentis, tunc ignorati nō currit, quia nō est negligens. c. quia. de conceſ. præb. quia tex. decepit lo. Dav. & primæ sententiæ fuit Pan. in repet. c. cū es. col. vit. de test. & om- nes doct. in d. c. statutum, facit c. placuit. Ibi à die conventionis. 16. q. 3. & l. eos. ibi, à die condēna- tions. C. de vſu. rei. iud. l. in doribus. de dore caut. ibi, à morte mariti, vel mulieris, vel missione repudiij, & c. quā sit ibi à tēpore præsentationis huiusmodi. de elect. in 6. licet canon. ibi, infra annum à sibi cō- missi regiminis tempore numerandum. ibidem. l. fin. C. de posthu. hære. insti. l. hæc oratio. ff. quib. ad lib. procla. non licet. l. quinquaginta. de excus. tut. l. i. §. quod dictum est. de separa. l. ait prætor. §. an- nus. ibi, ex die vēditionis, quā in fraud. cred. l. ma- riti. §. sex mensium. de adult. & l. quiinquennium. ibidem. l. annus. de requirend. reis.

Refellitur io. Dayma decisio. Itē hic bis reperitur cōputari tempus à die va- cationis, ergo ista geminatio declararationē saltē operari debet, iuxta l. balista. ff. ad treb. & lōga est differentia si assignetur tempus certum, ad cōsti- tuendū aliquē in negligentia, vt pote quod intra sex mēses debeat beneficium cōferre, & tūc tēpus: quia simpliciter profertur, debet intelligi à die no- titiæ, & sic etiā c. 2. & c. quia. de cōcess. præb. & alia iura loquentia de tempore simpliciter. aut iura lo- quuntur quicquā esse faciendum intra sex mēses à tali tempore cōputādos, vt pote à die vacationis, & tunc nō querimus notitiā regulariter, vt hic. & d. c. statutū, alioqui cōditores dixissent à die noti- tiæ. c. ad audientiā. de decimis. Item quia expreſſum est hic, ideo faciet cēſſare tacitū. l. fi. C. de do- te promiss. l. cum filio. §. filio. ff. de vulg. & in certis nō est locus cōiecturis. l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. hic certum est cōputari à die vacatio- nis, ergo nō à die scientiæ, & sic pater istos sex mē- ses cōputari à die vacationis, etiam ante notitiam, alias esset loqui cōtra hūc tex. expressim, dicētem, cōputari à die vacationis. Item quia pro certo ha- buerūt cōditores, quod intra sex mēses rex bene poterit scire, quod si ignorauerit, habet adhuc tres alios mēses, intra quos si nō nominet, imputetur ei, nam diu vacarēt ecclesiā Franciæ, & lupus tē- pore vacationis triumpharet, vt dicit Bald. in c. ne pro defectu. de elect. ideo cōstanter dicemus hos sex mēses à die vacationis cōputandos. Fallit quā- do rex esset iusto impedimento detētus, vel fedes vacaret, quia ei nō valēti nominare, nō curret præ- scriptio. arg. l. vnicā. C. de anna. except. not. in d. c. quia quod an fuerit iustū, relinquetur arbitrio bo- ni viri, extra illa quā sunt à iure expressa. gl. in c. si quis iusto. de elect. in 6. vide glo. in verbo impedi- mento. §. i. de colla. infra, & dies vacationis nō cō- putatur. gl. in d. c. statutū, & in l. datio. §. fi. ff. de act. empt. doct. in c. super eo. in 2. de appell.

b. Nobis. Ergo hæc nominatio non potest fieri alii quā Papæ, vel sedi Apostolicæ, vt infra dicitur, nec etiā legato à latere, cū à sede apostolicā diffe- rat. c. si apostolicā sedis. de præb. in 6. & si legatus posset p. eidē omnia quod Papa, nō esset differētia nisi nomine, & multi essent Papæ, ad verbū refert Bald. in c. i. de offi. lega. sed poterit hæc nominatio

fieri successoribus Papæ eo mortuo, si tamē cederet dignitati, iuxta c.i.de renū.in 6.nominato fieri deberet successori, quia retinuit sibi tanquam pōtifici, vt supra eo ibi. in manibus nostris & successorum nostrorum Rom. pontif. canonicè intrātum, & sic tanquam successori in pōtificatu, nō tanquā successori bonoru per c.si gratiosē de refcr. in 6.Et probatur hic & successorib. nostris Romanis pōt.

Nec etiā vacāte sede potest nominatio fieri collegio Cardinaliū, tū quod hēc verba nō cōgruunt, tū quod collegiū nō possit cōferre.c.2.ne lede vacāte.cle. ne Roma. in prin. de ele&t. Ad hēc si collegiū Cardinaliū hoc posset, fortē differrēt prouisionem Rotmani pōnt. vt aliquā vtilitatē ex his no-

An collēgio, cardinales nominato fieri per regē possum.

minationibus haberent, quod est prohibitū c. vbi periculum de ele&t. li. 6. & quia collegiū cardinalium sede vacante nō succedit in his, quā sunt ordinis, vel iurisdictionis Papalis. d. cle. ne Romani. vbi Bonifa dicit eo esse, qā cū celeritate desideret prouisione sedis Apostolica, vt eidē celeriter prouideatur omnis maria est amputanda cardinalib. per quā nollent, aut differēt, aut nō possint face-re electionē. arg. l. i. ff. de dam. infect. nisi fortē insta-ret summa necessitas, vt quia nō permitteretur eisdem cardinalibus eligere Papā, & tūc fortē posset nominari collegio cardinaliū, vel si duo essent in discordia ele&t, & nelciretur uter eoru esset ver? pontifex, nam necessitas facit licitu, quod alias est illicitum. c. si quis propter de furt. cū multis cōgrediis per Gerard. sing. vlti. & multa ego ipse addidi ad l. i. ff. de off. conf. ita tradit hic Dayma, quē vi-deas, vel fortē melius est tenere capitula posse tūc eligere, vt occurratur diutine vacationi. de qua in c. quām sit. de ele&t. in 6.hēc declaratione conditorum indigerent, sunt enim supra caput.

Romanis pontificibus, seu sedi prædicta nominare a, & de persona per regem b hu-iusmodi nominata per nos, & successo-res nostros, seu sedem prædictam prouideri c. Et si contigerit d præfatum regem a. Nominare.) Intellige, debeat, quod verbū est infra positū. certè si rex nominare velit, debet sic qualificatū nominare, tamē nō tenetur nominare, si nolit, qā ad factū præcisē quis cōpellinō potest. Iff. quis ab alio. ff. de re iud. & l. stipulationē nō di- iudicatur, de verb. obli. sed si nō nominet laplo tē-pore. Papa puidebit, prout staruitur hic. [Et utili? forte esset animabus, si spiritualia spiritualibus re-linquerētur, & temporalia recte administrarētur ab ipsiis secularib. & nō miscerentur sacra pphani.] b. Per regē.) Ergo per aurū vel argentū non debet quis nominari, sed p regē Prācie, vt hic habe-tur, pmittat ergo quilibet, vt rex libere nominet, nō verò instigatus p alios, sed spiritus sancti nutu hoc faciat. argentiū enim vel aurū pro nomina-tione rex nunquā recipere, sed de astātibus qui-

Rex pupil-lus, an & quando no-minare po-sit.

būdā dubitandū est, ideo hic tex. dicit p regē, & nō per aliū. Quid si rex esset pupillus? Responde si major sit infante, requisito prius cōsilio (si iux cō-scientia prouidere velit) sui confessoris, tutoris, &

præceptoris, is ipse poterit nominare instar patro-ni. de quo per Pan. in c. fi. de cōcef. præb. si minor infante fuerit, canonici interim liberē eligeant, cū hic sublatā sint electiones in fauore regis, si ipse nō nominet, ecclesiā regni eligere poterūt, cum habeat electiones, nisi rege nominatē, vt supra tit. prox. dixi. in prin. vel tutor instar patroni, nomine tamē regio nominabit, per ea quā dixi in tract. no minationum. q. 17. nu. 20. scribitur Ecclesiastes io. c. in fi. Vāh tibi terra, cuius rex puer est, &c. prima tamen ecclesiis vtilior tenenda potius esset.

c. Prouideri.) Adde verbū debeat, quod est in-fra, quia Papa debet prouidere nominato per re-gem, si sit idoneus, & qualificatus, alias Papa pot-e rit euudem recusare, vt sequitur.

[Et sic ex isto tex. patet requiritur Papæ prouisionem, alioqui si à rege nominatus receperit fructus episcopatus ante Papæ prouisionē, aut abba-tiæ, seu prioratus, amittit ius nominationis, & dicitur intrusus, quia sine ticulo valido fructus recepit. text. in ea. auaritiæ. de ele&t. in 6. inde poterit rex postea alium nominate, cum iste sit sua priuatus nominatione, & iure, siue fructus receperit sub ma-nu regia, siue tāquam procurator, vel alio colore, vel aliter se ingesserit administrationi per illum tex. & ibi abundē doct. scribunt.]

d. Contigerit.) Faro vel alias quomodo cunq. l. 1. §. i. ff. de leg. 3. siue scienter, siue ignorāter, cu hīc tex. generaliter loquatur, & indistincte, tum quia lem nomi-Papa hoc cōcessit regi, quā cōcessio parum opera natueri, an retur, sic intelligeremus secundum ius cōmune: & ideo debem⁹ intelligere, quod aliquid addat, vt in simili tradit Bart. in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infect. Item quia Papa referuauit sibi approbationē per-sone nominata, ergo quodcūque modo nominauerit rex primū, habebit post illius recusationē à Papa tres alios menses. Præterea patronus laicus potest variare, licet præsētauerit indignū. c. quod autem de iure patr. fortē in rege cui expresse per hunc tex. concessum extitit per viam contractus. huic accedit quod rex præsētādo sciēter, nō qualificatum, arbitratur Papam velle cum isto per eū nominato dispensare, si ergo nō posset alium no-minare, videretur iniquum, & nihil prodesset ista cōcessio, vt alium nominare posset, denique ante-quam rex præsētasset secundū, oportet quod iu-raret an scienter, an ignorāter præsētasset primū, ad quod iuramentū text. eum non adstringit, igitur nec ego regem ad id adstringam. Itē nō inuenio in hoc casu poenam statutam, ideo ego nō statuā, vt dicit tex. in l. at si quis. §. diuus. ff. de relig. & sumpt. fune. Nec est aliqua cōstitutio tale quid dicens. §. oum igitur. in authen. de nō eligend. secund. rub. colla. 2. nec Papa hoc dicit, ergo non est nostrum addere. l. si seruum. §. prætor ait. ff. de acquir. hære. nec poenam priuationis extendemus ad casus nō expressos. glo. in c. fin. de iure patro.

Nec refragatur primo quod eligētes sciēter in dignū sint priuati prima electione faciēda. c. cum in cunctis. §. fi. de ele&t. ca. cum Vintonien. ibidem. vbi Panor. not. vlti. Idem in nominatione videtur dicendum, vt nominans scienter indignum sit pri-uatus

Reproba-
tur feren-
tia. Day-
ma.

uatus potestate nominandi pro prima vice , vt di-
cunt nostri,& sic concludit Ioan. Dayma.in verbo
cōputandos,quod nō est verum:nam hic ex pres-
sim conceditur,vt si rex nominauerit non qualifi-
catum,quod possit alium nominare, sed in electio-
nibus & aliis non sic permittitur, imò prohibetur,
& priuantur,vt dixi eligentes potestate eligēdi,&
contra suam sententiam est tex.in c.perpetuo. de
elect. in 6.vbi sunt hæc verba perpetuo fandtionis
oraculo declaramus, quod scienter in electionib.
nominatēs indignum, propter suffragium in scruti-
nio præstitum,nisi adeo in eo persisterint, quod
ex votis eorum electio subsequatur, nequaquam
potestate eligendi priuentur, sed rex nominando
scienter indignum, si postea nominet aliū, nō per-
sistit in prima nominatione, ergo nō erit priuatus
potestate alium nominandi etiam de iure.

Nec me mouet quod rex non debet ex suo (vt
dicit Ioan. Dayma)dolo reportare commodum.c.
sedes.& seq.de rescr.respon. nō potest notari do-
lus malus in permissis.l.i. §.nō fuit.ff.de dolo. quia
quod sit legitimè nullam meretur pœnam.l.Grac-
chus.C.ad leg.Iul.de adul.sed rex secundo nomi-
nat hac constitutione permittēt, ergo nō potest
in eo notari dolus, nec meretur pœnam priuatio-
nis, etiam si nominauerit scienter inhabilem : sed
conscientia sua caueat, si alium indignum nomi-
nauerit. Et sic constanter teneo cōtra Io. Dayma,
contrarium afferentem in gl.vlt.cui per prædicta
sufficienter responsū esse arbitror, & ista est mera
veritas iuri & equitatī cōsona, videlicet quod rex
Franciæ posset nominare secundum, etiam si pri-
mō scienter nominauerit inhabilem, quem Papa
recusauit, alias de nihilo prodeisset vt secundum
posset nominare primo recusato, vt prædixi.

personam taliter non qualificatam a ad-
dictas ecclesiæ sic vacantes b nominare
nos & successores , seu sedes & huiusmodi

*Quis dia-
tur qualifi-
cam.*

a Non qualificatam)Id est, non habentem qua-
litates requisitas supra, quas tradidi in gl. alias vn-
de dicitur qualificatus, quasi factus qualitas requi-
sitæ, & idem nominatos ritè & graduatos vocamus
qualificatos, quando habent qualitates requisitas
in his concordatis. §. præfatiq; ordinarij. §. si quis
verò §. volumus. & seq.de coll.infra quæ sunt no-
tanda ad declarationem illius tituli.

b Vacantes.) Ergo ad vacaturas non potest rex
nominare , nec illas debet pmittere, vt dixi supra
eo,in gl.ocurrente vacatione. & in gl.alien. fasi.
supra in procēcio.

*Sedes apo-
stolica qd;*
*l,imperia-
li, & alia.*

c Sedes.) Et sic Papa non debet prouidere indi-
vidua, gnis, vt hic, & mirabile videtur continere iste tex.
& de rega cum sedes ipsa sit res inanimata voluntate carent,
sive beneplacito teste Archi. in c. si gratiosè.col.
2.de rescri. in 6. & tamen potest prouidere , vt hic:
sed dic quod sedes aliquādo. capitur pro dignita-
te. §. sic igitur.in auth. vt iudi. sine quoquo suffrag.
collatio. 2. quæ non moritur. dicto. cap. si gratiosè.
Nam licet habens Papatum sit corruptibilis, tamē
Papatus, imperium, & dignitas, semper sunt, nec

corrumpuntur.ca. cum venissent, de inst. l.propo-
nebatur ff.de iudi. Ioan. Monac. & Archi. in d. c. ii
gratiosè de fede Apostolica, imperiali, regali, car-
dinalium, patriarcharum, archiepiscoporum, epi-
scoporum, abbatum, & aliorum, abundē scribit lo.
Francis. in tracta. de offic. & potest.ca. sede vacan.
in 6. prælud. scripsi in l. in lege censoria. ff. de ver-
bo. significatio.

Quærebatur aliquis nū magis peccet rex nomi-
nando indignum, quām Papa recipiendo? magno
se iudice quisque tuctur. Primò, quod rex magis
peccet, probatur, quia fons peccati est, & origo: vt
in simili dicitur per Hostien, in summa. §. fin. vbi
dicit eligentes ista ratione magis peccare, quām
confirmantes. Item in Euangelio dicitur, qui me
tradidit tibi, maius peccatum habet. & sic qui no-
minat maius habet peccatum, quia tradidit Papæ,
& Papa de illo confidit. Tertiò, qui nominat indi-
gnum, contra conscientiam agit. cap. perpetuo. in
fin. de electio, in 6. verba ipsa subiiciam, licet pro
eo quod indignum nominando scienter contra
conscientias suas agant, & diuinam vindictam, &
apostolicæ vltionis metum non immerito possunt
reformidare, & præsumitur scienter nominare,
cum cognoscere eum debeat. regu. qui cum alio.
ff. de reg. iur. saltem per relationem boni viri glo.
in l. mulieri ff. de conditio, & demonstra. glo. in c.
cupientes. in verbo, notitiam. de electio. in 6. Bald.
in patrono, vt videatur scienter præsentare indi-
gnum: ita scribit in cap. cum vos. col. 2. de offi.
ordin. & qui eligit aliquem ad beneficium, vel offi-
cium, præsumitur ipsum habere notum. Barro. in l.
si patronus. ff. de confirm. tut. Deci. in cap. cum in
cunctis §. fin. in priu. de electio. vnde imperator. in
§. i. in auth. quomodo oport. epis. collat. i. his ver-
bis fatur. Sancimus igitur sacras per omnia sequen-
tes regulas, dum quispam sequenti omni tempore,
ad ordinationem episcopatus adducitur, conside-
rare prius oportet eius vitam secundum sanctū
Apostolum, si honesta & inculpabilis, & vndique
irreprehensibilis sit, & in bonis testimonium ha-
beat, & sacerdotem decens, &c.

Imò videtur, quod Papa plus peccet, quia maior
plus peccat quām minor.ca. inter. §. fin. de transla.
episcop. ibi, & quamvis iidem archiepiscopi tan-
quam maiores plus excellerint in præmissis, &c.
Secundò, qui perfecit delictum, magis tenetur,
quām qui incepit. Nam Celsus scribit in hæc ver-
ba. Si alias mortifero vulnere percussiter, alias
postea exanimauerit, priorem quidem non teneri,
quasi occiderit, sed quasi vulnerauerit, quia ex alio
vulnere periit, & posteriorē teneri, quia occiderit.
Item Mela. §. sed & si seruū. ver. Celsus. ff. ad leg.
Aquil. Tertiò, Papa potest nō admittere nomina-
tū rege indignū, ergo si admittat magis peccare
videtur. Dicam cum Marone. Nō est noctru inter
vos tantas componere lites, [sed uterque sibi ca-
ueat, quia de his reddituri sunt Deo exactam ra-
tionem, vt plenè scripsi in interpretatione. ca. po-
stulaſtis. in gl. de cler. excom. ministran. & teneat
de omni damno & dispendio, quod per eos acci-
derit. c. Valentianus. vbi glo. 63. dist.]

de persona sic nominata eidem a ecclesiis minimè prouidere debeat b . Sed teneatur c idem d rex infra tres e alios menses à die recusationis f personæ nominatae non qualificatae solicitatori no-

a Eisdem ecclesiis.) Ergo de aliis ecclesiis poterit Papa isti nominato prouidere, quia si nō sit habilis ad episcopatum, vel archiepiscopatum, erit forte habilis ad beneficium simplex. Ant. in c. ex ratione. col. i. de a. & qual. vel ad alium non requiriēt tot qualitates, sicut prælatura, de quibus supra dictum extitit, & tradunt doct. in c. cum in cunctis. de ele. ideo hic rex expressit eidem ecclesiis.

b Debeat.) Et sic à contrario consensu Papa debet prouidere nominato à Rege, quādo est qualitatis requisitæ per hunc rex. alioqui contractus non seruaretur, quē non seruare nō est egregij animi, vt dixi in prefat. ad rub. de col. infrā, & si alteri prouideret, nulla esset prouisio, vt patet infra in vers. decernentes. Et posset rex refutare illi prouisio factæ per Papam. Inno. in c. quod sicut de elect. refert & sequitur glo. in regula. cancel. 40.

*Quando Pa-
pa recusat
per regem
recipere,
quid facie-
dam sit.*

Quid si Papa nollet admittere nominatiōnē de idoneo factam: posset forte rex nominare aliquę illi capitulo, quod episcopū poterat ante hāc cōcordata eligere, & tunc capitulo eligit illum nominatiōnē per regē, & tantū proderit quantum nominatiōnē facta Papā, vel forte capitulo tunc poterit liberē eligere, quia electio non sit cōtra qualificationem hic positam, & in vñt. decernētis. infra eo. annullantur electiones factæ cōtra p̄misiōnā, id est, quando rex nominat, & Papa prouidit, non ergo si alias factæ sint, id est quando Papa nō prouidit, vt hic quod cogitandum relinquō, super his quippe effari periculofum est, cum nec caput nec pedes habeant.

c Sed teneatur. Si velit ex sua nominatione prouideri ecclesiis, & tenetur intra tres alios menses, post non, & ad hoc refertur verbum teneatur hic positum, non tamen tenetur rex nominare, si nouit, vt supra dixi.

*Vacante se-
de ad que-
spicit be-
neficiorum
collatio-*

Sed dubitet quis, ad quē spectet vacantiū beneficiorū collatio, interim sede vacante respōde si rex iure regali habuerit priuilegiū cōferēdi, vt in quibusdā habet episcopatib⁹, in illis poterit cōferre beneficia episcopatus, vel archiepiscopat⁹, per generali de ele. in 6. Si autem iure regali hoc sibi in fundatione, vel alias ex priuilegio concessū nō fuerit, sed tantū quod vacante sede illos capiat fructus, vt futuro releruētur successori, tūc conferre non poterit: sed Papa, aut legatus, tūc cōferret, vel archiepiscopus post sex menses iure deuolutio. ca. 2. de cōc. præb. Et quamuis capitulum succedat episcopo sede vacante, tamen beneficia conferre regulariter non poterit. c. illa, ne sede vacante nisi vt dixi in tract. nominatio. in collatione necessaria.

*Dicitio idē
quomodo
expiriuit.*

d Idem rex.) Etiam eo mortuo aliis. Nam idem dicitur, sicut idē populus Parisiensis q. abhinc mille annis fuit. l. proponebarunt. ff. de iudi. quia dignitas non moritur. c. si gratiosē de rescript. in 6. maximē

regalis Frāciae dignitas, quē diuinitus est instituta, & diuinitus conseruatur, & dictio idē potest referri ad gen⁹, vt in l. 2. in prin. & ibi doct. si cer. pet. vbi in mutuo, idē in genere debet reddi. Aliquādo refertur ad speciē, & in dubio. Bart. in l. hoc legatū. ff. de leg. 3. Quandoque dicitur idem numero, vt hic, & in d. l. proponebatur, & per hoc excluditur alius extra regem, vt supra dictū extitit. [vide quid si rex moriatur post præsentationem, seu nominationem, per Bal. in c. cum adeo. in prin. de rescri.]

e Tres alios menses.) Quos rex habebit, quādo non qualificatū primo nominauit, qui fuit per Papam recusatus, si tamē prima nominatio per regē nō fuerit plenū fortita effectū, vt pote qua a nomina-
*An rex pos-
su iteri no-
minare
quādo no-
minatio
fuerit
sc̄. f. .*

(quod raro cōuenit) cōsentire recusat, vel post cōsensum renūciat iuri suo, aut forte diem clausit fortita ef-
fictum.

extremum, seu propter occultum eius virtū no-
minatio irritatur, tūc rex intra alios sex mēses no-
minare aliū poterit, ac si vacatio noua esset. text.
elegans in c. si elect. de elect. in 6. Nā correctionē iuris non debemus facere. l. vna C. de inoffi. dotib.

Nec refragatur, quod si episcopus vel ali⁹ habēs potestatē nominādi vnum canoniciū in prima sui creatione, si nominauerit vnum, qui acceptauit, & poste renūciavit, nō poterit iterū nominare, post quam nominatio est lēmel fortita effectū. D. Rot. dec. 22. nota qđ vbi ordinarius. in antīq. & Fel. in c. innouam⁹. col. 2. not. 5. de treuga, quia debet intelligi quādo ille habebat potestatē nominādi vnum tantū, secus quādo datur facultas nominandi se-
mel, & iterum, vt hic, tūc poterit iuxta potestatē datā nominare, successiū etiam, non simul, vt supra dixi. Item cū sīnūc taxati tres mēses, vltra nō habebit rex, etiam si primum præstauerit intra duos mēses, & adhuc superāt quatuor mēses de sex, qui primo præstituti sunt, tamē à die recusationis primi non dantur, nisi tres mēses, vt hic.

f A die recusationis.) Ecce quomodo hi tres no-
tissimi mēses computantur, videlicet à die recusationis intimatæ solicitatori regis, vel alterius, vt in gl. seq. nec dies termini cōputatur in termino. gl. in c. statutum. de præb. in 6. & hic plenē. Ioann. Dayma, tract. de dictione. à. Et intellige recusationis vñcā, nam poterit rex nisi semel nominare à die recusationis, per hoc verbum recusationis, nō recusationum, per l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signifi.

Quid si inhabilis fuerit iterum ignoranter no-
minatus, qui nō fuit per Papam recusatus, sed ad missus, faciēdum erit. Respon. si notoria est inhabilitas, tunc ecclesia poterit se opponere. Nā hāc concordata sunt facta inter Papam, & sedem apostolicam ex vna: & regem, & regnum ex altera, li-
*Si nomina-
tus fuerit
inhabili, po-
test ecclē-
sia se oppo-
nere.*

cōt. videantur Papa & rex cōsentire, tamē ex magna causa adhuc regnū vel vñus ex regno poterit se opponere, & audire debebit in magno cōsilio, si sua intersit. gl. in l. iubemus. §. sanē. in verbo, oeconomis. C. de facros. eccles. tex. in c. si quis presbyterorum. ibi, sed etiam licet quibuscunque ecclesiasticis personis vocem contradictionis afferre. de reb. ecclē. non alie.

Feder. cōs. 95. super quæstionū. col. i. Fel. plenē in

in c. cum olim. col. i. de testib. Papa quidem & rex non intendunt prouidere inhabilibus, si contrariū faciat, sunt circūuenti. Bal. in c. cū olim. de re iudi. Et ij tres mēses currūt regi, siue ipse sciuerit recusationē, sine nō: quia postquā recusatio est intimata solicitatori regis, is debet certiorē facere regē, quod si non fecerit, imputetur regi, & de se queri debet, qui parum diligentē solicitatorem sibi asumpsit. §. f. Inst. pro soc. prout dixi de aliis sex mē fib⁹ in gl. cōtigerit. supra eo. & si fuerint plures sollicitatores, sufficit vni intimare. arg. l. de pupillo. §. si plurim. ff. de noui. ope. nun. facit quod scripsi in tractatu nominationum. quāst. 14. nume. 62. quod si sint plures vicarij, sufficit vni insinuare. vide ibi alia huic rei confinia.

minationem non qualificatam prosequentiā a consistorialiter b facta intimandæ c computando alium d supradicto e modo qualificatum nominare f.

a Prosequēti.) Et sic solicitator regis debet prosequi nominationē factā per regē, sicut dictauit in nominatis in §. f. de coll. infra. & per hoc infertur quod rex tenetur habere Romæ solicitatōrē, qui nominationē hāc prosequatur. Quid si solicitator regis mortuus fuerit? Respō. putarē nominationē posse intimari procuratori nominati, vel illi cui directæ sunt literæ, arg. clem. causam. de elect. forte etiam posset eo casu recusatio intimari protectori Galliarum, vel alteri negotia regis Romæ gerēti, vel alteri solicitatori p̄sequēti hāc nominationē: nā si nominatus recusatus habeat Romæ solicitatōrem, ad prosequendū hāc nominationē, illi poterit intimari hēc recusatio, & ideo caute dicit iste tex. solicitatori. nō exprimendo regis, vel alterius, & sic generaliter poterit intelligi postquā non distinguit. l. de precio. ff. de pub. in rem aet. & si solicitator productus sit testis, an recusari possit, dixi in tract. de repro. & salua test. in verbo solicitator.

Sollicitatore
regis mor-
tui Rome
cui debent
recusatio
intimari.

b Consistorialiter.) En ergo qđ hāc nominatio foler præsentari Papæ consistorialiter, scilicet prefloraliſter, sente collegio cardinaliū, & per Papā sic recusari, posset tamē Papa istā nominationē domi recipere instantē necessitate, & collegiū cardinalium ibidē cōgregare. arg. nota. in l. i. ff. de offi. cōsu. tamē stylus ecclesiæ Roma. est in his maioribus dignitatibus, vt cōsistorialiter recipiātur, vel recusetur, per not. in c. quod translationē de offi. leg. vnde consistorium propriè est Papæ. gl. in c. Romana. in prin. & ibi Archi. de appell. in 6. lo. Montagne, in tracta. de authoritate magni cōsiliij. vers. 3. p magno cōnſilio, vel principijs. gl. in §. ad hāc in auth. de appe. coll. 4. Nec debet intelligi hic tex. vt quidam con torquebat, dicētes Papæ recusationū debere intimari cōsistorialiter, sed recusatio nominationis cundum quosdam consistorialiter fit, & sic debet tex. ordinari, à die recusationis personæ nominatae, nō qualificatæ factæ, consistorialiter intimadæ solicitatori prosequenti nominationē non qualificatæ, &c. vel dic melius prosequenti consistorialiter, videlicet qđ solicitator debet nominationē

consistorialiter prosequi, & hic est germanus (vt reor) ad hūc tex. sensus. [Et hoc cōsistoriale est si- cut alienatio castrorum eccl. l. dicit Bal. in l. i. col. pen. num. 7. ff. de iurisd. omn. iud.

c Intimandæ.) Id est, exhibēdæ seu denuncian- dæ, & debet fieri hēc intimatio solicitatorii, vel alij vt supra dixi in gl. prosequēti, nec sufficeret domi solicitatoris fieri, quum hic dicatur solicitatori, nō domi, per not. in cle. causam, de ele. vbi vide abūdē. quāuis domi facta citatio regulariter nō inuēta persona valeat. l. i. §. i. ff. de libe. agnos. alibi scripsi plena manu in tract. de cita. in ordi. in 3. tomo.

d Alium.) Et sic videtur qđ rex possit tres nominare per hāc dictionem alius, quæ tria requirit. gl. possit nominare. in l. ancillæ. C. de furt. dixi in gl. ad alium. in §. si quis nare.

Rex quo-

verò infra, de colla. & sic primo vnum nominabit rex, si Papa eum recuset, rex alterum nominabit, si iterū Papa eū recuset, alium, & sic tertium nominare poterit. Cōtrariū teneo, nam patronus laicus licet possit variare, non tamē vltra semel, quia vbi licita est variatio non permititur, nisi semel. text. in l. si quis iusfirandum. C. de iure iur. Bald. in auth. habita. col. 8. nu. 35. C. ne fil. pro patre. Alex. in l. si extoto. §. f. col. pen. ff. de leg. i. & ita in propriis terminis cōsuluit Calde. cons. 16. an laicus rub. de iure patrona. & sic rex non poterit post secūdam recusationem alium nominare, arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signi. & vt infinitas vietetur de qua plenē dixi in repet. l. vnicæ, not. primo. C. de fenten. quæ pro eo quod inter. & sic quum nō pos- sit primo nominare nisi vnū, vt tex. supra dicte vnū grauē, &c. ita hic non poterit, nisi alterum nominare, ideo post primam recusationem, nō habebit nisi tres menses, quum hic text. nō concedat vltra, qđ cōcederet si à die cuiuslibet recusationis posset alium nominare. Nec obstat dictio alius, quia aliquando ad duos tantum refertur. c. quum autē. de iure patron. dixi. in d. gl. ad alium. & sic per hoc verbum nō debet rex nominatum primo recusatum nominare, sed alium, vt hic vltra nominatum primum, quod est notandum.

e Supradicto modo.) Ergo secundo nominatus p̄ regē debet habere qualitates supra descriptas in gl. alias idoneū, alioqui recusari potest per Pa- pam: ideo hic monet regem, vt alium supradicto modo qualificatū nominare habeat, & hoc decla- rat etiam dictio alium, quæ implicat similitudinē. cle. i. de rescrip. & erit sensus, vt facta recusatione primi nominati, alius qui sit similis qualitatis supra scriptæ debeat nominari. nō verò intelligas, quod alius similis primo nominato nominati debeat, quia si primus esset ignarus, vel alias inhabilis, in secunda nominatione posset præsentari similis inhabilis, quod hic reprobat tex. dum dicit supradicto modo qualificatum.

f Nominare.) Si rex non nominauerit intra sex menses, aliquem, videtur quod non possit postea, quia alij tres mēses dātur ratione recusationis factæ per Papam quādo rex inhabilem, forte circū- ventus nominavit, vt variare possit nominādo ha- bilem, nā nominatio quæ non est sortita effectū, quia recusata nō debet eidem regi esse damno. c.

Secundus
nominatus
per regem
qualitates
in text ex-
pressas ha-
bere debet.

perpetuo de ele. in 6. probatur in hoc vers. si verò contigerit, & ibi à die recusationis, & in verbo sēper. &c. potuit enim rex esse deceptus nominādo inhabile, ideo Papa voluit eidē morē gerere, concedendo vt intra alios tres menses aliū nominare possit, quod nō est quādō non nominauit aliquem, quia tunc negligentia supplebit Papa post sex mēses, quia cōcessio facta in vno casu nō extendetur ad alium. l. commodissimē. ff. de lib. & posthu. & vt dispendiosè vacationi ecclesiarum consulatur. ca. quā sit de elect. in 6.

Contrarium tamē videtur tenendum per hūc tex. ibi, alioqui, & ibi tunc sic vacanti, & quia facti appellatione nō factum cōprehēditur, quādōquidē qui nō facit quod facere debet, videtur aduersus ea facere, quianō hoc facit. l. qui nō facit. ff. de reg. iur. scripti in gl. prout. in repet. l. vnic. C. de sēt. qua pro eo quod interest. & postquā Papa voluit cōcedere regios nouē mēses, in casu quo inhabilē præsentauit fortius & quādō non nominauit intra sex mēses, vt etiam postea alios tres mēses habeat. Nā illud debemus dicere qđ statuētes (si interrogati fuissent) statuissent. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posthu. & verisimile est qđ sic statuissent, & per hoc tollitur in contrariū allegata, quia nō procedunt quando fortior est ratio in casu omisso, vel quando verisimile est quod sic prouidisset, per gl. in l. tale pactū. §. f. ff. de pact. l. a. in l. r. col. 4. ff. de vulg. facit rex. solemnis. in §. porro. ibi, si qua fuerit antiquioribus causis similis, seu maior, &c. que fuit prima caus. benefi. amit. & dispendiosa vacatio hic usque ad nouem menses toleratur, & in hanc partem etiam videtur inclinare Dayma. hic, licet ita expresse non decidat.

Alioquin a (vt dispendiosè b ecclesiarum huiusmodi vacationi celeriter consulatur) ecclesia tunc sic vacanti per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi a Alioquin.) Tres limitationes hic describūtur. Prima est, quando rex intra tempus præstitutum non nominauit, vel inhabilē. Secunda est, ibi, nec non quando per obitum episcopatus vacat in curia, & in istis casibus Papa liberē prouidet. Tertia pars, ibi, cōsanguineis tradidit de regis consanguineis, & aliis ibidem conscriptis, vt possint à rege nominari, etiam si non sunt qualificati, vt supra de-

Papa ante scriptum extitit.

*tres vbi-
mos men-
ses finitos,
an possit
prouidere.*

b Dispendiosè.) Quām sit dispendiosa ecclesiarum vacatio, declarat rerum magistra expertiēta. ca. quām sit de elect. in 6. nam ex defectu pastoris gregem dominicum lupus rapax inuidit. c. ne pro defectu de elect. & sic per hanc rationem non tenebitur Papa post recusationem secundā expectare finem trium mensium, si rex iterum nominauerit inhabilem, quod probat etiam verbum celeriter, in hoc tex. positum, & verbum liberē, & quia frustra expectaretur finis, qui nihil operaretur.

Non obstat c. commissa. de elect. in 6. quē text. allegat gl. in cle. vt hi qui in verbo constitutus. de c. & qualit. vbi ante finem termini nō potest su-

perior prouidere. Nam ibi ideo est, quia ius nō est deuolutum ante lapsum terminum ad superiorē. ergo finis termini expectatur ibidē, hic verò simu latque rex præsentauit secundum inhabilem, & Papa recusauit illum, Papa habet ius prouidendi, per verbum liberē, & verbū celeriter, & vt dispendiosè ecclesiarum vacationi constat, & sic nō tenetur aliud tēpū expectare, nec refragatur gl. in c. vbi periculum. in verbo, decem. de elect. in 6. quā dicit cardinales Romæ existētes, teneri experitare decem dies, alios cardinales absentes, etiā si appareat illos non posse venire intra illū terminū, quam gl. sequitur Bal. in c. licet de virāda. de elect. & l. a. in l. non omnis. col. 3. num. 8. ff. si cer. pet. Respondeo esse verum, quando rex non nominaret post primam recusationem, tunc Papa ante tres menses non posset prouidere, & sic debet intelligi iura supra adducta, secus si iā nominasset, & secundo nominatus recusat⁹ fuisse, vt in casu isto, & ita intelligitur casus sequēs, quia fortè ante finē termini per legem præfixi rex prouidebit, & sic etiā appellatio non dicitur deferta, nisi totum tempus effluxū fuerit. c. personas. ibi, ex tunc. de appell. qđ facit ad intellectum ordinatis regiæ permittētis iudici à quo sententiam exequi post desertionem, vt non possit exequi. etiam si vnu dies superesset, & appareret appellatēm intra illud tempus non posse releuare. l. a. in c. cum stipulatus sim mihi. col. pen. in prin. ff. de verbo. oblig.

Concludendū ergo est, quod Papa non poterit prouidere ante finem trium mensium, quādō rex non nominauerit aliquā à die recusationis primæ. secus si nominauerit, & inhabilem, quia tunc Papa poterit prouidere statim à die istius secundā recusationis, siue sint elapsi tres ultimi menses, siue nō. Et ideo si rex nominauerit Petrum, & mādauerit solicitatori, vt si Papa recusauerit Petrum, quod ipse nominabat Ioan. tunc à die illius secundā nominationis, & recusationis per Papam facta, Papæ liberē prouidebit, nō exspectato alio tempore, nec alia regis nominatione, vt hic probatur.

Quero, rex nominauit vnu ad episcopatū vacantem per resignationem, Papa prouidit illi, siue vacet per resignationē, siue alias modis derogando regulæ. 18. dicēti quod si resignas moritur intra viginti dies, de ipsa infirmitate, beneficiū censeatur vacare per mortem, moritur resignans ante viginti dies, an rex iterum possit nominare, tanquam vacet per mortem, videtur qđ nō, quia postquam semel nominauit, & non fuit recusatus nominatus per regē, ergo non poterit aliū nominare, cum hic sibi cōcedatur nominare aliū quādō recusatur primus, ergo si nō recusetur, nō poterit ex alium nominare. Item illa. cancel. regula nō loquitur in episcopatibus, vel abbatīis, ergo in illis non habebit locū, quia episcopat⁹ vel abbatīa nō veniūt appellatione dignitatis. tex. in c. venerabilis. de præb. gl. in c. 2. illo tit. in 6. Præterea Papæ est derogare illi regulæ cācellariae, quā ipse edidit, derogauit, & sic valet illa derogatio. in contrarium me trahit text. supra vbi dicit regem posse nominare, quando episcopatus vacat per resignationē etiam

*Regula cā-
cellaria de
viginti die-
bus an ha-
beat locum
in Papa &
rege.*

etiam quando vacat per obitum, sed si nominauerit ad episcopatum vacantem per resignationem, non censetur nominare quando vacat per obitum. Ergo Papa nō debuit prouidere, alia prouisio est nulla, vrpote facta sine regis nominatione, vt patet in ver sic. decernentes. Nam actus agentium non operatur ultra eorum intentionem. I. non omnis. ff. si cert. pet. sed regis nō erat intentio, vt nominaret, si vacaret per mortem, quae intentio probatur si post mortem aliū nominauerit, vt in simili not. in c. suscepsum. de rescr. in 6. gl. in verbo alia. in forma māda. infra.

Reg. cācel. de 20. die. Reg. cācel. an in bere etiam locū in institutione facta ab ordinario, presentatio vt si patronus präsentauerit ad beneficium vacas n. locū hu- per resignationē, si resignās moriatur ante viginti dies, poterit iterū präsentare, quia nō präsentauit in casu mortis, & prima präsentatio est nulla, ergo non præstabit impedimentum alteri präsentationi, licet contrarium co... uluerit Dec. conf. 224. cui repon. in tract. nominat. q. 17. nu. 5. Item si patronus präsentauerit ad beneficium vacans per priuationē, si alio modo vacet, non videretur per prædicta præsentasse, ideo poterit iterum präsentare, licet cogandum relinquat Rochus Curt. in tract. de iure patro. in verbo honorificum. q. 51. alioqui censeretur esse facta institutio sine præsentatione. & sic non valeret. c. decernimus. 16. q. 7. c. illud. de iure patro. sic & prouisio in hoc casu mortis censetur esse facta sine regis nominatione, quando unus tantū modus vacādi in d. nominatione, vel præsentatione esset expressus, & quod dicta regula cancel. 18. habeat etiā locum in collationibus factis per regem, fuit, vt di-

Anne. cūt. in hoc senatu decisum die prima Decembri, an. 1494. in causa possessoria pendente super capella S. Laurentij in ecclesia Meldensi. Nā alia est vacatio per mortem, alia per resignationem. c. suscepsum. de rescr. in 6. & illa regula cancellariae est facta ad utilitatem omnium collatorum, & eorum qui habēt representare, seu nominare, ergo illi fauori debent collatores derogare, nec solius Papæ derogatio potuit præiudicare nominationi per regem faciendæ in casu mortis. nam & si Papa possit illi regula derogare in aliis beneficiis, tamen in his dignitatibus hic expressis nō solet sine rege, ratione contractus sic facti, & illa regula loquens in beneficiis etiam habebit locum eadem ratione dictante in episcopatibus, abbatiis, & aliis in hoc tex. positis, per gl. in reg. 1. de regula. iur. in 6. Et sic paret quod in nominatione facta per regem ad episcopatum vacantem per resignationem, debet exprimi, vel alia: quounque modo vacet, cum derogatione reg. de xx. diebus, alia per mortem non obstante regula derogatione facta per solum Papam poterit rex in casu mortis iterum nominare. & ita fuit decisum in magno consilio in causa abbatiæ de villa longa, cōtra eum qui sic habuerat per resignationem, cūdīcta clausula, & alia quoquimodo, &c. Imò in eodē concilio fuit pronunciatum pro domino Ioanne Gay, iurium doctore. & recrēdential illi adiudicata, quamuis alter habuisset prouisionem per resignationem cū consensu regis. Sed non acceperat prōfessionem, nisi eo die quo mortuus fuerat resignās:

quamvis probasset se per sex horas antea recepisse: quia videbatur quædam fraus per not. in l. filie. ff. fol. mat. alibi dico.

a. Qualificata.) Et de persona, vt præfertur sic quando deuolu- qualificata, a necnon tio fit ad Papam, ecclesiis per obitum b ipse de persona, vt supra dictum est, qualificata prouidere tenetur, vt dixi in gl. qui eisdem §. si quis verò. infra de colla. idem si vacet per obitum in curia, per hoc verbum, necnon per obitum, &c. & quia una dispositio determinat hic duo, ergo ea pariter determinare debet. I. iam hociure. ff. de vulg. secus quando prouider consanguineis regis vel personis sublimibus, seu religiōis reformatis, vt infra excipitur, & illa exceptio in non exceptis firmat regulam, vt l. ff. de reg. iur. Et sic antequā Papa sine regis nominatione prouidere posse, requiritur quod rex non nominauerit intra sex pa sine re- vel nouem menses, vel quod nominauerit inhabi- gies nomina- lem, & is fit recusatus. nam regis nominatio cano- tionē prouidat.

Secundū, quod post recusationē rex non nominauerit aliquē intra tres menses à die recusationis computandos, vel q. nominauerit alterum inhabilem, qui iterum fuit reiecius, vt supra dictū extitit.

Tertiū, requiritur quod Papa prouideat post tē- bus elapsū, & non ante, alia non valeret, nisi, vt dixi supra eo. in verbo dispendiosē.

Quarto, quod prouideat de persona qualifica- ta, probat tex. ibi de persona, vt præfertur, qualifi- cata, nisi vt dicetur. infra. in verbo alioquin.

Quinto, requiritur quod episcopatus vacet in Episcopa- curia Romana vt sequitur in gl. seq.

b. Per obitum.) Si ergo episcopatus, vel alia dignitas hic affecta vacet in curia per resignationē, non potest prouideri sine regis nominatione, quia hic sibi tantum Papa referuauit vocationē per obitum in curia factam, ergo alios vacandi modos excludit. ar. l. cum prætor. ff. de iudi. c. nōne de præsum. Quia superioris vacantia per cessionem fuerūt regis nominationi referuata. & licet beneficium in curia resignatum, in curia dicatur vacare. gl. in cle. 1. vt lite pendente, non tamen episcopatus quo ad hunc tex. & ad hoc vt Papa solus prouideret possit. gl. in §. quibus. in verb. causas. de elect. in prag. & quātis mortis appellatione veniat, etiā mors ciuilis. gl. in c. suscepsum. de rescr. in 6. in casib. à iure expressis. gl. in c. placuit. 16. q. 1. doct. in l. gallus. §. & quid si tantū ff. de lib. & posth. tamen appellatione obitus non venit cesso, vel alia mors ciuilis. tex. in c. i. 24. q. 1. l. fi. C. de filē. l. 12. nota. in c. fi. de sec. nup.

Item si episcopus, vel abbas, propter hæresim vel aliud delictum priuaretur apud sedēm prædi- & tam, eo casu sine nominatione de hoc episcopatu non prouideretur, alia prouisio esset nulla; quia non vacaret per obitum, & vacatio per obitum, tantum Papæ hic referuatur, etiam si condemna- retur ad perpetuos carceres, nisi ad mortem con- dñatetur, sine aliqua sententia priuationis antea lata, quia tunc dū moritur in curia, dicitur in curia vacare. Bal. in l. si quis sub cōditione. ff. de test. rute.

Perus. in d.c. præsenti. §. sanè. vide Bart. in conf. 82. Clementissimi. vol. 4. in 1 dubio, quod priuilegium concessum cardinalibus, ut beneficia vacanta per obitum suorum familiarium non possint impetrati, non habeat locum quando beneficia vacant per priuationem. Etiam à Papa cōferti possunt cum derogatione indulti, quia maiorem sibi potestatem retinuit quam concesserit. c. dudum de p̄. b. in 6.

Nec hic comprehenduntur episcopatus vel abbatiae curialium, si non moriantur apud sedē apostolicam: nam licet dicātur vacante in curia, extra aug. ad regimen. de p̄. b. in communibus, & in reg. cācel. tñ non debet prouideri eisdē, sine regis nominatione, si non vacēt per obitū, ut hic intellige per obitum, quomodo cuncte contingentem, morte violenta, vel etiam delbocone, vel . . . cum hic nō distinguantur gl. in §. i. in inst. de ca. . . . inut.

apud sedem a prædictam vacantibus semper b etiam nulla dicti c regis præcedente d nominatione libere e prouideri f possit.

a Apud sedem.) Tunc dicitur apud sedem, vacante, etiam si in locis vicinis per duas dietas moriantur, sive ibi occasione curia moraretur, sive alia causa apud sedem prædictam esset, tex. elegans in c. præsenti. de p̄. b. in 6. quāvis dictio apud aliquādo significet coram & in præsentia. tex. in l. de iure, ff. de munic. l. cum pro quo. ff. de in ius voc. tamen aliquando etiam accipitur pro prope, vt d.c. præsenti, & ita dicit Alex. & Iaf. in l. i. in princ. ff. de acquir. posse. abunde scripti de hac dictione in l. penes. ff. de verb. fig. & sic Papa tunc sine regis nominatione prouidere poterit.

Rex an pos-
si nomina-
re ad epi-
scopatus
vacantes in
curia post
mensem.

b Semper.) Et sic rex ad hūc episcopatum in curia vacantem non poterit nominare, etiam si Papa non prouideat intra mēsem, sicut aliis ordinatis & in aliis beneficiis prouidet per c. statutū. de p̄. b. curia post in 6 & probatur per hoc verbū semper, & hoc verbum liberè, vt sit sensus huius text. quod Papa intendit semper prouidere sine regis nominatione metropolitanis & cathedralibus ecclesiis, quando va. ant per obitū in curia semper. i. omni tempore, & omni casu. ita exponit gl. in l. i. ff. sol. ma. & l. semper. de iure immuni. c. sacerdotib. ibi semper sacerdotibus castitas obseruanda præcipitur. 31. dist. & monachus semper debet ferre habitum monachalem, etiam si sit factus episcopus. c. sanctimonialis, & ibi doct. 23. dist. c. decretū. 10 q. i. ita & Papa poterit prouidere semper sine regis nominatione, quādo episcopatus vacat in curia per obitum, & intellige semper sive intra mensem, sive post: vel potest intelligi quod Papa poterit prouidere semper intra tēpus iuris, videlicet intra mensem, post non, & ista expostio suadetur ex c. i. de in integr. rest. & gl. vit. in c. cōtingit. de transact. vbi ecclesia semper illeſa seruari deber, id est, legitimo tempore. ita exponit etiā Lucas de Penna in l. vna. col. pe. C. de castren. om. pala. pec. li. 12 faciunt no. in proclamatio decre. Rex pacificus, & per Iacobi. in l. i. ff. de iure dot, tamen præcedens intellectus est magis textui cōueniens, ponderando verbum hic positū nulla nominatione, & sic excludit in hoc casu omnem re-

gis nominationē, sive fieret intra mēsem sive post, per l. quādmo. null. i. ff. de ac. pos. l. nulla. de reg. nūris. Et de his dictiōnib. semper. cōtinuo, & aliis dicetur plenus (Deo aufpicante) in tit. de verb. sig. c. Dicti regis.) Nec alterius, videlicet delphini, aut regentis, seu legari seu cuiusvis alterius, quod probatur in verb. liberè, & verbo nulla. &c. Nec poterunt etiam capitula eligere post mensem à die vaccinationis computandum, alioqui Papa non semper prouideret, nec liberè, vt vult hic text. nisi dicas, vt in gl. dixi proxima.

d Præcedente.) Nec subsequentē, per hoc verbū Præcedere nulla & verbū liberè: sed hoc ideò dicit ut demonstraret regis nominationē præcedere debere Papa prouisionem in casib. in quibus debet interuenire, vt supra dixi in gl. alia. sicut præsentatio in stirpationem præcedit. tex. in c. decernimus. 16. q. 7. alia nō valet. not. in c. cum ex officij. de præscrip. scripsi in gl. disposerit. in vers. 2. infertur. in §. si quis verò. de col. infrā.

e Liberè.) Id est sine regis nominatione, & sine De verbo alicuius cōtradictione, aliquando tamen denotat liberè. quandam prærogatiuam absolutam, & dominium super actū cui adiicitur. l. procurator cui libera. ff. de procu. c. cū nobis olim. in fi. de elec. Pet. Anch. in c. cum liberum. col. 2. de sepult. & de hac dictione multa scripsi in §. præfatique ordinarij. in gl. liberè. in frā. de col. Nota quod is qui suo arbitrio & liberè non potest vtrifui re sibi concessa, dicitur in ea turbari, ideo interdicto vti possidetis experiri poterit tex. in l. vim facit ff. de vi & vi arma. sic expressim consuluit Frācisquinus Curt. cōl. 2. Vassallus col. i. post tractatum feud. dixi fusi in ordina. regiis, in rub. des matieres possessoires, vbi etiam scripsi quot modis quis dicitur turbari,

f Prouideri possit.) A Papa vel à fede, posset etiam Nomina-
Papa in his casibus regis nominationē acceptare, tio regia
sed non tenetur, vt hiç, dum dicit liberè prouideri post tēpus
possit.

Sed si semel acceptaret, non posset postea alteri conferre liberè, vt fuit iudicatu me præsente, Anno 1539, die verò 29. Decembris, per dominum cancellarium, pro aliquo nominato per regē post tēpus nouem mensium, qui fuerat admissus per Papam ad regis nominationem, postea tamen Papa iure devoluto alteri liberè contulerat, certè prior in possessione fuit defensus, & illi adjudicata ple- na possessio quod est notandum. Posset etiā rex Frācia in hoc casu, quando vacat per obitū in curia, cōtra prouisum per Papā se apponere, & excipere, contra prouisum per coniuratione, seu proditione patriæ, seu reuelatione sectotorum suorum ratione patriæ, vnde prouisus est oriundus, vel propter parentes suos, qui semper regi fuerunt infesti, & tunc esset audiēsus, quia satis prosequitur interest propriū, teste Inn. in c. super his. col. 3. n. 13. de accus. vbi Pan. dicit esse singulariter notandum in practica & idem in c. cum terra. col. 2. & c. quod sicut. de elec. interpres in c. reatina. 63. distin. Idem tenet Francisc. Marc. in decisio. delphinali. q. 44. & seq.

Item si archiepiscopatus vel episcopatus in curia vacans effet in partibus limitrophis regni, nullus ad eum

Dictio a-
pud quid, si
gnificet.

De di-
cione
semper.

Rex quan-
do possit se
oppone

contra pro-

nsum per

Papam.

cum recipi deberet sine regis consensu sicut Narbona & Carcassona, per text. & ibi gl. in l.2. C. de fundis limitroph. li. ii. quia istud priuilegium cestetur semper esse exceptum per tex. in auth. qua in provincia. C. vbi de crim. agi oport. Benedict. in repe. e. Raynatius. in verbo & vxorem. n. 405. de testa. nam quando ecclesia habet feudum à rege, tunc ratione feudi, vel quando est patronus, debet requiri regis assensus post electionem celebratam. c. sacrosanct. in fi. de ele. c. nobis. de iure patron. doct. in c. sacros. in fi. de ele. c. nobis. de iure patrona. doct. in c. cum inter vniuersas. de ele. Maieret in tract. de elect. q. 8. limita 3. & sic post prouisionem Papæ, requiretur regis assensus in his casibus, qui per fidelitatem à prouiso factam regi declaratur. hoc etiam firmat Beor. in dec. 2. Burd. co. antep. Nota igitur in quib. casib. Papæ prouisio valet sine regis nominatione.

Quid si declaratū fuerit per Papam velle cōprehendi, an comprehendantur? Respon.non per modum declarationis, cū hic nullo modo cōprehendantur seculares dignitates electiuæ non expressæ supra eo.sed benc per modū additionis,in qua eadem solennitas requiritur, que in faciendo vel in destruendo, auth.ec contra.C.de rep.in hoc casu requiritur noua acceptatio p regnū, sicut in aliis.

Item noua proclamatio & recitatio, de quibus dixi in rub.de regia acceptance.infra.nec poterit retrotrahi hac declaratio, etiam si dicteretur, quia extrema sunt inhabilis.

Primum, videlicet a quo, quia nō comprehendantur sub his verbis, & extremū ad quod, vt not. in l.si is qui pro empore. ff. de vñscap.

Nota qd is qui habet hūc prioratum conuentualē, dicitur in dignitate.ca.nisi in fi.de præb. ideo potest esse index delegat⁹ Papæ.c.statutū,in prin. de rescript.in 6.cle. & si principalis illo tit, quia ex quo habet collegium & iurisdictionem in illis de collegio,iuxtanor,in c,cū ab ecclesiarum de offi. ord.Oldr.conf.257.factum tale.nu.34.Si verò nullos habeat monachos, non dicitur habere illā dignitatem.Iaf.cōf.77.præsupponitur.col.6.in 1.vol.

*Nominare
an rex pos.
an rex pos.
an ad prio-
ratus nō ha-
bitantes mo-
nachos.*
Poterit tamē rex nominare ad illū prioratum conuentualem, licet nō habeat monachos, tā quia non definit esse prioratus conuentualis, tum etiā, quia alias esset in potestate prioris, remouēdo religiosos regem sua priuare nominatione, quod nō est permittrēdum, & hic tex.requirit prioratū esse conuentualem, & verè electuum, & nō religiosos; ergo si desint, nō minus nominabit rex, & quia est verè electuum, habitu saltem, per no.in c. 1.de ele. Et intellige siue sit prioratus monachorū, siue canonicorum regulariū, cūm omnes sint religiosi. c. quod det timorē.de stat.monach. & appellatione prioratus venit vterque.cle.etsi principalis,vbi Bonifa, Vital.hoc in prin.declarat.descript.

verè a electiuīs, videlicet in quorum electionibus forma ca, quia b propter seruari, confirmatione c electionum huiusmodi

*Quis dica a
tar priora-
tus electi-
nu, collati-
nu, & an
veraque hic
compre-
datur.*
Hic probatur melius quam alibi in corpore iuris, qd illud beneficium dicatur verè electuum, in quo proceditur per electionem, & postea requiritur cōfirmatio, allegatur tex.in cle. quia cōtingit.de relig. domib. iūcta gl.Fei. in ca.in nostra corolla.32.de rescrip.sed pro hoc tex.in c. cum in cūctis. §.cum vero electus fuerit, & cōfirmationem electionis accepit, de ele.,]dixi in tractatu nominationum.q.15.nu. 25.& iura loquentia de beneficio electuo, i dubio intelliguntur de isto, in quo requiritur electio & confirmatio, aliud est beneficium electuum, sed non verè, vt pote quādo canonici eligunt, & eligēdo cōferunt, nec alia

expectatur confirmatio, & de isto nō loquitur hic tex. qui expressit verè electiuīs, & confirmationē requirētibus, de quibus per gl.in verbo , electiuīs, in §. fed quod per electiones, de elect.in pragm. gl.in regulā cancella.33.vide Oldr.conf.146 factum est tale.col.2.* Nā quando canonici, vel alij eligendo conferunt, verius cōferre dicitur, quam eligere. vt probat.c.post electionem.vers.cum igitur , ibi, illum vñanimitate contulerunt.de concess. præb.

*An preju-
matur prio-
ratus elec-
tus, &
an compre-
hendatur.*
Et sic excluditur hic prioratus cōuentualis collatiuīs, postquam de electuo expressit,arg.c. qualis.25.dist. intellige siue sit electiuīs ex fūdatione, & an præsumatur electiuīs: nam hic duo requirūtur, primō qd sit verè electiuīs, 2.qd in illius electio ne seruetur forma.c.quia propter.Respondeo nō quo ad hoc, vt hic comprehendatur, tum quia est odiosum , tum etiam quia nō esset verè electiuīs, sed præsuptiuē, qui hic nō includitur is, ergo à rege prouisus probare hoc debet:cū hic requiratur, qd sit verè electiuīs, & sic nō per præsumptiones:& sic iudicetur(vt fertur)magnū consiliū super prioratu de chantelle contra D.abbatē S. Ambr. Bituri. *Arrestum.*

cen.an.1539.in mense Septēb.quod est notandum, siue ex præscriptione fuerit electiuīs.Priorat⁹ em ex præscriptione collatiuīs , licet ex fundatione fuisset electiuīs, non comprehenditur hic, sed qualitas præsentis téporis est inspicienda.c.cū de beneficio.de p. 5.b. in 6. & postessio præsētis téporis attēditur.c. cū a ecclesia.de causa poss.c. cōsultationibus, de iure paro. & sufficit prioratū esse electiuīs de cōsuetudine antiqua.Card.cōf.103. causus super quo,col.3.nu.17.licet ex fundatione non esset, vide Dec.cōf.126.in causa an prioratus dicatur collatiuīs, si semel Papa contulerit, quod non ibidem concludit, quia iure de quoluto cōferre potuit.Card.in cle.1.de supplen.negli.præl.Fed.cōf.61.vacante. In dubio tamē quis præficitur de iure ad prioratus conuentuales per electionē, per tex. in c.2.vers.priores.de stat.monac.doct.in c.1. & in c.nobis de elect.cle.2.vbi Imol.de rescr.Alex.cōf.106.perfectis in 2.vol. Potest etiā præfici per collationem.cle.ne in agro. §.caterum.de elect.

b Quia propter,) De elect. & sic notabīc quod non allegatur titulus,dum allegatur decretalis famosa, vel alia constitutio, vt abundē scripti supra in procēmio,in gl.iura.

c Confirmationes.) Quę in camera regis nō debet fieri, quia ratione loci timetur impressio, dictū est Bal.in rub.de postula.prælat.col.1.allega.c.qua fronde de app. & consentus præstitus per episcopū & canonicos ad mādatum regis, videtur extortus per metum, ideo potest fieri reuocatio.text. & ibi nuncupatim Pan.in 5.no.in c.cum olim.2.de priu. Et scias qd electio dat principiū, confirmatio perfectionem, ingressus officij possessionē.Bal.in rub. de elect.col.vlt. & confirmatio est iuris quesiti per electionē corroborativa declaratio.Card.in cle.1. §.nos itaque.20.not.de iure iū. Nota qd confirmatio est triplex. Prima fit occulte per surreptionem, vt ius forsū alterius supplantetur, & hæc non valet, arg.d.c.quia propter.in fin.& c.vlt.de ele. in 6. nec producit aliquos effectus,arg.c.cum olim.de *Quid sit, et
si cōfirma-
tio.*

dolo. &c. cū olim de causa possit. & propriet. Secunda est, quando superior præmissa quadam citatione generali, nemine se opponente confirmat, & haec approbatur in c. vi. de ele. in 6. quæ citatio habet etiam locum in electione abbatis, gl. in c. in demittitibus. s. i. in gl. nō obstante, de ele. in 6. de Ripa, cons. 14. non videntur. in 2. lib. respō. Tertia est, quando superior cōtradictoribus citatis nominati & auditis in iudicio confirmat electionem. & de ista loquitur. c. bōna memoriam primū de elect. & c. cum dilectus, ibidem. d. c. si. de ele. in 6. & tex. in c. i. §. facta, illo titulo in prag. in gl. inquisitionis; & quid debeat confirmas inquirete, tradit ibi gl. in verbo circumstantia, & si nolit confirmare, vide gl. in c. pen. de post. prælat.

Electio quā Nota tamē, qđ si ad eligētē spectet electione, & cōdo habeat firmatio eodē iure, tūc electione habet vim cōfirmationis, secus si diuerso. gl. in verbo, elect. c. vt circa. malitia.

Rex iurans & in c. i. in verbo prouisionem. de ele. in 6. Cōpositel. in c. cū inter canonicos. de ele. Nicol. Milius, in verbo ele. q. 2. Quāro an electus in abbatem & cōfirmatus, si post appellationē inducatur in confessionem, possit inhiberi, ne lite pēdente se immiscetur? & an electione & cōfirmatione cassatis acta statutis, per cū valeat? tradit Aegidius de Mädelbertis, in ure ea cō- q. 2. titius &c. Et an rex videatur cōfirmare statuta ciuitatis, quando iurat ea seruare: qđ sic consuluit Bal. cōf. 86. per statutū. in 3. vol. p. tex. in l. cū pater & filius matrē. ff. de leg. 2. quod est bene notandum.

Quis cōfir- a. Solenni- matione pēter peti.) Vt solenniter a peti consueverū ter & cō in capi. si. de in regno Delphinatu & comi firmare, fos elect. in 6. & tatu huiusmodi nunc & pro sit. hac confir-

matio debet peti ab electo, vel ei⁹ procuratore intra tres mēses, cōputandos à die prēstiti cōsensus, seu acceptata electionis, quā intra mensem teneatur iusto cessante impedimento acceptare, alioq. electione in iritū cadet. c. quā sit. & c. si elec̄tio. de ele. in 6. poterit etiā cōfirmatio requiri per electores. c. cū ecclesia. & ibi not. Anch. & Card. de causa possit. vel per amicū electi etiā sine mādato, dummodo electus intra tres mēses ratā habuerit huiusmodi petitionē. arg. l. bonorū. ff. rē ratā hab. gl. in c. du dū. 2. in prin. de ele. c. postquā. & ibi prēposi. 50. dis. gl. in verbo prāstata. §. facta. de elec̄t. in prag. vbi etiā dicit populū posse petere cōfirmatione electionis sui pralati. per c. quod dei timorē. de statu monachorū, quia eorū interest habere bonū pralatū, & haec cōfirmatio poterit fieri ubique, tā in eccl. qđ in loco solito reddi ius, vel in alio loco hot nesto. arg. l. si cū dies. §. si arbiter. ff. de arbitr. ho expressum tradit Bal. in l. si vt pponis. 2. in f. C. quomodo & quādo iud. Imo. & Perus. in c. qua frōte, p illū tex. de app. Quāro quis cōfirmare possit: Resp. Papa cōfirmat electos ad dignitates, quē immedia tē subsunt R. o. pōtif. siue sint episcopat⁹, siue abbatiæ, vel aliæ superiores dignitates. ca. nihil. de ele. vbi dicit Inn. cōsuetudinē i curia eisē, vt nō soleat cōfirmare, nisi duob. qui interfuerāt electioni, p̄fentib⁹, quæ consuetudo hodie nō seruatur. vide quomodo pertinet ista cōfirmatio à Papa, per text.

in c. cupiētes. de ele. in 6. imo etiā haec cōfirmatio potest à Papa fieri, siue immediatē subsint electi, siue non, quia Papa concurrit in potestate & iurisdictione cum quolibet alio inferiore. c. ad Romanam. 2. q. 6. cuncta per mundum. & c. per principalem. 2. q. 3. sic exp̄ssē tradunt Card. & Imol. in d. c. cum ecclesia de causa possit.

Legat⁹ in prouincia sibi decreta potest cōfirmare. Ioā. And. & alij. in d. c. nihil. & in c. cū venerabilis. de cōsuet. p. c. si abbatē, de ele. in 6. & qđ in prouincia sibi commissa cōcurrat cū quolibet ordinario. c. 2. de offi. leg. in 6. Episcopum verò nō exēptum cōfirmat archiepiscopus. c. illud. 64. dis. c. cū dilectus. de electione, etiam si archiepiscopus nō dum esset consecratus. c. quoniam. 100. dist. arg. c. nosti. & c. transmissam. de elec̄t. Archiepiscopum cōfirmat primas, seu patriarcha, si sit, alias Papa. c. quia igitur. & ibi gl. 63. dist. Archi. in c. de persona. 65. dist. & c. mos ibidem. c. i. de translat. episcop.

Electos autē ad dignitates inferiores episcopo, si non subsint immediatē Papæ, episcop. poterit cōfirmare i sua dioecesi, vt abbates, & alios. c. i. 18. q. 2. & ibi gl. c. cū olim de maior. & obed. Et sede vacāte capitulum poterit confirmare eos, quos episcop⁹ potuisset, gl. in d. c. cum olim. & in c. i. de trāsl. episcop. Inn. & alij in c. ad abolendā de hære. Ioān. de Paquinis in trāsl. de offi. & potestate. c. fedē vacāt. in 2. parte. q. 7. Electionē verò imperatoris confirmat Papa, qui illū examinabit. ca. venerabilem. de ele.

Electio Papæ nullus confirmat, nempe quia in mundo nō habet superiorem. c. i. 23. dist. & haec confirmatione prius fieri debet, quam consecratio, alias nō valet. c. prouida. de elec̄t. in 6. gl. & doct. in c. cum olim. de dolo. Et si pro hac cōfirmatione de tur pecunia, simonia est. c. i. §. si verò i verbo simoniaca. de elec̄t. in prag. Et qđ requiratur in episcopo confirmingo vel alio, & qualiter fiat cōfirmatio, & quis sit effectus cōfirmationis declarat Ber- tach. in trāsl. de episcopo. in 2. parte. 3. lib. & in par te seq. vsque ad fī. In hoc regno sublatā fūr cū electionibus. [Electio prioris in ecclesia cōuentuale, seu regulari, vel seculari collegiata spectat ad cō- uētū seu capitulū vel collegiū. c. j. de ele. & c. 2. de cō- statu monacho. c. cōgregatio. 16. q. vlt. gl. in c. quā- clefia secu- quam. de ele. in 6. & regulariter qđs debet per elec- lari vel re- ctionē adsumi ad prioritū cōuentualem, cle. 2. vbi gulari.

Imol. no. de rescr. Itē nō valet cōsuetudo quod elec̄tio expectas ad ecclesiā conuentuale, debet per viā nominatiōis expedi. c. cū terra. de ele. vbi Ant. de But. dicit, nō valere statutū ecclesiā per quod disponitur quod nō possit prouideri ecclesiā, nisi per viā nominationis, vel postulationis: qđ ecclesię tribus modis prouideri pōt. c. bonaz. 1. de postulat. pral. sed in cōcordatis valet. cū sit eisdem iuribus derogatū, & per viā cōstitutionis, c. 2. de in integr. rest. c. cū ecclesia vulerana. de ele. gl. in d. c. quāq. de ele. in 6. Ale. cōf. 106. p̄spectis. co. pen. ver. 9. p̄ba tur. in 2. vol. tamē decisio concordatorū cū sit iur. cōtraria, debet restringi, & sic in suis propriis terminis intelligi. Præterea generalis potestas data p̄ papam alicui, vt possit addere, minuere, mutare, & corrigere statuta ecclesię, nō extēdit ad electionē, di. &c.

vt possint electionē prioris in ecclesiis regularibus mutare, sic consuluit Alex. conf. 106. perspectis. col. 2. vol. 2. sic ergo §. monasteriis. non videtur auferre electionem his qui non consueuerunt petere confirmationem solenniter, vt dicitur in text.]

Cessio & Cessionem.) Facta

resignatio in curia , de qua in

an afferat. princ. huius tit. supra-

tempore etiam per si-
milem cessionem a
vacantibus b illorum

quidā voluerint sub-
tilem prēbere differē-
tiā inter cessionem & resignationem, vt gl. in re-
gula cācellariæ 43. dicēs, resignationē esse, qn̄ quis
possidet beneficiū: sed cedere est ius, quod habet
dimittere, etiam si non possideat, tñ hic non sit illa
scrupulosa differentia, qua siue abbas cedat iuri,
quod in abbatia habet, siue eā possideat, siue non,
requiritur regis nominatio, vt hic probatur, & illa
differētia glossa cōfunditur per tex. in c. suscepit.
de rescr. in 6. si bene inducatur. Et per gl. expressam
in rub. de renū. in cle. & Bonifa. in cle. vna. col. i. ibi.
b Vacantibus.) Nunc, & sic secundum quosdam
comprehenduntur abbatiæ, seu prioratus vacantes
tempore horū concordatorū, licet alij dicant non
cōprehendi, sed primæ opinioni adhæreo per hæc
verba tex. nunc & pro tēpore, &c. vide gl. in verbo
vacationē §. præfatq; graduati. de col. infra, & que
dixi in verbo, vacantibus. §. i. supra eo. Quero quo
modis dicatur beneficiū vacare? respōdeo, multis.

Primo, per mortrem, c. susceptum. de rescr. in 6.

Secundo, per depositionem & priuationem. c.
dū dicitur ex literis. & c. grauem. de excess. prælat.

vacare be-
nificium. Tertiò, per electionum cassationem. c. confide-
ratimus. & c. super eo. cum similibus. de elect.

Quarto, per postulationum repulsionem. tex. in
extrauag ex debito. de elect. in communib. c. 2. &
3. de postul. prælat.

Quinto, per renunciationem simplicem, vel ex
causa permutationis factam. c. i. de rerum permut.
in 6. & per totum tit. de renunc.

Sexto, etiam per translationē, nam eo ipso quod
trāslatus cōsentit trāslationi vacat prior ecclesia. c.
in apib. 7. q. 1. post tñ adeptā possessionem secundū
gl. & doct. in c. si quis iam trāslatus. 21. q. 2. c. quāto.
de trāsl. epis. c. cū singula §. prohibem⁹. de præb. in 6.

Septimò, per ingressum religionis & professio-
nem ibidem factam. c. beneficium. de regula. in 6.
facit c. ex transmissa. de renunciatione. c. Confal-
dus. 17. q. 2. & habetur in regul. cancel. 44.

Ostauò, vacat primum beneficium, quādo quis
aliud violenter occupat alio in possessione exi-
stente. c. eum qui. vbi dixi. de præb. in 6.

Nonò, per contractum matrimonium, vel spō-
salia per verba de p̄senti. gl. in c. i. de cler. coniug.
in 6. Panor. in c. illo tit. Auffre. decif. 239. gl. & doct.
in cle. gratia. de rescript.

Decimò, per adoptionē beneficij secundi incō-
patibilis pacificā vacat primū. c. de multa. de præb.
c. i. de cōsue. & in extrauag. execrabilis. de præb. in
extrauag. lo. 22. Etiā ius ad rē. cle. gratia. de rescript.

Vndeclimò, si habēs ecclesiā parochialē nō fue-
rit p̄mot⁹ intra annū. c. licet cano. de elec. i. 6. nisi iu-

sto fuerit detē⁹ impedimentū. c. cōmissa. de elec. ibi.

Duodecimò, si electus intra mēsem à tēpore elec-
tionis p̄senteat, vel si à tēpore sibi p̄stituto nō
conserferit, vacat p̄latura. c. q̄ sit. de elect. in 6.
extrauag. si religiosus in communib. de elect.

Dicimotertiò, si electus intra tres menses post
consensum electioni p̄stitutum non petierit con-
firmationē iure quod habet per electionem, pri-
uatur ipso iure. d.c. quām sit. in fi.

Dicimoquartò, vacat beneficia episcopi electi
post cōfirmationē, & tres mēses datos ad perendū
cōsecrationē. c. cū in cunctis. §. cum vero. de elect.

Dicimoquintò, qn̄ habetur pro derelicto. c. i.
de offi. vicarij. c. ex parte primo de cler. non resid.

Dicimosextò, per nō ostēsionē tituli. c. ordina-
tio. de offi. ordi. in 6. & habetur in rub. de pacifi. pos.

Dicimoseptimò, quando violatur sequestrum.
cle. i. de sequest. poss. & fruct.

Dicimooctauò, si quis ingerat se administratio-
ni ante cōfirmationem. c. auaritiae. de elect. in 6. ista
ferè tradit. Io. Franc. in tractatu de offi. & potest.
capitali sede vacante, in vlt. prælud.

Decimnonò, qn̄ quis adipiscitur possessionem
beneficij cū simplici signatura. Fel. in c. veniēs. col.
2. de accus. sed hoc iure nō vtimur in Frācia cōsue-
tudinaria, vt scripsi in trac. de pacifi. pos. n. 50. & seq.

Vigesimò, quando quis se ingerit administrationi
tempore suspensiōnis. c. i. in fi. & c. cupientes.
§. ceterū. de elect. in 6.

Vigesimoprimò, quando quis alienat res sui be-
neficij, quia tunc ipso iure vacat beneficium illud
cuius res alienauerit. extrauag. ambitiosè. de rebus
ecclesiæ non alien. in communib. & dixi in com-
pendio alie. rerum eccles.

Vigesimosecundò, per crimē hæresis cōmissum
per illum qui possidet beneficium. c. ad abolendā.
de hæret. etiam si fuerint tñ fautores, defensores,
vel hæreticorum receptatores, quia eadem pœna
puniūtur. c. excōmunicamus. de hæret. &c. vt cō-
missi, illo tit. in 6. & dixi in bullā cōncilii Dñi. art. I.

Vigesimotertiò, vacant beneficia illorū qui ea
ad præces hæreticorum, dignitates, aut personatus
sunt adepti: & si illa receperint scienter, inhabiles
sunt ad alia. c. quicunque. §. ad hæc. de hæret. in 6.

Vigesimoquartò, vacat beneficia simoniacorū.
c. insinuarum. & ibi Fel. de simo. extrauag. cum de-
testabile, illo tit. in communib.

Vigesimoquintò, beneficia falsariorum. lite-
rarum Papaz. c. ad falsariorum. de crimi. falfi.

Vigesimosextò, beneficia percutientis cardina-
lem, vt in c. Felicis. de pce. in 6. & committentis eri-
men laſſe maiestatis. vt scripsi in tit. de pacifi. poss.
nu. 201. vbi alios casus inuenies.

Vigesimoseptimò, occidentis clericum, vacant
etīa beneficia. Fel. in c. inquisitionis. de accu. idem
in alio homicida qualificato. ca. de homicid. in 6.

Vigesimooctauò, si quis ceperit clericū, & in car. Detinēs clē
certe detinuerit, donec resignaret beneficij suū, est
ricū donec
fuis beneficij priuat⁹. iuxta cle. multorū, de pce. nō
refigeret, est
fuis beneficij priuat⁹.

Vigesimonondò, vacat beneficij illius, qui id ref
fuis beneficij priuat⁹.

Trigesim' ò, quando resignatio fit in curia, & nō publicatur in eadē intra sex mēses, vel si fiat extra curiā, & non fit intra mensem resignationis publicationis in regula cancel 34. quā nō vidi in hac patria fetuari, sed sufficit publicari, & possessionem ad ipsi scī ante obitum resignantis ex consuetudine.

Adherens antipape perdiū beneficia. Trigesimoprimò, vacat beneficiū per adhæsionem, vt pote, si quis adherereat antipapæ, aut hæreticis, hoc beneficiū sic vacabit, probatur in c. olim. de accusa Jacob. in tract. de feud. in verbo de adhærentibus. Solet tamen Papa adhærentes antipapæ priuare, quando notoria est adhæsio, etiam illis non vocatis, & bteui manu conferre alii.

Vltimò, vide alios text. in quibus vacare dicitur beneficiū in c. nemo. de elect. in 6. cle. attendentēs. §. statuimus, de statu monach. extra uag. vna. de postul. præla. in communib. extra uag. vna. de penit. in extra. I. 22. & in extra uag. vni ca. de sent. excōmu. ibidem. & in c. fundamenta. de elect. in 6. cle. fin. de preb. not. in c. fi. de cler. coniugatis. c. miror. s. dist. vbi Præpos. c. cum bonz. de æra. & quali. & not. in c. i. de iud. vide alia per Io. Franc. in tract. de off. & potest. c. sedē vacante, in vlt. præstudio. & quot modis capiatur hoc verbum, scribit Rom. cons. 350. in easu. col. vlt. post Io. Fran. vbi supra. in quibus locis enumerant multos modos, qui possint videri ibi,

conuentus a ad electionem seu postulationem b abbatis seu prioris c procedere non possint d, sed idem rex illorum occurrente c huiusmodi vacatione religiosum f

Rex nō nominat quādā spe- ciali electio ad aliquem. Conuentus.) Ergo si iure quodam speciali spectaret electio abbatia, vel prioratu. Clericos seculares, nominatio nō pertineret. Regē, arg. tex. in c. si propter. de rescr. in 6. tum quia non conueniunt verba huius tex. tum etiam quia horū requireretur mentio. Et hic vult derogare electioni facienda per conuentum, & sic nō per alios, nec debemus ampliare hunc textum in eo, quod ad iuris correctionem venit, quia in correctioris non est licita extensio. tex. & ibi gl. Bart. & Ias. in auth. quas actiones. C. desacros. eccl. tex. iuncta gl. in auth. de administrand. offic. in sacris appell. col. 3.

Idem si spectaret electio ad cōuentum simul cū aliquo patrono laico, cui Papa cōcessit, vt haberet suffragium in abbatia vel prioratu vacante, tunc proprii laicum referuatur electio cōuentui, per l. si cōmuni. ff. quemadmodū seruit, amittant. canoniū inter pretes. in c. nobis. de iure patr. Dixi in tract. statu nominationū. q. 15. ver. 3 nu. 6. Et sic rex nō poterit cūcū nominare. Itē, quia nūquā derogatur iuri patro. natus non patronal' laicorū, nisi ill' sit expressè facta mētio. derogatur. c. cum dilectus. de iure patro. Rom. in repet. l. si vero. §. de viro. col. 28. ff. sol. mat. Fel. & aliij in c. in nostra. de rescr. sed in hoc concordato nunquā est facta mētio patroni laici, sed tantū ecclesiastici, ergo illi nō intendit derogare, nec electioni per laicū facie. Præterea postquā expressit vnum, videlicet patronū ecclesiasticū, ergo laicū voluit excludere, vt supra s̄epius dixi. Itē in c. 2. de preb. in 6. prohibetur, he quisquā extra Papā cōferat beneficia in cu-

ria vacātia, & tñ nō cōprehendūtur beneficia, quæ sunt sub patronatu laicorū, vt no. in d. c. 2. Ergo cpi scopat' sub præsentatione laicorū existētes tpc horū cōcordatorū nō cōprehēdūtur. Nec alia dignitates in hoc text. nō cōprehensæ, vt rex ad illas nominare possit. Perus. in c. cū in illis. §. 1. de preb. in 6.

Nec refragatur, qđ electiones sunt prohibitæ secularibus supra in pximo. §. & hic regularibus, ergo nec seculares cū regularibus, nec contra eligere poterunt. Resp. in §. 1. supra esse prohibitas electiones secularib' ad archiepiscopatus & episcopatus, hic regularibus tñ ad abbatias & prioratus, ergo secularibus nō est prohibitū eligere, nisi in Metropolitanā ecclesia, & cathedrali, ideo in aliis cēsetur esse permīssum. arg. l. præcipim'. C. de app. & quia in §. fi. reseruantur electiones hñtibus speciale priuilegiū eligēdi, igitur & istis si habeāt. Sed ista hodie cessare vidētur p ea quæ in §. fi. infra eo, scribro ratione induiti post hanc cōcordata cōcessi ad vitā regis tñ, quod nunc est extinctū cū tege Fráncisco. b Postulationē.) Prohibet hic electionē & postulationē, sed non collationē, præsentationē, & institutionē. cū magna inter ista vocabula differēta noscatur. c. cū in illis. de preb. 16. Ergo rex nominabit, quādo electio ad cōuētū spectabat, vel postulatio: secus si p̄statio, institutio, vel collatio abbatiae, vel prioratus, ad eos p̄tinueret, cōsiderādo verba huius tex. à quibus nō est recedēdū. l. nō aliter. ff. de leg. 3. sed ei est in hñtēdū, sicut Bonon. carrotio. gl. i. l. omnis dissinistio. ff. de reg. iur. & dixi in prox. gl. supra. c. Abbatis seu prioris.) Et sic non procedit in aliis officiis, vel dignitatibus, cum hi duo rātum exprimat. Nam qui de uno exprimit, vel duob. de aliis negat. c. nōnne, de præsump. Nec p̄cedit in his, nisi requisita in text. interuenient, quæ infra dicam. d. Non possint.) Quod si de facto procedant, electio erit nulla, & postulatio, vt patet infra, in fine huius §. ibi, electiones autem, &c.

e. Occurrente.) Ergo rex ante vacationē nominatione non potest, vt supra eo. dixi in §. 1. in eo. verbo, & quomodo cūq; vacet, dū tamen modo nō per obitum in curia, rex nominat, vt supra eo, dixi in verbo vacātibus. in d. §. 1. Nec obstat iste tex. in verbo huiusmodi vacatione, qui non debet referri ad huiusmodi vacationem, per cessionem videlicet, sed debet intelligi, occurrente vacatione huiusmodi abbatiae, vel prioratus, rex debet nominare. Et hic intellectus efficacior videatur, tum quād intellectu conueniat, tum rei subiecta ad hęc verbis, demum scripturæ, testis est nobis Steph. de Foder. in tract. de interpretatione legum, in tercia parte,

f. Religiosum.) Expressè professi. m. de abbatia, est text. in c. cū in magistrum. de elect. & c. nullus, illo tit. in 6. de prioratu, in cle. ne in agro. §. sane. 2. de statu monach. tū quād ante professionē non dicatur propriè religiosus, qđ potest religionē dimittere: doct. in rub. de reli. dom. Barba. in cle. l. col. 7. de elect. & supra dixi, tum etiam, quia hoc exprimitur in ordinationibus regiis. rub. des mandatz art. 6. ibi, & des ordres desquelis ils sont profez, & non autrez, &c.

Et in hac professione requiruntur sequentia. Primò, quād profitens masculus cōpleuerit an- profissione requiriātur.

num 14. fœmina 12. c. i. de reg. in 6.

Secundò, requiritur quod profœssio fiat ei, qui potest religioni incorporare, vel de eius licetia, seu nomine eius sequente rati habitione. c. porrectum. de reg. Sic confuluit Calder. cōf. 26. professus. rub. de reg. Et Guido Papæ in decif. Delphinal. q. 502. vbi quis emitit. [Cardi. conf. 138. in aliquibus.]

Tertiò, quod fiat in aliqua religione approbata. c. vno. de vot. & voti redemp. in 6. Valeret etiam si fieret domi in manu prælati. d. c. porrectum. Et quomodo fiat? vide in c. omnes. 27. q. i.

Quarto, quod prælatus requirat consilium sui capituli, quod sequi nō tenetur, nisi ex statuto, vel regula ad id astringeretur per regulam iuris, quod omnes tangit, &c. Ioan. And. & Pan. in c. ad apostolicam. in fi. de regul.

Quinto, quod expressè fiat de tribus votis, alias sit tantum vellet profiteri castitatem, vel vnum sū i ex tribus votis reseruerat, non valeret profœssio, quia contra substantiā regulæ. c. cum ad monasterium. de statu monach. Valeret tamen si profiteretur regulam sancti Benedicti, vel alia, nō exprimendo vota. secundum iuris pontificij interpretes in d. c. cum ad monasterium. de statu monach. Et quot requirantur in professione tacita, declarat Pan. in c. vidua, & in c. ad nostrā. de regul. Silvester de Prieiro in sua summa, in verbo religio. 3. in q. 19. Floren. in 3. parte summæ. tit. 16. c. 3. & Card. in conf. 21. quidam Laurētius, vbi tradit modos tacitæ profœssionis. & Phil. Perus. in c. constitutionem. de reg. in 6. Et an durate anno professionis dicatur religiosus? & priuilegiis religiosorū vti debeat? Sribit Anch. conf. 69. contra donationem. col. 3. Si verò rex nominaret religiosum nō profœssum, & Papa illi prouideret cum derogatione iurium, & horum cōcordinatorum in literis expressa, an valerer? Sentit Pan. & alij in c. 2. de testa. Io. de Selva, in tract. de beneficio. in 3. parte. q. 51. intellige quod in hoc casu abbas nō poterit pro voluntate prioratum remouere ab isto nominato per regē, postquam à Papa est eidē prouisum. Dom. in c. cum singula. de præb. in 6. scripsi abundè in tract. de pacifi. posses. in nu. 274. cum seq. [Et bene dicit religiosum non secularē rex nominare debet, quia incongruū existimat Inno. Papa, vt regulares secularibus supponantur in c. 2. vers. ad hæc. de capel. monacho. licer in quibusdā locis armigeris & latomis (vt ferunt) illorum sint commissa regimina.]

eiusdem a ordinis in ætate viginti b. trium annorum ad minus constitutum, infra simile tempus sex mensium, à die vacationis monasteriorum & prioratum huiusmodi computadotorum nobis & successoribus nostris, aut sedi huiusmodi nominare, & de persona per regem huiusmodi monasterio vacanti nominata, per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi prouideri. a Eiusdem ordinis.) Si ibidem idoneus reperitur. Alioqui reliosus alterius ordinis nominari po-

terit. c. quam sit. 18. q. 2. c. inter quatuor. de maior. & Guido re-
o. ed. Tamen potest quis sana cōscientia præferre ligiosa c-
idoneum, qui est de gremio idoneiori, non existēti nus ordi-
nus ordinis, nec de gremio. Pan. in c. cōstitut. 2. nis posse in
de app. Nam dicitur Deut. 17. c. Eū constitues, quē atque prefici.
Dominus tuus elegerit de numero fratrum tuorum.
Nō poteris alterius gentis hominē regē facere, qui
non sit frater tuus. Et sic de eodem collegio debet
nominari, si sit aliquis, ibi, idoneus. c. in nomine. 23.
dist. & ibi gl. Io. de Turre crema. alias facta diligenti
inquisitione ali⁹ nominari poterit. c. obitū, & c. nul-
lus. 61. dist. valeret tamē electio facta de aliquo alterius collegij, licet malè faciat eligētes. c. cū inter
canonicos. de elect. & ibi. gl. in verbo ahā. Et si semel
rex nominauerit aliquē alteri⁹ ordinis, vt pote
quādo non inueniebatur aliquis in illo monasterio
idoneus, nō præjudicatur monasterio quo minus
in alia nominatione debeat recipi de eodē ordine,
si tunc idoneus reperiatur. gl. vlt. in c. abbate sancti
Siluani. de verb. fig. Monachus verò vnius mona-
sterij non potest eligi in abbate alterius monasterij
& ordinis. cle. i. de elect. idē dicitur in prioratibus
& officiis, in c. cum singula. §. de præb. in 6. sed hic
debet nominari religiosus eiusdem ordinis, nō di-
cit eiusdem monasterij. Et sic poterit nominari, li-
cet sit alterius monasterij, dū tamen modo sit eius-
dem ordinis, quamvis doct. in d. cle. i. dubitēt, cum
hic non prohibeatur.

b. Viginti trium annorum.) Hic derogatur c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. & cle. i. §. ceterum.
de statu monach. vbi tā in abbatis, quā in prioratu
conuentuali requirūtur de iure 25. anni incepti, sed
per hunc tex. sufficiunt 23. incepti, quia semper vita
hominū minuitur, sicut mores, nec tantū homines
hodie viuūt quantū olim, ideo variantibus temporibus
necessaria fuit variare iura humana. c. ron de-
bet. de confang. & affini. Et citius hodie efficiuntur
homines sagaciores, & mali, q̄ olim, idē abbrevia-
tū fuit tēpus. Nec refragatur, qđ ante 25. annos non
hodie poterit prouocari ad ordinē sacerdotale. cle. vlti.
teſſe epि-
de etā. & qual. quia esto sanē, tñ poterit retinere ab-
batis, vel prioratū. Postquā cīn est secū dispensatū,
vt possit in etate 23. annorū tenere abbatis, vel prio-
ratū, censetur disp̄latū, vt nō teneatur promoueri
intra annū: iuxta not. in c. licet canon. de elect. in 6.
facit gl. sing. in c. quia in tantū. de præb. & in c. non
potest. eo. tit. in 6. & c. si quis in clero. 7. q. i. Sic ex-
pressim firmat Barb. in cle. i. col. 54. ver. 24. de elect.
& quāus de iure requireretur q̄ abbas esset sacer-
dos. cī. & c. tuā. de ata. Tamen hodie consuetudo
se habet: in contrariū, quā valet vt notat Præpo. in
c. accedens. col. vlt. 50. dist. [Et si non promoueat
intra annū, non est priuatus, tum quia iure cautū
non est, & iura loquentia in parochialibus. in d. c.
licet canō & in prioratibus, nō habent locū in ab-
batis, quia odiosa, & sic restringēda, vt plenē scripti
in praxi, beneficiali, in rescr. de nō promouēdo, vbi
regulā cū limitationib. inferui, & amplia. sed nō est
secundā Lucā abbatiē fruct⁹ deuorare, & Deo nō ser-
uire, nec pmoueri, & tales sūt Deo exactā reddituri
rationē, fed cōsciētias eorū oneram⁹.] Sequētia de-
clarauit i. §. supra. pxi. vsq; ad ver. si vero. In moniali-
bus, in

bus, in quib. triginta anni requiruntur in c. indenitatis bus. de elect. in 6. cū hic nihil inueniatur immunitatum in illis, nec ista constitutio de illis loquitur, ergo remanebit ius scriptū l. præcipimus. C. de app.

Prioratus vero personæ ad illum per eundem regem nominata cōferri debeat. Si vero idem rex presbyterum secularem a, aut religiosum alterius ordinis, aut minorem vi-

gintitrum annorum, vel alias b inhabilem c nobis aut successoribus nostris infra dictū semestre, seu sedi huiusmodi nominaret, talis nominatus recusari, & nullatenus d sibi prouideri debeat e, sed rex ipse infra trimestre à die recusationis supradicto modo

Seru'arie a Secularem.) Qui dicitur omnis qui non profite-
quis dicatur regulam. Bal. in c. licet. de offi. ordi. Et per hoc
tur, & an patet qđ secularis non debet perfici in ecclesiis re-
posse præ-
gulariū. qđ non cōgruit rationi, vt homines diuer-
sifici regulati-
ribus.

Qui dicitur omnis qui non profite-

qui. de vita & honest. cler. ratio abhorret in

vinitate deformitatem & diuersitatē, vnde statuit

Inn. 8. in reg. cancellaria. 41. qđ nulli seculari de re-

gulari beneficio, & nulli religioso de seculari com-

mēda detur, nisi in signatura super petitione hu-

iusti modi cōmendā, de cōmenda ipsa mētio fiat. vi-

de tex. in c. f. §. prohibemus, de statu reg. incōgruū

enim videtur, vt regulares secularibus supponātur.

c. dilectus. circa f. de statu monach. & tres causas

habiles ad depositionem prælati regularis tradit.

Pan. in c. monachi. col. 2. de statu monacho.

An Papa
diffenserot
seculares
præficiatur
abbate.

Quid si rex nominauerit secularem, dummodo intra annum sumat habitum, Papa cōcedit isti no-

minato per regem abbatia in cōmendam per an-

num, & postea quam sumpserit habitū in titulum, non sumit habitum, an possit rex post annum ad ab-

batiam prædictam nominare alterum? Quod vi-

detur, quia deficiente conditione, deficit actus sub

qua actus est factus §. sub cōditione. instit. de verb.

obli. & ibi nota. Et Papa sub hac conditione potuit

prouidere. c. si gratiosè. de descr. in 6. postquam sic

quidit, nō varebit actus, nisi cōditio adimpleatur,

Quid si Papa solus dispensauerit durante anno, vt ille prouisus non teneatur sumere habitū, an valeat? Dicerem, qđ nō, per verbum nullatenus, infra positum, quia non potest solus derogare huic con-

cordato, interest enim regis & regni, intet quos est factum. Et quia eidem tūc prouideretur sine regis nominatione. Nā lapsō anno vacat abbatia, vel epi-

scopatus, ideo Papa prouidendo nō seruat hæc cō-

tractata, quia nobrem non valet, quod factū exti-

git, ideo non obstatc hæc dispensatione poterit rex

nominare alterum elapsō anno, quia abbatia vacat

deficiente cōditione, vt pote quia nō est factus reli-

gioſus intra annum, facit quod no. D. Rota, decis. 331.

supposito. in nouis. vbi concludunt dispensationem

Papa non tenere in præiudiciū collationis laicorū,

& in præiudicium regaliorum fuit arrestū pronu-

ciatum in hoc Senatu, prout refert D. Rusæus, in

tract. iuris regal. in 18. priuilegiis multa iura quæ per eū videre licet, & an Papa posse rehabilitare personā inhabilē in præiudiciū iuris regalio. vide eundem D. Rusæum, vbi supra in 25 priuilegiis concludentem quod non per rationes ibidem scriptas.

b. Aliás.) Exclusuē ponitur, vt in L. alias ff. de in item iuran. & in L. admonendi, in f. de iure. No. Bal. in practica sua, rubrica de significacione dictio nū, quasi velit dicere iste text. quod si rex nominauerit secularem, vel religiosum alterius ordinis, aut minorem 23. annorum, vel alias inhabilem, quam supra expressum fuerit, talis nominatus recusari poterit, vt si homicida, vel inhabilis, de quibus in seq. gl. nominetur.

c. Inhabilem.) Fortè non professum. cle. i. §. cæterum, de statu monach. vel alia inhabilitate notatū, de qua dixi in gl. alias idoneum. supra eo. §. proxi. & in tract. de pacific. poss. in 4. limit.

d. Nullatenus etiam per dispensationem. gl. in cle. *Dictio nullatenus ex-*
vt hi qui de æta. & qual. Et sic vult dicere tex. quod latenus ex-
si rex nominauerit inhabilem, quod Papa nō pos- cludit dispé-
fit circa illum dispensare, nec poterit eum admitt- sationem.

tere. Nā dictio nullatenus annullat aetū ipso iure, gl. in cle. vna. in verbo nullatus, de sequent. poss. & fruct. similis. in l. si qua. C. ad Velleia. Et idem est dicere nullatenus sibi prouideri debet, quantum si diceremus, si secus actum fuerit decetnus irritum & inane. gl. in regula cancel. 43. Fel. in c. cum accessissent. col. 4. nu. 8. & c. ex parte. col. 5. nu. 7. de const. vide qua in illis locis concessi. Sed hæc tollatur dispensatio inferioris per hoc verbum nullatenus, nō tamē superioris. Corse. in sing. incip. nullatenus. Quod est verum, nisi ponatur in cōtractu, vt hic. Alioqui Papa semper admittere posset pri-

mus, & nunquā haberet locum iste text. quod regularis obtineret abbatiam, sed secularis quidam iuuensis malè instructus recipere, ob id & monachi, & abbatia in irritum caderent, prout cadūt, nisi Deus promptū præstet remedium, ideo hic text. dicit, quod recusari debeat. Aliás cōuentus se op-

ponere poterit in receptione istius, quia contra le-

gem regno datā sit, nisi fortè magna & rationabili ex cauā per ambos dispensatum esset, quæ non præsumitur, nisi in literis regis, & in literis Papæ habita sit expressa mentio per supradicta, & per gl. sequentem. Et nisi hæc seruetur actū est (pro hodo-
lor) de monasteriis huius regni.

e. Debeat.) Cum negatiua præcedat, necessitate in importat. c. proposuit. cum gl. de app. c. i. de reg. iur. in 6. Et sic astringitur Papa ad prouidendum hoc modo. Quid si aliter prouideat? Resp. non valebit prouisio etiam cum derogatione. Tum quia hic ligatur clausula derogatoria, quæ est apposita in fa-

tuorem regni & regnicolarū, idēc regnicole se op-

ponere poterūt. c. nullus. 61. dist. ibi, sit facultas cle-

ricis renitendi, vt se viderint prægrauari, &c. Nam contractus est etiā factus cum regnicolis, ideo sine eorum facto rescindi non deber. l. sicut. C. de act. & oblig. Dixi in præfa. ad rub. de colla, infra eo. & rex nō intendit in ecclesiis sui regni inhabiles esse recipiēdos. Et quādo pro aliquo inhabili scribit præsumitur circūuentus. Bal. in c. cum olim. de re iud.

intimandæ à computandum alium modo supradiicto b qualificatum monasterio seu prioratui tunc vacanti nominare, & de persona ad monasterium nominata illi prudere. Ad prioratum verò nominato prioratus ipse per nos, & successores nostros, seu prædictam sedem conferri debeat: alioqui c dictis nouem mensibus effluxis d, nulla a seu de persona minus idonea, & modò premisso inqualificata facta nominatione, ac etiam vacantibus apud f sedem prædictam semper etiam nulla dicti regis expectata g nominatione per nos & successores nostros, seu sedem prædictam, monasteriis prouideri: prioratus verò personis, vt præfetur, qualificatis dum taxat conferri libere possint.

a Intimandæ.) Quid si Papa non recusauerit, sed admiserit inhabilem, postea aliis impetrat, an ista impetratio regi debeat intimari, quod nō crederē, quia tantū loquitur de recusatione intimada regi, quādo est intra tempus, intra quod rex potest nominare, si ergo lapsi fuerint nouem menses, exclusus est rex, ergo pleno iure Papa confert, iure vide licet de noluto. arg.no.in c.2.de cōces. præb. Et hec prouisio non est regi intimada, nisi vt prouisio iure fidelitatem illi, ad quam rex istum admittere debet, nisi regi sit odiosus & infestus, vt in §.i.supra eo. in verbo prouideri scripsi.

b Modo supradiicto.) Requiritur primò, quād nominandus ad abbatiam, vel prioratum cōuentualē, sit religiosus. patet in hoc tex. ibi religiosum.

Tredicim⁹ Secundò, quād sit eiusdem ordinis, ibi, eiusdem requisita ordinis, & dixi supra in eo. verbo.

ante quām posse quis nominari ad abbatiā. Tertiò, quād sit faltem in ætate 23. annorem in tex ibi, in ætate 23. atin. vt supra declaratum extitit.

Quartò, q̄ nominetur à rege, ibi, sed idē rex, &c.

Quintò, quād vacet abbatia, seu prioratus, quia ad vacatura non potest rex nominare, ibi, occurrente huiusmodi vacatione.

Sextò, quād rex intra tempus sex mensium nominet, vel à die recusationis primi postea per alios tres menses, vt supra dictum extitit in §.i.supra eo.

Septimò, quād hæc recusatio facta per Papam intimetur solicitatori regis, ibi, supradiicto modo intimandæ, vt est dictum in §.i.supra eo.

Octauò, quād prioratus sit verè electius, non collatiuus, ibi, verè electius, & supra scripsi.

Nonò, quād electio spectet ad conuentum, se-
cūs ergo si ad seculares vel alios, vt supra dixi.

Decimò, quād sit eiusdem electione seruitur forma
c. quia propter. de elec. vt est in hoc tex. videre.

Vndecimò, quād sit cōuentualis prioratus, ergo non comprehendetur alius, ibi in tex. cōuentualis.

Duodecimò, quād hæc nominatio fiat Papæ, ibi, nobis aut successoribus nostris, &c.

Vltimò, requiritur quād nominādus sit expref-

sè professus gl. in verbo religiosum. supra co. & hec notanda sunt.

De dictio-
ne aliquai.

c Alioqui.) Mirabilis dictio est, non solùm faciens orationem conditionalem, sed in seipso cōtinet dispositionem contrariam præcedenti dispositioni. Et exponitur, id est si prædicta nō fuerint. Bar. in l. 1.col.3. ff. de cōdi. & demonf. Corn. cōf. 153. hec col. 3. Perus. in c. mandato. col. 2. de præb. in 6. Aliis etiā modis accipitur, vt per Alb. in dictio. in verbo aliqui, & plenè per Ias. in §. in personā. col. 3. insti. de act. Pan. & alios in c. qm. in fi. de decim. gl. in l. si cui legata. ff. de fideic. li. gl. & doc. in c. cōstitut⁹. de testi. d. Effluxis.) In totū: alioqui si vñus dies remaneret, nō poterit Papa prouidere. c. cōmissa. de elec. in 6. Et si ante prouiderit, nulla erit prouisio, vt in vers. electiones seq. Nā in priuatiuis requiritur, qđ torū tēpus sit elapsū. Bal. in c. cū in cūcīs. col. 1. de elec. intellige tñ, vt scripsi sup. eo. §. i. in gl. dispendiosè.

e Nulla.) Nota ex hoc verbo cū sequenti, qđ paria sunt non nominare, vel nominare minus idoneū. l. quoties. ff. qui satisda. cog. & ibi Ias. & alij. & nulla differētia est, nō interueniat authoritas tutoris, an perperā adhibeat. l. 2. ff. de autho. tut. quippe nō quēuis ex hereditate submouet filiū à cōtra tab. bo. pos. sed quā ritē facta est. l. nō putauit. §. nō quēuis. ff. de bo. pos. cōtratab. Multa addidi ad l. 4. §. cōdēnatū. ff. de re iud. & ad d. l. quoties, quē alibi seruicēt.

f Apud sedē.) Per obitū tantū, cū in princ. huius tit. voluerit beneficia etiā per cessionē vacātia, spe & tare ad nominationē regis, quā potest fieri in curia & ideo vacabit tunc in curia per gl. in cle. l. vt lite pend. sed intellige vt supra §. i. verf. alioqui. qđ si vacet in curia per obitū, Papa sine regis nominatione prouidere poterit. Nā sequētia declaratur ex præcedētibus. l. hæredes. §. sed sūnorā. ff. de testa. & l. i. seru⁹ pluriū, in fi. de leg. i. proinde supra in prin. huius §. expressit etiā p. simili cessionē, vbi scripsi.

g Expectata.) Et sic Papa tenetur expectare regis nominationē per nouē mēses, quādo antea nō sit, sed si fiat prima & altera intra tres mēses, nō tenebitur amplius expectare, vt supra dixi in hoc tit. §. i. gl. dispendiosè. & hic tradūtur limitationes. Prima, qđ rex nō nominavit intra nouē mēses, tūc liberè Papa puidet, nō expectata regis nominatione. Secunda, qđ rex nō nominavit inhabile, & nō qualificatū, vt supra in §.i. dixi. Tertia, quando vacat in curia tñ per obitū, in his etiā casib⁹ tenetur qualificatæ personæ Papa, vt supra prouidere. Nā licet possit prouideret liberè, id est, sine regis nominatione, debet tñ prouidere de persona qualificata. Et hoc videtur sentire tex. ibi: Prioratus verò personis (vt præfetur qualificatis) duntaxat conferrit liberè posint, &c. Dicit in simili Bal. in c. fi. col. 1. de elec. quod licet canonici posint dare spōsum ecclesiz, tñ intelligitur de tali spōso, quem habere nō sit luctui, nec dedecori ecclesiz. arg. l. 3. §. i. emācipatus. ff. de bo. pos. cōtra tab. Sic nec pater, qui in potestate habet filiū potest luctum filij procurare. l. fi. C de sent. pass. nec patrimonij onus euertere, vel dissipare. l. Imperator. ff. ad Treb. Bal. in c. fi. col. 1. de elec. Sic viderur in Papa, & alio prælato, vt non debeat monasteriū euertere, & luctū filiorū, pcurare, quod

Tres casus
in quibus
Papa pro-
nides sine
regis nomi-
natione.

multi

multi non seruant, ideo si hominum conditiones non mutentur, in vanum descriptus erit hic § quia monasteria inuenientur nulla, vel admodum pauca, quod dicendum est. totis enim nervis probi veteres religionem induxerunt. Hodie peruersi iuuenes religiones, ut cum maximè abolere conantur, sed iij destruentes destruentur, & in inferni ignem mittentur perpetuum.

Electiones a autem & illarum confirmationes, nēcnon prouisiones per nos & successores nostros, ac sedem prædictam contra præmissa pro tempore factas, nullas irritas, & inanes esse decernimus.

S. PER PRÆMISSA.

Hic §. vlt. tres habet partes. Prima, referuat electiones ecclesiis habentibus speciale priuilegium eligendi. Secunda, declarat quam formam eligentes seruare teneantur, si forma in priuilegijs expressa non fuerit. Tertia, tradit quonodo si facienda fides de huiusmodi priuilegijs. Secunda ibi. Et si in eorum. Tertia, ibi. Dummodo, & hoc sit loco summarij ad istum §. vitium.

Per præmissa tamen non intendimus in aliquo b) præjudicare c) capitulis d) ecclesiarum & conuentus monasteriorum, & prioratum huiusmodi a) Electiones.) Ecce clausulam derogatoriam ad prædicta, eadem est posita in §. supra proxi. in verbis decernentes, &c. & ibi dictum extitit. Sequitur §. vltim. quem interpretandum aggredior.

b) In aliquo.) Nec in forma, nec in electione libere facienda per illos. nam dictio aliquo hic posita significat, quod non vult præjudicare etiam in minimo. gl. in cle. vna, in verbo aut eorum aliqua. de

An Papa in electiis possit preuenire eligentes. for. compre. Et sic per istum tex. dicunt quidā Romanū in pontific. non posse in dignitatibus, vel in officiis electiis in hoc regno electores præuenire: alias præjudicare electionibus istorum. Sed in contrarium facit, quia Roma Pontifex infra, de mandata. Apostol. §. declarantes, reseruauit sibi generaliter præventionem in omnibus, ergo & in istis electiis. nec refragatur iste tex. qd̄a dixit per præmissa, non intendit Papa præjudicare capitulis habentibus speciale privilegiū eligendi, sed per præventionem quod nolit præjudicare non prohibet hic tex. & cū plenaria dispositio omnium beneficiorū ad Papā pertineat. c. 2. de præb. in 6. ergo & istorum electiōrum, etiā quia non inuenitur prohibitum, & sic permisum, quāvis per pragmaticā esset prohibitum, tamen est abrogata per hanc cōcordata, quę succedit in locū illius, vt supra in procēmio paret, & per hanc concordata nō est prohibita prævētio, imò permisso. Ergo poterit Papa etiam in electiis eligentes præuenire, licet quidā teneat contrariū. quorum opinio est vera, quādo nominatio spectat ad regem per supra dicta. Secus si electio spectat ad capitula, vel conuentus, per d. §. declarantes. & quia maiorem sibi Papa potestatem retinuit, quā concesserit in his eligentibus, per c. dudū. de præb. in 6.

Arrestum. Et ita fuit indicatum in magno regis consilio pro decanatu Andegauen.

c) Præjudicare,) id est præjudicium afferre, poterit

fieri tamē permutatio, vel simplex resignatio prioratus, vel a) barizæ, seu alterius dignitatis corā Pa-

titus an re

pa, quando nominatio non spectat ad regē, sed eli-

gentes speciale habent priuilegium eligendi, nec recuperare

prohibetur hic; quia per hūc tex. t. o intedit tollere posse.

electionem, quando habet priuilegia eligendi, tamē

se non adstringit Papa quo minus occurēte vaca-

tione de qua dixi supra) per eū possit geri prouisio-

nā de iure hoc potest, ergo in hoc nō est iuri deroga-

tu per hunc texū. Nec refragatur, qd̄ supra dictū

est, videlicet Papā non posse prouidere, quādo no-

minatio ad regē spectat, qd̄ illud intelligitur, quādo

concessit eidē nominationē per cōtractum, vt

hic: secus si per priuilegium seu per legē, quia hoc

sicut legē reuocare poterit, vt dixi infra, in prefa. ad

rub. de colla. Contractus enim difficultius tollitur,

quā priuilegiū, & sic potest Papa hic derogare ca-

pitalis ecclesiarum habentibus priuilegium, tam

quo ad suspensionem quām præventionem.

d) Capitulis.) Et per hoc dicebant quidā sumendo

argumentum à cōtrario sensu, quod hic compre-

henduntur ecclesiæ collegiatæ, videlicet vt etiam

non possint eligere Decanum, Præpositum, aut ad

aliā dignitatē, cū hic faciat mentionē de capitulo,

quod est ecclesiā secularium. c) capitulum. de re-

script. cle. i. de magistr. Sed resp. per hunc tex. non

cōprehendi ecclesiæ collegiaras seculares quo ad

regis nominationē, vt in eis illam habeat, quia in-

ducta ad vñ finē non debent operari cōtrarium.

l) legata. ff. de lega. i. sed hanc clausulam est inducta ad

tollendam dubitationē, per qnā posset quis dubi-

tar, an per supra dicta sit etiā abrogata electio in

ecclesiis habentibus speciale priuilegium eligendi.

& text. responderet quod non per præmissa intendi-

mū præjudicare capitulis ecclesiā cathedraliū,

vel metropolitanarum, quominus eligere possint

si habeant priuilegia eligendi à Papa, & idē in con-

uentibus decrevit. vide Io. Franci. in tract. de offi-

& potest. c. sede vacante. in §. præudio.

Hodie verò ratione benemeritorū regis Fran-

cie Papā Clemens VII. sperans eundem in persona

nominanda. Deum p̄ oculis semper habiturum,

de fratribus consilio suspēdi priuilegia capitulis me-

tropolitanarum & aliarū ecclesiarum cathedraliū,

& conuictibus monasteriorum, præterquam eorū,

quæ per generales suorum ordinum reguntur, seu

regi consueverunt, eligendi sibi prælatum cōcessa,

quādiu vixerit rex Franciæ nunc existens, & potes-

statem nominādi in his ecclesiis eidem regi cōces-

sit. electiones & postulationes contra præmissa at-

tentatas nullas decernēdo, voluit tamen idē sumi-

mus pontifex regē seruare in nominatione qualifi-

cationes prædictas in §. 1. & 2. supra eo. Alīas cassa

& irrita omnia quæ fierē cōtra cōcordata, statuit.

Hoc fuit concessum ann. 1331. 5. Idus Iunij, pontifi-

catus sui ann. 8. publicatum & registratum in magno

consilio, ann. 1333. die sexta Octob. & sic vides regē

posse nominare etiā in ecclesiis habentibus specia-

le priuilegium eligendi, ex hoc edito. Nōne re-

quiratur per Prælatos Franciæ ac regni noua accep-

atio, & publicatio, cogita & decidat per ea quæ

dixi in gl. prioratib. supra co. §. monasteriis, p̄inde

non

Secundus casus est, ex causa vna p̄bēda potest in duas diuidi, qua diuisione facta, duo poterū recipi. c. vacante. de p̄b. vbi dicit Pan. hoc procedere quatuor cōcurrentib, sicut ex duabus ecclēsias, causa suadēte poterit fieri vna, c. exp̄suisti. de p̄b. & Petri. Perus. in tract. de vnio. beneficio. per totum, & in tract. de reuocatio. vnio. Alex. cons. 5. in consultatione. col. 2. in §. vol.

Duo an pos snt ad vna p̄bēda recipi. Tertius casus, non valet receptio duorum ad vnam p̄bendam, etiam si facultates vtrique sufficerent. Pan. & Imol. in d.c. vacante. & d.c. maiori bus. Intellige quando duo simpliciter reciperētur ad illam p̄bendam, secus si ex causa rationabilis & animo declarato vt diuidetur, & sic his duob, daretur. Moder. in c. cum M. in g. in verbo duos, de confit, & hoc videtur probare d.c. vacante. ibi, constituens, id est, constituere intendens, vt ibi dicit Host. & sic sufficit propositum expressum, licet non sit facta diuiso temporalium quantum ad effectum iuris videlicet vt valeat ipsa receptio. & sic ad ea quidē que sunt iuris sufficiet diuiso facta exposito, secus verō quo ad factum, ad hoc, vt partes assignentur cuilibet recepto, quia in his requiritur diuiso. Pan. in d.c. maiori bus. & sic conciliabuntur opiniones.

Item intellige non posse beneficium aliquod dari duob. quādo eis vt singulis assignaretur, secus autem si vt collegio, quoniam tunc nequaquam continget aliqua sectio, sed ipsum corpus collegij representat personam vnius, arg. l. mortuo. ff. de fidei. Pan. in c. tuz. in 2. not. dc. p̄b. nō quamuis plures sint, tamen vice vnius fungūt. ibidem

dicitur, licet in delictis vniuersitas nō fungatur vice vnius per text. in l. semper. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam, quem Bart. pulchrè not. in Laut facta. §. fin. nu. 9. ff. de pen. & i. oētius in tract. de se-ditiosis, de hoc multa dixi in §. monemus. in verbo vniuersitatis. infra cod.

Quartus casus est, quādo vacat canonicatus cui est annexa p̄benda, & duo à toto capitulo sim- pliciter eliguntur in canonicos, & de p̄benda nil dicitur, tūc valet elec̄to, & p̄benda deberur primo recepto: & si simul essent recepti locus est gratificationi glo. Pan. & alij. in d.c. cum M. per tex. in c. pen. de rescript. in 6. c. dilecto. dc. p̄b.

Quintus casus est, si vacante canonicatus & p̄benda duo recipientur cum hoc pacto, vt vnius ha- beat p̄bendam, & alias expectet primam vaca- turam, tūc ratione incertitudinis, neutra receptio valebit. secus si expressum sit quod Petrus debeat habere p̄bendam nunc vacantem & Ioannes va- caturam, quia respectu Petri receptio valet, & re- spectu Ioannis non, quia est contra concilium La- teranen. in c. 2. de conceſ. p̄bēd. tex. in d.c. tuz. & c. dilecto, de p̄bēd. & vtrōbique per Imol.

Sext⁹ cas⁹ est, quod plures possunt recipi ad vna p̄bendam, consistentem in mera temporalitate. Panor. in d.c. tuz. & hoc casu potest duobus laicis dari, vt illam communem habeat, sicut possunt ca- nonici omnes vivere ex redditibus communibus.

Septimus casus est, quando duo recipientur ad eandem p̄bendam diuersis temporibus, valet re- ceptio vtriusque, sed primus habebit p̄bendam, secundo verō desuper excrescentibus fructibus erit prouidendū. text. in ca. cum M. de constitut. & ibi Barb. col. 34.

Octauus casus est, quod non valet collatio be- neficij facta duobus, vt alternis annis vtrantur, quia esset contra cōcilium Turonen. positum in d.c. ma- ioribus. nec obstat. l. quotiē. ff. de vſufruct. quia lo- quitur in vſufructu, qui est diuidu. l. i. §. si vſufructus. ff. ad leg. falcid. ius verō p̄bēda non. Card. in d.c. tuz. de p̄bēd. & ibi Imol. col. vlti. quia sicut non potest scindi realiter, sic nec temporaliter.

Vltimus casus est, non valet receptio facta de *Collatio cō-
ditionalis quando va-
leat.* secundo sub cōditione, si primus eam noluerit, se- cundus habeat: quia collatio cōditionalis non va- let. glo. in c. 2. de elec̄to. in 6. valebit tamē collatio facta primo, quia illa conditio, si voluerit, tacitē inest. c. relatum. ibi, si vacat de p̄bēd. nec censetur elec̄to de primo facta cōditionalis, dum dicitur, eligimus Ioannem, & sic noluerit, eligimus tales. sed elec̄to secundi sic. licet contrarium teneat Pa- nor. in d.c. tuz. Intellige quod vnius collator debet conferre vni theologo, & alter alteri, nō quod ora- nes vni cōferre teneantur, quia vni p̄bēda theo- logicali vix dignē vnius seruire potest, ergo multo minus duabus. c. de consuet. in 6.

b. Magist.) Magister propriè vocatur in theolo- *Magister
gia, eo q̄ sectator Christi est, vel esse debet, quasi
dicuntur
theologias
in medicina
& qua-
re.*

medic

medic.lib.10.Ex consuetudine in Mōtepeffulano doctores regentes in medicina vocantur magistri reuerendi, quasi ab scholasticis & aliis reueretiam habeant, vel habere debeat, vt dicit Salomō, Honora medicum, propter necessitatem creavit eū dominus. Et etiam magistri artium vocantur magistri cum adiuncto communius, & etiam sine c.i. & c. quia de magist. c.i. in 24.q.5.in f. vbi vocantur magistri liberalium artium. & appellatione magistrorum veniūt doctores cuiuslibet facultatis. c. i. & ibi Bar.no, de loca. sic etiam legum doctores dicuntur magistri legum, tex. in procēmio fforum. in his igitur. & ibi gl. & Feli. in rub. de magist.

doctores Ex consuetudine tamen doctores iurium appellantur domini: alterius verò facultatis magistri. gl. vocatur, in auth. habita. C. ne filius pro patre. gl. in clemen. vlti. de magist. Panor. in quāstione incipiente Gādulphus. col. 7. Feli. in c. i. col. vlt. de magist. Et iuriū doctores insequantur etiam Christum, qui voluit dici dominus: Vos vocatis me magister & domine, & quia omnibus dominantur, ideo dominidicuntur, &c. Et puto eos recusasse nomē magistrorum, ne facerent contra dictum Christi. Matth. 23. Ne vocemini magistri, quia magister uester vñus est Christus.

Aliquando tamen doctores etiam theologi vocantur domini. i. ad Timot. i. & c. sit rector. 43. dist. Differentiā tamē inter doctores & magistros tradit Archi. in c. de quibusdam. 37. dist.

Anifex vocari Item cuiuslibet doctrinę praeceptores magistri vocantur l. quibus. ff. de verbo. sign. & ibi dixi. Est tamen differentia, quia quādo artifex vocatur magister, debet poni à parte post, vt Petrus magister faber, vel latomus. Siverò magister vocetur doct̄r̄ theologiæ, vel alterius disciplinæ, debet dici à parte ante, vt magister Petr. Hosti. in summa. de magist. §. j.

Ex consuetudine doctores theologos vocamus magistros nostros, & puto eo consuetudinem in tructam esse, quod sunt cōmunes omnium, tam in prædicationibus, quam in lectionibus gratis seruendo: ideo quilibet eos nostros appellat, sicut fatus maritus vxorem nostram, & non suam vocat, contra text. in l. Lucius. §. j. ibi, mulieri mea. ff. de leg. 3. & l. vxori meę. de vñfr. leg. & l. filiū. de opt. lega. vide tex. in c. quod autem. ibi, & nō solū quā dicunt sua, sed etiam nostra. 23. q. 7. sic Papa vocat cardinales scribendo in genere fratres nostros. fecus si exprimat nomen proprium, ita Bonifac. in procēmio cle. Ioannes. nu. 4. & sic ecclesia dicitur nostra, quia nemini claudit gremium, sic & isti doctores magistri nostri dicuntur. l. fi. circa. fi. ibi, nostras diuinias domos. C. de quadri. præscri. ergo doctores aliarum facultatum nō debent vocari magistri nostri, quum nō sint communes omnium si ne mercede, sicut theologi.

Molestum non debet vocari Notādum est quod is magister solum meretur dici, à quo totū & quicquid vbiique dubitatur, potest & debet in eo inueniri. Hiero. li. 2. super epist. ad Ephes. quem refert Lucas in l. médicos. col. i. C. de professo. & medi. lib. 10. Ideo non debet aliquibus esse molestum, si magistri vocentur, maximē

quando est illa consuetudo, vt Tholosē mea memoria erat, tamen scholastici gravius ferebat, quā si vocati essent canonici de petra vel de graui. Qualis debet esse iste theologus? Gen. 47. dicitur, quod si nosti in eis esse viros industrios, consti- tue illos magistros pecorum meorum.

Primo ergo debet esse notus in bonis moriūs, & sciētia à superiorē, qui eum debet præficere ad theologalem præbendam, vt dicitur Numer. 11. c. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israēl, quos tu nosti, quod fenes populi sunt & magistri. & præcipit Prover. 27. c. diligenter agnōce vultum pecoris tui, tuōque greges cōsidera.

Secundō debent esse viři, id est, fortis in increpatione, non adulazione. Luc. 29. Magister increpa discipulos tuos. & Marc. 4. Magister, nōnne ad te pertinet, quia perimus?

Tertiō requiritur industria, id est, scientia & doctrina. 3. Reg. c. ii. dicitur. Videns Salomon adolescentē bonaē indolis, & industriām constituit eum præfēctum.

Item in c. 2. de magist. statuitur eligendos esse viros prouidios, honestos, & discretos. idem in l. i. C. de conde. in publi. horreis, lib. 10. quod nobilis prudens & discretus eligatur.

Item dicitur 8. q. i. c. oportet eum qui instruit animas rudes esse talem, vt pro ingenio semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audiētis capacitate dirigere. Debet ergo apprimē esse eruditus & doctus, irreprehēsibilis, matus, pauid³, & inter plures is est præferendus, qui doctior est, qui sanctior, & qui in omni virtute est eminentior. c. licet ergo 8. q. i. Si tamen fuerit vñus theologus concionator & mixtus in iure canonico, is erit præferēd⁹ alteri, qui tantū est subtilis in disputatione de trinitate, de natura angelorū, & metaphysicalibus, & aliis subtilitatibus, per c. eum sit ars artium, de eti. & quali. c. nisi cum pridem, de renun. nq. in c. i. de confang. c. inter cætera. de offi. ord. c. quia non nulli. & seq. de magist. & sic fuit Romæ consultum teste Provincial. fol. 37. concurren. &c.

Intellige secundū conditionem suę personæ, qā monachio prouiderit, debet in ecclesia regulari, seculari vero theologo in ecclesia seculari. Nam verba debent intelligi secundū conditionē personæ ad quam refertur. l. plenum. §. equitij. ff. de vñf. & habita. l. librorum. §. quod tamē Cassius, de leg. 3. l. ex militari. & ibi Bart. ff. de test. milit. vnde si fiat bānum, vt quisque vadat in exercitū, debet intelligi secundū qualitatem & conditionē suę personæ. Bart. in l. si nō sortē. §. libe. tū. ff. de cōdi. indeb. Bal. in l. liberti. C. de oper. liber. Si tamē non inuenirētur seculares ad illam præbendam, poterunt eligi religiosi, c. quod Dei timorem, de statu monach. ca. inter quatuor, de relig. domibus: quia melius est præponere religiosum doctūm, quam secularē ignarū. c. sunt nōnulli. 16. q. i. Et ista dispar professio est tolerabilis in defectū. cle. i. de ele. Nec obest quod monachus habeat officiū plāgētis, non doctētis. c. monachus. 16. q. i. quia ibi intellegit glo. quando non habet curam animarum, vel nisi eligatur ad docendum, vide ibidem.

Licentiatu a Licentiato.) Et
an venit sic appellatione do-
appellati- catoris non venit li-
ne doctoris. centiatus : alioqui

licentiato a , aut bac-
calaureo formato b ,
qui c per decennium d

dilecta.col.3.& seq.verb.ordo scripturę de rescrip-
facit gl.in regula,in alternatiuis.de reg.iur.in 6.&
sic primo doctor recipi debet , quām licentiatus;
primo licētiatus quām baccalaureus,& baccalaureus
formatus prius quām aliis simplex.

Alioqui posset ordinarius semper repellere do-
ctores,& baccalaureos doctoribus präferre,quod
eset graue & iniuum.

Nisi Papa baccalaureum präferret magistro,vel
licentiato,vt scripsi in §.declarantes.in gl.quomo-
docunque.de mand.apost.infra.

Et potest dici formatus quasi formosus, & bene
ordinatus & compositus.Bal.in l.ius civile.col.1.ff.
Quare di-
catur Bac-
de iusti.& iure,per l.an inutilis.ff.de acceptil.Psal. calareus
44.Speciosus forma.Item forme dicitur quod ha-
formatus.
bet perfectionem,informe quod nō habet.Bal.in
l.si is qui quadringēta. §.quādā.ff.ad leg.falc.facit
l.i. §.i.& §.opus.iūcta l.stipulatio. §.opus.de ope.no
ui nuncia.Et vbi quis totum cōtractum approbat,
dicitur formatus,sive formis,vbi nō totum,infor-
mis,vt si non approbet qualitatem.Bal.in l.cum in-
terdicta.C.arb.tut.Et iuramentū dicitur formiter
præstitum,qn̄ ex expressa causa.l. si duo. §.pen.ff.
de iureiur.formiter quando sine causa,vt ibi,& sic
dicitur hic baccalaureus formatus[id est, canoni-
ce factus , quemadmodum formata dicitur cano-
nica epistola.c.f.71.dist.& 73.dist.in summa] quia
non ante tempus sumpsit gradū, sed secundū sta-
tutorum formarū.Bal.in rub.de postu.præla. col.2.
quia teste Arist. in l.de quinque substantiis,forma
est lumē pulchritudinem,essentiam,& signū om-
nibus tribuēs.Multa tradit P.Berchorius in redu-
& tor.morab.lib.6.de forma.Et solemnitas præsumi-
tur,circa ea quæ formiter acta sunt,& nō circa in-
formia.l. 2. §.circa. ff. de doli exceptio.Bal.in §.si
quis per triginta.col.2. si de feudo cōtentio fuerit
inter domi.& agna.vassa.

c Qui.) Declaratiū ponitur,non restrictiū.glo.
in prag.sanct.eo.tit.Et sic debet intelligi,videlicet
vt præbenda theologalis conferenda sit magistro,
licentiato,aut baccalaureo formato,qui videlicet
prædicti per decennium in vniuersitate priuilegia-
ta studuerint,id est,si studuerint.l. stichū.& l. feq.
ff.de leg.l.nam qn̄ qualitas,quæ ponitur per rela-
tiū contient cuiilibet de genere.stat declaratiū
l. omnes ff.de iusti.& iure.& hoc relativum ad
omnes præcedētes personas refertur,etia si esset
numeris singularis.l.heres me⁹. §.vxori.ff.de leg.3.
Bar.in l.Platinius.ff.de auro. & arg.leg.Et quot mo-
dis ista dictio,qui,accipitur,tradit Bart.& alij in d.
l. omnes.&l.i.C.de summa trinit.vbi cernere licet:
vt materiam tātum text.cōgruentem profequar,
alianon scribo.

d Per decennium.) Intelligo cōpletum,quia di-
ctio per,denotat perfectionem.l.vrbana. §.perno-
ctare.ff.de verb.fig.& ita dicit gl.in c.veniēs,in 2.
de sponfa.& c.si constiterit.de accusa.& in regula
cancellea.lulij 2.in 4. parte.& nedum perfectionē
actus significat,sed temporis continuationem.Ioā.
And.in add.ad Spec.in tit.de teste. §.nūc videndū.
in j.addit.Siue hi theologi sint nobiles,sive nō,de-
bent studuisse per hoc tempus,cum in studētibus
tantum

Licentiatu
& baca-
laurei an
publice in-
terpretari
possum.

b Baccalaureo formato.) Ad differētiam simpli-
cis dicit,cui nō tenetur ordinarius collator cōfer-
re hanc præbendam:quia postquam de uno expri-
mit,videlicet de formato,ergo de alio negare vide-
tur.c.qualis.25.distin.c.nonne.de præsumpt.l.cum
prator.ff.de iud.Fallit quādo nullus baccalaureus
formatus esset, vel alijs doctor seu licētiatus.arg.
l.vi gradatim ff.de munier.& hono vel quādo alijs
non prosequerentur. §.fi.infra eod.

Quero si ordinarius collator habeat doctorem,
licētiatum,& baccalaureum an possit alteri quem
velit cōferre? Videtur quod sic,qa in alternatiuis
est electio debitoris.l.3.ff.de eo quod cert.loc.&l.
plerumque ff.de iur.dor.

Contrarium teneo, quia primo nominatus cē-
sūrū an pos-
seetur esse dignior.l.i.C.de albo scriben. Et doctor
si baca-
laureū de-
ctori prefer-
re.
rius : autem
est hic primo nominatus :item primo nominatus
præsumitur esse magis dilectus.laf.in l.i. §.fin.ff.de
vulg.& primus debet pri⁹ admitti quām secūdus
l.quotiens.ff.de vsufr. Et hec videtur probari in §.
si quis vero.ibi.cōtra prædictum ordinem,& qua-
lificationes superius ordinatas.infra eo.Ecce ergo
quomodo secūdum ordinē debent præferri,atque
admitti.& hoc pbo per gl.in c.metropolitano.63.
dist.dicentem,qui prior est in ordine prior erit in
electione,& ibi allegata iura.latē Fel.in c. cum

tantū iuri canonico & civili reperiatur tēpus abbreuiatū. in §. præterea. infra eo. tit. vbi dicam. & rātum tempus requiritur in uno sicut in alio quo ad effectū huius text.

*Vniuersitas
super iepo-
rit. rebus nō
dūpensat.*

Nec posset facultas theologiae, immo nec tota vniuersitas contra hoc disp̄sare: gl. in verbo studue-
re fluxit nō rit. §. ordinat. de colla. in prag. allegat. not. per Inq.
in ca. 2. de eo qui furti. ordines recepit. qā inferior
nō tollit legem superioris. cle. ne Romani. de ele.
& quia nō feruarent formam hic præstitutam, sine
qua act̄ nō substat. l. cū hi. §. si prætor. ff. de trāfāc.
*Statutum
magistrorū
an
valeat.*

Et sic nō valeret statutū facultatis, vt tempus quo
quis erit absens, cōputetur, vel tempus quo reget
in grammaticalibus, cū nō possint immutare for-
mam in his cōcordatis, prætituram, vt alibi dico.
Traditur i. ad Tim. 5. c. Nemini citò manus impo-
nas, quis tam arrogans, tamq; impudēs inuenitur,
qui in cœlesti militia (quæ propenius ponderanda
est, & sicut aurum repetitis ignibus exploranda)
statim dux esse desiderat, cū tyro antea non fuerit:
& prius velit docere, quām discere assūscat: c. si
officia. 59. dist. & dicitur longo tempore, discē, quæ
postmodum doceas. c. sic viue. 16. q. 1. ne prius sis
magister, quām discipulus c. seq. & i. Esdræ 7. dici-
tur, Esdras parauit cor suum ad inuestigandum le-
gem Domini, vt faceret, & doceret. & in modico
tempore non potest quis multas addiscere gl. in c. tū
ex literis. in verb. instrūctus. de restit. in integr. &
ad res magnas & arduas expediendas non sufficit
paruu tempus. Bal. in §. itaque, in procēmio fforum.
ideo statuitur hic decennium, vt patet in tex.

*In univer-
sitate flu-
tus.*

a. Vniuersitate.) Et
sie si studuerit extra v-
niuersitatem, non suffi-
cit, vt hoc tex. quia pri-
uilegia data sunt tam
legentibus vniuersita-
te, quām discentibus, non domi. vt in procēmio de-
cretal. & in proce. sexti. ibi, Bononiæ commoranti-
bus. & c. tuæ. de cler. non resid. nisi tempore p̄ficitis
domi studuisse, quia tunc perinde eslet, ac si in
vniuersitate. doct. in l. recusare. §. fin. cum l. seq. ff.
ad Treb. de Ripa in tract. de peste. latissimè tradit.
tu illum videto. & sic facit cōtra scholares, qui in
vniuersitatibus vagantur, & non student, vt non
debeant gaudere priuilegiis. dico tamen latius in
scholastico priuilegio 165.

b. Studij generalis.) Hæc verba addita sunt vltra
pragmaticā, & nō sine monasterio, qā vnū quodq; verbum non est sine virtute operandi, dicit Bal. in
rub. C. de contrah. empt. q. 9. ideo si in villis vel ca-
stris studuerit, nō poterit hoc priuilegio gaudere.
*Studentes
in castris
non gaudet
priuilegio.*

gl. in prag. sanctio. in verb. priuilegiata, vt in gl. pro-
xima dixi. Item excludit studētes extra studiū ge-
nerale, etiam si in vniuersitate, vt Araicæ, nā ibi
non est studiū generale, cū nemo fermi ibi stu-
deat, nec legat ideo priuilegia concessa legētibus
& studentibus, non competunt nisi legant, vel ū-
deant in studiis generalibus, & approbatis. Bart. &
Alber. in §. hæc autem tria, in procēmio fforum. vi-
de tex. in cle. dudum. in verb. in studiis autē gene-
ralibus. de sepul. & d. c. tuæ. vbi dicitur qā vniuersi-

tates in quibus nō est com. tene exercitium stu-
diorum, nō gaudent priuilegiis. c. 2. de priuileg. in
6. fallit, vt scripsi in scholastico. priuile. 34. Iuuat er-
go studere in famosis vniuersitatibus, tum propter
doctorum authoritatem, quæ maior est, & doctio-
res sunt quām in aliis non famosis. tum propter vr-
bis authoritatem, teste Cic. in procēmio offi.

*Extra re-
c. Priuilegiata.) Hoc ponit ad tollendum illos, gñi promo-
qui student vltra montes, vel in alia vniuersitate
extra regnum. nam tales, etiam si studuerint decē
nium, nō possunt habere præbēdam in hoc regno
theologalem nam illa vniuersitas non est ad hoc
priuilegiata, quia nō esset bonum sumere panē fi-
liorum vniuersitatum Franciæ, qui ibi studuerunt,
& dare exteris, id est, extra vniuersitates regni p-
motis, & hoc extantibus incolis regni. vide tamen
quæ dico in tract. nominat. in q. 10. Et sic postq; re-
quirit studiū in vniuersitate priuilegiata, ita & gra-
dū, & sic graduat⁹ sub bullā nō posset habere præ-
bendā theologalē. probatur in §. prefati. in 2. infra sub bullā
eo, & infra dictam fusius. Et verbū studuerit in hoc prabendā
text. positum perfectam rem significat. l. i. ff. quod
quisq; iur. quasi velit dicere tex. illi cōferatur præ-
bēda theologalis, qui per decennium studuerit, &
magister vel licētiatus, aut baccalaureus formatus
effēt⁹ fuerit in vniuersitate priuilegiata. vide quæ
dico in glo. studuerint. §. præterea. infra eo.*

*Graduati
Nouē re-
quisitus doct̄or esse desiderat, vt possit docere,
bēndā theo-
quod didicit qui minimē literis operā dederit, præ
logali ali-
ceptor esse non potest literarum, c. fi. 39. dist. gl. in quis habe-
eo tit. & verbō studuerit. in prag. reposit.*

Nota nouem requiri ad habendam hanc præ-
bendā theologalem.

Primō, quod latē sī baccaureus formatus in
theologia. Et sic gradus requiritur, nec sufficeret
studuisse, nī haberet gradum, vt in nominationi-
bus dicitur in §. præterea, infra eo.

Secundō, qā in ea decēniū studuerit completo,
vt supra dixi in verb. per decēniū, per illud ter-
bum, & ante gradum, vt infra dicam: & licet facul-
tas Theologiae cōferre gradum alicui possit ante
decē annos ex priuilegio, tamē hic graduatus non
erit capax præbendæ theologalis, vt gl. in d. verb.
studuerit, tenet qā sublato uno impedimento aliud
remanet. c. vno. de filiis presbyter. in 6. in aliis gra-
duatis vide quæ dico in §. præterea, in gl. studue-
rint, infra eo. Itē requiritur qā sit examinatus, alio-
quin nō valet grad⁹, arg. c. fi. 34. dist. Barb. in cl. vna.
de iure iur. c. si qui sine. 81. dist. scripsi in gl. cum ri-
gore examinatis, §. j. supra de regia ad præla. no fac.

Tertiō, quod in vniuersitate studij generalis pri-
uilegiata studuerit, nec sufficeret studuisse in vil-
lis. §. illud, in procēmio ff. c. tuæ. de cle. non resid. &
supra dixi in gl. studij.

Quartō, vltra gl. requiritur qā illa præbēda, cōsi-
stat ī ecclesia metropolitana, vel cathedrali, ibi, ī
tex. cathedrali, ac etiā metropolitana. ergo si esset
in ecclesia collegiata tātū, nō procederet hic tex.

Quintō, qā in vniuersitate priuilegiata, & non
sub bullā promotus fuerit, vt in tex. dicitur, priuile-
giata, & c. & dixi in eo. verbo.

Sexto, q. in vniuersitate regni, & nō extra regnū promotus sit, vt pater in princip. cōcordato. & in §. monemus. infra eo. dico in tract. nomina. q. 10.

Septimō, requiritur, quod onus residentiæ, lecturæ, & prædicationis actu subire velit, vt hoc in text. inferius exprimitur.

Faetus in- Octauo, q. illud onus subire possit, quia si esset in-
habitus nr habilis ad lecturam, vt pote mutus, vel aliter imper-
missi: pra fectus, non esset huius præbendæ capax. c. cum in
benda tho cunctis. §. inferiora. de ele. c. extirpandæ. §. qui ve-
logalm. rò. de præb. vt dicam infra in gi. velit. Si tamen ef-
ficeretur mutus, vel alias imperfectus, postquam
adeptus est præbendæ theologalem, eam nō amittet, per l. cæcus. ff. de iudic. i. §. quamuis. in fi. de
postul. l. infamia. C. de decur. lib. 10. l. etiam. 2. ff. de
autho. tuto. quia facilius impeditur promouēdus,
quam deiiciatur iam promotus. c. quicunque. poe-
nitēs. & ibi gl. 50. d. Pan. cōf. 47. Nicolaus in I. vol.
sed eo casu per substitutū seruire poterit, per no.
in l. nemo. ff. dc duob. reis. & tūc teneretur habe-
re alterum theologum, qui & prædicaret, & lege-
ret, vt ipse tenerit, si redditus sufficerent.

Nen vacat
ipso iure
præbenda
theologalis
per adop-
nem secundæ
beneficij
secundi non videtur renunciare primo. Inn. Ant. & incompati-
alij in c. fi. de cleri. non resid. Et istud est singulare, bili.

Vltimō, quod semel saltem in hebdomada le-
gat, cessante tamen impedimento legitimo, vt in
hoc text. esse multa requisita in hoc theologo, &
præbenda, quæ ex tex. eliciuntur, no. ea, quia non
inuenies sic declarata.

Onus bene a. Onus.) &
ficio im-
po-
ni non pa-
test imponi
ac onus a residentiæ b. lecture

beneficio, vel ex statuto, vel fundatione. c. significa-
tum. de præb. c. eleuterius. 18. q. 2. Inn. in c. cum di-
lectus. de consue. glo. & doct. in ca. olim. i. de restit.
spol. Et hoc antequam fiat sacram, quia res nō sa-
cra seruitute affici potest. vt in rub. de seruit. est vi-
dere, sed posteaquā res est Deo dedicata, nō reci-
pit seruitutē hominis. arg. l. inter stipulantem. §. sa-
cram. ff. de verb. obliga. Ideo parochiani laici nō
possunt ecclesiis iā fundatis præficere sacerdotes,
nisi in fundatione id sibi reseruauerint. Bal. in c. la-
croisancta. col. vlt. de ele. Et liberatio huius oneris
non potest per theologos præscribi, etiā per mille
annos, cum singulis sub hoc onere hac præbenda.
detur. Et sic omnes qui oneri nō satisfaciunt, sunt
in mala fide, ideo non præscribunt c. vigilanti. & c.
fi. de præscri. regula possent. de reg. iur. in 6. & hoc
est onus reale q. trāsit ad quicunque res vadat. d.
c. significatū. & ideo nō poterit theologos p̄sionem
huc præbēdē imponere: nē duplici grauetur one-
re. c. at si clerici. in fi. de iud. sic fuit iudicatum in se-
natū Burde. vt refert Boer. in suis deci. q. 226. p̄sio.

Theologus
nō præscri-
bit hoc onus
impositum.
Pauci ad
onus mul-
ti verò ad
bonores a-
spirant.
Nora tamen q. onus sine aspiratione scribitur,
q. nullus ad id aspirat. honor verò cum aspiratio-
ne scribit solet, quia fermè omnes ad illum aspirat.
hoc expressè tradit Io. And. & Imol. in c. ad aures.
de reb. eccl. non alien. Facit rub. C. si seruas, aut li-
berius ad decur. aspirauerit. li. 10. & l. Lucius. §. idē.
Respon. si per accusatorem. ibi, medio rēpore ho-
norē appetere. ff. ad mun. Vide quādo spiritualia
cōditionē reci. iāt per Bal. in c. significati. de ele.
b. Residentiæ.) Per seipsum. ca. quia nonnulli. de
cleri. nō resid. c. extirpandæ. §. qui verò. de præb. &

cōtinuo. & ideo nō posset habere beneficium aliud
requiri's residentiæ ex statuto, vel consuetudine. si
tamē obtineret secundū, per adēptionē illius secu-
di nō vacaret, ipso iure præbēda theologalis, per c.
referēte. & c. præterea. de præb. q. a. iura correcto-
ria loquētia in curatis, nō habēt locū in hac præb.
gl. in verbo residētia, eo ti. in prag. nam quādo re-
quiritur residentia ad finē priuationis redditū tā-
tum, vt hic, tūc per acceptationem secundi nō vi-
detur renunciare primo, led non habebit redditus,
quia quo ad titulū nulla est incompatibilitas, sed
folum respectu reddituum: ideo per acceptationē beneficij
secundi non videtur renunciare primo. Inn. Ant. & incompati-
alij in c. fi. de cleri. non resid. Et istud est singulare, bili.
teste Bar. in cle. gratiæ. col. ii. in gl. beneficium. de
rescrip. Et quid si ex statuto iurato teneatur qs ad
residentiam, & quād non possit aliud beneficium
obtinere, an possit impetrari dispensatio istius sta-
tuti? vide per Egid. de bella mera. in conf. 34. sup-
posito. col. i. vbi tenet quod sic, dummodo ista ex-
primat, dic vt inferius in ver. quarto. [Sed per ade-
ptionē istius præbēdā videtur renunciare gratiæ.
ad aliud beneficium incompatibile. per cle. gratiæ.
& ibi gl. in verb. beneficium. de rescript. vide quæ
scripti in §. volumus. infra eo.]

Et hanc residentiam causa voluptatis non debet
deserere. c. significatū de præb. sed si vocaretur à
superiore p̄sset discedere. Decius in d. c. significa
causa volu-
tum. in vlt. not. quia authoritas superioris semper
in periurium. Spec. in tit. de citatio. §. i. verf. quid si
quis. & si scholaris iurauerit nō discedere à Lute-
tia, antequam soluat suo creditori: si iussu patris di-
scellerit nō erit periurus. l. fi. & ibi Alex. ff. qui fa-
tis. cogat. Scripti in 73. scholastico priuileg. Et si
quis iurauit soluere, non est periurus, si iudex pro-
hibuerit ei, ne soluat, nec incidit in peccātū, etiā pro
missā, si fraus nō interuenerit. Archi. in c. dixit. 14.
q. 5. Albert. in l. si quis id quod. col. 2. ff. de iuris. omn.
iud. Fel. in c. cōstitut⁹. col. 6. vers. amplia tripliciter.
de rescript. Multa scripti in rub. de cleri. non resid.
qua si hic trāscribere vellē, lectorē fastidio darē.

Quero an theologus teneatur petere licentiam, *Theologus*
quādo discedere vult à sua præbēda videtur quād
sic. c. relatum. de cler. nō resid. vbi etiam dicit Ioā. quando dis-
cedū pete-
re tenet.
copia superioris possit haberi sine periculo perso-
næ, alioqui contra, vt pote si in domo theologi vi-
geat pestis, quia tūc locus & tempus petere facul-
ratē nō patiuntur. l. i. ff. de exerc. actio. Ioan. And.
Pan. & alij in d. c. relatum. & cleri. non resid. Imol.
in c. intet quatuor. illo tit. dicit lex eum nō teneri,
qui denūciare nō potuit. l. item queritur. §. exerci-
tu. ff. loca. Et si prælatus deneget cōcedere hāc fa-
cultatem, poterit theologus adire superiorē, vt illū
cogat. c. ex tua. & Imo. in c. fi. col. 2. de cleri. gō re-
sid. arg. c. nullus. de iure patro. vel si in ista causa, vt
pestis, arctet, poterit etiam non obterat licentia
disce

dicedere, quia ubi periculum est in mora, licetū est spreta denunciatione procedere in opere. l. de pupillo. §. si q̄s riuos. ff. de operis noui. nunc. Facit q̄ not. in c. f. de cleri. non residen, ubi excusatur clericus, qui monitus ut resideat, nō reuertitur, si pestis immineat, nam ex causa necessitatē potest omitti cōsentus ei⁹ qui debebat requiri. l. tutor qui. ff. de admi. tut. Fel. in c. cū accessilient. de cōst. nu. 20. & seq. De Ripa in tract. de peste. fol. 25. ubi dicit eisē notandū pro cōsiliariis, qui nō possunt sine autoritate superioris à loco curiæ discedere. l. si q̄s decur. i. & ibi Bart. C. de decur. lib. 10.

Et hoc est statutum in ordinat. regis publ. ann. 1539. art. 129. Rub. de la residence que sont tenuz faire mesmement les officiers royaux, art. 7.

Et qui prouinciam regit, fines eius non excedat, nisi voti soluēdi causa, dū tamen abnoctare ei non licet. l. illud. ff. de offi. presid. Et inconueniens esse asserit iuris cōsultus in l. 2. §. deinde cum esset. ff. de orig. iur. Magistratus tēporibus vespertinis in publico esse, ne ab inimicis, cū plures regulariter habeant, iniuriā accipiāt: & ne auxiliū latio cum opus fuerit ciuibus desit: sicut Aedius in more fuit, vt q̄ summū gereret imperiū, finib. regionis excedere nō posset: nec tribuno plebis diē integrū ab urbe abesse licebat: teste Alex. lib. 1. genialiū. c. 3. Vigen-

te tamē peste poterūt à loco pestifero discedere, etiam facultate nō petita, nec obtenta à principe: etiam à curia habere debet, vt fusiū dico in ordina. regis. Imò Leo quartus pōti. max. cardinalatus honore Anastasium tituli sancti Marcelli cardinalis propter absentiam priuauit, quia contra canones quinquēniū à parrochia sua absuerat, teste Baptista Fulgo. de dictis. memora. rub. de seueritat. lib. 6. de Leone, &c. Et hodie ob hoc possent multi priuari, quia longiori tempore absunt.

Quārto, à quo sit petenda licentia per theologū: Videtur q̄ ab episcopo. tex. in c. relatum. ibi. de licētia suorū prælatorum, & c. inter quatuor. de cle. nō resid. Contrariū teneo, quia hic est data facultas capitulo hunc theologū puniēdi. nam magis in terest capitulo quā prælati, q̄ illi de capitulo audiūt lectiones, q̄ non facit episcopus: ideo capitulo hanc discedendi facultatem theologo concedere poterit. & ita seruatur de consuetudine, quae hodie inoleuit in Frācia, nempe scholastici & alij ex consuetudine non volentes discedere à beneficio vel præbendā: nū peint liceat. quam perut licentiam ab episcopo, sed à capitulo iū studia ubi obtinet præbendam. si verò obtineant beneficiū ademai. cia curata, à nullo petunt licentiam.

Quārto an Papa possit theologū à residentia dispensare. Papā an spensare perpetuo: Videatur q̄ sic. c. cū dilect⁹. c. ad locū super perpeua residentia non dubitatur, quin possit super residentia dispensare. spensare. Pan. & alij in c. pe. de cle. nō resid. ubi dicunt quod solus Papa cōcedit indulgētiā super nō residendo, cum sit contra ius commune, & in præjudicium ecclesie nō potest. episcopus indulgere. c. dilectus de temp. ordinan. Sed legatus archiepiscopus & episcopus bene possunt dare licētia non residēdi: quia verbū licentia, nō importat

nudā voluntatem, sed concessionē ex causa factā. Ioā. de Selua, in tract. de beneficio. in 4. parte, q. 8. Contrariū cōcludo, cum hoc sit concordatū inter Papam & regem, & sic vñus sine altero non potest isti cōcordato derogare, vt supra dixi in p̄fāt. ad istum titulum. Hoc enim eset & impedire audire volentes istum theologū p̄dicare, & legere, & in dubio Papa hoc nō intēdit. c. inter cātera. de offi. ordi. & etiā veniret cōtra substantiam actus, quod non potest facere etiam consuetudo. glo. in c. 2. de consue. in 6. etiam probatur in §. volumus. ibi, p̄textu dispensationis apostolicā infra eo.

Nec Papa cōtra substantiam actus ali quid facere potest actu remanēte. c. cum ad monasterium. de statu regu. & pro hoc est tex. formalis in vers. nec non. de firma. & irrevocabili concordato. stabilit. ubi dicitur, etiā per nos & successores nostros, &c. Istud etiam immutaret statutum vniuersalē ecclesiæ Gallicanæ, quod nō potest Papa facere gl. & doct. in c. proposuit, de concess. p̄aben.

Nec valeret consuetudo, vt iste theologus possit percipere fructus beneficiorum in absētia, quia est onerosa ecclesiis. Archid. in c. sacerdotibus. 31. teat. distin. doct. in c. cum omnes. de constit. ubi idem etiam dicitur de aliis in c. 1. de consuet.

Fallit in scholasticis, vt habetur in scholastico priuilegi. 31. ubi plenē scripsi. & pro hoc latum fuit arrestum ann. 1533. die 22. Decembris, pro Stephano Lestan cōtra capitulum de lafferre aurium, per quod fuerunt adiudicati fructus grossi præbendæ scholastico studenti Aurelia. Idem in consiliarijs parlamentorū, qui eriam grossos recipiunt fructus in absētia, vt assūt sūfise concessum ad hoc priuilegium regi Franciæ. Boēt. in decisio. Burdeg. q. 17. [hoc priuilegiū concessit Clemens 6. pontifex sumimus cuius bullæ transcriptum est in lib. antiqu. ord. fol. 60. in Parla. Parf.] & in intimo regis consilio fuit idem iudicatum pro domino Mathe. regis consiliarij Parisiens. ann. 1539. die 25. Martij. Imitemur ergo theologus Moysen & Aaron, qui indōnenter in tabernaculo domini erant. c. vii. 36. dist. Imò etiam si theologus residet et per alium, nō habet distributiones quotidianas, tum quia residētia debet esse personalis, tum quia per alii seruēdo non satis facit iuri, Calder. in consi. vno. de cler. non resid. nam inter artifices est lata differentia. l. inter ff. de sol. intellige vt in gl. studuerit. supra. eo. dixi, & an valeat consuetudo non residendi. vide Prāpos. in c. sacerdotibus. 31. distin.

Et quando theologus non residet, vt alius beneficiū habens, præsumitur iniustē abesse, absens enim à loco, ubi residere tenet, iniustē præsumitur abesse. c. f. de eo q̄ mitrit. in possess. cauf. reiservand. Panor. in c. f. §. porrò, vt lite nō cōtest. Idem Abensma in marito, qui ab vxore est absēs, vt docet. Bar. per ritus init. illum tex. in l. si eum. §. ex iusta caufa. ff. de fideic. liber. [nam dicitur illi, si tu abstines sine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licētiam, & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentiæ, & abstinentiæ c. si tu abstines. 27. q. 2] Hoc tamen nō procedit in scholasticis, vt scripsi in scholastico priuilegi. 33. ubi abundantius vide, & de priuilegio dato alicui, vt

possit percipere fructus, qui residentibus dantur, quod is nō possit recipere distributiones quotidianas, quæ tantum his, qui intersunt diuinis, dantur. vide in c.vno.de cleri. non resid.in 6. Et multe residēt in ciuitate qui diuinis nō intersunt. not. doct.

Compositio in c.licet de præbē. Sic expresse docet Cassado. in de non residendo non valeret. Ideo sicut non valet cōsuetudo non residendi, vt superius dictum extitit, ita nec transactio, nec compositio, vnde fuit reprobata cōpositio facta inter canonicos, & vicarios de leſat super nō residendo, an. 1537. die 14. Martij.

Predicatio a Prædicationis.)

quid sit, & Prædicatio, est Dei & prædicationis a actu manifesta cōmendatio. vel instruſio. Cantic. 6.c. videntes sponsam filii Sion, beatissimā prædicauerūt. De instruſione patet Matth. 4.c. Cœpit Iesuſ prædicare, & dicere, Pœnitentiā agite, &c. Et inter cætera, quæ ad salutem populi Christiani spectant, pabulum verbi Dei quam maximè ſibi noſcitur eſte neceſſarium, quia ſicut corpº materiali, ita anima ſpirituali cibo nutritur: eo quod non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. c. inter cætera de offi. ord. [& officium prædicationis eſt valde priuilegiatum. c. quod Dei timorem. in fi. de Statu. monach.]

Quid debet theologus prædicare? Resp. declarari 2.ad Timot. 4.c. vbi dicitur, Prædica verbum, ſcilicet Dei, Act. 13.ca. habetur. Prædicabant verbum Dei. & 4.c. ibidē dicitur, Loquebātur verbum Dei cum fiducia. n. cauendum. 10.q.3. & c. antecessor. ii.q.3. vnde dicit B. Greg. Papa. in c. frater nitatis 35.q.10. Eſt enim verbum Domini, validum, forte & durable, & immutabile & perfeuerabile, non momentaneum, nō transitorium. dicit enim, Coelum & terra transibunt, verba autem mea nō transibunt. Et eſt quasi carmen musicū, quod suavitat dulcique ſono canitur. Ezech. 33.c. in fi. Vel verbum, id eſt Christum, vt dicit Apostleſ. Nos prædicamus Christū. i. ad Cor. 1.c. & 2. ad Cor. ca. 4. non enim voſmetipſos prædicamus, ſed Iesum Christū Dominum noſtrum. & Marci. vlt. Eunteſ prædicante euangeliū omni cteaturæ. Debet in ſuperiori prædicatore loqui oportunè, ne tacenda proferat, nec proferēda taceat. c. ſit rector. 43. dist. Item dicitur, Inſta opportune, id eſt ſuauiter. Pſal. Q. q. 4. Quād uitaſ fauicibus meis eloquia tua. Eccleſiaſt. 8.ca. Omni negocio tempus eſt, & opportunitas. ideo vt alter Orpheus allicere debet homines, & quādoque inſtare importune, & ſeuriter. inde dicitur Eſaię 38. Clama, ne ceſſes. & Hier. 1.c. in fi. Surge, & loquerere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi, ne formides à facie eorum. Et hæc prædicatio debent tendere ad Dei commendationem. Dan. 3.c. in fi. Placuit ergo prædicare signa eius, quia magna ſunt, & mirabilia eius, quia fortia.

Secūdō, deber prædicator concludere ad carnismacerationem, vt 2. Paralip. c. 20. Prædicauit ieuium in vniuersa Iuda.

Tertiō, ad clementiam debet prouocare. Eſaię 61. Vt prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertioneſ, &c.

Vltimō, deber inducere ad gloriae imitationē. Luc. 9. Mifit illos prædicare regnū Dei. Et hic prædicator debet prius facere, & poſtea docere, exē- plo Christi. Act. 1. Et dicit Marc. 1.c. q. Ioānes erat in deferto prædicās baptismū pœnitētiq. ad deno- bet predi- cator. q. qui vult prædicare, debet in deferto po- cator. nitētiæ maceraſ. alioqui dicit Greg. in homil. Cu- ius vita despicitur, refat vt eius prædicatio conté- natur. c. infames. in fi. 3.q.7. Qui ergo alium doces, teipſum non doces: qui prædicas non furandum, furaris? Paul. ad Roma. 2.c. Alioqui ſi bene docue- ris, & male vixeris, tuſoliuſ condemnator eris. c. multi. 40. distin. Et talis dicitur non theologus, ſed theomachus, cui præbenda non eſt conferenda.

Nam prædicator eſt rectā viā dirigēs, vel dirige- re debes, nō ex circuitibus, vt in ſimiſi dicit tex. in l. nō ſolū §. ann⁹ ff. de exc. tut. Imō prædicator exiſtēs in peccato mortali, ſi cōcioneſt, peccat mor- taliter. c. quid eſt hoc, & c. cū exaudiero. & ibi Pre- posiſ. 50. dif. Quomodo enim potest preſes ecclesiæ auferre malū de medio eius, q. in delictum ſimile corruiſt, aut qua libertate peccantē corripiere pōt, Scientiare- cū tacit⁹ ipſe ſibi respōdeat eadē ſe admittiſſe, quaे quiriuntur in corripiet. c. primū itaq;. 25. dist. Nec etiā ſufficeret prædicato- vita ſine ſcītia, ppter multos erroresq. quādoque re- oriūt ſuadefectu ſcītia. Pan. per illū tex. in c. in- ter cætera. i. 4. not. de off. ord. c. niſi. de renūc. tex. in c. qui ecclæſiaſticis §. hinc. etiā. 36. dist. vbi prius veritas tacendo dicitur, & poſtea loquēdo prædi- catur, vñ Chrl⁹ apostolos prius docuit, & poſtea ad prædicandū miſit, vt ibidē patet, & in euāgelio Marci c. vlt. Prædicare euāgelium omni creature.

Et hæc duo qñ concurrunt in vnū bene actum eſt in illo, vt in magiſtro noſtro Picardo doctore theologo Parisien. nō minus ſanctitate vita, quam eruditione cōmendato. Deus eū nobis lōgauit, & uirtutē animarū queritante (vt ſolet) præferueret.

Et poſtūt prædicare in ecclæſiis & extra etiā in vbi ſu- plateis cōmunibus ſine licētia, ſed in ecclæſiis par- dicandum. chrialibus nō poſtūt prædicare, niſi licētia petita & obtēta à parrochialib. ſacerdotib. cle. dudum. §. nos aut̄ de ſepul. Locus tñ aptior ad prædicādum eſt ecclæſia. Io. 18. Ego ſemper docui in synagoga, & ī tēplo, quo omnes Iudei cōueniūt. Et Luce 19. Erat quotidiae docēs ī tēplo. In domib⁹ q̄ ſo pōt prædicare, ne oriatuſ ſuſpiſio heretiſ. c. cū ex iniū- ito. de hæret. & ibi, in occulto locutus ſum nihil.

Et iſti theologi debet eſſe clerici, alioqui prædi- Clerici de- care nō poſſent. c. ſicut. de hære. vbi laico prædi- bens predi- car. nō laic- ci, nec mu- care. ſpiritu- lieres. Spirituales actus qui ele. & recipere reſignationes. c. q. in dubiis de re- ſint. nūc. ac oblationū pceptio. c. quia. & seq. 10. q. 1. de niq; cauſarū ecclæſiaſticarū cognitio. c. 2. de iud. tā p. viā iudicij, q. cōpromiſſi. c. cōtingit. de arbit. alia ipſis prohibita doct. tradūt in d. c. 2. imō laic⁹ præ- dicare præsumēs ſine licētia ſuperioris excōmuni- catus. text. in c. excōmunicamus. 1. §. quia verō de hæreti. & alia poena arbitria punitur. clem. vlt. in prin. de pcc. & remif. tamē nō requiriſſet ordo. licet

licet gl. teneat cōtrarium, quæ reprobatur in c. adiūcīmus. 16. q. 1. Pan. & Imo. in c. dudum. 1. de elect. Quis theologi Parif. nullū recipient ad gradū theologiæ, nisi sit in sacris. Itē prædicare prohibetur mulier, quamvis docta & sancta sit. c. mulier. 23. dist.

Acta pre-dicatis que esse debent. Cuius ætatis debeat esse hic concionator, vide in c. presbyter. 78. dist. & decem à quibus cauere debent prædicatores, per Flot. in 3. parte summæ. tit. 18. c. 4. & septem modos prædicandi. c. seq. *vbi licet Christus in 30. anno prædicare incepit, tñ 10. Baptista, Ezechiel, Hieremias, Salomō, Io. Euā-gelistæ, & Paulus à Domino in adolescentia, & iuuentute, electi sunt, ob id ratione ætatis si quis bonus aliás, & doctus fuerit, non debet à prædicatio-ne prohiberi. doct. in c. secundum. 19. dist.

Ex quibus causis verbum predicationis auferatur. Aliquando tamen auferunt verbū prædicationis. Primò, propter improbitatem, seu indiscretio-nem. Ecclesiastici 20. c. Ex ore fatui reprobab itur parabola, & c. adiūcīmus. 16. q. 1.

Secundò, auferunt verbum propter indignita-tem, vt Dauid. Quare tu enarras iusticias meas? c. infames. in f. 3. q. 7. & dicit gl. super illo vers. Non auferas de ore meo verbum veritatis: obmutescit facundia, si ægra sit conscientia.

Tertiò, propter insufficienciam. Hier. 1. A. a. do-mine nescio loqui. c. in scripturis 8. q. 1.

Quarto, propter audiētiū malitiā taceat p̄dicator. ne det sanctū canib. & ne mittat margaritas ante porcos, qui cōuersi cōculcent eas. c. quando. II. q. 3.

Quinto, propter timorem persecutionis, vt Pe-tro contigit, qui timore persecutionis negauit Christum, propter hoc tamen tacere malum est. Archid. in c. nolite. col. II. q. 3.

Et intellige hic lecturæ & prædicationis, diuer-sis diebus, non vno die vt postea declaratur.

Et quis istum prædicarorem nō habentē theo-logalē præbendā alere teneatur? vide per de Ripa in l. i. Resp. c. 15. in f. & in c. inter. de of. ord. p. doct.

Cuius expē & per Bal. in c. quoniam. ibid [Vbi dicunt expensis suis alend s curati, cū ipse prædicare debeat, alendū, nisi esset si predica- confuetudo in cōtrarium, & nisi redditus curæ re-nues essent, & tunc prouidebit populus de expēsis prædicatori, cū alimenta ipsi tantū prestanda sint, non pecunia, vt notat Inno. & alij in c. cum volun-tate de sent. excō. nec valeret consuetudo in con-trario, nisi amore Dei illi fieret donū, nō pro labo-re prædicationis. Pán. in c. suā. de fimo. de Ripa. in 15. resp. quia gratis acceperunt, gratis dare debent. c. gracia. & per totū. I. q. 1. & hoc modo solet in Frācia fieri, ideo q. alias potest idonee viuere sine præ-dicatione, nihil debet recipere, & ita seruat cōcio-nator egregi⁹ D. Picardus doctor theologus, & de-canus in ecclesia S. Germani Altissiod. Parif. Decē & nouē priuilegia p̄dicator habet, quæ docet Ho-stiē. in c. q. De timorē de statu mona. & hoc refert Mōto. in verb. p̄dicare. in f. in suo iuris p̄optua.]

a. Subire voluerit.) & po-tuerit. c. extirpāde. §. qui ve-ro. &c. super inordinata. & c. graue. de prab. c. f. ibi, voluerint, & potuerint. in princ. 16. q. 1. & c. cū in cunctis. §. inferiora. de elec-t. c. cum inhibitio. de clandest. desp. c. post electionē.

in f. de cōcēs prab. c. excōmunicamus. 1. §. si. de hē-ret. c. q. a. propter. & c. ecclæsia. 2. de elec. & in Euā-gelio. Si vis potes me mūdate. vnde nō sufficeret, si veller, & esset ignorās. vt tenet Io. de platea, in l. grāmaticos. C. de profē. & medi. lib. 10. c. quia. ibi, & tunc si voluerit, non tamen valuerit. de concess. prab. & c. post electionem. in f. ibid: licet magnum habuerit animam, vt nobiles & iouiales: alij verd sunt, quorum animus est stricti iuris, teste Bolog. conf. 37. licet aliās. col. 7. ver. corroboro.

Et isti non sunt boni oratores corā principibus, quām animus illis deficiat, vt dicitur de Cicerone orāte pro Milone, & etiā D. Budæo quādoq; con-tigit, & Alciato Auenione, licet excellētes viri fue-rint: nō sufficit igitur si fuerit mutus, aut aliās im-perfectus. c. sit redor. ibi, sacerdos ergo si prædicationis sit neclius, quām tibi clamoris vocē daturus est præco mutus? nec sufficeret posse, si nollet. c. ad hāc primo. ibi, potest si voluerit. de appell. c. relatū. ibi, hoc se posse affirmant, sed effice cōtradicūt. de cler. non resīd. l. 1. §. si quis adira. ibi posuit, si vol-let. ff. ad Tertul. Vnde dicit philosoph. quod duo sunt ex quibūs humanorum actuum constat effe-ctus, videlicet voluntas & potestas: quorum alterū si desit, nihil est quod explicari queat. Bal. in c. cum cōtingat. n. 10. col. 4. de iureiu. & in l. cū te. col. 1. C. de don. ante nup. Barb. cōf. 123 scripsit in prin. in 4: vol. inter cōs. Ale. vbi dicit, ad tollendū statutū, vol-un-tatē & potestatē necessaria. & p. hoc dicit Bald. in c. ex parte. col. 2. de cōsti. quod voluntas debet es-se cōcreta actui, qui debet perfici abstracta em̄ voluntas, id est separata, & per se, quæ reperi-tur in ani-ma non perficit actū, vrpote possum adire hereditatē, & volo, tamen voluntatē meā non applico alicui actui verbi vel facti, non efficior hæres. l. po-tuit. C. de iure delib. Nam tm̄ distat fecisse à cōce-pisse, q̄tū perfectū ab imperfecto, & quantū semen quod est reconditum in horreo, quod non fructifi-cat ab eo, quod est seminatum in agro. abortum enim facit intērio, si conceptū suffocat in utero, & non producit in lucem. vnde hanc voluntatē mē-talem nunq̄ exēitem in actū, abortiuā dico partus abortiuī similitudine. l. q. si mortui. ff. de verb. sig. l. quod certatum. ibi, si viuus ad orbē totus proce-serit. C. de posth. h̄c red. inst. hæc sunt verba Bal. in consilio schisma. in vers. sed in cōtrarium. col. 3.

Voluntas igitur hominis, quæ nō deducitur ad dispositionē, censetur abortiuā, sicut in posthumo, qui licet sit in utero cōceptus, si tamen nō sit per-fectē natus, dicitur abortiuus. Bal. in l. i. n. 32. C. qui admitti. Ias. conf. 22. in q. col. 2. in 3. vol. Vnde Iurif-consul. ait in l. in omnib. reb. ff. de act. & oblig. his verbis: In omnibus rebus quæ dominum transfe-runt concurre-re oportere affectus ab utraq; parte con-trahent. Nam nisi animus utriusque con-sentit, perduci ad effectum, id quod inchoatur, nō po-test. Sic Papa sola voluntate nō confert præbēdas, nisi utra procedat, & transeat ad actū dispositiūnū, vnde dicit Bal. cōf. 326. Rex Rōmanorū. col. 2. in 1. vol. quod tria canoniciāt omnes actus, scilicet po-testas, voluntas, & modus. Nam sine potēcia nihil ad actū deductur, & sine voluntate nil cōsenſu modus.

Timidi non sūnt boni oratores.

Voluntas sine actu non prodest.

perficitur, & sine modo nil in fine suum dirigitur. & dicit Bal. in I. omne verbum. col. 2. C. continuo. deleg. vel duo requirantur, quæ canoniciat oēs actus, voluntas, & legis auctoritas: nam vbi nō assit iuris potentia, voluntas inanis est. Bal. in I. nolle. per illū tex. ff. de acq. h̄at. Et si Bal. in I. cū testamentū. C. de iur. & factū igno. dicit tria necessaria, volūtatem, potestatē, & scientiā: sed potentia scientia cōprehēdit, vt tenet Dec. in c. cū super. 4. nota. de off. deleg. Alibi dicit tex. in cle. 2. §. 1. de relig. dom. Eli-gendos esse qui sciant, velint & valeant, quē notes.

Expositio ad verbum voluntariorum subire voluerit. Veli intellige tex. subire voluerit, id est, voluntariè subierit, & non coastē, prout exponit gl. in I. f. ff. de rer. diu. vbi dicit, qui voluerit trāscēdere muros, id est, voluntariè transcederit, & facit ad statutum, quo cauetur, quod qui voluerit corrūpere mulierē, capite puniatur: q̄debeat intelligi, id est, si voluntariè corruperit. Secus si mulier eū coegerit. Bar. ibi & Deci. in regula, non vult h̄ares esse. ff. de reg iur. & per hoc defendit à morte vñū, qui voluit aliquem necare veneno. Fr. Cremoni. sing. 49. defensauit, &c. q̄a dicebat statutū, quod qui venenare voluerit, capite puniatur. gl. in I. 1. ibi, voluerit arbitrari. i. voluntariè fuerit arbitratus. ff. de leg. 2. gl. in I. f. in verbo voluit. C. de codicil. Et pro hac expositione cōsonat verbū actu subire voluerit. gl. in c. si diligenti, in verbo purgare voluerint, cum effectu dicit gl. de foro compet. Barb. cōf. 21. preclarē. col. 3. & conf. 23. col. pen. in 2. vol. Prior tamen exposi-tio magis videtur conuenire textui.

Collatio si voluerit an-sit conditionalis. Erat collatio facta alicui si voluerit, sit cōditionalis, tex. in I. si ita. § illi si volerit. ff. de lega. i. decidit q̄ sic, & sic expreſſe tenet Anch. in cle. vna 6. not. de cōf. pr̄b. & ibi Bonif. nu. 4. dicit necessarium extare conditionē per declaratiōnem voluntatis, & ante illam declaratiōnem gratia est cōditionalis, ob id theologus sat. s. dicitur declarare voluntatem suam si requirat p̄bendam theologalem sibi conferri, quæ transīt cum suo onere, vt supra dixi in gl. onus. vide gl. voluerit, in extrauag. vna. ne se-de vacante in communib⁹, quæ docet, quot mo-dis declareret voluntas. vide ibi si te deleſtet.

a Quīque bis aut semel.) Referritā quīque a bis au semel ad magistrū quām ad minus b singulas heb ad licentiatum, & baccalaureum for-matum, vt saltē ſemel in hebdomada legere teneantur, & postquam alternatiū hic tex. loquitur, theologerit eleſtio, etiā in alternatiū iuris. in quib⁹ verba parti diriguntur, vt hic, & in I.

sitionem.& ibi Card.in cle.vna.de supplen.negli.
Præl.c.sanc̄torū.70.dist.Dom.cōf.65,circa.col.1.nā

Dispositio- generalissi- mum est
gerbum. generalissimū verbum est Bal.conf.501.verba Pa-
pæ.in 5.vol.& pōtest ad quālibet actū referri.text.
in l.i.C.de bonis præscripto.Alex.& ibi in addi.ad
eum,in rub.ff.solut.matr.nu.16.

Imo verbum ordinare & disponere locū habēt
tam in iudicio, quām extra, & in actib⁹ vbi ferut
sentētia, vel quali, nec restringitur significatio eius
solum ad actum conferendi.c.penult.de offi.lega.
in 6.Feder.conf.195.factum ita.col.1.Ideo impetrās
beneficiū ad ordinationem alicuius spectās, po-

terit petere beneficiū, quod pertinet ad collatio-
nem, præsentationē, & quamvis aliam dispositio-
nem.c.post electionē.de cōcessio.præb.gl. in ver-
bo,ordinationem. in extra. sedes. de offi.deleg.in
communibus.doct.in c.cum in illis. §.illis de præb.
in 6.Ian.Dayma.in verbo, mixta in proœcio fu-
pra.vide gl.in §.seq.in verb.disposuerit.

Nō tamē comprehendit hic electionem exi-
gētem cōfirmatioāem, vt probat. d. c.cum in illis.
§.i.per tex.in cle.i.de præb.tum quia hoc est odio
sum:ordinariis & in odiosis non venit electio ap-
pellatione dispositionis.glo.in verbo dispositionē,
in tit.de reseruat.in prag.tū quia non est verisimi-
le, quod iste tex. ita voluerit derogare vniuersita-
ti, ad quā ptinet electio, sicut vni singulari, ad quē
pertinet prouisio, qā vniuersitas innititur iuri cō-
muni in eligendo, vel saltem plus acceditius com-
mune ad ius eligendi, quām ad aliud.Io.Monac.in
c.in generali.de elect.in 6.refert Bonif.in cle.i.de
præb.Card.cōf.103.casus super quo.col.2.Nec etiā
est verisimile, quod rex voluerit sibi derogare in
illa nominatione, quam loco electionum habet, vt
patet supra in tit.de regia ad præla.nomin.facien-
ita tenet de Ripalib.2.respō.c.23.Iulius Papa, &c.
& cōf.34.indultum ibid. Nec cōprehendit etiam
cōfirmationem, nam qui cōfirmat in virtute mix-
ta,sua & alterius, non dicitur disponere nec pro-
uidere, nec imputatur ei hoc ad beneficium, sed
ad iustitiam.non enim impedit beneficium, qui
exhibet debitum.l.si seruo fideicommissaria.ff.de
hæred.infst.l.proximē.de ritu nupt.Bal.conf.501.
verba Papæ.in 5.volum.

Nec obstat verbum, quamvis aliam dispositio- De verbo
nem, quia intelligitur de collatiua simili expressis, quamvis a-
per illud verbum aliam gl.in cle.i. de rescr.l.si fu-
gituii.C.de ser.fugit.Fel.in c.fedes.col.2.vers.clau-
sula.de rescr.vbi plenē tradit.facit quod dicit Rō.
in l.i.ff.de dona.cauf.mor.vbi si filiusfa.vidēs se nō
posse facere testamentum dicat, si non valeat iure
testamēti, valeat iure codicillorū, vel alterius cu-
iūslibet vltimē voluntatis,nō refertur ad donatio-
nem causa mortis, de qua debet fieri expressa mē-
tio.l.filiusfa.in f.i.ff.de dona. Item illa enumeratio
specierum antecedēs facit, vt sub illa clausula ge-
nerali non includatur species electionis, cum sit
major & grauior speciebus supra enumeratis.tex.
in d.clem.i.& clem.nō potest.de procur.Nec po-
stulatio, cum tantum Papæ fiat de episcopatibus
& aliis dignitatibus electiis.c. i. & per totū.de
post.præl.

Nec me mouet verbum, quomodolibet spectā-
tum, in textu positū, quia debet intelligi, siue col- De verbo
latio, siue alia prouisio spectet ad collatorem iure
proprio siue deuoluto, vt in c.2.de concess.præb.
siue iure proprio siue iure alieno, vrpote authorita-
te apostolica,in cle.vna.de renunc.& cle.vnic.de
suppl.negli.præl.gl. i verbo quo quis modo. in §.q. si
quis cuiuscūque de colla.in prag.siue collatio spe-
ctet suo nomine, siue alieno, vt c.fi.de offi.vica.16.
Et expone quomodolibet, id est quolibet modo.
dictio em̄ quomodolibet vna pars orationis est, &
distributiua modorum gl.& ibi Arch.in c.indem-
nitatibus.

ritatibus. §. i. versi. si qua verò de elect. in 6. c. quia plerique. de offi. ordi. eo. lib. cle. vlt. in fi. de priuial. vel quomodolibet. id est quocūque modo. siue iure communi. siue priuilegio. vel præscripta cōsuetudine. sic exponit gl. in c. quāquam. de elect. in 6. gl. in verbo spectat. in c. si clericus. de præb. eo. lib. tex. in c. statutum. §. in nullo. de rescr. in 6. Ias. conf. 63. per reformationē. in col. 3. vol. 3. gl. in cle. grauis. de sen. exc. & cle. vlt. ibid. Bart. conf. ii. 7. ex literis. col. pe. in 1. vol. secundum nouam editionem.

spectantium , viris literatis a graduatis b & per vniuersitatem c nominatis conferrant. Hoc modo d , videlicet in primo mense e post præsentium acceptationem f ,

a Virisliteratis.) Literatis enim ecclesia quā mā Literatis provideri debet. ximē noscitur indigere. c. cū ex eo. de ele. in 6. per quos totus mundus illuminatur. auth. habita. C. ne filius p patre. Et intelligitur hic de literatis. siue in theologia. iure pōtificio. ciuili. vel medicina. seu in artib⁹. vt declaratur infra. eo. §. præterea. quia omnis sciētia à Deo est. c. legimus. §. hinc etiā. 37. dist. & literatis prouideri debet. c. ad decorem. de inst. Priuilegia illorum dico in scholastico. priuile. vbi cumulauis scholasticorum priuilegia centum octanta.

b Graduatis.) Et sic non sufficit sciētia sine gradu. gradus enim non facit hominem peritiorem. sed eum prouocat & inducit ad maius studium. & assiduā lectionem. vt eo decentius in gradu assumpto militet. & vt talis appareat. qualis ex signis collatis esse prima facie creditur. & veraciter interi⁹ debeat esse. vt sic signatum signis corresponeat. Bonif. in cle. vna per illum tex. not. 13. de excess. prelat. nec gradus sine sciētia. vt hic patet. si velis scire gradus. ex quibus peruenitur ad perfectionē aliqui scientiae. nota sequentes casus. Primus est velle scientiā acquirere. Secundus. est delectari in voluntate. Tertius. est meditari in ipsa. Quartus. intellexū capere meditati. Quintus. memoria tradere. Sextus. aliquid invenire. & simile alii. Septimus. à se inuentum iudicare. Octauus. de iudicato bonū dicere. Nonus. illud bonum modulatè proferre. Alber. in dictio. in verbo gradus.

Gradus ex conditio. p. e. p. vniū ad gradus. perfectio. nam. Qubus cōdeci possint nominationes hic patet. videlicet graduatis literatis. q̄ legitime gradū nobis posse adaepti fuerint. §. præterea. infra. eo. & vide quę dī. xi in tract. nominatio. quæst. 5. vbi plenē dico.

Vniuersitas nominatio. nec cōcēdi. c Pervniuersitatem nominatis.) Et sic vniuersitas potest nominare. & nō facultas. vt latius dicam. in tract. nominatio. in 6. q. princ. vbi dico à quibus concedantur nominationes. & quare ab vniuersitatibus. & an ab vniuersitatibus extra regnum. vel ab vniuersitatibus regni. ad beneficia sira extra regnum: ibidem.

Dicitio modi. d Hoc modo.) Capitur pro moderatione. videlicet hac moderatione. vel hac lege sequenti. l. hoc modo. ff. de condi. & demonst. Bar. in l. quibus. §. Thermil. illo tit. vel hac forma. l. fi. C. de modo mulcta. Alber. Brunus in tracta. de forma & solemnitate. actus. Rub. ex quibus cōsistant forma & solēnitatis.

vers. 47. vel hac conditione. gl. in c. Raynaldus. de test. nam aliq̄ modius pro conditione accipitur. & contra. vt scribit Bart. conf. 4. factum tale. & différētiā inter modum & conditionem tradit gl. & doct. in rub. ff. de cond. & demonst. de modo. vide quę abundē scripsi in l. maiore. ff. de verb. sign.

Videlicet.) Declaratiue ponit l. videlicet. ff. ex De verbo quib. cau. maio. c. transmissa. de eo qui cognosc. cō- videlicet lang. vxo. gl. in cle. causam. de ele. c. ex literis. & ibi quomodo Aret. de prob. Dec. conf. 47. & pro viribus. col. 2. & capiatur. sic causa confusionis tollendā inter nominatos & graduatos declarat ordinem illorum. nō tamē intendit aliquid graduatis auferre. scilicet vt nō extantibus nominatis. graduati admitti non possint. vt dico in §. teneantur. infra eo. Aliquando tamen stat restrictiue. si materia subiecta patiatur. gl. in c. 2. de priuileg. in 6. & ibi Domi. gl. in c. Romana. §. caueant. de sent. excom. eo. lib. Bar. in l. i. ff. ad leg. Qui mēs fini. signa- Aquil. & Bal. inl. 2. quando actio de pecu. est an. nō nominata. & l. cum mulier. ff. solu. matr. Ias. in l. filio. col. us. & qui 3. de liber. & posthum.

e In primo mense.) Qui est Aprilis. vt declaratū fuit infra rub. de regia facultate primum mensem graduatis debitum nominādi. cum hæc cōcordata primo Parisiē. fuerint publicata. & in mēs Mar- tio. Et notandum est. quod per pragma. tertia pars graduatis debebat cōferri hoc modo. nā duę partes illius tertiae conferebantur nominatis. & tertia illius tertiae cōferebatur graduatis. vt dicitur in §. insuper. & in §. item placuit. de colla. in pragma. Et q̄a ista tertia & tertiae. tertia incertē erat. ideo fuit statutum per Ludo. 12. Franciæ tum regem. arti. 3. rubri. des graduez. quod collatores ordinarij & patroci ecclesiastici describerēt in uno libro omnes collationes per ordinem. vt tertia pars posset liquidiari. quem librum tenebātur collatores ordinarij exhibere. & graduatis. & nominatis. tamē q̄a multæ fraudes siebant per collatores. ideo fuit hic expressius declaratum per menses. vt sequitur. & est iusta & aqua declaratio. quāuis nominari cōquerantur. dicētes se debere tres mēses habere. & graduati vnum tantum. sicut habebant per prag. duas partes. sed quia ita placuit principibus. & illis placere debet. & maximē. q̄a in mēsibus graduatorū simpliciū nominati possunt gratificari. quia graduati sunt. ideo nil est. quod conqueri possint.

f Post præsentium acceptationem.) Hoc ideo dicit. quia lex vel dispositio principis non recepta. nec moribus vtētiū approbata. non ligat subditos. si nō fuerit obseruata sciente & tolerāte principi. gl. sing. reputata in cap. i. in verbo. frāgere. de treuga & pace. in similis tamen in sum. 24. q. i. quā ibi not. doct. & Alex. conf. 6. in 1. vol. & consil. 132. ibidem. & cōf. 39. in 3. vol. Idem si recipetur à minori parte. & non à maiori. quia etiam non ligat. Pan. in c. quia circa. de confang.

Nec requiritur cōsuetudo præscripta per dece annos. sed sufficit simpliciter vñus cōtrarius. c. cum olim. de cle. cōiug. §. i. dist. 4. quia superior videtur eā legem tacite tollere. ex quo scit contrarii obseruari. & patiatur. Aret. conf. ii. procedendum. col. pe. Roma. conf. 512. quo ad primum. in fi. & supra in

De collationibus.

præfatio.huius t.i.dixi.& Eauerit.in § 1.col.3.de test.
facit gl.in c.de libellis.20.dist.vbi ecclæsia Oriënta-
lis nō recepit canones de cōtinentia clericorum,
tamen propter hoc nō incidit in hæresim,nec est
peccatum mortale.tex.in c.deniq.in f.4.dist.plene.
Auffrer.in repe.cle.1.not.io.de offi.ordi.

Galli constitutiones bursales non recipiuntur.
Sic Galli, qui constitutiones bursales Papæ nō
recepérūt, nō malè fecerunt per præd.& ita tenet
Bened. in re et c. Raynatius. in verbo, & vxorem,
nu. 233. & seq. de testa. cum leges ex alia causa nos
non teneant, quām quod iudicio populi receptæ
sunt. verba sunt iuris cōfulti in l. de quibus ff. de le-
gibus. & quia alia fuerunt cōcordata, de quib⁹ su-
pra dixi, quæ non fuerunt à populo recepta, ideo
conditores dixerunt hic, post publicatione, & ac-
ceptationem, & ex ordine prius publicatūr, quām
acceptentur in auth. vt factæ nouæ consti. in prin.
colla. 3. sed hic voluit text. quid acceptari debent
eo tempore, quo publicantur, vt nullū tempus su-
persit à tempore publicationis.

Dicens eos concordatum non quē. Et quando quæ impugnat concordata, vel ali-
cordatū nō quē. §. nō esse receptum, hoc debet probare, quia
receptum, hæc negativa est fundamentum sua intentionis,
hoc proba-
re debet. quo calu qui facit fundamētum in negativa, tene-
tur eam probare. Bart. in l.pen. §. docere. per illum
tex. ff. ne quis eum qui in ius voc. est. Dec. cōl. 534.
procedendo. nu. 9. & quia præsumptio est quid sit
receptum, & exceptio à reo est probāda. l.t. C. de
proba. l. in exceptionibus. ff. illo tit. Scripti abun-
dantius in tract. meo exceptio. vide plenē Guille.
Bened. in repet. c. Raynatius. in verbo & vxorem,
nu. 229. & seq. de test.

Si tamen in uno articulo non fuerint recepta, vt
in hac vniuersitate, qā tēpus studij sigillatur sigil-
lo facultatis, si vniuersitas postea velit statuere, qā
concordatum obseruetur, valebit istud statutum;
per no. in c. ex literis de consti. nisi hoc statuerent
in præiudicium alicuius facultatis, vel iā nominaria-
torum. per tex. in c. quum omnes. de cōst. nec pos-
sent omnes facultates vna contra dicente hoc sta-
tuere. per not. in c. cum accessissent. de constit.

a. Publicationē.)
Et sic ante publi-
cationem ligabat
concordatū, vt in
aut. vt factæ nouæ
cōsti. in prin. coll.

*Quæ publi-
catione attingi
debent.*
et publicatio quæ
fuit facta in curia, attēdenda est, quando factæ sunt
plures. Card. in procemio cle. in f. dixi in repe. l.v-
nicæ. not. vlt. C. de senten. quæ pro eo quid inter-
est. nec sufficit publicationē fieri in curia, sed re-
quiritur quid fiat in qualibet prouincia, vbi serua-
ri debet. §. 1. vt factæ nouæ consti. Alex. conf. 18. in
causa. col. vlt. in 6. vol. & cons. 2. in causa. col. 1. in 7.
vol. Et constitutio statim facta publicatione ligat
scientes, ignorantes verò non nisi lapid. duobus mē-
sibus l. fin. ff. de decre. ab ordin. faciēd. c. 1. nec ob-
staret. de concessio præb. in 6. gl. & ibi Domi. & Pe-
rus. in c. cum singula. de præb. eo. lib. Bar. in c. 2. co.
12. nu. 61. cum seq. de constitut. quia tūc præsumitur
scientia, ideo allegans ignorantiam postea eā pro-

bare debet, sc̄us ante duos mēses. Bonif. in proce-
mio. clement. §. penult. in f. & quando dicatur pub-
licè aliquid fieri, vide per gl. in cie. 1. de tepul. & p
Calca. cōl. 77. col. 5. Et de publicatione testū, quā-
liter fiat, & ex ea quis effectus producatur, tradit
Spe. in tit. de teste. §. satis vtiliter. Et nouē ex qui-
bus instrumentum publicatur, idem Spec. in titu.
de instru. edit. §. breuiter commmemorēmus. & §.
ostenso.

b. Dignitates. Ecclesiasticas, tam regulares, quā
seculares, vt infra patet, quia indefinita æquipollit
vniuersali. c. vt circa. de ele. in 6. intellige collatiuas
non verè electuas, vt infra dico. & supra in verbo Dignitates
omnium dignitatum. ista tñ dignitates in ecclesiis non deben-
cathedralibus regni nō debentur, nisi canonici
illarum ecclesiarū ex cōsuetudine, vt dico latius in
15. q. tract. nominat. nu. 38. vers. 22. Ideo oportet q.
nominatus faciat se in illa creari canonicum ad il-
lum effectū, videlicet obtinēdi dignitatem, vt
patet in rubricade referuatio. supra. §. vltimo. nam
vniuersitatis nō possunt derogare priuilegiis, sta-
tutis, & cōsuetudinibus ecclesiarum, nec aliis etiā
legatus. gl. in c. pro illorum. de præb. Et si potestas
nominandi concessa vniuersitatibus fit, non tamē
derogādi priuilegiis ecclesiarū à Papa cōfirmā-
tis. Et dignitas est quādam præeminētia in ecclē-
sia cum iurisdictione, vt in c. de multa. de præb. vbi
dixi. & notandum est, quid dispēsatus, vt obtinere
possit dignitates, non censemur dispensatus, vt ha-
beat episcopatum, vt not. in cap. fin. de filiis pref-
bytero. & cap. 1. eod. tit. in 6. Sic consuluit Decius
confi. 442. in replica. incipien. vt presupposita. post
Panorm. in c. dilectus. de concessio. præb. per illum
text.

c. Personatus.) Est quādam prærogatiua in ec-
clesia sine iurisdictione, dum habet stallum in cho-
ro honorificum præ aliis. Panor. in c. de multa, de
præb. Domi. & alij in c. 1. de consuetu. in 6. Bal. in c.
dudum. 2. colum. 4. de elec̄tio. Ioannes de Selua in
tract. de beneficio. in 1. parte. qua st. 2. versi. sed be-
neficiorū. & c. gl. in verbo personatus, in extra.
execrabilis in extra. cōmunitibus. & adhuc in multi-
tis ecclesiis lingua occitanæ vulgo vocātur perso-
natus, vt Bituris audiui.

Et personatus non est dignitas, si propriè sumat-
ur. teste Oldra. conf. 150. in ecclesia. col. 2. Secus si
largè, quia tunc sunt synonymia, & sunt tanquam
genus & species. Dom. in d. c. 1. per c. cum accessi-
sent. de constit. [vide tex. in c. ad hæc. de offi. vica.
vbia] accipitur, vt dixi in praxi beneficiali. post
prin.]

d. Administrations. Largè sumitur, vt compe-
hendat prioratus, & alia beneficia, quæ etiam no-
minatis & graduatis, si in tēpore præstituto vacēs,
debētur. tex. & ibi Card. q. 6. in ele. 1. de rescript. c.
2. de arat. & qualit. & intelligi secundum propriæ
personæ cōdecentiam, & conformitatem. §. volu-
mus. infra. eo. nisi sit prioratus cōuentualis, & verè
electuus, qui ad nominationem regis pertinet, vt
tradit tex. in §. monasterii. supra. de regia ad præl.
nominat. facien. vide Imol. in ele. vna. col. 2. nume.
14. de suppl. neglig. præla.

Dispēsatus
ad dignita-
tes, non di-
citur ad e-
piscopatum
dispen-
sus.

Quid sit
personatus

& officia a ad eorum collationem, prouisionem, nominationem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem, vt præfertur, spectantia, graduatis huiusmodi, qui literas suorum graduum cum tempore studij debitè insinuauerint, conferre b teneantur c. Beneficia d verò e quæ in duobus sequentibus f mensibus vacare contigerit, illa iuxta iuris communis dispositionem personis idoneis g

Quid si of a Officia ecclesiastica.) Ecclesiasticum autē officium, est administratio rerum ecclesiasticarum siue iurisdictione, vt sacrif. c. i. de cōsuet. in 6. lo de Selua, in tract. de benef. in 1. parte. q. 2. multa scribunt doct. in rub. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. & in rub. de off. deleg. Ioan. Francis. in tract. de off. & potestate. c. sede vacante. in 2. p̄lud.

Episcopus b Conferre.) Ergo pro se retinere beneficia vacantia episcopus non potest, vel alias collator, sed ea conferte tenetur, vt hic arg. c. fi. de instit. c. per verstras. de iure patr. ita tenet Bertachi. in tract. de episcopo, li. 4. 2. partis. q. 24. nec poterit creare vicarium, qui sibi cōferat, quem idem sit cū episcopo. c. 2. de consuet. in 6. Sed collatores procurant habere vicarios à Papa, qui eisdem conferant, quod non seruante regnicoz, ne sibi omnia beneficia dicēcēs episcopi retineant, quod est iuri exsum. not. in c. relatum. de præb. & in c. non indiscretè. de procur. & cle. pen. illo tit. & not. in c. i. de off. vicar. in 6. vbi & quā de cōferat, & quid oē se fōtuo.

Vicarius & episcopo. & quā de cōferat, & quid oē se fōtuo. & not. episcopum posse creare vicarium cum potestate substituēdi, & is substitutus à vicario poterit conferre beneficia vicario: quia videtur institutus ab episcopo, à iure episcopi confert, non vicarij substituentis: parui enim refert, an ipse ordo elegerit, an is cui ordo negotiūm dedit. tex. in l. item. §. j. quod cuiusque vnuer. finomi. fac. c. is cui. de off. deleg. in 6. Fel. in c. post cessionem. col. vlt. de probat. scripti abundē de his vicariis in praxi beneficia. paulo post principium.

C. Verbam te- uer n- ce- cissatem ad factum quis tenca- tur. Teneantur.) Necessitatem importat. gl. in §. in super. de collatio. in prag. dixi supra in §. i. in gl. debeat. & in gl. teneantur. eod. tit. & si quis præcisè ad importac. factum non tenetur. l. si quis ab alio. ff. de re iu. cū similib. tamen non procedit de exequitate canonica. c. qualiter. de paet. Panor. in c. pertuas. de arbi. c. veniens. col. pen. de iure iur. vel quando quis ad factum ex legis dispositione tenetur, tunc præcisè cogitur. l. si cum exceptione. §. sed & si qs. ff. quod metus cauf. Bart. & alij in l. stipulationes non diuiduntur. q. 8. ff. de ver. oblig. ne legis dispositio ludibrio sit. arg. l. fi. §. vbi autē. C. de bon. quā lib. Alioqui si collator aliter quam hic statuitur, conferat, prouidetur in §. seq. & in §. f. infra eo. Et intellige secundum tempus iuris, videlicet ut patronus clericus intra sex menses præsentare debeat. c. vno. de iure patr. in 6. & collator intra sex menses conferre. c. 2. de concess. præb.

Beneficiam grādo lar- gissimi de- bēti. d. Beneficia.) Largè accipitur, vt in c. postulasti. vbi Fel. post alios de rescript. & in regula prima. de

reg. iur. in 6. rex in c. olim. d. c. b. signi. lat. c. in q. 9. tract. nomina dixi. Barb. in c. abbatem. col. 5. ibidē, text. in c. cū liberū. & ibi gl. descpul. quod eit verū quando exprimitur in iure, vel constitutione: se- cū in impetratiōibus quæ sunt odiosæ. Card. in cle. si Romanus. de præb. Ioan. de Selua in tract. de benefici. in 1. parte quæst. 3.

e Verò.) Adversatiue ponitur, tam in iure quam *Diilio ve-* in facto. l. si cum filius. ff. de donat. §. venditæ insti- *ro quid si-* de rerum diuis. Et sic vult dicere text. q. ordinatij *gūficer.* collatores tenentur conferre beneficia vacantia. in primo mense graduatis: beneficia verò quæ in duobus sequentibus mēsibus vacare contigerit, li- berè conferre possunt, idoneis ramen vt sequitur.

f Sequentibus mensibus.) Intellige de mēle Maij *Mensis in* & Iunij, & hic dicimus computari menses, prout *mandatis* sunt constituti, non per trīginta dies, vt in c. quam *quoniam cō-* sit. Et ibi gl. de elect. in 6. Card. in c. licet. de suppl. neglig. præl. Computabuntur tamen à media no-*te vltima Iunij, vsque ad medianum noctem vltimā* mensis Iulij. argu. l. more Romano. ff. de inferiis. & infra dico in tractat. nomina. q. 16. Menses verò in mandatis apostolicis sic computantur, videlicet à die tertia mensis primi, vsque ad tertiam secundi: vt si mandatum præsenteretur die 20. Januarij, finie- *tur mēsis 20. Feb. Bar. & alij in l. cum bissexto ff. de* ver. sig. Dec. in l. vbi lex. de reg. iur. Et si mandati- *rius acceptare poterit beneficium vacans 21. Fe- bruarij. Quod est notandum, quia fui de hoc sepius interrogatus, & infra in forma mandati apostolici plenius dicam in verbo mensem.*

g Idoneis.) Etiam de iure communi idoneis be- *Idoneis be-* neficia sunt conferenda, non inhabilibus, vel con- *neficia con-* sanguineis signatis. c. graue. de præbend. c. c. parte. ferri debet *sanguinis* & ibi Card. q. 2. de constit. c. ad decorem. de instit. non con- extraag. ad regimen. de præbend. in extrauagan. *ignaris.* communibus. glo. in §. l. in verbo idoneis. de colla- iu prag. c. is cui. de præb. in 6.

l. mō conferentes indignis, tenentur ecclesiaz, *Conferens* quā laeserūt, ad intercessi, si inferiores à Papa fue- *indignis ad* rint: ad similitudinem magistratus, qui minus ido- *indignis ad* neo pupilli tutelam commisit: tenetur enim, si cō- *netur &* tra tutorem male administrantem non potest pu- *indignis* pillus haberere regressum. l. . ff. de magist. cōuenien. *peccat.* Bonus de Curtili in tract. de nobilit. in 3. parte. nu. 153. allegat Petrum de Anch. in cle. l. in vlt. notabili de æxate & qualit. Fel. in c. si quando. col. 4. nu. 7. de rescr. & nihil est quod magis officiat ecclesiaz, quā quod indigni ad regimen ecclesiarum assumantur. c. nihil. de elec. ideo peccat mortaliter confe- *re*rens indigno, vel eligens scienter indignum: tum quia graue est inexpertos Dei seruitio applicare. c. monasteria. 19. q. 3. gl. pen. in cap. ad apostolicam. de reg. tum quia domino suo est infidelis, com- mittens indigno eius ministerium, contra id quod dicitur in Euangeliō, fidelis seruus & prudens, &c. Nam hoc vergit in detrimentum ecclesiaz, & ho- noris diuini, qui per bonos promouetur, & colitur. & melius est habere paucos bonos & utiles, quam multos inutiles. c. tales. dis. pe. de æcta. & qual. Arch. in c. si quis episcopi. i. q. 1. Floren. in 3. parte summa tit. 20. c. 2. §. 2. in cōferendo. & tit. 22. c. 5. §. 18. rub. de FF 4

potesta. Papæ in clericos. vide quomodo electores tencatur de mala administratione in dignit. per gl. in verbo, au^tores. c. i. §. quoniam. de elect. in prag. Et talis præsumitur conferens, qualis is cui conferatur. c. tantis. in f. 81. distin. [facit c. & hæc duximus. in f. 16. q. 7 & is dicitur idoneus, qui valet administrare. c. 2. de concessio. præbend.]

Et sic fauore conferentes, vel non permittentes ecclesiæ iustè ordinari, ut sacrilegi, iudicadi sunt. c. Sunt quidam. i. q. 1. Et hodie bene multi reperiuntur, quibus potest dici, Deus ignoscet illis, quia ne sciret quid faciunt. Scient autem postea, cum ob hoc in inferno perpetuo cruciabuntur. Quotusquisque hodie collator est, qui bonos & doctos querat? Deus nouit, ne plura. [Nam boni & docti hodie ferè mendicant, & ignari omnib. beneficiis onerati sunt. Ideo nescio quid dicā, nisi quod paucos credo bonos, q. a similes diligenter, & tamē bonos ferè videmus omnibus priuatis bonis, dicam cum psal. Deus conseruet eos, & beatos faciat eos in terra, & nō tradat eos in manus inimicorum eius, quippe apud quosdā collatores plus valent preces mulierum, & malorum, quam iustorum, quod dolendum referimus.]

Idoneus *Quis* verò dicitur idoneus, supra eo, in p̄f. ad quis dici. ista rub. declarauit. Et nota q. idoneus etiā dicitur iur. etiam is, qui per dispensationē est effectus quāuis natura- per dispen- liter attēto iuri cōmuni non esset habilis, nā quan- satum.

factū ciuiliter operatur eundē effectum, quem factum naturaliter sufficit factū ciuiliter. I. fi. & §. si ff. mandat. I. si inater. C. de institut. & subst. Bal. in I. fi. de iis qui ven. q̄ta. impetra. Et quem esse idoneū ad beneficia, non procedit à natura, sed à iure, ergo sufficit verificari per iuris fictionem, & principis dispensationem, vt exp̄f. tenet Dec. conf. 542.

Dispensatus *præsupposita*, col. 2. & in c. At si clerici §. fi in fi, col. pe, de iudi. quod facit vt collator etiam possit istū dispensatū gratificare. Nam paria sunt, vt aliquid fiat ex privilegio, vel iure cōmuni. tex. in l. liberos. & ibi pulchrit. Bal. C. de colla. Dec. conf. 629. queritur, col. 2. licet cōf. 695. visa donatione. nu. 17 & seq. teneat cōtra, sed ista cōfilia vix mihi p̄suadere possum. Decij esse, q. a stilo illi. dicitur, videlicet & iudica.

a. Liberē.) Id est, sine alicuius contradictione. cap. irrefragabili. de off. ord.

Quot mo- Secundō, liberē dicitur sine metu, glof. in sur dictio. §. simoniaca, in verbo. liberē, de elect. in prag.

Tertiō, liberē dicitur, id est, non vacato aduersario. c. i. de homici. in 6. & sine requisitione, c. de multa, notab. 4. per Pan. ibi, de præb. Calder, conf. 6. rub. de reli. domibus.

Quartō, liberē ex mera voluntate, exponit glo. in cle. vt ij qui. de æta. & qualit.

Quintō, liberē, id est, de iure communi. gl. in c. lator, de homicid. quam singularem dicit Barb. conf. 3. clementissimi. col. 4. in 2. vol. & in tracta de præstan. Card. in 3. q. 1. partis. num. 24. col. 4. c. 1. vbi Bald. & alij. de rescr.

Sextō, liberē, id est, sine sententia Domi. 22 q. 1. dicit dominus. & c. de ilhs. de sponsa. & Barb. in ad- dit. ad Pan. in c. fi. de adult.

Septimō, liberē non perita licentia. cle. dudum. §. si verò idem prælati, de sepul. c. cum plures. de of. deleg. in 6. c. 1. de cens eo. lib. c. 2. & ibi Pan. de loca. c. statuimus. de regul.

Octauō, liberē, idem est quod sine dispensatio- ne. c. à multis. & ibi Card. de ætat. & qualita. glo. in cle. vlt. illo tit.

Nonō, liberē, id est, sine pacto promissione, seu conditione illicita, vel transactione. tex. & ibi Ioā. Mon. exponit in c. vno. de rer. perm. in 6. & gl. in c. dudum. in verbo, liberē de præb. eo. lib.

Decimō, liberē, id est, præscriptione, vel appella- tione, non obstante gl. in c. i. de cens. in 6.

Vndecimō, liberē, dicitur sine canonica solen- nitate. tex. & ibi Barb. in c. fi. col. 2. de feud.

Duodecimō, liberē, id est, sine metu perjurij, ex- ponit Decius conf. 131. reuocatur, in prin. & liberē etiam exponit non expectato fine mensis. Ioā. And. in c. fi apostolica. & ibi Perus. de præb. in 6. vel liberē, id est, sine qualificatione. §. confanguineis supra de regia ad præla, nomina. fac. vbi dixi. vide tex. in c. quia nos. de testa. vel sine superioris aucto- ritate. cle. fi. & ibi gl. de iur. patr.

Decimotertio, liberē, id est, gratis, c. ad aposto- licam. de Simo.

Vltimō dicitur liberē, id est, sine impedimento, & contradictione. gl. in c. ordinarij, in verbo liberē. de offi. ord. in 6. Franc. Curt. conf. 2. Vasallus. col. 1. conclus. 3. post tract. feudorum. Barb. in c. i. col. 4. de rescr. Et in tracta de præstant. Card. in q. 3. 1. partis. nu. 24. vel purè & sine conditione. gl. in verbo liberē. cle. vna. de renun. hoc tamen verbum restringi- tur secundum alia iura, gl. in c. cum nobis olim. in verbo, liberam, de elect. Deci. in c. reprehensibilis, notab. 2. de app. & per hoc intelligetur. §. declaran- tes. in verbo, liberē. tit. proxi. infra.

Nec obstat verbum teneatur, quod importat necessitatem, vt supra dixi, & tamen hic dicitur liberē. Responde quod collator idoneis tenetur conferre. c. de multa. & c. graue. de præb. Sed liberē, id est, etiam non graduatis, dummodo idonei sint. Et liberalitas est in cui conferendo, vt dicit gl. in c. relatum. de præb. & c. quātus. in 1. illo tit. in 6. vel in genere eligendo. Cald. conf. 2. rub. de rer. permuit.

Et an verbum liberē importet ipso iure? plenè de more scribit Egregius senator D. Andreas Tira- quellus in interpretatione I. fi vnquam. in verbo reuertatur. num. 11. & sequent. C. de reuocatio. do-

nation. Et si libertatem habeat conferendi, ta- men debet conferre iuxta iuris dispositionē, vt di- cit hic tex. ideo poterit cōferre suo nepoti, si aliud idonei.

canonicum non obstat. cap. dilecto. & ibi Panor. in 1. notab. de præbend. imo etiam propriis filiis,

vel aliis confanguineis idoneis. glof. & doctor. in cap. 1. de cohab. cleric. & mulier. [cap. episcopus.

10. quæst. 2. vbi Card. & c. decenter. 89. distin.] Dec. confil. 129. Panorm. in conf. 96. Iesu. in 2. vol. Et pa- tronus proprium filium poterit præsentare. Pan. in c. quia

c. quia clerci. & c. consuluit. de iure patro. quia potius tenetur suis subuenire, quam extraneis. ceteris parib. c. non satis. 86. dist. Nemo enim præsumitur habere carnem suam odio. c. non estimemus. 13 q. 2. eo. prohibetur cōferre cōsanguineis, ne p. illos ecclesiæ lēdātur, sed si idoneis cōferat, cēsat illa causa, ergo & cōstitutio. Arch. pulchri ī c. omnino. in fi. ro. q. 2.

Episcopi sum cacci circa nepotes.

Hodie tamen episcopi sunt cacci circa nepotes. gl. in c. peruenit. 1. q. 3. Ita vt hodie armū dextrū (id est pinguia beneficia) habeat, & adulatores, vt Leui. 7. c. ille de filiis Aaron, q. sanguinē, vel adipē obtulerit, habebit armū dextrū in portione sua. Ille dicatur offerre adipem, qui suauiter vngit, vt adulator. Et ferè omnes sacerdotes vocant filios suos nepotes, sed intellige nepotes fratum. Et quomodo verbum liberè restringatur ex natura actus, ponit Fel. in c. causam. 2. col. 12. nu. 2. & seq. de rescr.

viris graduatis a per vniuersitatem nominatis (qui gradus & nominationis literas cum studij tempore debitè insinuauerint) conferre seu præsentare teneantur. Beneficia vero quæ in quinto & sexto mensibus vacare b contigerit, simili modo personis idoneis liberè conferre, seu personas ad illa præsentare possint. Beneficia autem quæ septimo mense vacare contigerit, graduatis, qui simili modo literas gradus cum tempore studij debitè insinuauerint, conferre teneantur. Beneficia vero quæ octauo & nono mensibus vacare contigerit, pari modo personis idoneis conferre, seu personas idoneas ad illa præsentare teneantur. Beneficia autem quæ in mense decimo vacare contigerit, graduatis, nominatis, qui gradus & nominationis literas cum tempore studij debitè insinuauerint, per eosdem ordinarios conferri, seu ipsi ad illa præsentari debeant. Beneficia autem quæ undecimo & duodecimo mensibus vacare contigerit, per eosdem ordinarios personis idoneis iuxta iuris cōmunis dispositionē conferri, seu ipsi ad illa præsentari debeant,

Requisita a Viris graduatis.) Et sic antequam nominatis sint in nominatis conferenda beneficia, requiruntur sequentia. Primum q. sit vir, & nō mulier, ibi viris, licet mulier abbatisla vel priorissa possit esse. c. indemnitatibus. de elec. in 6. non tū possunt ei cōcedi nominationes, de quibus hic quia vir excludit mulierem. l. 1. ff. de leg. l. scripturas C. qui pot. in pig. hab. l. 2. de vestib. olober. lib. 11. & l. si pater. in fi. de fideicom. liber.

Nisi subiecta materia conueniat etiam mulieribus, tunc non excluditur mulier, vt testificari per tex. in c. licet vniuersis de testib. Dec. in c. 2. de fide instru. text. in c. 1. de præsumpt. Sed non conuenit

hæc materia mulieribus, ergo eis non concedentur nominatio. es.

Secundò, quod in vniuersitate studuerint priuilegiata ad hoc, & sic, non in vniuersitate extra regnum. §. 1. supra eod.

Tertio, quod post studium sit graduatus, ibi graduatis, dixi supra eodem. in verbo graduatis, & in § præterea. in verbo studuerint. infra eod.

Quartò, quod sit graduatus ab vniuersitate, & non sub bulla, ibi, per vniuersitates, &c.

Quintò, quod sit nominatus, ibi, nominatis. &c. & §. volumus. infra eod.

Sexto, q. post tēpus præstitutū sit nominatus, infra eo. §. præterea. nō ante, alioqui ei nō prodest.

Septimò, q. sit nominatus ab vniuersitate regni, & graduatus, non ab vniuersitate extra regnum, de quib. hic nō loqtur, pater in §. monemus. infra eo.

Octauò, quod sit nominatus per vniuersitatem, & non per facultatem, ibi, per vniuersitates, &c. & dico in tract. nominatio. q. 6.

Nond. q. præsentauerit literas gradus & nominationē cū certificatoriis literis tēporis studij, ibi, qui gradus & nominationes, &c. Et literas attestationis nobilitatis, si sit nobilis. §. teneantur. infra eod.

Decimò, q. debitè & legitimè præsentauerit literas suorū gradus, & nominationis, & alia necessaria, seu insinuauerit, videlicet tempore quadragesima: vt in hoc tex. debitè & infra eo. §. teneantur.

Vndeclimò, requiritur quod beneficium vacet, antequam possit acceptari per nominatum, vt in hoc tex. ibi, vacare contigerit.

Duodecimò, requiritur q. nominatus beneficiū vacans petat. §. teneantur. infra eo. & psequatur. §. fi. infra eo. & his concurrentib. nominatus pōterit beneficiū requiri, & sibi cōferri petere. Alioquin non prosequatur, nec inanibus sumptib. se vexet, cū obtainere non speret. arg. l. 1. ff. de inof. testa. & sic summatis vides requisita in nominatis, quæ notes.

b. Vacare contigerit.) Beneficia enim ante vaccinationem conferri non possunt. c. 2. de concess. præb. fallit, vt per Card. in cle. fi. q. 3. de præb. vide licet in canonicatu, de quo dixi supra tit. prox. §. fi. Et dicitur vacare beneficium propriè quādo ecclesia priuatatur sponso. Imol. in clem. vlt. nu. 32. de rescript. & aliis modis quos tradidi in glo. vacantibus. §. monasteriis. supra de regia nominatio. Et intellige quando vacauerit verè, secus si fictè, quia verba debent intelligi verè, & non fictè. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Bart. & alij in l. 1. §. 1. ff. ad l. Falc. Verba enim debent intelligi secundum naturalem intellectū, & non fictum. Deci. conf. 461. visa donatione. col. 3. vide Soci. conf. 260. in causa. col. 8. vers. in cafu nostro. in 2. volu. Bald. & Iaf. in l. gallus. §. & quid si. ff. de liber. & posthu.

Et ideo si legatus vltima die Iunij, vel in mense Iulio contulerit beneficium corā eo resignatū, derogando regulæ de viginti diebus, si resignas moriatur ante viginti dies, & in mēse Iulio affecto non nominatis, nō debetur hoc beneficium nominato, tum quia beneficia causa resignationis vacatia nō debentur eis. §. volumus. infra cod. siue resignationis fuerit facta causa permutationis, siue simpliciter, vt ibi di

Vacare quando beneficium dicatur.

Beneficia in mēsibus non ministrari, an legatus conferre possit.

De collationibus.

ibi dicitur. Tum etiā quia factū legitimē nō debet retractari, licet peruerterit ad causam, à quo incipere non potuit regula. factū legitimē de reg. iur. in 6. nec debet destitui qui ritē fuit inititus. ca. querimoniā de iure patr. Et maximē quādo actus fuit perfectus & cōsummatus, ut sit in hoc casu. Bar. & alij in l. patre furioso. ff. de his q. sunt sui vel alie. iur.

Et per illū tex. dicit Ias. in l. nō dubiū. col. 2. not. 4. C. de legi. Quod quamuis lex ciuilis non posset obligationem naturalē collere, postquā est in esse deducta. per l. Julianus. ff. de cōdī. inde. potest tamē impedire, ne oriatur, sic & legatus potest dispēsan- do impedire, ne beneficiū debeatur nominatis, licet postquam esset debitū, nō posset eisdē tollere. vide pulchrē. Bal. in c. at si clericī. col. pe. nu. 24. de iudi. Dec. in reg. in ambiguis. §. 1. ff. de reg. iur. [Ias. plenē in l. f. ff. de pac.] & postquā legatus potuit derrogare illi regulē apostolice, ergo iure cōtulit, & sic illa collatio validā nō debet retractari: nā postquā est derogatū illi regulē, habetur, ac si facta nō esset.

Nec dicitur praejudicare nominatis, vel in fraudem illorum facere, qui derogādo regulē fecit, vt ipsi nominatis nō acquiteretur, argu. l. qui autē. ff. quā in fraud. credi. l. s. spōsus. §. si maritus. ff. de donatio. inter vir. & vxor. nec enim videtur voluisse fraudare editū, qui sibi prospicit. Vlpian. in l. si pu- pillus in l. ff. de acq. hēt. nec praejudiciū dicitur aliis facere qui iure suo vtitur. c. dilectus. de offi. leg. & ibi. Card. per illū text. Anch. conf. io. 1. col. pen. Fed. conf. 9. Barb. cons. 66. col. 5. in 4. vol. Dec. conf. 260. nam in multis casib⁹ potest praejudicari alicui in acquirēdis, quod nō fieret in acquisitis. l. seruus. & ibi addidi. C. de pact. c. vt super. de reb. eccl. nō alie. Hippol. sing. 194. magna. Franc. Curtius conf. 1. nu. 22. vol. 2. & Auffr. in decif. Tholos. q. 150.

Nam statutū laicorū potest facere vt nō acquiratur ecclesiis, vel clericis: multo fortius legatus, vt non acquiratur qualificatis. Ias. in repe. l. filius. §. diu. 1. lectura. nu. 8. ff. de lega. r. & secundum istam opinionem fuit in hoc supremo senatu iudicatū, Anno 1536. die 13. Maij, contra magistrum Radulphum Thābary theologum, pro magistro Floren- tio Parmentier super beneficio curato. S. Medardi le grand. rub. diceceſis. Nouionen.

*Legatus re-
gule de 10.
diebus de-
rogat.*

Quia si non posset legatus derogare regulē illi de 20. dieb. collatio interim esset in p̄denti, quod est à iure alienum, regula actus legitimē de reg. iur. & nil prodeſſeret eidem legato quod sua maior esset potestas, quām ordinarij, si non posset in mēſibus, vel iuxta menses præſtitos nominatis vel graduatis conferre, & regulē prædictē derogare, nam si Papa posset eam tollere in tortum, ergo & pro parte eidem derogādo, tam per ſe, quām per legatū: quia resignatione admissa per legatum casualiter & fate quodam cōtigit, q. resignans moriatur ante xx. dies, ergo illud nō debet cōſiderari. tex. in l. quæſitum. §. h. ff. de leg. 3. Bal. exprefſim in l. oleo, per illū tex. C. de vſur. Dec. conf. 523. alijs. vers. 2. & in hanc ſententiam inclinat D. Boēt. in tract. de dignit. leg. fol. 27. vers. ſed hic cadit fusius probarem: ſed tanti authoritas ſenatus ſufficiat. Tamē in hoc caſu nō dicitur etiam ſicut vacare per mortem, cum iam fit

prouifum, & regulē cancellariæ derogatum. Se- cū ſi regulē non eſſet derogatum.

Nec obſtat q. paria ſunt aliiquid facere tempore inhabili, vel habili, & confeſſe in tempus inhabile. l. in his. ff. de hāre. instit. l. quod ſponſa. C. de don. ante nup. quia loquitur quādo effectus cōfertur in tempus inhabile: vt dono quando eris vxor, ſed in resignatione admissa per legatum tempore habili, effectus non confeſſur in tēpus inhabile, quia ſta- tim collatio valet, ideō ſiue resignās moriatur, ſiue non, tenebit collatio facta per legatū, declarat Pan- nor. in c. licet. de vitanda, de elect. & c. de vxore. de ſepult. Boēt. in §. 1. de confuet. marr. in confuet. Bi- turig. postquā derogat regulē de viginti diebus.

Et quid ſi testes actoris dicant resignantem fuſſe ſanum die resignationis, & testes rei deponant illū infirmū, quomodo poterunt concordatiſcripti in Legatus an tractatū de proba. teſtium, in verbo concordia te- regulis can cellariae cellariae ſti. verſ. 19. Et an legatus de latere poſſit derrogare poſſit de- regulis can cellariae fine ſpeciali confeſſione, not. regare. doct. in c. quod translationem. de offi. leg. D. Boēt. in d. tract. de dignit. leg. vbi concludit quād ſic, ſed hoſie exprefſim ſolet concedi, & nominatim, vt vidi tempore legationis domini legati de Prato, alia in Francia vix recipereetur.

Nec refragatur q. legatus nō potest cōferre be- neficia vacantia in mensibus nominatorum aliis quām nominatis, fac eſſe, ſed iſtud beneficiū vere vacabit in mense non affecto graduatis, nec nomi- natis, ideō rectē potuit legatus cōferre: imdō ſi va- casset in mense Iulio per resignationem, potuifet legatus confeſſeret, & etiam in aliis mensibus nomi- natis vel graduatis præſtitutis. §. volumus. infra. eo.

In quantum tamen ſupra dixi, q. hic tex. nō ex- tenditur ad vacationem ſicut, intellige niſi eadem Fictus ca- ratio per omnia eſſet in caſu ficto, que in caſu verò, ſus quando compre- tunc etiam haberet locū in vacatione ſicut, arg. c. dativ. ad audienciam. & c. cum dilectus. de cler. nō refid. & ibi per doct. & in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu. Nam etiam statuta concernunt caſum fictum, quādo fictio eſt circa id quod eſt iu- ris, & in quo ſtatuentes habet potestatem. Bar. in l. ſi maritus. in 2. §. 1. ff. ad leg. Iul. de adult. Card. cōf. 60. incip. qua glotus. col. 3. Bar. & alij in l. omnes po- puli. in materia extenſio. reſtrict. ff. de iuſtit. & iure. Alber. Brunus in tract. de ſtatutis excludētibus fo- minas, in 6. art. q. 1. in 4. membr. o. & quæſt. 2. arti. 12. & ſic deberetur nominato beneficiū resignationem in mense Decembris, per legatum collatum, ſi re- signās ante viginti dies moriatur in mense Ianua- riuſ, & non ſit derogatū regulē, quod eſt norandū. Et intellige textū propter verba generalia, quādo etiam vacaret de iure, licet non de facto, quamuis verbum vacare in reſcriptis ſimpliciter prolatum, intelligatur de vacatione iuriſ & facti. text. in c. cū noſtris, & ibi doct. not. de conceſ. præb. Domi. cons. 86. in caſa. col. 1. Fel. in c. in noſtra. correla. 36. verſi. 7. not. de reſcrip. [Imdō etiam beneficia vacantia in mēſibus præſtitutis qualificatis eis regulariter de- bentur quomodo conque vacent, quos modos ex- preſſi in §. monaſteriis. in verbo vacantibus, ſupra de nominatione regia. vnde cū beneficiū per non promo

promotionem vacasset in mense Julio, & ordinarius id temporis noluisse cōferre, sed in mēse Augusti, dixi deberi nominato nō obstante collatione per ordinarium facta, per istū §. qui dicit beneficia quā vacare contigerit: ergo quacunque vacabunt, & quocunque genere vacationis.] Et quid si vaset per regulam cancella. 34. ibi, dicā in praxi beneficialia in explicatione illius regulæ.

Feminina
nomina
providere
debet.

Q Vis.) Com-

ſemina habentem collationem iure ecclesiæ, vt patet per hoc verbum quis, quod complectitur tā masculos, quā fœminas. l. i. vbi scripsi. ff. de verb. sign. l. si quis id quod. de iurisd. omn. iudic. & dixi in q. 8. tracta. nomina. nu. 9. licet fœmina non posset ordines sumere, impeditio sexu & constitutione ecclesiæ, c. sacras. 23. dist. & si sumeret non reciparet characterem. gl. in c. diaconissam. 27. q. i. Card. in clem. 2. de ætat & qualit. Panor. in c. noua. de pœni. & remiss. Dec. in reg. fœminæ. nu. 41. ff. de reg. iur. Tum quia mulieri non licet deferre coronam, c. quæcūque. 30. dist. quam gestare debet clerici. c. duo. de cleri. coniug. in 6. c. duo sunt. 12. q. i. tum etiam quia est sub viri potestate, ideo nō potest recipere ordinis characterem, qui præminentiam significat, quæ nō potest esse in hoc statu subiectionis, eo q. præcepto malè fuit vfa, & ideo subiecta. Genef. 3. c. & c. est ordo. & cap. hæc imago. & c. mulierem. 33. q. 5. Benedici tamen mulier potest, vt officium spirituale legendi, forte in matutinis habeat, teste Soci. in c. ad audiētiam. q. 5. princ. circa finem. de homic. Vide Rotam decis. 21. quædam. de præben. in antiq. Felin. in ca. cum venerabilis. nu. 36. de exceptio.

b Cuiuscunque status.) Ecclesiastici, vt in sequētibus declaratur, siue ergo fuerint cardinales, archi episcopi, episcopi, abbates, priores, patroni, vel alij inferiores collatores, hic comprehenduntur, etiam capitulo ecclesiistarum, vt supra dixi. & fusius in 8. q. tracta. nomina. quibus dirigi possint nominatio- aces, &c. non tamen Papa. vt inferius dico.

Disp. s. tio
non cōpre-
hendit car-
dinales si
non expri-
mantur.

c Cardinalatus.) Ideo exp̄s̄it, quia dispositio quantūcunque generalis, si sit odiosa, non comprehendit superlatiuā, vel maxima seu maiora ex pressis. c. se des. de rescrip. etiam non comprehendit caput. I. eos. C. de aqua duell. lib. II. quā ad hoc allegat Barb. in rub. de reb. eccl. non alie. col. 18. nu. 95. & cle. 2. in fi. de procu. & c. qui ad agendum illo tit. Nec comprehendit Cardinales. c. vno. §. omnē. de schismaticis. in 6. c. 2. de cler. nō resid. & ibi not. doct. Pan. in c. extirpandæ. §. qui verò. in repe. col. 8. nu. 25. de præb. consuluit Anch. cons. 295. & dico in d. q. 8. Rom. cons. 498. in casu. col. 1. Barb. plenē. in tract. de præstan. cardina. q. 7. partis. 1. Et in c. in no-

stra. col. 2. & seq. de rescr. multo fortius Papa etiam non comprehendit. Ideo regule cancellarie, quæ annullant gratias, in quibus verus valor nō est expressus, non habent locum in gratia facta Card. Dec. in c. eccl. not. 4. de conf. col. 7. Fel. in c. ad aures. nu. II. de rescrip.

Nisi factum esset de se malum, quia tunc cum grauius peccet ille, qui est maior, comprehendetur. c. homo. 40. dist. glo. in extra. i. in verb. clericos. de sent. exc. in communib. Dom. in c. nemo. col. 1. de elect. in 6. refert Ias. conf. 117. in causa. col. 3. in 4. vol. Quando dispositio generalis concernit bonū publicū, vel animæ utilitatem, aut periculum, tunc etiam comprehenduntur Cardinales. teste Gomesio in cōment. regu. cancella. de viginti dieb. q. 3. & vide eum in procēmio earū regula. q. 4. Et sunt, vt ex ordine literæ appetat, maiores episcopis, & patriarchis, officio & administratione, & si ratione ordinis episcopus sit maior presbytero, vel diacono cardinali, & propter hoc Papa se appellat episcopum, vt in procēmio decret. & alibi, hoc tener Barb. in tractatu de præstan. cardina. q. 1. partis primæ. Felin. in rub. de maior. & obediens. col. 5. & in c. quod super in fi. de fide instru. Decius plenē in c. cum venerabilis. not. primo. de excep. & cap. ad præsentiam. de appell. gl. in rub. de numero & qualit. cardini. in prag.

Hodie curia Romana tenet, q. nulla dignitas sit maior cardinalatu, cum ipsi cardinales vna cū Papaā iudicent omnes, nec possunt iudicari ab alio, quām à Papa, & suis collegis. c. nemo. & sequent. 9. q. 3. Host. & Ioan. And. in c. dilectus. i. de præben. Et ponendo pileum super caput delinquētis, cardina lis potest liberare eū, qui ducitur ad mortem. Bal. in l. addictos. C. de episcop. audien. Corser. in sing. inci. Cardinalis. Fallit in crimen falsi. Barb. in tracta. de præstan. cardina. in 9. q. partis primæ. num. 7. per tex. sing. in l. Lucius. ff. ad Turpilia.

Nulla di-
gnitas ma-
ior est car-
dinalatu.

Quod non seruaretur in Francia, vbi nullus extra regem gratiam concedit, nec crimen remittit, sed hoc fortè fuit tēpore quo intra se continebant cardinales, & vix in anno contemplationi addicti videbātur, sed hodie multi longè absunt, quod est dolendum, & pro illis orandum, vt videant.] Nam in concilio Basiliensi, quales esse debeat, sic fuit statutum, sint viri in scientia, moribus, ac rerū experientia excellentes, non minores xxx. annis, magistri, doctores, seu licētiati, cum rigore examinis, in iure diuino, vel humano, sit saltē tertia vel quarta pars de magistris, aut licētiatis in sacra scriptura, an si hodie, meum non est iudicare, sed Deum Opt. Max. oro atque deprecor, vt si tales non sint, tales fiant, vide alia in rub. de numero & qualitate cardini. in prag.] Hic possem dicere quid sit cardinalis, vnde dicatur, quot sunt generacardinalū, quot sunt numero, qui sunt, & de eorum titulis, & priuilegiis, sed longum hæc haberēt tractatum. ideo ea licet videre per Aluaro. in tit. episcopum vel abbatem. col. 7. cum seq. [Et per Marc. Cartac. in suo tractatu de cardina. & per Petr. de Môte. in sua monachia. & Barb. in tract. de præstan. cardin. ac Hieronymy. Alba. in eodem tractatu de cardin. & cap. in deciso. Neapol. quæst. 120. Romanæ.]

patriarchalis a, archiepiscopalis b aut pontificalis, vel alterius cuiuslibet dignitatis c contra prædictum ordinem d, & qualificationes superius ordinata, de dignitatibus, personatibus, administratio-nibus vel officiis, seu quibusvis aliis be-neficiis ecclesiasticis huiusmodi aliter quam modo prædicto disposuerit e

a Patriarchalis.) Pro primate quādoq; accipitur, licet diversa sint nomina, c. i. dīx. 99. c. vrbes. 89. dīf. & ibi gl.. Patriarcha dicuntur quādū summus patrū, c. clerōs. 21. dīf. Et sunt quatuor, videlicet Constantīnopolitanus, Alexadrinus, Antiochenus, & Hierosolymit. c. antiqua de priuileiis & hi quatuor euangeliorum scriptores, (quos euangelistas dicunt) representant. c. scriptum est de elect. plenē per Florent. in sua summa in 3. parte tit. 20. c. 4.

b Patriarcha. in primis. tia. Nor. tamen q; hi patriarchæ seu primates nihil nisi vel priuilegi p̄c ceteris episcopis habet, nisi quantum sacri canones, vel eis prisca consuetudo contulit. tex. in c. conquestus. 9. q. 3. & c. duo. de of. ord. Aluaro. in rub. episcopū vel abbatem. in prin. col. pen. vbi tradit priuilegia & ordines ecclesiasticorum omnium, tam episcoporum, quam archiepiscoporum. & melius Albert. in rub. ff. de statu homi & nouissimè per dominum Boer. in trac. de præminentia magni concilij. in f. qui omnes habuerunt à prouinciali ecclesiæ Roman. in princip. vbi fetiat. ista omnia describuntur.

c. Quis fuerit primus archiepiscopus. b. Archiepiscopal.) Viginti quatuor priuilegia archiepiscopori tradit Russus in tract. de præminentia archipræsulū, post tract. de mand. apostolo. ibi licet videre ea quæ archipræsules tangunt, & primus archiepiscopus fuit Iacobus, qui iustus dicebatur. c. porro. 66. dīf.

d. Quid sit or. c. Dignitatis.) Ecclesiasticæ, quia laicus patronus do & quis non ligatur nominationibus, vel gradu, vt dixi su-inducere i. pra. & in i. act. nomina. q. 8. vbi fūsos. & in isto ti-lulo exprimitur patronus ecclesiasticus. ergo alias non adstringitur, arg. c. qualis. 25. distinet.

probare. l. matrem. C. de prob. l. eū auctum ff. de neg. gest. l. emptorem. & ibi. Iac. de prob. Quis ergo debet esse diligens? Nam & ipsa natura hominū desiderat diligentia. l. quod Nerua. ff. de pos. & in tantū quia diligens esse tenerur, qd si ea p̄termissa, quid fecus tenuiat, non excusat ex virtute naturali. l. si seruus seruū. §. si forniciarius. ff. ad leg. Aquil. & debet esse h̄c diligenter utilis, & cōiuncta bona fidei. l. si ita. ff. de manu. testa. & est mater omnī artium in opere suo: negligētia verò nouerca eruditio. 83. dist. c. nihil. & quomodo proberetur negligētia, vide per Bart. in conf. 102. clarissime domine. De hac diligentius scripsi in verbo, diligenter, in interpreta. auth. habita. C. ne filius pro patre, quz iuncta est cum scholastico priuileg.

c. Alteri.) Ergo si collatio fuerit facta alicui tanquam idoneo, valebit, etiā si in mēsibus graduatorum videntur beneficia, secus verò si ordinarius cōtulerit alicui tanquam graduato, qui nō erat, tūc nō leat. valebit collatio, collator enim non erat intentionis cōferendi nō graduato, postquā hoc expressit: nā verba inuēta sunt, vt voluntatē exprimat loquētis. l. Labeo. ff. de supellec. lega. Ideo quod ordinarius potuit, noluit, & quod voluit, implere nequivuit. l. multū. C. si quis alteri vel sibi. c. cū super. de off. deleg. Et quia falsa expressio, seu causa debet vitiare dispositionē quādo requiritur ad substantiā, vt hic Bart. in l. demonstratio. ff. de cond. & demonst. [hoc asserit Lud. Rom. conf. 483. dubitatur. n. 12. per tex. in c. ex parte Asten. de cōcess. prab. &] Fel. in c. quod super. col. i. & seq. de fide instru. Proinde si alij graduati vel nominati, sciuissent eū nō qualificatum, periuissent beneficium, quod nō petierūt, eo qd graduato dicebatur prouisum: & hoc modo collator semper cōferre alicui tanquam graduato, vt aliis via p̄cluderetur. Et sic p̄beretur materia delinquendi. contra l. conuenire. ff. de p̄ct. dotal.

Item sicut processus est nullus, qn̄ aliquis dicit se procedere tanquam delegatus, & erat ordinarius, tanquam ordinarius poterat, sed non tanquam delegatus, teste Bal. in c. cym. ex officij. in fi. de p̄script. Valebit tamen collatio, si ordinarius existimet beneficium vacasse in mensibus affectis graduatis: & sic contulit tanquam graduato, & talis erat, licet tempore libero beneficium vacasset, vt videatur concludere Io. de Selua, in tracta. de beneficio, in 3. parte. q. 54. & in primo casu qd nō valeat collatio, fuit iudicatum in hc. Senatu, & pronunciatur in vigilia purificationis virginis Mariæ, anno 1544. [Inter magistros Gallotū de Montereau appellatē à p̄posito Parif. & Marurinū Hureau intimatū pro beneficio S. Victoris de Briton. dioecesi Carnoten. Et idem fuit iudicatum anno 1548. die 5. Maij, & in mente curiæ retentū etiā inter Petrum Bardault & Marurinum l'Anglois super p̄benda sancti Laurentij, de ville falle. diocesis Senonen.]

Et sic est primus casus, quando confert alicui tanquam graduato, qui non est, & nō valet, vt hic. *quod probat Lud. Ro. sing. 496. primus cōsultatio nis, & Io. de Selua, in trac. de benef. in 3. parte. q. 41.

Secundus, qn̄ cōtulit alicui, nō facta expressio ne tanquam nominato in mēsibus nominatorum, & tunc

*Collatiofa-
lla tanquam
graduato
quandova-
leat.*

Arrestum.

& tunc etiam non valet, ut dixi in tracta nominatum q. 21. num. 3.

Tertius est casus, q. beneficiū vacans in mensib. graduatorū sufficit esse collatū graduato, licet hoc non sit expressū tibi tanq̄ graduato. Et ita fuit cōclusum in curia in pcessu Esclison contra Marinū.

quam graduato vel nominato, non propter hoc irrita a censeatur. Si tamen graduatus simplex aut nominatus beneficium post insinuationem gradus aut nominationis, in mensibus eis assignatis a Irrita censeatur.) Dummodo tamen cōferatur idoneo & habili: alias contra, videlicet si cōferatur hæretico, vel alias inhabili, de quib. scripti in tract. de pacifi. posse. in 4. limita. & in c. graue. de prēb. c. postulaſtis. de cler. excō. minist. & hoc vult dicere hic textus, dum dicit, non propter hoc irrita cēſeatur, ergo propter aliud sic. sumendo arg. à cōtrario, quod est validum. l. i. ff. de offi. eius cui mandat. est iuris d. c. cum apostolica. de his quā fūnt à prāla.

*Nomina-
tu deficie-
tibus gra-
duatis ad-
mittitur.*

Quid si vacet beneficium in mense Iulio vel Iauario deputato nominatis, & nullus sit nominatus, vel nullus insinuavit, an graduat⁹, qui iure insinuavit, possit illud beneficium petere? Videtur q. non, quia certa portio assignata est nominatis, & certa graduatis simplicibus. Ergo unus non poterit habere beneficia alterius. § præfatiꝝ ordinarij. *Supra eo.* Secundò, videtur probare hoc verbum, non propter hoc irrita censeatur.

Cōtrarium credo verius, quia tertia pars beneficiorum est affecta literatis graduatis copulatiuē nominatis, si vident in mensib. illis præstitutis. d. §. præfatiꝝ ordinarij. & in rub. des graduatez simplez, art. 5. & plenius art. 9. ibi, de la tierce partie des benefices ecclæſiaſtiques deuz & affectez, &c. in ordinario. regis. Si non sint nominati, adhuc remanet affecta graduatis, ergo illis debebitur, quia quād vna res debetur duobus, uno deficiente alteri debet dari, & illi soli remanet affecta. l. cum quis. ff. de solutio. & quando debetur Stichus aut Pamphilus, uno mortuo, alter solus dandus est. l. Sichum. ff. de solutio. l. 3. §. idē Julianus. & ibi doct. de eo quod cer. lo. no. in §. huic quoque. insti. de actio. Item nō est verisimile, quod conditores statim se correxerint. l. non ad ea. ff. de conditio. & demonstratio. corrigeant se, si vellent illam tertiam partem iam affectam qualificatis, non conferri graduatis.

Pigetere ista concordata, sunt introducta in fauore literatorū graduatorū regni, & nominatorū, vt in procēdio supra patet. Adhac graduati in suis mēsibus grauantur, vt ordinarius habeat inter eos gratificationē, ergo in aliis reuelari debet, videlicet vt eisdem debeantur beneficia, si nō sint nominati, vei non prosequantur vacantia in mensibus nominatorū. arg. l. eū qui. ff. de iure iur. Vlterius illud debet servari, licet nō sit scriptū quando verisimile est, quod statutū fuisset, si questū fuisset. gl. sing. reputata. in l. tale pactum. §. ff. ff. de pact. secundū Barb. in tract. de præstan. Card. in 7. parte l. partis. penul. col. & in repe. c. Raynaldus. col. 97. &

col. 109. & col. 137. de testamētis. & in rep. l. cū acutissimi col. 21. C. de fideic. l. s. in l. Barbarius. nu. 3. ff. de offi. præt. & l. cum res. col. 2. de leg. i. & cons. 108. col. 3. vol. 4. & in d. §. st. cōgessi fermē sexcentas allegationes in hac materia, quas mihi hic citare faciliē esset, nisi timerē turba allegationū lectorē fatigare. Itē dicitur expressum illud quod fuit in intentione cōdētis. l. cū mulier. ff. sol. matr. Ang. pet illum tex. in §. instit. de leg. patro tute. Et prouisio testatoris facta in vnum casum porrigitur ad aliū, in quo verisimile est testatorem idem prouidisse, si de illo cogitasset, aut de eo fuisset interrogat⁹. tex. solent. in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth. & ibi dicit l. s. q. disp. s̄tio facta in una persona extēditur ad aliam, si ex coniecturis colligi possit, qđ disponens idem disposuisset, si fuisset de illa interrogatus. Sed verisimile est, quod conditores qui ista fecerunt in fauore literatorū, si fuissent interrogati deficiente. nominatis, an beneficia in illis mensibus vacantia debeantur graduatis, respondissent, quod sic, quia octo mēses liberos tantū reliquerūt ordinariis: ergo alios quatuor voluerunt esse affectos & graduatis, & nominatis, & alterius defi. iētibus alteris accrescere, cum sint coniuncti, & re & verbis. de quibus in l. re coniuncti. ff. de leg. 3.

Non obstant supradicta. primū, quod certi mēses sunt statuti nominatis & certi graduatis, ergo beneficia nominatorū nō debentur graduatis simplicibus: alioquin vana esset assignatio supra d. in § præfatiꝝ ordinarij. Resp. Fatoꝝ extātibus nominatis qualificatis graduatis, nō deberi beneficia vacantia in mensibus præstutis nominatis, sed illis non extantibus, vel minus qualificatis fecus. ideo singula singulis referemus utrisque statibus. Nec obest prædicta declaratio posita in d. §. præfatiꝝ, quia fuit facta confusionis tollēde gratia inter graduatos & nominatos, & ne inter eos lites orientur, per illam rub. infra, declaratio priui mēsis. Tamen nō intendit aliquid tollere graduatis, quo minus semper sit eisdē affecta illa tertia pars, aliqui qui sequeretur, quod non stantibus aliquibus nominatis, non esset affecta tertia pars, sed tantum dimidia tertiz, quod esset loqui contra dictum §. præfatiꝝ, & ordinationes regias, & venire contra mentem conditorum, & verba quę afficiunt tertiam partem, & nō solum dimidiā tertia. Ne refragatur iste tex. hic, sed mecum facit, dum dicit collationem non esse irritam, quādo graduatus aut nominatus diligentias nō fecerit, ergo si aliter fecerit diligentias, collatio erit irraſumendo argumentum à contrario, quod est validum. c. cū apostolica. c. de his quā fūnt à prāla. Et sicut primo nominato deficiente venit secūdus, vt habetur in §. seq. ira & nominatis deficiente. bus, vel non rite qualificatis debetur beneficium etiam vacans in mensibus nominatorū graduatis rite qualificatis. & ista opinio est æqua & iusta, quā tenenda est. Et deficiente. bus nominatis secularibus, an debeantur regularibus, vide in §. volumus. in fin. infra eod. vbi dicitur secundum conformitatem, videlicet beneficia secularia secularibus, regularia regularibus esse conferenda.

Vacans

De collationibus.

vacans patienter a, & inter suam insinuationem & perfectam requisitionem non superuenerit quadragesima in qua nomen & cognomen insinuare debuerit, ad beneficium sic vacans eum capacem b ipsum que illud consequi posse & debere decernimus.

Petere de nominatus a Petierit.) Nominatus ergo & graduatus beneficium petere debet per se, vel alium suo tamē nomine, si velit obtinere, alioquin collatio alteri facta duauis & tenebit, vt hic. Hoc enim iudicium (dicitur iurisconsuetudin.) certam conditionem habet, si postulatum fuerit. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de datmn. infest. & magistratus qui non dedit tutorem vel curatorem, tenetur, si interpellatus fuerit. l. 1. §. magistratib. ff. de magistrat. conuenient facit quod non valet processus, si iuramentum calumniae non praestetur, si fuerit petitum intelligitur: alias sic. not. in l. 2. §. sed verum. C. de iure iurand. prop. cal. dan. c. i. eo. tit. in 6. Dec. cons. 607. & seq.

Item, si lex mandet praestare fideiussores, alias annullat actum, si fideiussio non fuerit petita, actus non erit nullus. Paulus in Lvniuersa. C. de precib. imper. offer. per l. peto. §. fratre. ibi, si cautio non fuerit postulata. ff. de leg. 2. vbi etiam dicit idem Paulus se respondisse ad quæstionem statuti dicentis, quod appellans petens restitutionem, debet caueare cum fideiussorib. de reficiendis expensis, & alter processus non valebit, si cautio non fuerit petita, processus non erit nullus. per illū text. imo si iudicis imponatur pena, si causam non expedierit instrumentum requiritur, & institerit, secundum Pan. in c. pe. col. neficij fieri vlt. de iudi. Barb. in c. de causis. col. 6. de offi. deleg. debet.

facit text. in c. significasti. in fi. ibi, si perierit de eo qui duxit in matrimonio. Multa alia possem adducere, quæ de industria omitto. vide tamen Hippolytum in l. nius. §. cognitum. 2. nota. ff. de quæst. & in sua præst. §. nunc videndum est, col. 2. cum seq. vbi plenè videtur licet. Ego multa addidi ad diarium §. hoc autem iudicium. & ad cle. vnicam. de foro compe. in fi. vide Felic. si autem. col. 3. nu. 4. de rescr. & in c. extonore. in fin. & ibi in additione ad eum, ibid. [De hac requisitione debet fieri instrumentum publicum, alioqui non credetur nominato per text. in c. q. de sent. excom. in 6. vers. i. ibi, super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum, vel literas testimoniales confici sigillo authentico consignatas. facit gl. in cle. causam. in verbo. si perita. de electio.] Intelligitur autem nominatus & graduatus acceptare beneficium, petendo sibi conferri per ordinariū, quod poterat illud requirere, quia vacauerat in tempore eiusdem debito, vel recipiendo beneficium sibi collatum. glo. not. in c. i. in verbo. post acceptanceinem. de cōcess. præb. in 6. per text. in cle. vna. illo tit. vel alias, vt per dominos de Rœa. decif. 432. locit in dubiis. in nouis. & decif. 23. rob. de præb. in eiusdem decif. Et duplex est acceptatio. quedam quæ fit ante collationem, altera post, vt per Bonifacium in cle. Si plures. per illum text. de-

præb. [& acceptatio est declaratio mētis, vt scripti in gl. vlt. in vers. 3. fallit infra de excom. Paul. Partii. cons. 117. si querimus col. 2. vol. 4.]

An possit quis sine peccato petere beneficium? q̄ non, si nō procurat prodesse, tradit Ang. in summa Angel. in verbo, beneficium. §. 32. & Pan. & alijs *cato pellit* in c. cum M. in 4. nota. de consti. Collect. in c. episcopatus. de præb. sed hodie pauci hoc cogitant, sed petūt iuuenes, virgines, senes cum iuniorib. atque vt breui dicam petunt omnes fermē [Et mulieres, quib. hodie non dicitur id quod Christus in Evangelio, Nescitis quid petatis, sed cōmuniciter obtinet, & pro iniustis frequenter. vnde melius esset vt cōsidereret, vel alia facerent, quām indignis procurare beneficia, sed nesciunt quid faciūt.] Et in petitione cōsideranda sunt tria. Primus quis petat, gratus, videlicet non odiosus, quia cū is qui displicet ad intercedendū mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. in summa. 49. dist. Lucas de Penna in rub. de legatio. C. in primo requisito lib. 10. Secundum est quid petatur, an sit iustū vel iniustū, nam iustū petentib. non est negādus assensus. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. & Iacobi 4. c. Petitis, & non accipitis, eo quod malē petatis, & dicitur stulta petatio. in l. Dominus ff. de testa. Tertium considerare debemus, à quo petatur, videlicet an is à quo petitur, cōcedere postulatū possit. Lvniuersis. C. de preci. i. impe. of. & Esa. 7. c. Pete tibi signū à domino Deo tuo. & Sap. 13. c. in fi. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est, & pro sanitate quidem ita firmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat, &c.

Et sic in nominato tria requiruntur. Primum in principio videlicet idoneitas, in medio continua-
tio, perseverantia, vt videlicet singulis annis insi-
nuerit nomen & cognomen, & requiritur cōsumma-
tio siue perfectio, videlicet vt vacans beneficium

*Tria in no-
minato re-
quisita.*

tēpore p̄stiruto cōferri sibi à collatore petat, vt hic, teste Bal. in simili. in c. fi. col. 2. de præscr. quæ notes. b. Capacem.) Quia nominationes ligant à tēpore Nomina-
tus ante no-
minis &
cognomi-
nis insinua-
tionē bene-
ficiū p̄te-
rit dicā in §. seq. & sic pater ex hoc textu, quod in
primo anno insinuari debent literæ gradus, & aliae
in secundo nomēn & cognomē sine literis, si tamē
in primo anno vacauerit beneficium; poterit requiri, vt hic, etiam ante insinuationē factam de no-
mine & cognomine separatim sine literis, & ita p̄fectō debet intelligi iste texsus, licet multi mālē
intelligant & sic potest teneri conclusio, q̄ sine in-
sinuatione beneficū nominato debetur, intellige,
sine insinuatione folius nominis & cognominis q̄n
vacat beneficū primo anno, secus diceretur sine
insinuatione nominis facta in literis, quia non po-
test negari insinuationē hominis factā, cū literæ
gradus & aliae exhibentur, sed insinuatio nominis
fit separatim, vt dico in tractatu nominationū, in
q̄ 14. licet dicant quidam per huius finem tex. insi-
nationem posse quilibet tēpore fieri, quod non
est ve

*Instrumen-
tum requi-
sitionis be-
neficij fieri*

*Acceptari
beneficium
quando di-
cetur.*

text. in c. q. de sent. excom. in 6. vers. i. ibi, super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum, vel literas testimoniales confici sigillo authentico consignatas. facit gl. in cle. causam. in verbo. si perita. de electio.] Intelligitur autem nominatus & graduatus acceptare beneficium, petendo sibi conferri per ordinariū, quod poterat illud requirere, quia vacauerat in tempore eiusdem debito, vel recipiendo beneficium sibi collatum. glo. not. in c. i. in verbo. post acceptanceinem. de cōcess. præb. in 6. per text. in cle. vna. illo tit. vel alias, vt per dominos de Rœa. decif. 432. locit in dubiis. in nouis. & decif. 23. rob. de præb. in eiusdem decif. Et duplex est acceptatio. quedam quæ fit ante collationem, altera post, vt per Bonifacium in cle. Si plures. per illum text. de-

etiam

*Sine insi-
natione
quando de-
batur be-
neficiū.*

est verum inspecto isto rex. ac consuetudine & usu Franciae. Vnde iuris. ait, si diurnarū, aut nocturnarū horarum aquæductūm habeā, nō possum alia hora ducere quam in qua habeā ius ducēdī. l. 2. ff. de aqua quotid. Sic nec nominatus, vel qualificat⁹, poterit alio tempore extra quadragesimā insinuare, & hoc iure utimur. dicit. l. 3. ibidē. [& sic hæc clausula in fine posita refertur ad literas etiā gradus & temporis studij, vt debeat tempore quadragesimā insinuari. arg. l. talis scriptura, in fi. ff. de leg. i. & c. 2. requirit de appell. & ne vnares insinuatio diuerso iure censeatur. l. eū qui q̄des. ff. devluc. scripsi abūdātius in tract. nomi. q. 14. nu. 5. & seq. vbi alia vide.]

S. S T A T U I M U S. I.

Collatores & patroni possunt gratificare unum ex graduatis, rebus qualificatis, quo ad beneficia in mensibus eis deputatis vacantia, sed nominata antiquiori conferre debent beneficia in mensibus in additis vacantia, sed pluribus in eadem data concurrenibus cui hoc videatur in texti, vide.

Statiuimus quoque & ordinamus, quod **S**collatores ordinarij & patroni ecclesiastici præfati inter graduatos, qui literas gradus cum tempore studij & attestatio- nenobilitatis debitè a insinuauerint, quo ad beneficia in mensibus eis deputatis vacantia b gratificare c possunt illum

petuum carcerem ad agēdam pœnitētiā ipsum includas, pane doloris & angustiæ sustentādum, vt cōmissa defleat, & h̄ēda ulterius nō committat, & melius est, vt in hoc sēculo agat pœnitentiā, quam signi perpetuo in inferno crucietur.] Pater etiam *Qua debet* *graduati* *insinuare.*

hic quæ debet insinuari per graduatos ex necessitate. Primo, literæ gradus. Secundo, literæ temporis studij. Tertio, literæ attestatorie nobilitatis si fuerit nobilis. alioqui prædicta duo sufficiunt, nec de necessitate alia requiruntur cum text. non dicat. Vide tamen quæ in tractatu nomina. dixi in 14. q. princ. in 6. quæst. & cum hic habeamus determinacionem, nō debemus, ulterius inuestigare rationem, nec alia querere, vt dicit Bald. in l. gallus. §. si eius. nota. 2. de liber. & posthu. refert Ial. conf. 102. quia in dicto. in 4. volumine.

b Vacatia.) Siue per mortem, quæ omnia soluit, §. deinceps. in authen. de nupti. collatio. 4. vide tamen casus in quibus beneficiū nō vacat per mortem, per Feli. in c. cum accessissent. col. 2. de cōstitutio. & nominatio. ut pote si sint vñta, vel quādo præbendē nō sunt distinctæ, vel de mensa, vt ibidem dicitur glo. in c. si propter de rescrip. in 6. in verbo, vacabunt, & in c. quia de præben. illo lib.

Intellige deberi nominatis vacantia beneficia tempore statuto, etiam si vacēt ob nō promotionem. c. licet de elect. in 6. vel per adeptionem episcopatus. c. cum in cunctis. §. cum vero de electio.

Idem si adipiscendo aliud beneficium incōpatabile. cap. de multa. de præb. Et idem per contraculum matrimonium. c. i. de cler. coniu. vel spōsalia per verba de præfeti. gl. & doct. in c. vno. illo tit. in 6. & idem in aliis vacationibus. Ferè de quibus per doct. & maximè per Io. Franci. in tracta. de offi. & protesta. capituli fedē vacante, in ultimo præudio.

Fallit tamen quando vacat per resignationem simplicem, vel permutationis causa factam, vt in §. volumus. vers. insuper. infra eo. dico in tract. nominati. q. 15. nu. 50. 30. modus quibus vacas beneficia, scripsi in §. monasterii. in verbo vacatibus. de nomina. reg. supra..

c Gratificare.) Gratificauit nos Deus in dilecta filio suo. ad Ephes. i. c. & gratificare, est gratuface- *Gratificare* *quid significat, &* *quis, possit.* re. tex. in c. in domo. §. sic itaque. & ibi glo. de pœnit dist. 4. & sic vult dicere tex. quād collator potest ex pluribus graduatis unum eligere, & eidem cōferre beneficium, quod vacat in mensibus præstitutis graduatis. & sic est liberalitas & gratia in cui cōferendo. glo. in c. relatum. de præben. & in c. quamuis. i. illo tit. in 6. & nō mera, quia eligit vñū de certis, videlicet de graduatis. & sic quodā modo necessaria videtur, vt dico in tractatu nominationū. q. 14. nu. 79. & ille, cui fit gratificatio, est naturaliter obligatus ei, qui eum gratificauit, secundū Panor. in c. post electionē. notab. primo. de cōcef. præben. per tex. in c. cū in officiis. de testa. & in quibus casibus sit locus gratificationi, vide tex. & ibi gl. in l. fi. ff. de religio. & sumptu. funer. & per Alex. in l. fi. Titius. in fi. de verb. oblig. & Bartho. in l. si vñ certo. §. quod vñero senectute. cōmod. l. si nō expedit. §. q. si vñroq; de bonis autho. iud. possiden. ff. l. pupill⁹. que in fraudē cred. Rom. singulari. 698.

Papa & le gatus gratificare possum. Sed an legatus possit gratificare, dixi quod sic in tract. nom. q. 17. n. 16. dubitat quidam in Papa, cum non sit dubitandum, quia retinuit sibi maiorem potestatem, quam concesserit. c. dudum. de præb. in 6. & quia plenaria potestatem super beneficium (vt iure cautum est) habet, adhac irrita decernit. §. primus. infra de firma & irrevocabilis concordia. stabili facta contra ista concordata. ergo secundum concordata facta valent etiam per Papam. altius sequetur absurdum quod minoris esset potestatis, quam ordinarius. Et tamē cum omnibus collatoribus concurrit. c. si eo tempore, ubi Ioan. Monach. de elect. in 6. dixi in §. si quis verò supra eod.

Plura beneficiia in dictis mensibus vacatia, etiam compatibilia beneficia an gratificando vni conferre, tum ne quis videret stipe possum. gradua- ferri. Attende, quod non possit collator plura beneficia in dictis mensibus vacatia, etiam compatibilia beneficia an gratificando vni conferre, tum ne quis videret stipendia plurimorum. c. quia de cle. non residet, & ne vnu graduatus ebrius sit pluralitate beneficiorum, & alius esuriat, vt dicit D. Paulus i. ad Cor. ii. Tum etiam quia indigentia plurium graduatorum debet sublevari, & non vnu ditari. c. quia in tatum. de præb. vbi etiam alijs insignatur rationes pluralitatis reprobata, tamen contrarium seruatur in curiis supremis: nam nominato plura collata beneficia in vno & eodem episcopatu adjudicantur, dummodo sit ritè qualificatus. [Adhac quia concordata, vt in procemio patet, voluit prouideri graduatis pauperibus, vt dico in tract. nomina. q. 3. & qui habet beneficium, non est pauper, c. postulasti. de rescr. & non est intentionis Papa, quod personæ pluribus redditi abundantes pauperes clericos super beneficium inquietent. c. ad aures. de rescr. Itē ratione fraudis vitandæ quia ordinarius conferret plura beneficia vni in fraudem alterius graduati, qui primus promitteret restituere vnum ordinario, & sic alij pauperes graduati non haberent beneficia. certè his malitiis obviandum est. c. sedes. de rescr. alioqui vnu graduatus, vel canonicus, vel collatori propitius haberet omnia beneficia in mensibus graduatorum. Ad quod debent aduertere curiæ supremæ, quia multæ indies agitantur & excentur calumniae contra nominatos & graduatos: & vix confert ordinarius & nominatis aut graduatis, nisi illicitis passionibus præcedentibus, aut suis promittentibus aliquid dare. vel facere.]

Irem habens literas expectatiuas à Papa ad tria beneficia, vnum tatum beneficium obtinere ab uno collatore poterit, ita nuncupatum scribit Caffado. in deci. i. rub. de conceit. præb. Quod est valde accomodum huic decisioni, cum nominationes sint quasi gratiae expectatiuæ. vt in tract. nominationi scripti. Ideo distributiue accipiuntur, non collectiuæ, quia Papa in dubio non videtur velle collatorem grauare in duobus. c. mandatum. de rescr. Sic nec nominationes, & sic dicunt quidam in nominatis hoc obseruari, sed in graduatis non, [quibus potest collator usque ad summam illis praefitutam conferre in his mensibus, & hoc seruatur.]

Postremò non est idoneus ad beneficium qui iam vnum habet. c. is cui. de præb. in 6. vbi dicit Perus. 2. no. q. habens potestatem conferendi idoneis, non potest super pluralitate dispescere, & sic habeti be-

nificium aliud conferre. & idoneis beneficia sunt conferenda. vt in §. prafatiq; ordinarij. & ibi dixi supra eod. & singula beneficium singulis sunt committenda. c. cum singula de præb. in 6. Idem nominatis dicerem, vt antiquiori nominato duo beneficia simul vacantia conferre unus collator non possit, vt non occupentur plura in vnum se commoda collaturi, nihilque reliquis reliquerit. text. egregius in l. hac parte. in f. C. de prox. sacro. scrinio. li. 21. Nam ideo inuentum est, vt plures nominationes detur, vel ad plures collatores, & qui plures non haberet, vel ad plures, ei esset imputandum: quia ab uno sufficit semel esse prouisum, quo ad illum. Nam sermo intelligitur de primo. l. boues. §. hoc sermone ff. de verb. sign. facit quod no. Perus. in c. quamuis. i. col. i. de præb. Nec refragatur quod illa duo non excedant summam taxatam in §. volumus. infra eo. esto sane, quia à diuersis potest usque ad summam illa sibi facere prouideri, non ab uno. ideo facta antiquiori prouisione de uno, alter succedit cui debet de secundo prouideri: alioqui fieret fraus, vt supra dixi, & antiquior nominatus totum deglutiret, & alij nihil haberent. [Hec tamen vt prædixi non seruat curiæ, licet videatur iuridica.] Limitare non procedere, quādo ex alio collatore nominat non possit petere sibi prouideri, vt pote quia erat nominatus ad regularia, & alter episcopatus est redactus in seculariem, tunc in alio episcopatu regulari, in quo est nominatus, debet sibi prouideri usque ad summam in d. §. volumus. infra eod. vel si omnia ferentur beneficia vnta sint, in reductione ad secularē, tūc nominatus cōpellere poterit proximum episcopum vbi est nominatus, vt usque ad summam ei prouideat, cum per eum non stet, ei non est imputandum. l. in iure ciuili. ff. de reg. iur. & in hoc maximè debet inspici qualitas personæ, & in foro conscientiae melius esset, quod in uno episcopatu vni prouideretur quādam in diuersis, quia melius possit graduatus & nominatus seruire duobus beneficium proximis, quādam alijs remotis, & tolleretur materia vagationis prohibita in c. quia in tatum. de præb. & expeditet q; non esset alijs nominatus, nisi in uno loco, sed antiquiori prouideretur prius, & postea aliis vt hic statutum est, & antiquior haberet optionem, donec sibi congrueret prouisum esset sine fraude.] An sola petitio afficiat, vide in l. cum quidam. in 2. ff. de leg. 2. & ibi Imol. col. vlt. vbi habetur, quod requisitio vni graduati afficit beneficium, ita vt ordinarius non possit non qualificato conferre. tamē non afficit alios qualificatos, quo minus require posse. sint. arg. illius l. & ita tenet ibi Paul. vide gl. in verbo, disposuerit. in §. si quis verò supra eodem.

Nec afficit requisitio graduati quo minus collator possit gratificare habilem, per istum textum, ibi, quem voluerint, &c. Etiam post requisitionem, alioqui esset in potestate graditorum requirendo auferre eis gratificationem, quod non potest fieri, nisi vt supra scripti, quā semel habuit. Nec obstat glo. in §. quod si quis in verbo tempore vacationis. eo. tit. in prag. vbi dicit posse nominatum acceptare beneficium, si non habeat summam taxatam in d. §. volumus. quia hoc intelligerem, quando non haberet, nec

*Sola peri-
toian affi-
iat.*

Resignans beneficium an si capax nominacionem nec vñquām habuit, secus si illi fuerit semel prouisum ratione gradus, vel nominationum vñque ad summā, & is resignat postea, vt non sit amplius capax ad excludendum alios nominatos, vel graduatos, qui nil habuerunt per rationes prædictas, not.

Ancha. in c. i. cui. 3. not. de præb. in 6. Et sic fuit cōclusum, & in mente curię retentum. Ann. 1543. die

14. Augusti, in hoc senatu, esset tamē capax quo ad ordinarium nominatis nō existentibus, quia ista in fauore nominatorū fuere introducta, & graduatorum vt supra nō semel dixi. etiam si illa beneficia alio iure habuerat posset vti suis nominationibus, vt dixi in §. seq. & si semel gratificauerunt, nō possunt variare. arg. l. serui electione. ff. de leg. i. cle. vna. de renūcia. gl. not. in c. causam. de elect. quia functus est officio suo, etiam si inhabilem & minus idoneum gratificasset, intellige vt dixi in gl. dispositiones. §. si quis verò supra eo, vide Ancha. conf. 214. Franciscus. col. i. & seq.

Cuaeāt tamen collatores, ne in animarū suarum perniciem bonis & doctis alios ignaros etiā suos præferāt, de his enim cogitare debent exactam se reddituros rationē, vt scripsi in repetitio. c. postulastis. de clero, excom. minist. & in tract. nominationum. q. 21. Nēpe comparatis omniū graduatorum moribus præferre debet, quē magis illis præditum inueniet. l. f. ff. de collusio. detegēd. nam dicit tex. in l. 3. §. sed si mulier. verf. tamen plures. de libero. hom. exhib. q. is eligendus est, qui idoneior est, & optimus ex fide, & dignitate eligendū, quod paucifaciunt, sed vñ illis, qui hæc non seruāt. De clausula gratificationis apponenda in impenetratioibus, dico in tract. de pacif. poss. n. 300. limitata. 12.

ex eis, quem voluerint. a Quo verò ad beneficia in mensibus graduatis nominatis depusat. antiquiori b nominato conferre, seu antiquiorem c nominatū, qui literas nominationis temporis studij & attestationis nobilitatis debite insinuauerit, præsentare seu nominare teneantur.

a Quem voluerint. Et sic hoc verbū in prophanis importat liberā voluntatem. l. fideicōmissaria. 2. §. f. ff. de fideicō. libe. l. cum quidā. de leg. 2. glo. in verbo videbitur. in extraug. ad reprimēd. quomodo lafæ maiesta. crimi. proceda. tamen in beneficiis importat voluntatē iure regulatā. c. graue. de præb. & ibi plenē doct. c. cū in cunctis. de elect. Etiā si diceretur, sicut voluerit, & quibus voluerit, adhuc de habilib⁹ intelligi debet. c. sicut manifeste. 12. q. i. Barb. in c. i. col. 2. de succēs. ab intest. Et quādo datur amplia potestas, intelligitur dūmodo q̄s ex fide agat. tex. in l. creditor. §. Luc⁹. & Bar. ff. māda Bal. in c. cum in iure. nu. 9. de off. deleg. Alex. & Ias. in l. si sic. ff. de leg. i. & nota q̄ quando subiecta materia suadet vt verbum voluerit intelligatur de voluntati rationabili, & iusta, tunc si intelligetur. tex. & ibi gl. in c. i. in verbo. vultis. i. dist. Fel. in c. si gratificauerunt. col. vlt. de testib. [Nō poterunt tamen gratificare eū, qui nō studuit per tempus statutum. in §. præter ea. supra eo. p. istū tex. ibi ex eis,

quem voluerint, & sic ex recte qualificatis gratificare debet, si extēt, alioqui illis qui studuerint triēnum. iuxta §. statuimus. 2. infra eo.] dico in tracta. nomina. q. 21. princi. vbi dico qualis debeat gratificari. videāt ibi collatores, nec posset nominat⁹ aut graduat⁹ appellare, ne alius gratificetur, cū ista collatores possint iure facere, & sic appellauerit graduatus, appellatione nō obstāte valebit collatio alteri idoneo facta. Pan. per illum tex. in c. pastoralis. i. no. de iure patr. vbi dicit⁹ præfectat⁹ nō posse etiā appellare, vt alius nō presentetur per patronū, q̄a iure hoc fit, & indulūt à iure beneficii nemini est auferendum. regula. indulatum. de regulis iur in 6. *Naturalis*

Posset etiā collator suū naturalē legitimatum, & collatoris ritē qualificatū gratificare, p. hoc verbū voluerit, an posse & latius dixi in §. præfatiq; ordinarij. glo. idoneis. *gratificari.* supra eod. facit q̄ si Papa faciat gratiā episcopo, q̄ possit cōferre duo beneficia vni ex suis clericis, cui volet, nō tamē poterit ea cōferre illegitimo, quia indulgentia est secundū ius cōmune interpretanda, teſte Collecta. in ca. ex parte. de conceſ. præb. sed si sit legitimat⁹ sufficiet. Pet. de Vbald. in tract. de succēs. ab intest. in vlt. modo legitimandi.

Quid debeat agere nominatus, quando ordinarius cōfert inhabili: Resp. adhuc requirere ordinariū debet, vt sibi cōferat, quid si deneget, ad superiorem ibit, à quo collationē habebit. §. si quis verò supra eo. dixi in tract. nominationum. q. 17. vide Pan. in c. cu. autē. de iure patr. Et si tres gratificant qualificatū, septē verò cōferat nō graduato, valebit collatio minoris partis, q̄a minor pars dicitur facere ex volūtate, cōcordatorum: ideo possunt executores cōcordatorum dici, secus in aliis, vt fuit prolatum arrestū pro magistro du Four, cōtra Guibaud & Cheruyn, super præbenda S. Martini, extra muros Rupellæ, facit quod no. Pan. in c. dudū. i. not. vlt. de elect. * Vbi electio à maiori parte facta de indigno, nō valet, sed à minori parte facta sic, & est cōfirmāda, quia eligētes indignū fuerūt priuati potestate eligēdi, q̄ remāst apud minorē partē dignū eligētē. per c. in cūctis. in fi. de ele. Item vbi sunt plures executores, & vñus digno cōtulit, alij indigno, valet collatio facta de digno. c. duob. vbi no. de rescr. in 6. sic dicemus in hoc casu, & pro hoc consului.

b Antiquiori.) Antiquiorem dico nō atare maiorem, vt in auth. de monach. in §. ordinationem. colla. i. sed tempore. id est, qui primō fuit nominatus. c. fi. 17. dist. gl. in verbo antiquiores. c. fi. de cōsuet. in 6. Aliquando antiquior dicitur, qui diuinus administravit, & sic ratione administrationis. text. in c. i. de paro. & ibi doct. Fusus declaro in tract. nominationum, q. 21. vbi videre licet.

c Antiquiorem.) Habilem. quid si nominatus habeat beneficiū curatū, an simile teneatur ordinarii cōferre eidē: facit tex. hic q̄ sic. & §. sequēs. vbi pōt vsque ad ducētos florenos habere. tex. tamen in c. ordinarij. §. cōferēdis. de offi. ordina. in 6. deci dit nō teneri eidē nominato cōferre, si antea nō ostendat dispensationem sufficiētem, vide ibidem, & in tract. nominationum. q. 14. nu. 43. & gl. in verb. nō possit. §. volumus. infra eo. Et per hoc patet nō obesse antiquiori, licet iunior prius habuerit collationem

Arrestum.

Antiquior quis dicatur.

Nominato habenti beneficium, an ordinarius conferre ait.

quam antiquior, dummodo Papa nō praeuenerit.
§ declarantes, de mandatis, infra.

Concurrentibus autem nominiatis eiusdem a anni doctores b licentiatis, licentiatis baccalaureis, demptis baccalaureis formatis in theologia, quos fauore c studij theologici licentiatis in iure canonico, ciuili, aut medicina d praeferendos esse decernimus: baccalaureos iuris canonici, aut ciuilis, magistris e in artibus volumus praeferri. Concurrentibus autem pluribus doctoribus in diuersis facultatibus doctorem f theologum doctori in giure: doctorem in iure canonico, doctori in iure

In nomine eiusdem amni qualis a suis prerogatiua. a. Eiusdem anni.) Nec refert siue fuerit quis nominatur in principio quadragesimæ, siue in fine, nec maiorem habet prærogatiuam is qui in principio quam is qui in fine quo ad hoc, nisi concurreret, vt inferius scribitur, etiam si is qui primò erat nominatus, non tamē antiquior, prius suas præsentasset nominationes, quia hic non attingitur præsentatio prior, sed antiquitas, quod secus est in mandatis, quando in data pares sunt tex. in c. duobus. de re-script. in 6. dicas tamen, vt infra vers. & si in eisdē, &c. & per Bart. in l. ff. de obseq.

b. Doctores.) Cuiuscunque facultatis fuerint, ideo doctor in medicina p̄fertur licētato in decretis, & in iure ciuili, quādo sunt eodē anno nominati, in quacūqe vniuersitate sint nominati, dū tamē famosa, vt supradictū extitit. [Et sufficit quod sit doctor tēpore vacationis beneficij, licet nō esset tēpore nominationū, q̄a quo ad habilitatē inspicitur tempus vacationis. §. seq. & c. ei cui. de præb. in 6.]

De cancellario ordinis sancti Michaelis. Nota tamē q̄ nullus pōt esse cancellarius ordinis S. Michaēlis, nisi sit doctor theologus, vel decretorū, aut saltē licētatus in istorū altero. Et episcopus, vel archiepiscop⁹, vt vidi in fudatione ordinis militiae S. Michaēlis, edita p̄ Ludouicū regē sacerdotū.

c. Fauore.) Multa in fauore studii theologici priuilegia comperta sunt, quæ tradunt iura & doct. in rub. de magistr. per totum. & ego latè scripsi inter priuilegia scholiarium, quæ concessi in auth. habita, ne filius pro patre. C.

d. Aut medicina.) Secus ergo si esset licētatus in vtroque iure, vel in iure ciuili & medicina, q̄a vult praeferri baccalariū formatū vni, ergo nō vtrique: quia duo vincula sunt uno fortiora. c.i. de treug. & pace. & doct. in c. cleric. de iudi. dico in d. trac. no mi. quæst. 20. princip. Nam absurdum esset, quod baccalariū formatus preferretur licētato in vtro-

Nota pro coditorib. que vel doctori, vt concludit glos. reg. cancell. in 4. parte. nec vult hic tex. contrarium, licet fortè es- contra ma- set difficile obtinere in practica.

gl. art. an gradus. e. Magistris in artibus.) Qui in hoc cōditors defecisse dicunt, tū quia baccalaureatus nō est gradus, tum quia ipsi dicū se habere dignitatem, per gl. in l. lege in prin. ff. ad leg. Iuliā de vi publ. quam baccalaurei etiā in theologia nō habet secundum

easdē, ideo dicū ex affectione ista cōcordata cīse facta, & acceptiōē p̄sonarū in euāgeliō reprobatam. & ad Rom. i. & Act. 10. c. hic esse admittam. Quibus respōdetur q̄ & si in Italia baccalaureat⁹ non est gradus, nec requiratur ad doctoratū. gl. in reg. cāc. Iulij 2. in 3. parte, tamē in Frācia est gradus: & qui habet gradum in nobiliori facultate, est praeferēdus alteri, q̄ in infirma facultate habet gradum, sicut sunt magistri artiū, qui habēt tantū gradum primāvū, & præparatiū ad alios gradus: & ideo alij gradus isti præparatiuo p̄ferri debēt, si- cut dicimus, q̄ tōsura est ordo, & apud canonū p̄fessores, & apud theologos nō. c. cū contingat. de æta. & quali. Syluester in summa, in verbo, ordo i.

Itē maiore dignitatē habere dicitur graduatus, in nobiliori facultate quam alius nō sic graduatus, & per cōsequēs baccalaureus in medicina est maiori dignitate p̄ditus, quā magister artiū: tū quia haberet duo vincula, & duos gradus cōmunius, vide licet & gradū magisterij in artibus, & gradū bac- calaureus in medicina. Et si nō haberet gradū in artibus, tamē quia habet scientiā artiū, & vltra ha- bet etiā nobiliore sciētiā & gradū in ea, ideo praeferri debet isti magistro artiū, & sic cōditorū affe- ctio fuit in bonū, & ob id laudāda. l. nec ei. §. eorū. ibi, sanctissima affēctione duci. ff. de adop. Secus si in malū, Io. 7. c. fugiēda est turba affectū malorū.

Affectio in bonū nō est reprobata.

Nec dicitur acceptio personarum, q̄n circa in- æqualia seruat in æqualitas. Nam & Deus hoc facit. c. ad hoc 89. dist. qui ordines dignitatē secundū merita habe. Pan. in c. de multa. col. 3. de præb. Et Thomas secūda. 2. q. 73. & Syluester in sua summa, in verbo acceptio, post angelū de Clauſ. in eodē verbo, igitur cesset magistri artiū obloqui in cōdi- tores, quia iustè leges hui⁹ tituli & sanctè tulerūt, vt illip̄s & tōsoribus patero pōt, quod adagio dici-

Doctor theologus f. Doctorē theologū.) Ab vniuersitate promotū, promovit & non sub bullā. §. 1. & §. 2. supra eodem. probatur ab vniuer- sitate hac & gaudet prærogativa. fe- trac. nominationū. q. 21. vbi dico quāobrē præfer- trac. nominationū. q. 21. vbi dico quāobrē præfer- tur theologus alteri doctori, & de aliis sciētiis, vbi licet videre. Et intellige etiā theologū legitimē p̄motū, & secundum statuta vniuersitatis, in qua est promovit, vt in §. monemus, infra eo. in quacūqe vniuersitate promovit fuerit, si tamen ibi esset ius promouendi, & vniuersitas esset famosa, vt supra dixi, & in vniuersitate regni vel Delphinatus.

Ius in appella- tionē quid veni- at. g. In iure.) Cuius appellatione venit hic ius canonicū, & ciuile, vt patet infra. vbi etiam postea di-

stinguit facit tex. in c. nouit. de appell. qui hic erat conditores iuris canonici & ciuilis. Papa videlicet, & Rex ille ius pontificium tradit, hic in regno suo ordinationes facit, & pmulgat. ideo appellatione iuris hic vtrūque ius venit. facit text. in c. cum ve- nissent. de eo qui mittit. in possessionē. vbi Bal. di- cit quod si rex facit mētionē de iure, intelligitur de iure regio. sequitur Feli. in c. causam. col. ii. de rescri. Aliquādo tamen secundū subiectā materiā capitul. p̄ iure humano, positio, canonico, ciuili, synodali, vel municipali. gl. in p̄cēmio el. in verbo,

christus re perius in iuris. & ibi latè Bar. & c. i. vt lite pend. & inter hos forte doctores fuit repert⁹ Christ⁹, vt patet Luc. 2. ter doctores idem in a licentiatis & baccalaureis seruari debere volumus. Et si in eisdem facultate & gradu concurrent, ad datam b nominationis seu gradus recurrentum esse volumus. Et si in omnibus iis concurrent, tunc volumus quod collator ordinarius inter eosdem currentes gratificare c posset.

a In licētiatis. Videlicet vt theologus licētiatus præferatur omnibus aliis licētiatis, & eo deficiēt licētiatus in iure canonico, & eo remoto licētiatus in iure ciuilis, postea venit medicus. & idem in bacheloreis intelligendū est, vt sequitur. & not. in c. clericī iud. p. doc. & in l. cū quid. ff. si cert. pet.

Plures do- b Ad datam. (Et sic quādō nominati eiusdem an-
doctores leiu- ni concurrent in eadē facultate, ut pote sunt plures
dati facul- tatis si con doctores theologiæ, tunc inspicitur data nomina-
curat quis tionū, vt si vñus fuerit nominat⁹ in prima hebdo-
preferatur mada quadragesimæ, alter in secunda, vt ille præ-
ferri debeat, qui est nominatus in prima. Si verò omnes fuerint nominati eodē die, arteditur prioritas gradus: vt qui primo sumpserit gradū præferatur. Si fuerit eiusdē facultatis, vt dicit hic text. si verò duo fuerint nominati diuersarū facultatū, is præferetur, qui est graduatus in nobiliōr. hinc alter sit primo graduatus, & hoc p. b. a. h. text. dū dicit in eisdē facultate & gradu, &c. ergo si in diuersis, non, vt not. per Barb. in c. clericī. & ibi De- cius. de iudi. Alia dico in tract. nominatio. q. 21.

Nominati- tiones eius- dem date vñius anni sunt communius vñius date, quamvis dari debet, in vniuersitatibus aliis patriæ iuriis scripti contra- qua petun- tū. Arreſtum. In his vniuersitatibus Franciæ omnes nominati eadē videlicet de prima hebdomada quadragesimæ, qui abusus fuit reformatus in hac vniuersitate doctoribus facultatis decretorum prosequentib.

c Gratificare.) Et debent gratificare legentē nō legenti, vt not. in l. i. & seq. C. vt dignit. ord. serue. li. 12. Et secundū illa quæ scripsi in dicto tract. nominationum. q. 21. vbi fusius videre licet. Alioqui hic alia multa scriberem. Nota tamē q. si collator hollet gratificare, posset compelli, vel superior gratificaret. Io. Monach. in c. pen. de rescri. in 6. v. b. idic. in illo textu canonicos compellendos ad gratificandum iudice imminentē. c. nullus. de iure patro. facit l. huiusmodi. §. fi. ff. de leg. i. & potest ordinarius gratificare etiā nominatum iuniorem, vel graduatum, quando parochialis ecclesia vacat in mēsibus ordinariorū, dummodo gratificet graduatum idoneum, & rite qualificatum, vt dico infra eod. §. Statuimus. 2. in glo. præmisso modo.

Tamē nō potest gratificare eum, cui absque ad summam semel prouisum est, est vt declaratum in prag. sanct. in §. Itē quod ad dictas, in ver. ita tamē.

eo tit. vt etiā scripsi in graduatis, in gl. gratificare supra eo. Ob id postquam est in his nominatis declaratum, ergo & in graduatis seruari debet, quia contrarium nō est expressum, imo est cōtraius, vt satis superq̄ probauit ibidem. Alioqui maior eset deformitas in regno quam olim, quia literum studiosi sacerdotia adipisci nequirēt, aut qui adipisci cuperēt literarum studium abiicere, aut certe deponere cogerentur, quod in procēmio cōcordatorum dānatur, nā vñus graduatus collatoris cōsan- guineus omnia sacerdotia deglūtīt, vt prædixi.

§. VOLVMVS.

Quatuor partes habet. Prima, p̄cepit nominati in literis nominationum beneficia per eos posse exprimere, atque literas nominationum annulat. Secunda, radit quando nominatus in primis nominationum non potest petere beneficium, ut pote quando habet duas probendas in ecclēsia metropolitana, vel cathedrali, vel alia beneficia, seu beneficium ejusque ad valorem ducentorum florinorum auri, de camera in tertia, statutis nominatis prouideri secundum personam decentiam, videlicet nominatis secularibus, de secularibus beneficiis, nominatis religiosis de beneficiis regularibus, nec s. fragatur dis. ensatio apostolica in contrarium. Quarta pars, statutis beneficia vacanta causa resignationis simplicis vel causa permutationis non esse affecta nominatus, etiam si vacant in mensibus eiusdem deputari. Secunda, ibi, si quis vero. Tertia, ibi, & in- siper. Quarta, ibi, quādōque beneficia.

Volumus a autem quod nominati b

literas nominationis ab vniuersita-
a Volumus.) Et sic per verbū volumus vel Per verbū
volumus, sit cōstitutio. l. voluit. ff. de inter- volumus
rog. act. l. nolumus. C. de test. cle. vna. de offi. vicar. fieri potest
ele. fi. de elec. c. si motu. de præb. in 6. Pan. in c. per- enstitutio.
ff. de illum. tex. de test. Ac per verbū placet. l.
l. ff. de manu. test. l. placuit. C. de iudic. c. i. illo titu.
quia quod principi placuit, legis habet vigorē. §.
sed & quod princ. instit. de iure natur. l. i. ff. de cō-
stit. princ. declarauit inferiū in rub. de regia facul.
in verb. quod principi. & quando præfertur ab illo
qui potest præcipere, inducit præceptum. Card. in
cle. i. §. volumus. de foro compe. & volūtas est de-
claratio mentis ad aliquid amplectendum, vel re-
spuendum. Bal. in conf. 17. in fi. in 3. vol.

Ego vero dicere, q. aliquādo voluntas non de-
Volumus
claratur. Ideo definitio nō est bona, per legē si re-
petendi. C. de cōdi. ob cauf. dato. ideo definirem
principis
ff. sic, q. est declaratio, vel cogitatio mētis, & c. l. cogi-
præceptum
ff. de pœn. l. Labeo. de suppel. leg. vbi mul-
tit. cōgessi. vñ dicit gl. in l. i. in verb. fed ego. ff. quod
principis
iussu. quod rogationes dominorum & principum
ff. est.
sunt præcepta. Archi. in c. quod præcipit. 14. q. i.
Alex. conf. 124. in fi. vol. i. & conf. 16. nu. 3. in 3. col.

Imo blāditiæ potentū inducunt iustum metū. gl.
Rex fronte
sing. in l. vna. C. si rector. prouin. quā sing. no. Bar.
au
in cl. 1. col. 4. de testi. & cōf. 60. col. 6. in 1. vol. & cōf.
inducit iu-
30. col. 3. in 3. vol. Ias. in l. de pupillo. §. siq. in 5. q. Bar.
sum metū.
ff. de noui. oper. nūc. ideo dicit Lucas de pena. in l.
litib. col. 3. C. de agricol. & cēf. lib. io. quod rex sola
frōte aut verbo inducit iustum metū. p. tex. in c. cō-
uenior. post prin. 23. q. 8. quia indignatio regis nū-
cius est mortis, & vir sapiēs placabit eū. Prou. 16. In-
tellige tamē p̄dicta secundū ea q. tradūt Pan. Imo.

& alij in c. cū inter R. de ele. Fel. in c. i. de offi. de-
leg. Steph. Maleret. i. trac. de ele. fol. 6. col. 3. & seq.
b Nominati.) Ergo graduati nō debent exprime

re in literis gradus beneficia p̄ eos possessa, quia hic
tatum grauat nominatos, ergo alios nō. arg. l. cum
pr̄etor. ff. de iud. c. qualis. 25. dis. probatur etiā infra.
ibi, in nominationū literis. ergo nō in literis grad⁹
vel tēporis studij, quia ad textū nil addendū est, q.
non hoc requirit, alia dico in tract. nominatio. q. 9.

probatur nominatū detinere beneficiū , vel deti-
nuisse tempore impetratæ nominationis , quia ea
quæ aliquis detinet , vel detinuit , præsumitur possi-
dere , nisi contrarium probetur . gl.vlt.in c.pontifi-
ces . 7 . q . i . not . in c . ad decimas . de resti . spol . Domi-
nici . f . col . 1 . vt lite penden . in 6 . Bald . conf . 357 . No .
pro duce . col . 2 . in 5 . vol .

tibus in quibus a studuerint obtinentes
in nominationum b literis beneficia c per d
eos possessa e, & eorum verum f valorem

a In quibus studuerint.) Si in pluribus vniuersitatibus nominatus studuerit, in illa quā eliget, potest nominari, cū hic dicatur, in quibus studuerint. & ita seruatur, arg. l. f. C. vbi in rem acti. exer. deb. auth. habita. & ibi dixi in priuile. scholariū. ne filius pro patre. Et debet studuisse in illa vniuersitate, in qua vult nominari. per istum tex. qui in hoc nō seruatur. [Et sic potest nominari in vna vniuersitate, & in altera gradū sumere, cū hic gradus nō requiratur, sed studiū tātum, sed vniuersitates nō solent graduatis in alia vniuersitate nominationes cōcedere, quod si facerent valerent per hunc text. qui nō prohibet, dummodo esset adoptatus, & aggregatus in illa vniuersitate, ut fieri nunc solet.]

Ille etiam possidere dicitur, qui omnia beneficia bona, vel maiore partē obtinet. c.i. de resti. spol. in 6. Expressim. Io. de Imo. in cle. i. col. 2. vt lite pend. etiā dicit illum possidere, qui habet liberum cura exercitiū. c. cōmissa. de ele. in 6. c. si tibi. 2. de prēb. in 6. & in dubio quādofit mētio de possidente vel possessore, intelligit de possessione iuris, nō facti, id est, de possessione naturali vel ciuili. I. stipulatio. §. hæc quoq. ff. de verb. obli. nō de nuda detētione, nisi ratio subiectæ materiae aliud inducat. Bal. in l. 1. C. cōm. de vsluc. & cōf. io. in quest. col. 3. vol. 5. Fel. in c. causam. col. 6. de præscr. n. ii. Idē si possideat tan- tum vnū, quia etiā illud tenetur nominatus exprimere, vt dico in tractat. nom. q. 9. vbi trado multas quæstiones super hoc, quas ibi licet videre.

quædam super hoc, quæ non sunt ad hanc sententiam pertinet. *Possides non minime alie- no exprime re non tene- tur.*
Et an appellatione possessionis veniat quasi pos-
satio, vide Ias. & alios in l. 3. ff. de acq. poss. in prin.
Intelligi si possideat nomine proprio, secus si alie-
no, quia statutum loquens de possesso, intelligitur
quando nomine proprio possideret. Are. in rub. ff.
de acq. possel. refert Franc. Curtius consl. 108. facit
l. sciendū. ff. quis sit id. cog. & sic est bona limitatio
ad hunc texū. per quē posset sustineri conclusio,
Magistrorum a. Seu magistris in artibus.) Cū hæc verba denotet ordinem patet q̄ & magistris artiū possunt confererri beneficia in vñilis muratis existentia, in defectum tamen aliorū theologorū, & iurium professorum. Qui præferuntur quo ad hoc magistris artiū etiam si theologi, vel alii hic expressi studuerint tantum triennio, quia magis capaces sunt ad ecclesiastam regendam hi, qui in theologia, vel in iure canonico, vel ciuili, studuerunt per triennium, quām in artibus magistri qui tantum circa nuces laboraverunt. ideo hic tex. illos præmisit, & deficientibus idoneis hi admittuntur. l. vt gradatim. § 1. & l. honor. in fi. ff. de munere & honor. Tamē intelligo hūc tex. quando magistri artiū non essent præmisso modo qualificati, quia tunc dicere eum, qui triennium studuerit, iti præferendum, alioqui cōtrā per hunc tex. si rectè intelligatur: ideo is qui in iure studuit triennium, debet præferri magistro artium, qui est factus ante quinquennium, vt post triennium cum dimidio, quia tunc non est rectè qualificatus, ideo studens trienniū præferetur: sc̄ us, si quinquenniū studuisset, quia tūc esset præmisso modo qualificatus, & alter non admitteretur.

a Vniuersitate) Ergo nō sufficeret si adeptus fuisset magisteriū sub bulla, vel in vniuersitate Auracen. vel in vniuersitate ultra montes, etiam nō sufficeret, cum hic dicat, in vniuersitate priuilegiata, & illa quā sunt ultra montes non sunt quo ad nominationes, & prærogatiwas regni priuilegiata, vt dico in tract. nomi. q. 10. supra eo. tit. plenius dixi.

b Conferantur.) Comprehēdit præsentationem, & ahām dispositionem. gl. in cle. vna. de rerum permūt. & in rub. vt eccl. beneficia sine diminutio. conferant. c. 2. & c. cum nos. is. de conceſ. præb. Ita intelligitur. tex. in §. 1. in verbo, collatore mand. apollo. infra. & in §. præfati. 1. supra eod. ibi, cōferre teneantur. Io. And. in c. ex tenore. vbi hoc expressè tenet, de conceſ. præb. etiam comprehendit commendam. Videlicet, vt non commēderet nisi præmisso modo qualificatis, nam commendā canonicius est titulus. c. dudum. 2. de elec. & largē appellatione collationis venit. not. in c. nemo. de elec. in 6. dixi in tract. de pacifi. pos. in 5. amplia. nu. 33. cū seq. Ideo si nominatus requirat sibi beneficiū conferri, licet ad præsentationem beneficiū vacans spēdet, nō ad collationem, tamē illa requisitio valebit, per

supra dicta, qā error in acceptatione (qñ cōstat de corpore) non vitiat, arg. l. cum in corpus. ff. de acq. ret. dom. de Rota dec. 219. licet in nouis. dixi in tracta. nomi. q. 7. in fi. qā autē hæc requisitio se refeat ad literas nominationum, quib⁹ mandatur patrono ut præsentet collatori ut coferat, Perus. in c. statutum. in 1. not. de præb. in 6. & sic secundum qualitatem personæ. l. plenum. §. cōquitij. ff. de vſu & hab. An data potestate conferendi censeatur data potestas præferendi, tradit Io. And. Imol. in d. c. ex tenore. & Imol. in c. fi. de conceſ. præb. & ego plenē docui in praxi mea beneficia. Erant parochiani possint præscribere ius præsentandi curatum in eorum parochia vide per Alber. in regula, quā propter necessitatem. col. 2. & seq. de reg. iur. ff.

S. M O N E M U S.

Monachus regni vniuersitatis sub priuationis priuilegiorum, vt eos tantum nominent, qui secundum predicta tempora studuerint, & sexua statua vniuersitatum, & non per saltum promoto fuerint, alioqui nullas declarat nominationes, & vniuersitates suspenderet nominandi præ privilegio cōminatur, hoc dicitur.

Monemus d autē præfati.

d Monemus.) Licet regulariter monitio debeat esse trina. glo. not. in c. ex literis. de const. tamen in artibus extrajudicialibus sufficit vna, c. si episcopus. 18. dist. cle. 1. de h. xret. in verbo, requisierint. Inno. in c. ad petitionē. de accus. Pan. in c. cōsuluit. de of. deleg. fallit in c. i. de suppl. negl. præl. & ibi Ant. de Butt. Bar. & alij in l. si finita. § Julianus. ff. de dāno inf. Fel. in c. 2. in fi. de magist. & monitio iudicis habet vim trinæ citationis. l. 2. C. quomo. & quando iudex. sic & hæc principis monitio, ita quod si vniuersitates Franciæ hæc non seruarent, possint peenis legitimis affici, non tamen ex sola contraventione priuilegiis priuari, vt not. in c. ex literis. de consti. Et monitio de occūltis impetrari nō potest pro re immobili, quia est nota, & cōcessa ad reuelandum census, & redditus, fuit annullata in hoc se natu. ann. 1541. die 18. Iulij. Cum cēsus inter immobilia computetur. cle. exiui. §. cīque anni. de ver. fig. Fuit tamen approbata ann. 1544. die 10. Feb. cōtra quendam condemnatum ad expensas: & vt eas solueret, fuit interrogatus, vt bona iudicaret, qui domum alienam indicauit, postea iudex facta inquisitione permisit vti censuris, quod curia approbavit, appellatē quæ ab abusu non recipiendum dixi, eūmque ad emendam condemnauit.

Nota q̄ quando in constitutione est verbū monitio, vt hic, vel præcipio, talia loco trinæ monitionis habentur, vt pulchrit̄ consuluit Fede. de Senis, cons. 109. quæst. magis. col. 2. vide vnum casum singularē, in quo sine monitione quis incidit in pœnā, per Soc. cons. 133. profecto. col. pe. & seq. in 1. vol. Vbi quādō ultra dispositionem legalem emanaret circa idem constitutio particularis, tunc per talem constitutionē videtur quis moneri, & sine alia monitione incidit in pœnā, vt aliquid operetur cōstitutione particularis. sic cōcludit Fede. d. cons. 109. q. & Pan. in c. fi. §. porrò. col. pen. vt lite nor. contesta. regni

Monitio tri na esse de bet fallit vt hic.

Monitio de occūltis pro re immobili impetrari non debet.

Arrestum.

Arreſta.

regni a vniuersitatibus, b sub poena c priuationis omnium & singulorum priuilegiorum à nobis d & à sede apostolica obtentorum , ne collatoribus , seu patronis ecclesiasticis habeant aliquos nominare , nisi eos qui secundum præfata e tempora

a Præfati regni.) Per hoc patet quod vniuersitatibus tantum regni priuilegia in hoc titulo comprehensa sunt data, & graduatis in eis, si sint regnicolæ. & sic qui studer & sumit gradum in alia vniuersitate extra regnum, non habetur per graduato quo ad hæc priuilegia data graduatis regni, secus quo ad priuilegia iuris, quæ tradit Alex. in addi. ad Bar. in l. i. C. de dignitatib. lib. 12. & per Fel. in rub. de magist. & Barb. in procœmio cle. Bologni. in rep. auth. habita. C. ne filius pro patre. & Petrus de Lefnaud. in tract. de priuileg. doct. Et ego cumulauit centum octoginta scholasticorū priuilegia, eaq; palā feci, ut quilibet scholasticus sua posset priuilegia scire, vide etiā quæ dixi in trac. nomi. q. 10. quādo gradua ti regnicolæ in vniuersitate extra regnum promoti gaudere possint priuilegiis, & q.b. ibi licet cernere.

b Vniuersitates.) Studiorum generalium, non vniuersitates ciuitatum, vel castrorum, seu alias communitates, de quibus in rub. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomi. Bar. in l. i. col. 2. ff. de dam. infect. vbi dicit triplicem esse vniuersitatem. & conf. 189. primò queritur. de quibus est text. in c. statutum. §. cum verò de rescr in 6. De illis omnibus hic non intellegitur tex. sed de vniuersitatibus studiorum generalium, & hoc suadetur ex præcedentibus, videlicet ex §. 1.2. & §. præterea. & per totum, supra eo. vbit ex locutus fuit de hac vniuersitate in præcedentibus, ergo & hic loqui censetur. l. si seruus pluriū. §. ff. de leg. i. [De vniuersitate agrorum loquitur iuris. in l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. fig. vbi scripti.] Et dicta est vniuersitas ab unitate quod in vnum colligatur, seu vertatur, quemadmodum rota in asse vertitur, teste Luca de Penna. in l. f. col. 4. C. de re mil. lib. 12. licet quandoque sit diuersitas.

Nota tamen quod vniuersitas nō potest puniri pro delicto commisso per ciues, nisi perpetratur fuit ritex proposito & consilio, etiā si omnes ciues vexillo erecto, & pulsata campana facerent illud delictū sine deliberatione, quia tunc inquiri debet cōtra singulares, & illi puniri tex. sing. in l. semper. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam. Bar. in l. aut facta. §. fin. nu. 9. de pœnis. & Lucas in l. 3. C. de exasto. & execut. li. 12. Fel. & Dec. in c. cum omnes de consti. das. in §. pœnales. n. 26. inst. de actio. & cōf. 139. vol. 4. D. Boer. in tracta. de seditio. fol. 26. Anch. in c. dilectus. 2. col. 2. & seq. de simonia. Idem si consules vel scabini delinquent in sequendo consuetudinem, tunc est delictum populi. c. venientes. & ibi Anch. in l. not. de iure iuri. Et vbi vniuersitas deliquerit, investigatores primò debet corporaliter puniri: vniuersitas verò in pecunia & emēda condēnari debet. Et solet cōcludere procurator regius, q. ciuitas sic delinquēs radatur, & solo æquetur, vt testis est patruus Rebus. in l. quinque. C. de decur. li. 10. & in

rub.de muner.patri.li.eo.col.2.& de ratihabitione
vnuerstatis tradit decisio.Neapolitan.r.176.ex quo
probatum.addidi ad dictum §.si in sepulchro.vide
Hippol.in l.nihil.n.19.ff.ad leg.Cor.de fca.Quod
est verum in delicto momentaneo, sed in habente
causam successivam, ut rebello.tunc ciuitas tene-
tur, dato, quòd cónsilium & deliberatio non præ-
cesserint.teste Anch.conf.158.col.4.& Iaf.conf.136.
in præsenti.col.i.vol.4.

Crimen tñ vnius bene præjudicat aliis eiusdem professionis viris, quo ad diffamatio[n]e, quia ex incho[re] estare aliquorū studentiū diffamatur tota vniuersitas, sicut ex delicto sacerdotis diffamatur alij, & etiam episcopus. c. mala fama. 2. q. 5. & ex mala vita aliquorū aduocatū, & doctorū, vel religiosorum diffamatur ordo ipsorū Bonifa. Vital. in cle. vna. col. 3 de of. ord. Si ergo sola facultas theologie, decretoru[m], vel alia circa hoc deliquerit, aliquē per saltū promouend̄, nō debet puniri tota vniuersitas, nec altera facultas, que nō delinq[ue]t p[er] su[am] radiatio[n]em.

as, nec aetate facultas, quæ non deniq; plurimadicta,
& maximè vbi sicut omniò separat, ut hic Parisis,
& in Môte pessulano facultas medicinae à facultati
ous alius est separata: focus in aliis, quæ sūt cōiuncti.
apud Tholosates oēs facultates cōiuncte sunt, sed

Sub poena priuationis.) Non importat priuationem ipso iure, sed comminationem: ita expresse consenserunt Alex. confessor videtur eo tempore ad hanc

coluit Alex.con.i.103.videtur.co.pe.vol.i.gl.in c.
no.de sagit.tex.in c.salonitane.63.dist.& ibi bona
gl.text.in c.relatum.in f. de iur.patr. gl.in c.non
de regul.in 6.Barb.in repe.c.Raynaldus.col.
ot.de testa.Hoc fallit in sex casibus traditis per D.
Tiraq.in repe.l.si vnquam.in verbo,euertatur.nu.
n.& seq.C.de reuoc.don. vide gl.in §.f. de anna-
is.in verbo,ipso facto.in pragma.

A nobis & à sede. Id est, à rege & à sede apostolica hic rex se præmisit, q[uod]a sua magis interest, vt in Euangeliō, Ego & pater tuus dolēte; quærebamus per vel Romanus Pontifex, qui hęc concordata cōdidit, causa honoris (vt fieri est solitum) Francorum Regem præmisit, vt in c. ego Lodoicus. 63. dist. c. victor. 97. dist. & ibi gl. & in superscriptione epistolæ inter claras. C. de summa Tri. vbi Albe. & in his non est magna vis, nisi quod digniora sunt præponenda. c. auaritia. & ibi Dec. de præb. quod faliit in loquente, qui de consuetudine etiam minus lignum præponit, & non seipsum.

Itē notandum est, q̄ priuilegia possunt dari vniuer p
titib. tā à Papa, quām à Principibus secularibus et
quo ad tēporalia. auth. habita. C. nefilius p patre. la
. quo iure. 8. dist. & videmus multa priuilegia esse. u
data clericis, & ecclesiis per Imperatores. in tit. C. co
sacrae fons eccl & Seo rex. & ibi col. in a. f. de patr. po

et facio iuncte ecclesie & ieq. tex. & ibi gl. in c. f. de reb. u.
ccl. non alien. Super spiritualibus non possent se-
culares dare priuilegia, q[ua]a in spiritualibus nō sunt
superiores. c. ecclesia. de cōst. c. bene quidē. 96. dist.
l. in §. item. vt de cetero. in verbo, regalibus. eo. tit.
in prag. tex. expressus in c. cōuenior. 23. q. 8. in prin.
bi verū ea quā diuina sunt imperatoriaz potestati
ō sunt subiecta. gl. in c. veniēs. de p[ro]f[ess]or. vbi doct.
Praefata tempora studierint.) Et sic vniuersitas
ō potest nominare aliquē iure, nisi stuductit per
tempus

tempus statutum in §. præterea supra eo. vbi dixi, & in tracta. nom. q. 5. Etiam si post nominationes studuerit, & ante vacationem beneficij per istum tex. Et ita fuit conclusum in hoc senatu anno 1522. die prima Aprilis.

studuerint, & secundum dictarum vniuersitatium a statuta ad gradus & non per saltum b promitti fuerint: quod si secus fecerint, ultra nullitatis c poenam, quam in præ-

a Vniuersitatem statuta.) Hic non reperitur quod studuerit per præfata tempora, sicut in nominacionibus, & sic quis potest sumere gradum, dum tamē modo secundum statuta vniuersitatis sit habilis, & sic licet non studuerit per tempus præstitutū, in d. §. præterea. Vel potest intelligi, quod vniuersitates non debent nominare, nisi eos qui studuerint per præfata repara, & secundum statuta vniuersitatū promoti fuerint, & sic requiritur tā in nominato quām in graduato quod studuerint per tēpus præstitutum suprà in §. præterea. & prior intellectus à senatu Paris. tenetur tanquam æquitati cōformis.

Nota tamen quod antequam quis ad doctoratum promouetur decem requiruntur.

Primo, ætas saltem 17. annorum. l. i. §. pueritiam; ff. de posth. quāvis Card. in procēdio. cle. in 2. q. dicat quid nulla ætas est determinata, si habeat alia requisita, sed potest semper quis fieri doctor, nec refert secundum eum, an quis sit senex per etatem, an secundum mores: nam aliqui propter nimium studium præueniunt tempus, ut Paris. & Tholosates. gl. in c. tum ex literis, de integr. resti. & in l. vniuersitatis. C. de proxim. sacro. scrinio. lib. 12.

Secundo, quid per quinquennium saltem studuerit, in procēdio. ff. & prima const. C. quibus facie. c. fi. de magistris.

Tertio, quid in vniuersitate studuerit, & non ruri. c. i. uae. de cler. non resid.

Quarto, quid alias moribus præcellat. l. magistris. C. de profel. & medic. li. 10. & maximē requiritur quid sit iustus, cum sit exemplar bonorum operum scholaribus, alias non est dignus aperire sensum scripturarum, de quo habetur Apoc. 5. c. & Deus revelat humilibus & parvulis, quod interdum abscondit sapientibus, ut est in Euangelio.

Quinto, vt facundiam habeat, ibidem, & l. vna. C. de profel. qui in vrbe Constan. Co. merue. lib. 12.

Sexto, quid habeat docēdi subtilitatem. d. l. vna. Petrus de Lefnayde in opusc. de doc. q. 6. partis 1.

Septimō, quid in suo examine septem doctores sint. Bar. in l. medicos. C. de profel. lib. 10. & l. si quis ibidē quid nō seruatur in vniuersitatibus Franciæ.

Octauo, quid illi doctores iurati deponant illum esse sufficientem, quid etiam non seruatur, vt dixi in repet. l. vnicæ. in verbo, subtilitatem. nu. 22. C. de senten. quæ pro eo quod interest.

Nono, quid sit legitimē natus, quod in aliquibus vniuersitatibus nō seruatur, nisi Valētæ, & de iure illegitimus potest doctorari. c. innotuit. & ibi Bal. col. 2. de elect.

Decimō, non negotiator. l. vna. C. negeciatores Primū ex aene militent, lib. 12. & ista procedunt in doctoribus men docto- regētibus. in aliis omnibus ista nō requirimus, sed rum effi cru mera. primum examen est bursæ, secundum sententia.

Insuper aduertendum est, quid si liber statuto- Liber statu rū vniuersitatis reputatur pro tali libro, licet non torum vni habeat subscriptionem publicam, tamē probat in ueritatis iudicio, hoc teneri sing. Bart. in vlti. glos. in extra probat. uag. qui sint rebelles, & expressius Domi. confil. 15. reuerēda. col. vlt. quod est summē notādum. Item si statutis vniuersitatis cautū sit, quid vniuersitas non possit aliqua statuere contra statuta antiqua, si tamen vniuersitas multum laderetur, si seruaret illa statuta antiqua, poterit eo casu statuere, & ordinare contrarium. l. cum nauarchorū. & ibi patruus meu. Rebuffus. C. de nauicula. li. ii. facit l. si hominem. & ibi Curtius. ff. manda. & non est dubium vniuersitatem in suos statuere posse, vt in c. ex literis vbi etiam not. de constit.

b Per saltum,) Quando quis dicatur per saltum promotus, declaratur in rub. de clericō per saltum promoto. c. i. videlicet, vt tunc dicatur, quādo scho laris sit doctor, vel licentiatus, antequam sit baccalaureus saltum enim facit, & non ascendit gradatione. l. vt gradatim. ff. de munere. plenus declaratur in tract. nomina. q. 21. vlt. limita.

c Nullitatis poenam.) Et sic retractatio & annulatio actus est poena. gl. in c. cognoscentes. de consti. & ibi plenē doct. tex. in c. si religiosus. in si. prin. Annula-
tio actus an si poena.

ibi, in poenam presumptionis illius, electio eadem ipso facto viribus vacuetur omnino. de elect. in 6. c. super literis, ibi, in poenā sua peruersitatis. vbi Bal. no. col. 2. de rescript. & Barb. conf. 17. præclarè. col. pen. in l. volu. intellege quando actus annullatur in odium personæ. l. mort. s. & l. si quis fortè. §. fi. iuncta. l. aut damnum. in princ. ff. de poen. l. testamento centurio. in h. de manu. test. Boci. in decis. Burdeg. q. i. n. 16 & seq. inde est quod statutū faciens quem inhabilem, dicitur esē poenale, ideo restringēdum Pau. per illum text. in l. is qui hares. ff. de vulg. Fel. in c. 2. col. 1. de test. Etiam prohibitio alicuius actus est poena. l. aut damnum. in prin. ff. de poenis. Et sic annullatur hic nominationes, & gradus, in odium personarum eos prouentium per saltum, vel ante tēpus, & ita dicit text. nullitatis poenam. Item dicitur poena, quando actus specialiter contra regulas iuris annullatur. l. senatus. ff. de cōtrah. empt. Dec. & alij in d. c. cognoscentes. Annullatio tamen dicitur poena extraordinaria, & impropriæ. Inn. in c. si verè. de sent. exc. Phil. Peruf. in c. fi. col. 2. de elec-
tio. in 6. Bal. in l. nemo martyres. de factosan. eccl. Alex. in l. turpia. in prin. ff. de leg. 1.

Si verò actus annulletur secundum regulas iuris communis, non dicitur poena. Bald. & Ias. in l. non dubium. C. de leg. [Itaque si actus annulletur dolitione vel culpe, poena est, diuersum, si irritetur ex defectu solēnitatis, quia tunc nō est poena, sed pro uidentia defectus. teste Bal. in d. c. super literis. col. 2. de rescr. per tex. in l. codicillis. §. fi. ff. de leg. 2.] vnde iura quæ annullat testamenta, vel sententias, nō seruata solennitate requisita de iure communi nō dicuntur poenalia. Bal. in d. l. nemo martyres. C. de sacros.

sacros eccl. per l. eius. §. plane ff. de iure fisci. Id est si annuletur in fauore alicuius; ideo quod alienatio minoris, vel mulieris annulatur, non dicitur pena, cum illud in fauorem illorum inducit, & nullum sit delictum, ergo nec pena. l. sancimus. C. de penis. doct. in d.c. cognoscet. vbi vide fuisus. Quod facit ad cognoscendum, quando statuta dicuntur penalia. & sic restringenda. l. cum quidam. ff. de libe. & posth. l. interpretatione. de penis. Pan. & alij in c. qua fronte. j. not. de appell.

fatarum nominationum literis declaramus
et vniuersitates ipsas nominandi priuilegio b
ad tempus secundum culpæ qualitatem et su
spendemus.

Quod non requiratur declaratio sententia. a Declaramus.) Ex hoc tex. patet limitatio ad tex. in c. cu secundum leges. de haer. in 6. vbi licet bona sine ipso iure confiscata, requiritur tam declaratio. fallit ut hic, quod declaratio fieret per legem, vel statutum, aliis modis limitat. Do. & Perus. in d.c. cum secundum. & Fel. in c. Rodulphus, vers. sed declaratoria. col. 22. & seq. de rescrip. & c. cu non ab homine. de iud. vide que addidi ad c. cu secundum. & de quo posuit ista declaratio, tradit Fel. in c. i. col. 12. ver. non obstat etiam huic limitationi, de consti. [Et sic nominationes sunt ipso iure nulla, quod ante tempus qui est nominatus, vel quando per saltum est promotus, ut scripsi plenè in tract. nomina. q. 21.]

Eft priuilegium nomine nationes eorum. b Priuilegio.) Nota q. posse nominare, est priuilegium. Et sic non competit vniuersitatibus extra regnum, ut patet supra in proemio, cum hoc regnico- lis tatum coœsum sit, & an hoc priuilegium possit rruocari, dico in q. vlt. tract. nominatio. & multa dicent hic de priuilegiis, quæ de industria relinquo, ne impleam chartas ex materiis incidentibus.

c Suspendemus.) Patet hic q. duplex pena potest imponi pro uno facto, videlicet ut nominationes ante tempus præstitutum cocessæ sint nulla, & vniuersitates tales nominantes, priuilegio nominandi suspensi possint intellige quod duplex pena imponi potest pro uno facto, quando vtraque per eadem constitutione apponitur, l. placet. C. de sacro.

Duplex pena eccl. Item quando vna esset spiritualis, altera tem- na quando poralis. gl. in c. de his. de eccl. Id est propter criminis pro uno factum, et de imponi enormitatem. gl. & doct. in c. at si clerici. de iud. & quod vna tederet ad interesse priuatum, & altera ad vindictam. vel vna est ciuilis, altera criminialis. l. i. C. quando ciuilis actio præiud. criminis. Bart. in l. prætor. §. i. ff. de iniur. & l. i. & 2. vi bonor. rapt. auth. Imo. C. de actio. & obli. vbi imponitur triplex pena. & in c. attendendum. 7. q. 4.

Et quando vtraque est pecuniaria, tunc imponi potest altera, quatenus excedit, ut l. quoties. ff. de act. & obli. Id est si vtraque prosequatur interesse priuatum, & vtraque delcedat ex facto, ex quo restant diuersi tituli criminis, qui habent se ut species separatae, & distinctæ. l. si adulterium cum incestu. ff. de adult. l. qui de crimine. C. de accus. Si vero orientur propter duo crima, quæ habent se ut genus & species, tunc vna pena sufficiet. l. senatus. ff. de accus. Boët. in decif. Burdeg. q. 289. queritur. id est

quando per nouam constitutionem nra peneretur pena penitus diuersa à prima imposta per ius comune, tuc etiā vtraque exigetur. l. qui sepulchra. C. de sepul. viola. l. quoties. in prin. ff. de act. & obli. & quando vna perse non sufficiebat. c. non solum. infin. & ibi gl. de regula. in 6.

Pena vni Itē quod pro eodē delicto imponuntur penæ *imposta* diuersis, tuc penæ vni imposta non liberat alii, ut *alibet* hic, & in l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cle. l. si familia. ff. de iurisdict. omn. iud. l. pen. ne quis eum qui in ius voca. est, viexi. Itē si ex vnico. excessu plures offendetur. c. i. de re iudi. in 6. pulchrè Barb. conf. 74. omnia. col. 3. vol. 3. vbi plus dicit, quod potest imponi ex uno facto pena, & retractatio actus, quæ est pena, ut hic p. l. nemo martyres. C. de sacrosan. ecc. Fallit etiam in casibus traditis in c. at si clerici. §. fin. de iud. vbi traditur regula, quod quis pro eodem facto non debet dupli poena puniri. fallit, ut supra dixi, vide per Lucam. in l. nemo. col. 6. C. de cursu pub. lib. 12. & l. 3. col. 8. C. de exacto. & execu. eo. lib. [Card. Alex. in c. fraternitatis. coi. 2. dist. 34. vbi elucidat quando plures penæ in lege, vel statuto popultur quæna ex illis imponenda sit.]

Primitus in vna curia an in alia puniri posset. Et an punitus in vna curia possit in alia puniri, videlicet per Bal. conf. 29. vol. 4. & conf. 402. ibidem. & conf. 124. in 5. vol. Barb. d. cōf. 74. col. 3. in 3. vol. Guido Papæ conf. 99. Ioannes, vbi dicit ex stilo curiarum temporalium seruari, quod debito excommunicati compelluntur ad soluendum à curiis temporalibus. per captionem corporis & honorum: donec le fecerint absolu. & si debitor in carceribus detinetur, tamen creditur potest cōvolare ad bona. & cōtra. allegat. Ang. Are. in l. 4. §. si ex cōuenticne ff. de re iud. Henri. Boteum in tract. de synod. episcopi. fol. 58. Philip. Perus. in c. felicis. §. per hoc. de penis. in 6. gl. in §. i. in verbo, permanens. de concubin. in prag. vide Pan. & alios in c. de causis. col. vlt. de off. deleg. Scripsi plenè in tract. de literis oblig. regio sigillo, vel alio auth. signa. ar. 10. & quando imponitur diuersæ penæ à lege, statuto, vel ordinatione, quæ illarum sit imponenda. Præpos. plenè tradit in c. fraternitatis. col. pen. & seq. 34. dist.

S. SI QVIS AVTEM.

Non nominari gradus petentes beneficia in mensibus ordinariis vacancia, ac eos molestantes, ad expensas, danos & intercessus condemnantur. ac fructibus gradus & nominationis sunt priuilegia similiter collatores tenentur beneficia conferre vacancia in mensibus nominatorum & graduatorum ipsis debitis qualificatis, illa pro sequentibus, sub pena suspensionis conferendi in octo mensibus ilius anni hoc dicit.

Si quis autem graduatorum aut nominatorum, in mensibus deputatis collatoribus ordinariis, aut personis ecclesiasticis beneficium vacans, in vim gradus, aut nominationis petierit d., &

Hic §. duas habet partes. Prima imponit penam, graduatis & nominatis: secunda collatoribus, secunda ibi, eodemque vinculo. Petere autem cōtefatum quæ non dicitur.

d Petierit.) Petere non dicitur ante item contemstatam, sed petere velle. l. amplius. ff. rem ratâ hab. Et hoc declarant verba sequentia, & in processu

posuerit, ergo si extra iudicium petierit, nō incidit in pœnam huius tex. sed poterit pœnitere. Arch. in c. placuit primo. II. q. I. Et an verbū petere requirat litis contestationē, tradit Bar. in d. l. amplius. & Ias. in l. si decē cū petiero. col. I. ff. de verb. obli. Geor. Nathan in repe. cle. s. p. e. col. 8. in verbo, causas de verb. fig. Ant. in c. si diligenti. col. 7. cum seq. de for. comp. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test.

collatorem ordinarium. a in vim præfati gradus aut nominationis in processu posuerit, & taliter molestauerit bīllum vltra expēfarum c, damnorū d, & interesse e cōdemnationem fructibus sui gradus & nominatio nis priuandum f esse decernimus. Eodemq; g vinculo collatores ordinarios, & patronos ecclesiasticos, quibus graduati & nominati debitè (vt supra) qualificati suorum graduum & nominationis literas insinuauerint, astrin gitim: vt beneficia ad eorum collationem vel præsentationē spectantia, in mēsibus gra duatorum simplicium & nominatorum va cantia, extātibus præfatis graduatis aut no minatis debitè qualificatis illa pro sequentibus i, aliis quām graduatis aut no-

pensis multa tradit Spec. in tit. de expē. & Lāfran. in repet. c. quoniam contra. in fi. de proba. Petr. de Ferra. in pract. sua in forma libelli in actio. reali. in verb. & expensis. quæ si hic vellem transcribere, ascenderent ad iustum volumen.

d. Damnorū.) Quorum appellatione venit dimi nutio patrimonij. I. 3. ff. de damno infect. gl. in ti. de nomine friuo. app. in verbo, damnorū. Expensæ tamē dam quid de norum appellatione non veniunt. tex. sing. in c. in nostra. de iniur. ideo supra expressit expensas, &c. Interesse est e Interesse.) Appellatione cuius venit propriè lucrum ces crum cessans, & damnum emergēs. gl. & doc. in l. sans & dāvna. C. de sentē. quæ p eo quod interest. & ibi dixi num emer in prefatio. ad illam legem, non repeto, cum liccat gens. ibi videre multa per me scripta in illa materia.

f. Priuandū.) Et sic non est priuatus ipso iure, sed per sententiā venit priuādus, quia participiū futu rū tēporis, & verbum important canonem ferēdā poris impor sentiēt. c. cū tu. de vñsur. l. improbū. C. ex quib. cau infā. irrog. l. in criminali. ff. de iurisd. om. iud. Fel. in c. Rodulphus. de rescr. Fallit in viginti casibus cō gestis per D. Tiraq. in repet. l. si vñquā. in verbo, reuertatur. n. 32. cum seq. C. de reuoc. dona. Et ibi tradit utilitates quæ ex hoc sequūtur, videlicet qñ sit canon latē sententiæ, velerendæ scripsi in arbor. feudo. in fin.

g. Eodem vinculo.) Hic versiculus duobus intel ligitur modis.

Primò, quid sicut graduati & nominati tenētur ad expēfas, damna & interesse vltra nullitatis pœnē, quia literæ nominationū & gradus sunt nullæ, quādo molestant ordinariū collatorē: ita collatores cōferentes beneficia in mēsibus deputatis no minatis vel graduariis vacātia, aliis quā qualificatis, tenētur ad expensas, damna, & interesse nominatis & graduatis vltra nullitatē collationis, & hoc pro cedit si nominati & graduati prosequantur. dixi in 8. q. octauæ quæstio. princip. tract. nominat.

Secūdo, intelligitur quid eodem vinculo astrin guntur collatores, videlicet sicut nominati nō debent petere beneficia eisdē nō debita, sic episco pi beneficia eisdem debita, aliis non debent cōferre, si in mēsibus eisdem præstitutis vident, sub pœna suspensionis potestatis conferendi in octo mēsibus illo anno ad collationem eorum, ad præsentationem liberam spectantibus. & sic non repetit pœnas supra positas, & hic intellectus magis cōuenit textui, vide quæ dic̄ in tract. nom. q. 19. in fine.

h. Extantibus præfatis graduatis.) Ablatiū sunt absolūte positi inducentes cōditionē. l. ab emptio ne. ff. de pac. & ibi Ias. & l. a testatore. de cōd. & de positis condī monst. Ias. in l. I. no. 5. de iure emph. & in rub. ff. sol. tōinem in matr. Vult ergo dicere tex. si sint nominati, & pro dūcunt. sequātur beneficia eisdē debita, episcopus, nō debet alii quā ipsiis cōferre. si verò nō sint nominati, vel sint, & nō psequātur, episcopus tūc cōferre po test etiā nō qualificato, qā semper lex intelligi debet, si petatur, vel si velit, vt Ias. latē dicit in l. 2. C. de iure emph. scripti in gl. ipso iure. in §. si quis verd. fu pra. eo. multa cōgerit D. And. Tira. i rep. l. si vñquā. Prosequi de in verbo, reuertatur. nu. 8. cū seq. C. de reuoc. dona. bet nomina i. Proseguenteribus.) Et sic episcopus pōt conferre imm. aliae. non

Molestans a Collatorem ordinarium.) Et sic si nominatus, prouisum vel graduatus petat à prouiso per ordinarium collab ordinatorem, & in processu ponat, ac molestet, nō incitio, an si puniendus. dit in hāc pœnā. cum hic tex. illud nō dicat, & etiā quia illo qualificato petere poterit, & sic non debet puniri quo ad collatorem, ne duplii pœna cōteratur. ca. at si clerici. §. fi. de iud. & quia bona fides nō patitur, vt bis maximē ab vno exigatur. regula bona fides. de reg. iur. in 6. Alij contradicunt, vt molestas indebitē prouisum ab ordinario, incidat in pœnā: qā satiā dicitur molestare ordinariū collatorem, qā molestia eius prouisū, cū ipse ordinarius teneatur po stea euictio beneficio eidem conferre. c. int̄ cetera. de præb. declaro in tract. nomi. q. vlt. & maximē, quia satiā lucratur ordinarius, qui explet volūtate. gl. in l. pē. ff. de condī. causa data. quam sin. no. Bal. in Marg. in verb. lucrum. q. 3. Dec. in c. ex parte S. col. 2. de rescript. addidi ad d. l. pe. text pro illa gl. dic. vt in q. vlt. tract. nomina. scripti.

b. Taliter molestauerit.) Aliquā taliter molestauerit legūt, & intelligit taliter, videlicet per processum. c. fi. §. sanē. de decis. in 6. ibi, taliter à religiosis, &c. Alij legūt, & aliter molestauerit, videlicet quā per processum, scilicet de factō, & tunc appellatio ne molestie venit iuriſ & facti molestia, vt in l. vna. C. de nondinis. dixi in d. tract. nomi. q. vlt.

Promittē c. Vltra expēfas. ū.) Et sic in expensis tenetur, moderatis tamen. nam promittēs reficere expēfas. de moderatis tantum intelligit glo. sing. in auth. de iudicib. §. oportet. col. 6. secundum Bal. in c. finem. col. 3. de dolo. c. i. in fin. de sequestr. posse. Et de ex-

*collatio ali-
ter facta
non valebit.*
nō nominato, vel non graduato beneficia eisdem
præstituta, & debita, si nominati non prosequatur
nec graduati, vt hic. Idem si antiquior nominatus
non prosequatur, tunc potest iuniori cōferri bene
ficium debitum antiquiori, quia iunior vigilauit, &
prosecutus est: ideo tuam conditionem meliorem
fecit l. pupillus ff. que in fraud. cred.

Item potest conferre parochiales ecclesiæ in ci
uitatibus aut villis muratis existentes nō prosequé
tibus graduatis, aut nominatis, aliis nō graduatis. d.
§. statuimus supra. & dicitur prosequi quādo petet
beneficiū sibi conferri, & obtinuit collationem, &
per eam prosequitur aduersarii usque ad senten
tiā, secus si obtēta collatione ab ordinario taceat,
qua tūc collatio ordinarij nō est nulla, cū non dicat
prosequi, qui cū effectu nō prosequitur. l. i. ff. quod
quisque iuris nam præsumit renunciare qñ ante
sententiā destitit. l. destitisse. ff. de iud. facit gl. in §.
item quod ad dictas in verbo, nominatorū eo. ti. in
prag. scripsi in repet. l. diuus. fo. 15. de senatus. Silla.

Præterea beneficia debita mādatario potest or
dinarius collator conferre graduato, vel alteri, qñ
mādatarius non prosequitur. Rub. de manda. apos.
vers. declarantes prosequentes huiusmodi māda
ta, &c. & in mandatis solet apponi haec clausula, si
vobis pro alio non scripsierimus, qui simile manda
tū, aut simile gratiā prosequatur, vt patet infra in
forma manda. & ibi dixi. Ratio est quia in iuto non
cōfertur beneficiū, regula iuris, iuto. ff. de reg. iur.
& etiam in gratia semper intelligitur clausula, si is
cui conceditur, prosequatur, & vti velit, etiam si
clausula decreti irritantis adsit. Io. Monac. in c. sta
tutum. de prebendis in 6. dixi in tract. no. q. 18. facit
l. proinde. in f. ff. si cert. pet.

Institutio Item institutio facta sine presentatione patroni,
sine presen^{tatione} est ipso iure nulla. c. decernimus. 16. q. 7. in lata, vi
tatione quā delict & prosequente patrono, aliqui nō Pan. &
de si nulla. alij in c. illud. & c. ex intimatione. de iur. patr. Ro
chus in verbo, honorificum. q. i. tract. de iure patr.
plenē Castaldo. in deci. 2. de locat. abunde scripsi in
interpreta. d. c. illud.

Intelligitē & rectē prosequentibus, & debite
qualificatis, vt dicit text. supra in §. præfati. i. & ibi
dixi. & in tract. no. q. 18. Item prosequentibus intra
tempus alias si vellet post sex mēses, non factare
requiritur, vel habita collatione prosequi post triē
num nō posset, sed posset repellere per decretū de
pacifi. posse. vt dixi in tract. de pacifi. poss. in 13. am
plia. nam permisum ad tempus, post tempus vide
tur prohibitum. l. statu liberum. §. i. ff. de leg. 2.

Nomina. Et sic graduatus non tenetur acceptare per pre
tū non tene
dicta primū beneficiū vel nominat^o, etiā si sciat il
lūr accepta
lud beneficium sibi deberi, & se esse antiquiorem,
re primū
beneficium. tum etiā quia hoc nō est expressū, sicut in manda
tis, c. tibi qui. de rescr. in 6. & in c. si cleric^o. de præb.
eo. lib. Imo in §. teneantur. supra eo. dicitur q. gra
duati & nominati, qui nō insinuauerūt, nō possunt
petere beneficia vacantia in mēsibus eisdē præsti
tutis, ergo si insinuauerint, possunt petere. nō dicit
teneātur petere, quia verbū pōt, voluntatē & non
nec esitatē significat. l. sape. ff. de off. præsid. Bar. &
alij in l. Gallus. ff. de lib. & post. Itē non priuatur q.

nisi in casib. à iure expressis gl. in c. vi. de iure. patr.
l. si seru. §. prætor. ff. de acq. hēt. sed hoc nō reperi
tur expressū, ergo, &c. ad hēc. q. i. fauorē graduato
rū & nominatorū est introductū, vt possint accep
tare primū, vel aliud ergo illi fauori renunciare pos
sunt. c. si diligēti. de foro cōpē. In hoc ergo erūt me
lioris cōditionis q. mādatarij. Et i. q. bus differat, di
co infra. ti. prox. in verbo, nominatis. §. declarātes.

minatis non conferant, sub poena suspensionis a potestatis conferendi beneficia in
octo mensibus illo anno b ad collationem eorum ac præsentationem liberam spectan
tibus.

a Sub poena suspensionis.) Cōminatio est, nō pœ
na & infiſcio. possent tamē iudices seculares, & ma
ximē domini senatores hāc pœnā collatoribus im
ponere, & interim persona prouida & honesta, que
suspēsi suppleret defectū, ponideberet. c. graue. de
præb. & etiam si episcopus nō se corrigeret, posset
puniri pœna cōtentia in d. c. graue, vel alia pœna ar
bitraria. Et hāc pœna habebit locum in collatore,
qui confert etiam iure deuol. cum sit eadem ratio,
& quia omnibus præcipitur id d. §. præfati. i. §. si
quis vero. vide ibidē. & qua dico in tract. nomi. q.
8. nu. 19. & can suspensus ab officio censeatur esse su
spēsi à beneficio, vide tex. & ibi gl. in c. si quis si
cerdotum. 81. dist. gl. Pan. & alios in c. pastoralis. de
appel. & de multiplici suspensione tradit gl. in cle
cupientes. de pœnis. Fel. in c. 2. de exceptio.

b Illo anno.) Et sic patet quod intelligitur de octo
mensibus illius anni, & nō alterius, sicut si dicatur,
p̄ tres quadragesimas pœnitentia. intelligitur de tri
bus quadragesimus vnius anni, text. in c. accusasti.
de accus. gl. in c. qui compulsus. 22. q. 5. de qua du
bitauit Corse. in fin. incip. quadragesima. & facit q.
eligentes scienter indignum sunt suspensi per triē
num à beneficiis ecclesiasticis. c. cū in cunctis. §. fi.
de elec. intelligitur de illis beneficiis, quæ habent
in illa ecclesia, in qua fuit facta electio. c. si compro
missarius. in fi. de elect. in 6. Reliqua tangentia ma
teriam huius tituli, dico in tract. nomina. ad quem
recurrito, & sic ex his dicam cum psalte egregio,
Psal. 67. Benedictus dominus die quotidie, prosp
erum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum,
vt ad finem usque sua gratia possim peruenire. Sic
continuando in hoc titulo dictum extitit quomodo
conferri debet beneficia ratione gradus & nomi
nationis, nunc sequitur videre quomodo ratione
mādati. Ideo sequitur rub. de mādati apostolicis.

TIT. DE COLLATIONIBVS FINIS.

Demandatis Apostolicis.

Notandum est, q. olim Romani pontifices
non solebat grauare ordinarios per haec
mandata, sed Alexander tertius (vt reor)
fuit primus qui inuenit ista mādata. c. ea
te. de rescr. quæ demū prosecut^o est Inn. tertius, vt
in c. dilectus. 2. de præb. postea Honorius tertius, vt
in c. capitulū. de rescr. deinceps Gregorius non^o,
vt in c. mādatū, c. cū duobus seq. illo tit. superuenit

postea Innocentius quartus, qui decretalē primā. de concess. præb. in 6. euulgauit. Et post eum Bonifacius octauus cōpilauit decretalem vlt. de præb. in 6. Ultimò Clemens quintus in concilio Viennē. quædam dubia declarauit in cle. vna. de concess. præb. De his Io. And. not. in addi. ad Spe. in rub. de concess. præb. in prin. & in c. duobus. in fi. de rescri. in 6 Pet. Anch. in d. cle. vni. in prin.

Postremò, Papa & rex certā mādatis in hoc Frācię regno, de qua ifra patet, formā statuerūt, & hęc fuit iura, quae in mādatorū materia allegaris solent.

Quae sunt literae monitiones, præcepta, priuilegia, & executoria. Insuper in his mandatis olim Romani pōti. Primo dabant literas monitorias (quasi primarias præcess) per quas monebant ordinarios ad conferēdū mādatariis. Veruntamē quia ordinarij voluntatem summi pōtificis facile nō exequebātur, ideo literas præceptorias inuenierūt, quibus p̄cipiebat ordinariis collatoribus, vt mādatariis cōferre haberēt. Verū si mādatū collatores non exequabantur, nō annullabatur illorū dispositio, sed cōtrafacies erat puniēdus. c. si soli. de concess. præb. in 6. c. dilectus. 2. de præb. Fel. post Pan. in c. cōstitutus. col. 9. n. 28. de rescr. Ideo Romani pontifices literas executorias inuenierūt, per quas mādabatur, vt executores cōpellerent ordinariū ad conferēdum. de his tribus literis habetur in c. eā. & c. constitutus. c. literis. & c. ex insinuatione. de rescr. Veruntamē quia adhuc manus ordinarij non ligabantur, vt collatio in cōtrarium facta non valeret, nisi in tribus casibus.

Primus, quando mandatarius erat creatus canonicus. c. si postquam de præb. in 6. c. duobus. de rescr. illo lib. Fel. in c. ad audientiam. col. 8. vers. literę nō dantur. de rescr.

Secundus, quando erat clausula decreti. c. i. de concessio. præb. in 6.

Tertius, qñ executor inhibuerat collatori, & suę collationi reseruauerat. c. tibi qui. de rescr. in 6. dist. c. si soli. Ideo executoribus potestatem cōferringi literis in executorialibus in recusationē vel negligētiā dederūt. c. si apostolicæ. de præb. in 6. c. si capitulo. de cōces. præb. ibidē. Aliquādō vero dabātur tantū litera executoriæ, vt in d. c. capitulum. de rescr. & ibi amplē de hac materia. & in c.

Materia dilectio. de appell. Verū enim uero, quia hęc mādatorū ria est difficilis, & cōfusa: nam paucos habet tex. & est difficilis dubia super ipsis formis & clausulis decidūtur ar- & confusa. gumētis legalibus melius, quam canonicis cōstitutionibus, teste Petr. de Anch. in cl. vna. col. 1. de cō- cef. præb. ideo putauit hic aliqua quotidiana p̄ mā- datorū elucidatione inferēda. Quot modis capiatu- r mādatū tradit Barb. in c. mādatū. not. 1. col. 2. de rescr. & quid differat à precepto. Fel. & Deci⁹ in c. eāte. illo tit. & quid sit mādatū principi. gl. in auth. de manda. prin. col. 3. in prin. Et quotuplex sit. Azo & doct in eodem tit. C. & per Alber. in verbo, n. ā- datum in dictio. Hic possem multa dicere de mā- dato, sed tantum prolequar materiā congruētem.

§. PRIMVS.

Quilibet Rom. Pomi. potest semel grauare unumquemque colla- torem, decem beneficiorum, vel plurium collationem habentē vno mandato, si vero quinquaginta, & ultra habeat, duobus mandatis, tamen in ecclesia cathedrali vel collegiata non poterit in duabus præbendis grauari.

STATIVIMVS a & ordinamus quod Squilibet b Romanus c pontifex

a **S**tatuimus.) Hic titul⁹ quadrifariā diuiditur. Primò præstituit numerum mandatorū ecclieis Frācię dirigendum. Secundò præcipit mādata dari sub forma inferius descripta. ibi, & vt ob- uietur. Tertiò, referuat sibi papa præventionē omniū & quorūcunque beneficiorū ibi declarantes, &c. Quartò, vult verū beneficiorum valorem ex- primi debere, ibi statuimus, & de hoc verbo, sta- tuimus dictum est in §. i. supra de colla. in t. gl.

De Papa canonicē p̄-moto.

b *Quilibet.*) Canonice promotus, alioqui anathematice cū suis authoribus, fautoribus, & sequacibus, à liminibus sancta dei ecclesia separatus abiciatur sicut antecristus & inuasor, & destructor tot⁹ Christianitatis. tex. in c. i. col. 3. dist. 23. quē tex. di- cit. sing. add. ad Pan. in p̄œmio decretaliū. Gregori- ius. & Pan. in c. licet. de ele. nu. ii. Et alibi dicitur, Si quis pécunia, vel gratia humana, aut populari, seu militari tumultu, sine cōcordi, & canonica ele- ctione cardinaliū fuerit apostolicæ sedi inthroni- zatus, nō apostolicus, sed apostaticus habetur, li- ceatq; cardinalibus illum maiorem anathematiza- re, & humano auxilio à sede apostolica pellere. c. si q. 79. dist. ideo dicit Bal. i. l. impetrata. no. i. C. sen- rescit. nō posse q; princeps legitimè elect⁹ est deus in terris, & maximē papa, sed nō legitimè electus est diabolus, & apostata, & non habet claves cœli, sed inferni, sequitur Bar. in cle. ne Rom. col. pen. de elect⁹. Nec refragatur verbū quilibet, quia de- bet intelligi de habili: vt in l. i. C. de sacro. eccl. & ibi addidi. Alex. in l. i. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunc. & ideo tex. supra de ele. derog. dicit canonice intrantium & ibi Ioā. Dayna declarat quando dicantur canonice ingredi. & Fel. in c. ego. N. col. 2. de iure. per illum tex.

c *Romanus pōtifex.*) Etiā si habitaret extra vrbē Romam, quia non locus, sed dignitas hāc concedit gratiam, arg. c. illud. & c. multi. 40. dist. gl. in verbo, Romanæ. in §. nos iraq; extraua. Io. 22. rub. de præb. Et q; Romæ debeat habitare, cōcludit Oldr. cons. 85. sanctissime. & Alber. in suprascriptione epistolę inter claras. C. de summa tri. dicit tamē tex. in c. le gimus. 93. dist. q; vbi cunque fuerit episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Cōstantinopolitani, eius dem meriti est, eiudem & sacerdotij. Ideo ego ar- bitrio suo relinquō, sicut Præposi. in ca. in nomine domini. 23. dist. instar iudicis. l. i. ff. de iure delib.

Item dicit textus, Romanus pontifex, quia alius quis possit à Papa non potest dare ius ad vacatura. c. nulla. de dare man- conces. præb. c. 2. de præb. in 6. nec ista mādata cō- cedere etiam legatus, vel collegium cardinalium. cle. ne Romani. de ele. c. dilect⁹. i. de præb. gl. in c. si eum. eo. ti. in 6. & c. quāuis. de rescr. illo lib. & sic Papa tantum hęc mādata concedere potest. Imo. in c. constitutus. col. 1. de rescr. Pōtifex enim prin- ceps sacerdotū est, vel dicitur esse quasi via sequē- tium. Ipse summus sacerdos, ipse pōtifex maximus nūcupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atque leui- tas. Ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit. Ipse, quod vnuquisque facere debet, ostēdit. Antea autem

autem pontifices & reges erāt. nam maiorum hęc consuetudo fuit, vt esset sacerdos, & pōtīfex. vnde pontifices Romani imperatores appellabantur. & sunt verba tex. in c. cler. in ver. pōtīfex. 21. dist. Hodie cōuenit soli Papæ, etiā ex communi vīlo quendi. cle. si Romanus pōtīfex. de pōtīb. c. i. de constit. in 6. & ibi gl. & doct. trādūnt, quibus voce tur nominibus. & Prāposi. in c. statuimus. 4. dist.

*Nomina
papa cōue-
nūtia.*

*papa quid
su.*

Aliquando vocatur summus pōtīfex. cle. si summus. de sent. excommuni. Aliquādo vocatur summus sacerdos, quōd nōmen cōpīt à Moyse. c. i. fa-
ctōsan. 42. dist. Et maior est authoritas Papæ, quā sanctorū. c. de libellis. 20. dist. de hac potestate mul ta tradit. Bal. in l. rescripta. col. 3. C. de preci. impēr. offer. & Ollz. in suo tract. de potesta. Papæ. sunt p alij multi tractatus de potestate Papæ, qui potesta tem fusius explicat. ad eos filibet, confugito. Sant tamen quidam heretici, qui nihil potestare in Pa pæ faciunt, cu ip̄i nihil sint nō videntes quōd di cītum est eidē. Tu vocaberis. Cephas. & ip̄is. Dū rum est vobis cōtra stimulum calcitrare, quia Pa pa est omnis super omnia. teste Bal. in c. vno. col. 2. vers. pone quōd p̄alatus qualiter. domi à feud. p̄priè priuēt. & contra hos hereticos, habetur Esa. q 29. c. & erit sicur puluis tenuis multitudo ventilatiū te, & sicut fauilla pertransiens multitudine eorum, qui cōnera te, videlicet Papam, p̄valuenterū.

semel a dūntaxat tempore b̄ sui pōtīficiatus c a Semel.) Dicitur Iob. 33. Semel loquitur Deus, & secūdō idipsum nō repetit. & sic Christi vicarius: ideo hic dicitur semel, & per hoc patet, q̄ prohibetur regnicolis petere secundū mādatū, nūlī vt dicitur infra, quia semel. & nō sapius hic peti cōceditur, vt in simili dicit tex. in l. f. §. sed quia quidā. C. de iure delib. nā eo q̄ prohibetur hic concedere, prohibetur etiā petere, quia prohibito vno de correlatiis, cēsetur reliquū phibitū. l. i. & 2. C. de cu pres. li. ii. probatur in l. f. & ibi pulchrē lal. C. de in dic. vidui. toll. Feli. in procēmio decreta. inci. Gre goriū. in prin. plenissimē per Hippol. in l. si quis vi duā. ff. de quāstīo. Si tamen peteretur mandatum secundū, & per importunitatē Rom. pontifex. cō cederet, nō valeret, si dirigeretur habēti tantum collationē decē beneficiorū, propter illā clausulā decreti positam in rub. de firma & irreuoca. con corda. stabili. infra. nec collatores ratione illius mādati cōferre tenerentur isti mādatario. vt infra eo dico in gl. prāferendos. intellige vt ibi dicitur: q̄a non dicitur hic quōd semel concedere possit vñū mandatum, sed semel tempore sui pontificatus li teras mandati concedere potest, vt sequitur.

Papa an di Nec posset super hoc Papa dispensare, vt supra fēdere p̄f. dixi in praef. ad rub. de col. nam ordo cōfunditur, p̄f. ut p̄iū qñ sua iuris dīctio cuilibet nō seruat. c. peruenit. nūlā. f. l. q. i. & alibi dicitur in c. ecce. 99. dist. Meus nam tuadentur, q̄ que est honor vñuersalis ecclesīx, me⁹ honor est fr̄ atrū meorum solidus vigor. Tunc ergo hono ratus sum, cum singulis quibufq; honor debitus nō negatur. & quia ita conuentū est, contra quā con uentionem altera pars non dispēsat, vt plenē dixi supra tit. proximo, in praef. Et de insinuatione lite

rārum semelfacienda dicit tex. in §. p̄fatiq; grāduati. supra. tit. prox. & plenē dixi in tract. nom. q. 14. ibi, n. quotiens insinuantur, &c.

*Quando
pōtīfici
cedimāda* b. Tempore.) Ergo quocunque tempore, quia in definita æquipollit vñuersalitē. vt circa. de ele. in

6. siue statim facta. coronatione cōcesserit, siue post

gl. in l. in verbo. tempore solutionis. C. de solu tione, vel patruīante vel post. Inq̄d ētiam concessum mandatum ante coronationem valeret. tex. in extraua, vlt. de sc̄n. excom. in cōmūnībus, heet de stylo ante coronationem nō soleant cōcedi, vt vi detur concludere Fel. & recentio. in c. c. te. col. 5. vers. 2. restringit. de refcr. Vide. Prāpo. in c. i. col. 7. dist. 33. est tamē differentia, quia Papa ante coro nationem vtitur bulla plumbēa pro dinidia tantū pātē sc̄lpta. testē Bonif. in cle. vna. §. porr̄. n. 27. de iure. & vix recipētur sic in Frācia, sed post coronationem tota est sc̄lpta, vt ibidē dicitur. Et sic cōcedet mādatum ante quam cedar papatu. c. i. de renū. in 6. quod tā rarū est, siue anis Phoenix, vel antequā moriat, quia mors soluit pontificatū quo ad illum. arg. §. deinceps. in auth. de nup. col. 4. & si vñum tātū mandatū in ingressu cōcesserit, alterū postea, quandounque placuerit, per hoc verbum dare poterit, cum semper. si in tempore sui pontificatus ante mortem & cōfessionem, vt dixi.

c. Sui pontificatus.) Et sic tāndiu potest concedēre haec mādatā, quandiu durat potestas pōtīficiālis. Sed an eo mortuo, vel cōfessione facta expirat. cōf. cessum videtur quōd sic per l. mādatum. C. mād. & §. rectē. inst. illo ti. vbi mandatum finitur morte mādatis re integra. Contrarium teneo in his mādatis apostolicis, per tex. in c. si super gratia. de off. deleg. in 6. ybi dicit non expirare, quādo res nō est integra, vt pote q̄a est collatus canonicae, vel ful minatus processus. Sic tenuit gl. in §. itē voluit. ver. vñsum. in verb. mandatū. de col. in prag. Do. & alij in c. p̄fenti. de off. leg. in 6. Anch. in cle. vlt. not. i. de refcr. Cū ergo in Frācia semper cōferatur canoniciatus secularib⁹, vt in forma mādati inferiore patet, & recipit mandatarius. ergo in Frācia mā data ista per mortem Papæ non expirant. c. vlt. de concep. p̄tīb. in 6. & c. f. si cui. de p̄tīb. illo lib. & in regula cance. decima. Sic tenet Domi. de rotā. de cil. 28. si ep̄fīcōpus. & decif. 349. si Papa in nouis. Perif. in c. f. gratiosē. i. not. de refcr. in 6. Et regula. io. Paul. 3. ista mādata à p̄deceſſore confirmat.

Nota tamen, quōd quando gratia est facta, quāuis non executa, cum quesitum sit ius ad rem, vel saltem ius implorandi officium iudicis, vel executoris, tunc nō expirat morte cōcedentis, per no. in c. si cui nulla. de p̄tīb. in 6. Lappus alleg. 17. an datio. gl. in c. veniens. de renū. Bonif. in cle. gratiae. col. i. de refcr. Fel. in c. ad audientiam. 2. col. 7. ver. literę de refcr. vbi dicit quod expectās apostolicus tantum acquirit ius implorādi executores, vt mādatum exequantur: nō verò obligationem. gl. in c. veniens. de renū. Si tamē executor nolit exequi, non datur actio contra eum, sed puniēdus erit. allegat Domi. & Io. And. in c. i. in prin. col. 2. de concep. p̄tīb. in 6.

*Mandatū
an per mor
tem Papæ
expire.*

Gratia facienda & facta.

Licet quidam docto. non satis practici parum adverteentes ad stilum cancellariae, hodiernum puerum mandata de prouidendo dici gratias faciendas, & non factas, cum per gratiam faciendam non queratur ius in re, nec ad re; ut si Papa pro scholari mādet cui-dam, vt promoueat eum ad gradū doctoratus, tūc re integra finietur mandatum, cum non sit aliquid ius quāsumum scholari, secus in mandato, vt afferit Provinciale, fol. 37. vers. praestantissimē. facit quod notat Fede. conf. 78. causis est. Papa. Imō dicit Bal. in l. mandatum. col. 3. in 4. oppo. C. manda. quod si Papa in gratia mādet executori, vt ea exequatur, non finitur mādatum morte Papæ, licet secus esset si dirigeretur collatori tātum, & non mero execu-tori. alleg. d.c. si super gratia. [Pan. in c. cum ad hoc col. vlt. de cleri. non residen.]

Item per viam contractus est hic permisum Papæ, vt mandata cōcedere possit, quod debet intel-ligi cum effectu. l. a. ff. q. quisque iuris. sed in māda-ta morte Papæ finirentur, non cōcederet cum ef-fectu. imō Papæ autoritate circumscripsi essent mādatarij, contra l. i. C. de his qui veniam xta: im-pet. & impetratib. essent elusoria, cōtra l. si prētor. ff. de iudi. & res nummaria Gallia Romæ propter frequentem mandatorum impetrationē exauri-retur, ac in detrimentum regnicalarū cederet, cō-tra ea quæ supra in procēmio dicūtur. & ibid. pon-derau. Item officium executorum gratiarum non expirat per mortem Papæ. Bal. in c. relatū. de offi-deleg. ergo nec mandata, sine quibus non possunt consilere executores illorum, nec prēceptum ex-pirat per mortem, vt tener gl. in c. dudum. 18. q. 2. Feli. & alij in c. eam te. de rescri.

Nec obstat verbum tempore hic positū, videlicet, vt suo tépore concedere posse, ergo extra suū tempus non, & sic finietur: quia respon. q. Papa po-test suo tempore dare, non tamen hic tex. dicit q. datū suo tempore finiat, sicut dicimus de spurio, qui potest à Papa tempore pontificatus legitimari, c. per venerabilem. & per totum tit. qui filij sint le-git. tamen non finitur legitimatio tempore Romani-pōtificis, nec per obitū illius, sic nec mandatum, facit decisio Tho. Fast. in decis. rotæ. q. 23. cum seq. vide casus in quibus non finitur mandatum, etiā re integra per mortem mandatis, per Iaf. & Dec. in l. eius. §. placebat. ff. si cer. pet. & quæ addidi ad l. mā-datū. C. mandat. Et quādo dicatur res integra, de-clarat Guido Papæ, in decis. Delph. q. 491. præla. & docto. vbi supra. [Et anno 1380. die 16. Octobr. fuit dictum, quod omnes literæ imperata à Carolo v. mortuo exequenter, sine aliis nouis literis.]

Arrestitum.

Scriptura a Literas.) Et sic in mandatis aposto-lis requiritur scriptura. c. executor. de literas a quiriatur in conceſſi. præb. in 6. cle. vlt. de rescri. licet graia Pa- ratur, fed solo verbo Rom. poniſſ. gratia perficitur. c. inquisitionis. 25. q. 2. cle. dudu. §. fin. ibi, verbo seu scripto, de sepul. l. contrahitur. f. de pign. Archi. & Joan. And. in procēmio exti. col. pen. nam in lingua principis stat gratia, in scriptura testimonium, in executione commoditas. Bal. in c. capitulum. col. pe. de rescri. quia per collationē in spiritualibus ius

acquiritur. c. si tibi absēti. de præb. lib. 6. c. si. de cō-cel. præb. e. li. de Rota decif. 882. in antiq. Fel. in c. in nostra. in fi. de rescri. Fel. Dec. & alij in rub. de cō-ſtit. Barb. in procēmio cle. §. quoniam. col. 16. & seq. Iaf. conf. 146. beatissimo. col. 4. vers. 5. facit in 2. vol. Ideo si moriatur summus pontifex qui concessit gratiam, non leuatiss bullis, poterit postea successor expedire bullas forma, rationi cōgruit, vt in regula cancella. 8. Bal. in l. humanum. in fi. C. de legibus. Bonifa. in procēmio cle. col. 2. Et sic non expediantur per successorem, gratia non est probata per illā signaturam. Decisio Neapol. 253. duo. vide infra in forma manda. in verbo, gratiam.

Item dispensatio, licet non reperiatur per bullā, dummodo per Papam cōcessa fuerit valet, & suf-ſiat. De verbo. q. dixerit fiat. nam statim perfecta est gratia, vt dicitur Gen. i. c. Fiat lux, & facta est. Bal. in l. fi. C. de com. seruō magnūf. Sic consiluit de Ripa in lib. 2. Resp. c. ii. de iure, per iura supra allēgata. nā ver-bum fiat, vt petitur, licet posse de futuro intelligi, tamen frequentius accipitur de prēsenti. Cal. in e. quisquis reprobando. ibi gl. de eleſt. sequitur Fel. in c. eā te. col. 3. de rescri. Referunt moder. in d. rub. de consti. & d. decis. Neapolita. 253. duo. regi.

Item istud beneficium verbo collatū, vel per si-gnaturam, ante leuationem bullarum potest per-ante ten-nautari cum alio. Imol. in cle. vna. col. 5. nu. 22. vers. tione bullarum potest quid si aliquis de rerum permu. Auriol. in addi. ad Guillel. de monte Lauduno in d.c. si tibi absenti. in fi. Et Probus in addi. ad Io. Monac. in c. licet episco-pus. ibidem. de quo fui interrogatus in cancellaria quondam R. D. Legati de Prato. Sed non possunt permutteri mandata cum aliis literis, nec econtra-rio, vel beneficium cum literis mandati apostolici. Fel. in c. ad audientiam. 2. col. 7. vers. nota etiam. de rescri. per rationes ibidem positas. Item Antoni⁹, & alij in c. cum olim. & c. fina. de rer. permutter. Ad hēc beneficium dicitur vacare per mortem illius, cui solo verbo fuit collatum, etiam si haberet tantum signaturam. Et si iste, cui fuit facta collatio, moria-tur extra curiam. dicitur etiā beneficiū extra cu-riam vacare, licet ante collationem isti factam in curia vacasset. Domi. de Rota decif. 882. not. quod vbi, in antiq. Inn. in ca. inter cāterā. col. 2. de præb. Io. And. & alij in c. si eleſt. de eleſt. in 6.

Ad probandā tamen gratiam requiritur scriptura. Gratia per c. porrò ibi, ex inspeſtione priuilegiōrum. de priuile-literas pba Anch. in c. ex diligentia. in fi. de sim. Pan. in c. nosti. col. 1. & in c. qualiter. no. 1. de eleſt. Egidius de bella mera, decis. 611. licet capella. & cōſ. 34. col. 6. vbi di-cit ita fetuari per cle. 1. ibi, cōſeſtis super ea literis. de præb. Fel. & alij in rub. de const. nec pōt proba-ri gratia Papæ, niſi per literas, & hoc ppter multa abſurda, quæ sequerētur admittēdo ppterationē per testes, apud quos diffīcillimū, & quasi impossibile effet scire omnē cōtinētiā gratię, & omnē formālitatem, licet non sit omnino impossibile. verba sunt Card. in procēmio cle. vers. nec sanè. Itē in mādato principis. tex. in §. deinde. vers. si quis autē cui tale aliquid iussum est, veniat omnino. nō recipias eū, niſi sacram nostrā pragmaticā ostēdat formā pro hoc scripturā. in auth. de mād. prin. coll. 3. & C. illo tit.

tit.l.vna,gl.in e.cum à nobis. vbi plenè. doct.de testib.Cyn.in l.nec quicquam. §. vbi decretum.in fi. de offi.procons. ff. Imò non crederetur etiam cardinali afferenti se dispensare ex concessione summi Pontificis eidem facta viue vocis oraculo, nisi literas ostendar.d.l.vna & hoc est verum in præiudicium alterius.glo.in c.sicut.de sent.excom.secus si nulli esset præiudicium. gl.in c.nobilissimus 97. dist.sic consuluit Ias.conf.104.circa col.1.vol.1.

Casus in quibus præ- batur gra- tia Papæ p- testis.

Nisi ageretur de probanda qualitate, ut quia dicit se priorem in data, aut motu proprio mandatū concessum, vel ex certa scientia, siue agatur de alia coniectura, tunc poterit per testes probari. gl.in c. duobus de refer.in 6.in verbo, si non apparet. & in c.si à fede.de præb.eod.lib.Rota decif.332.licet Romana.in nouis.tex.in c.auditis. & ibi Pan.2.no. de in integr.refit. Idem si agatur de facultate danda alicui Cardinali, vel alteri executori acceptandi renunciationem.Old.conf.324.factum,in c.fi.

Secundò, fallit si mandatum, siue gratia fuerit perdata, quia tunc etiam poterit per testes probari. Pan.in ca.ex diligenti.vlt.notab. de simo.per tex. sing.in l.testium.in fi.C.de testi. etiā si scriptura sit de substātia probationis, tñ actus probari per duos testes poterit, casum amissionis scripturæ probando.tex.not.in c.sicut.& ibi plenè prosequitur Feli.

Testes de- ponentes de- deponentes cognoscant vitiū bullarū, & deponant bullis, vel se vidisse dictas bullas integras, nō habentes defi- scriptura & cum, nec vitiū. c.cum olim. r.de priuile. Et quod te- stes sic deponentes sint experti, & periti, vt nō pos- sint in his bullis, vel instrumentis facilē decipi. Bar. in l.1.col.pe. ff. si cer. pet. & in auth. si quis in aliquo. col.2. C.de edē. & l.sicut.de fid. instr. Alex.cof.196. viso testa.col.2.n.9.in 2.vol.Deci.conf.82.viso.col. vlt. & conf.215.in causa. col.1.plenè tradit Hippol. in rub.de prob.fol.40.vers.circa secundum casum. & requiritur talis peritia in illis testibus, vt possint dignoscere requisita ad bullas bonas, vel ad aliud instrumentum, super quo deponunt Bart.in l.2 §. 1. in fi. ff. de iure fisci. plenè Purpura.in l.1.nu.181. cum seq. ff. si cer. pet. vbi tradit quinque declarationes, quas ibidem cernere licet.

Tertiò limita, quando dubitaretur de intentione Papæ, tunc enim poterit fieri probatio altera, quam in literis contineatur, & sic per testes.c.suscipit. ibi, nisi de intentione mādantis aliud appareret expressè.de rescr.in 6. & illum text.ad hoc ponderat Perus.ibi, sed potest intelligi expressè apparetre, quando in literis hoc est expressum, & sic quando literis probatur.cle.vlt.de rescr.in gl.

* Quartò, in foro cōscientiæ potest quis vti grata, etiam sine literis. Abbas in cle.dudum.in fi. de sepult. vt refert Feli.in rub.de constit.col.4. [& in conf.6.vtrum domi.]

[Quintò, si agatur, de tenore gratiæ, poterit per testes probari, vt in c.cum olim. de priuile. l.sicut.C.de fide.instr.vbi Bart.& alij.]

Collatio in- fectionis Pa- pe per te- stes probari

Vitimò, fallit in collatione inferioris, quæ per testes potest probari.hoc tenet Bald.in l.si qua.col. 2.vers.deinde. C.de sacrof.eccl. licet distinguat in c.2.de resti.spol. [Et in simplicibus beneficiis ha-

bere locum.dicit Bal.in rub.de rescr.col.1.secus in dignitatibus, quæ non probantur, nisi per facros apices. l.probatoria. C.de diuersi.offi.lib.12. l.vna. C.de mand.prin.& idē in magno beneficio, vt eius collatio nō possit probari per testes, vt falsitas euittetur. & arg.matriomonij, quod recipitur in c.inter corporalia. de trāsla.epis.probat auth.maximis.C. de nup.[Alber.in l.nec quicquā. §. vbi.in fi. ff. de of. procons] hoc tamen nō inuenire prohibitum, etiā in maximis beneficiis si allegaretur literæ factæ & perditæ, vel alia iusta causa impediens literas cōfici.l.testi. in fi.C.de testi.] & vbi cōfici esse rei p̄cedit esse scripturæ, tūc fit scriptura ad p̄bationē, sed vbi esse scripturæ p̄cedit esse rei, vel simul cōcurrūt, tūc scriptura est de substātia, verba sunt Bal,in c.1. col.vlt.de of.del.p no.in l.cōtractus.C.de fid.instr.

A diversis an possit mandatum scribi.

Quero, an gratia Papæ si scribatur à diuersis, valeat? Viderur q̄ sic, tū q̄ nō reperitur prohibitū, tū etiā quia tota bulla potest scribi per aliū, vt cōtineat scribi.

test habere vnū clericū, qui scribat,p eo,ergo & dividā partē, vel aliquā, p l. que de tota ff. de rei vēdi.c.pastoralis. §. itē cū totū.de of.del. Contrarium habet stil⁹, videlicet vt nō possit scribi pars p̄ aliū, dēpto nomine pōtificis, Clemē,&c. Paulus,&c. Ita tenet Corn.cof.182.videtur, in 4.vol. & hic stil⁹ est seruādus.c.ex literis de cōst.Card.in c.licet.de crimi.falsi.si tamē prima linea vñq; ad verbū vitæ,&c. scriberetur vt assolet literis longis per vnū, & totū mandatū per aliū, non minus valeret, vt videmus quotidie fieri, & hoc seruatur de stylo curiæ Rom.

In forma mandati.

in forma mandati, a, iuxta formam inferius annotatam

De multi- plici forma gratiarum Papæ.

Quamvis multiplex reperiatur forma de iure antiquo, non tamē erat aliqua certa. Anchār, in cle.vna.col.1. de concef.

præb. Ideo Galli homines in incerto vagabantur, quare inferius fuit illis p̄stituta certa forma, vt sequitur immediate post istum titul. quamvis aliqui alio in loco ab isto titulo remoto, & ibidem n̄l ad alios titulos proximos faciente locassent: sed nos infecuti iurisconsul, doctrinam.in l.2. ff. de statu homi. proximos coniunctosque applicauimus titulos, prout res patitur, vt infra videare est.

Olim inter alias formas vna erat, de qua in c.ca-pitulum.de rescr.& dixi supra eo. in rub.huius tit. Alia quando simpliciter mandabatur collatoris fine executore, vt prouideret de beneficio, si collator alteri conferebat, valebat collatio.c.dilectus.2. de præb. sed puniebatur, vt ibi.

Alia forma erat, nam quandoque mandabatur conferri beneficium, & p̄cipiebatur non dato executore, & sine clausula decreti, & beneficium non erat mandatario affectum. c.eam tē. de rescr. c.si soli.de concef.præb.in 6.

Alia forma habebat decretū irritans, & afficiebatur beneficium, nec valebat collatio alteri facta.c. la decreti. dilecto.de præb.not.in c.si eo tēpore.de elect. in 6. Ias.in l.non dubium.nota.8. col.4. C.de legi.Fel.in c.caterum.col.11.de rescr.& c.cū accessissent.nu.7. de consti.Barba.clem.1.col.9,de elect. Tamen non

debet apponi in Francia, vt licet videret in forma mandati, & si apponetur, non valeret mandatū: quia esset contra formam infra scriptam, & cōtra ordinā regi. rub. desmandatz, art. i. quia Galli suapte natura sunt liberales, ideo nolunt compelli, & tantum astringi per hanc clausulam decreti, cum sine ea voluntatem Papæ exequantur. Etiam quia clausula decreti est decripta infra, in rub. de firma & irreuocabili concord. stabilita. §. j.

Alia erat forma in qua dabatur executor ad cōpellendū collatorem conferre mādarium, c. abbatem. de rescr. Et hēc forma non afficiebat beneficium ante executoris iuribitionem, vel nisi collatus esset canoniciatus. c. si postquā, & c. dudum. de præb. in 6. Et ideo tres forme erāt: vna in qua mandabatur, vt compelleter ordinariū, qđ adimpleret mandatū Papæ. Altera qua scriberebatur executori, vt compelleret cum decreto, & aliquando sine, & aliquādo scriberebatur in forma, facias aſignari, de qua nota in c. pro illorum. de præb. Perut. in d. c. si foli. gl. in c. si capitulo. ibidem, & in verbo. dirigen- dum. §. item placuit. ver. vi. visum. de colla. in pragm.

*Forma ad
compellendū*

Alia est quando mādabatur executori, vt in negligētiā, vel in recusationē ordinarij prouideat, vt hodie habemus infra hanc formā, & tunc prius requisi debet ordinarius, demū executor, c. si capitulo. de coaces. præb. in 6. ibi, capitulo negligente: quia non potest dici negligens, vel recusans, si non requiratur, vt infra dicetur: & per præsentationem afficitur beneficium vacaturum d. c. si capitulo.

Aliquando dabantur cum clausula, quod duxerit acceptandum, sine determinatione temporis, vt in c. i. de concess. præb. & lib. 6. gl. in d. verbo, dirigendum, supra allegata, sed non recipere tur in Francia mandatum sub hac forma.

Alia, dabat tempus certum, videlicet vnū mensē ad acceptandum. cle vna, de concess. præb. Et hēc est reprobata, & duæ p̄cedētēs in hoc regno, per leges regni. eo. tit. artic. i. quia magis induceret votum captandæ mortis in habente p̄nque beneficium, quā in alio, & dari posset materia delinquenti in istum possidentem beneficium magni valoris, quia communius homines affectant beneficia magni valoris, etiam literati. c. i. de præb. in 6. & dico in forma mandati, in verbo, post mensē.

*De clausula
anteferri
n.*

Alia forma concedebatur cū clausula anteferrī, & de hac incipe. de præb. in 6. & ista quia. referuationem continet, non admittitur in Francia, de ea tandem Rotā, decif. 640. si aliquis. in antiqu. Fel. in c. causam. col. 13. & c. capitulum. col. 7. de rescrīp. & in addit. ad lo. Monach. in c. eum cui. de præb. in 6. & gl. in verbo. retroactiuā. in §. visum. de coll. in prag. Et Aegid. de Bella mera, cōf. 33 quod si. col. 7. cōclu. 7. quid si secundus habeat clausulam anteferrī, & tertius habeat similē clausulā, an debeat primo pr̄ferrī: quod non, ibi cōcludit per illā regulā quē ponitur in auct. quas actiones. C. de sacros. ecci. q̄ priuilegiatus contra priuilegiatū nō vtitur priuilegio.

Alia forma habebat clausulam, si pro alio non scriperimus. c. mandarum, de rescrīp. c. literis. ibidem, vt in forma seq. habetur, & approbatur per leges regni, vt eo. tit. patet in ordina. regiis.

Aliquando mandatū prouideri si is pro quo mandabatur, fuerit repertus idoneus, vel sub alia conditione: de quibus in cle. vna. & ibi gl. de off. deleg. Fel. latē in c. fi. de pr̄sumpt. & hēc non versatur in curiis Franciæ.

Alia erit forma in qua creabatur canonicus, & si bi mandabatur prouideri de pr̄bēda, vt in c. duo- bus. de rescr. in 6. & istud receptum est in his con- cordatis, vt patet infra in forma mandati apostoli- ci, & dixi supra in rub. de reseruatio. §. fi.

Alia forma volebat prouideri ad certum valo- rem c. quamuis, i. de pr̄b. in 6. Alia valorem non exprimebat, vt ibi: sed ex formā non yisunt regni curias nisi in nominatioib⁹ datis consiliariis.

Alia exprimebat certā pr̄bēdā, vt sacerdotaliē, vel integrā, seu dimidiā, vel aliud beneficij. c. cui de non sacerdotali. & c. si cui. de pr̄b. in 6. Alia nō. Et de qualibet multa dicerem si utiles essent, sed cum, tantum habeamus ynam, illam discutiam in- fra, alii hic breui declaratis. Et nota q̄ quā doque scriberebatur pro certa persona & certo beneficio. c. ex parte. i. de off. deleg. Aliquādo pro certa persona, & incerto beneficio. c. mandato, de pr̄b. in 6. Ali- quādo scriberebatur p̄ certo beneficio, & incerta per sona. c. si is cui. de pb. in 6. Aliquādo p̄ incerto bene- ficio, & incerta psona, c. quamuis, i. & c. dudū. de pb. in 6. lo. Vanquel. in d. c. mādato. pos. Anch. & alios.

Alia forma habebat clausulā motu proprio, de qua in c. si motu pprio. de pr̄b. in 6. & hodie recipi- tur, etiā ī Frācia, vt infra dicetur in forma mādati.

Alia forma dabatur pauperibus clericis. c. si pau- per. de pr̄b. in 6. Aliq̄j multo plures inueniuntur formā, quas tradunt Io. And. Perus. & alij in c. si fo- li. de concess. pr̄b. in 6. Et istae formae olim instar vestimentorū Frācia & Prothei mutabātur, quare Galli homines longo tēpore in certo fuerū nūc successit ista forma illis data, quā seruanda est, vt infra dicā, tanquam pupilla oculi, & aliā Galli non querāt, & videtur conuenire ordin. regis. rub. des mandatz, art. i. Ideo alias de industria missas facio, tanq̄ non vsu venientes in hoc Franciæ regno, sed exteri videāt. Perut. in d. c. si foli. col. i. alias formas executorū tradentem. Et nouissimē lo. Staphil. in tract. de literis gratiæ, scribit plenē decē executo- rū formas, quas trāscribit D. Gomes. in tract. mād., de prouid. Et formas mandatorū D. Staphil. etiam ibidem. rub. de mandato. de prouidēdo. fo. j. i. cum seq. docet. & sicut Gallina cōgregat pullos suos sub alas, vt dicitur in Euāgelio, & gl. citat in l. i. ff. de in integr. test. ita forma inferius posita multas formas cōtinet. & congregat, vt liquido intueri potest. vi- de gl. in verbo gratiæ. in forma mand. A post. infra.

a. Dare possit.) Non te-
Q̄ dare in-
dare a possit, hoc netur, si nolit, cum ver- uenta fin-
modo, videlicet bum possit voluntatem
hoc māda-
significet. l. s̄pē. ff. de off.
pr̄fid. Bart. in l. Gallus. de lib. & posthu. Et hoc ei-
dem à iure est concessum in signū vniuersalis obe-
diētiae, & recognitionis, videlicet vt vnaquāq̄ ec-
clesia factore suū de nouo venientē recognoscat,
sicut dicitur in Euānglio: Cognosco oues meas, &
cognoscunt me meæ. & sicut quidam episcopi pro-
iucun

iucundo aduētu ponunt vnum canonicum in ecclisia. Rota, decis. 35. nota q̄b vi episcopus. in antiquo & valet illa consuetudo, etiam si numerus sit taxatus & iuratus, si præbendæ non sint distinctæ. Feli. in c. constitutus. col. penult. de rescript. Etiam rex Francie in aliquibus regni ecclesiis pro suo primo ingressu dat vnum canonicatum, multo fortius Papa in ecclesiis poterit hæc mandata concedere.

Mandata quibus concessis possint. Quibus possit Papa dare hæc mandata, hic non exprimitur. Tamen respondet, q̄ per etib⁹ idoneis, cū erga illos sedes apostolica se ostendat liberalem. c. sedes. de rescript. & inuitio, vel non pertinet non solet dari beneficium. regula, inuitio. ff. de reg. iur. siue sint graduati, siue non, cum hic non exprimatur, quid si sit concessum non idoneis, an teneatur eidem ordinarius, cui diriguntur mādata. prouidere? Pan. Fel. & alij in c. si quādo. & c. cum adeo. de rescr. & idem Fel. in c. inquisitione. de sen. exc. & per Auffre. in decis. Tholo. q. 488. Item an sit paratum, vbi concludunt q̄ sic, quando Papa poterat disp̄sare super illo criminis cū mādatario indigno. ne mādati & cōstat Papam hoc voluisse, ut pote, quia in mandata expressis inhabilitate, vt pro parte talis N. natu ex sacerdote & moniali, &c. ita tenet Ant. de But. in proce. decret. Greg. col. 4. vers. nunquid autem eo. nu. 31. Sed quid si minori dispensatio super etate, sit datum mandatum, an curatum possit acceptate? dicere q̄ sic, quia est idoneus per dispensationem, vt dixi supra in §. præfati. i. in gl. idoneis. supra de colla. nec potest adscribi villa subpreceptio, cum mandatum motu proprio sit concessum, & in eo Papa habeat pro expressis dispensationes, nec refragatur c. si eo tempore. de rescr. in 6. quia ibi nō habebat dispensationem, vt videre licet ibidem. Item regulari professo debet concedi mandatum, alij non ad beneficia regularia. in ord. regii. eo. tit. art. 6. & quæcūas requiratur ad imperandum mandata, vide quæ dico infra in tract. de paci. pos. limita. 4.

Quibus post a fini dirigi mandata. Vnum.) Intellige vnumquenq; collatore Vnum a collatorem habentē collationē decem beneficiorū in vno grauari posse, vt sequitur. Et non est intelligēdus hic tex. quod vnum collator tantum possit in Francia grauari, vt quidā sentiebant per istud verbum vnum: sed debet intelligi vnumquenque, vt sentit ordi. regia. eo. titu. art. 1. in prin. ibi, à chancier collateur. etiam capitula ecclesiastrium grauari possunt, vt scripti in §. præfati que ordinarij. in gl. quicunque. de colla. supra.

Intellige collatorem ecclesiasticū, nam laicum non intendit Papa grauare per mādata. c. cum dilectus. de iur. patr. gl. & doct. in c. 2. de præb. in 6. Et idem si cōfeteret ius cōferendi clericis simul cum laico, tunc clericus propter laicum, etiam si habeat collationes decem beneficiorū cōiunctim, grauari non poterit. arg. l. si. communem. ff. quemad. scru. amit. gl. in c. 1. de iure patro. in 6. ideo nō valet mādatum directum laico, vel clericis habenti collationem simul cum laico, si separatis non habeat decem. Et sic patet quibus dirigi possint mandata, videlicet omnibus clericis habentibus collationē decē beneficiorū ad minimum. Alia vide in tracta.

nominationum. q. 8. Si ergo collatio decem beneficiorū spectet ad duos clericos cōiunctim, mādatū illis simul poterit dirigi, q̄ de vno statuitur, & in duob. locū habet. l. singularia. in f. ff. si cer. pet. nec obstar hoc verbū vnu, q̄a indefinitè ponit, vt dixi.

Item pro hoc verbū vnu videtur, q̄ postquā Papa grauauerit vnu collatore, q̄ eo mortuo successorē illius grauare nō possit: tum quia defunctus & hæres vna cēsentur persona. tex. in auth. de iure. iur. à morti. præstito. colla. 4. tum quia semel summus Pontifex has mandati literas cōcedit suo tempore in vnum collatore per istū tex. alioqui bis cōcederet, quod nō admitteretur, ad hæc idē episcopo. Parisiensis, est is, qui est hodie, sicut erat prædecessor. arg. c. quoniam abbas. de off. deleg. l. proponebatur. ff. de iud. Et idem collator est, simul q̄ vna est ecclesia Parisiē. & non plures, ergo nō poterit pluries grauari. Et per ista quidā affit mebat ita esse.

In contrarium tamen concludo, quia vnuquisque collator habet collationem decem beneficiorum potest grauari, sed iste successor est vnu collator decem beneficiorum. Et non est grauatus: ergo poterit grauari.

Nec debemus hoc est restringere, quia plenaria beneficiorū dispositio est apud Papā. c. secundo. de præb. in 6. Sed voluit se per viā legis & cōtract⁹ hic restringere ad duo mādata in quēlibet collatore, ergo quilibet collator grauari poterit. Nec summus Pōtifex ex sua liberalitate, per quē se restrinxit, debet damnū pati, sicut nec donās. l. diu. ff. de reg. iu.

Non refragatur q̄ hæres cēscatur eadē persona cū defuncto. Fac esse. Sed hic nō dicitur hæres defuncti, & nil habet à defuncto, quia beneficia iure consanguinitatis, vel hæreditario, nō deferuntur c. i. de præb. Sed à collatore ius habetur. c. i. de reg. in 6. Et sic in prophanis loquitur, illa regula hæres cēscetur vna persona cū defuncto. Secus quo ad hoc in beneficiis ecclesiasticis. Nec bis videtur concedere cum diversi sint collatores, & vnuquisque grauari potest, etiam si in vita Papa decem fuisse collatores, quia singuli grauari poterunt, vt hic,

Nec obest q̄ successor, in dignitate videatur vnu cū prædecessore, & ad eū transit causa incepta. d. c. quoniam. de of. deleg. Respondeo, licet videatur eadem dignitas, non est tamen idē collator numero. Et iste tex. dicit q̄ vnuquisque collator grauari possit: quod non fieret, si prædecessor cōsideraretur, nec acciperetur distributiū, vt per gl. in l. Moschis. ff. de iure fisc. Etiam hic tex. inferius dicit pro tempore, vnde quilibet collator suo tempore, grauari poterit. Alioqui nunquam vñque ad magnum iudicium concederentur, nisi duo mandata in ecclesia Parisiens. & aliis, quia semper allegaretur prædecessorem fuisse grauatum.

Et sic cōcludo eundē Papā cōcedere posse duo mandata, vel vnu in quēlibet collatore, quamuis prædecessor fuerit grauatus duobus, vel vno, pro quantitate beneficiorū. [Etiā si primo mandatario nō sit prouisum, q̄a hic tex. nō distinguit, sed vnuquisque collator grauari potest à quilibet Papa, ergo siue collator prouiderit mādatario prædecessoris, siue non, & primi mādatarij præferetur secūdis.

Successor collatoris an ab eodē Papa grauari possit.

per eum cui de præb. in 6. & postea prouidebitur mandatariis noui summi pōtificis, etiā si secūdi haberet clausulam anterferri, de qua in c. pen. de præb. in 6. quæ non prodest in Frācia, nisi ad annullandū mandatū, eo quod non est secundū formā inferius scriptā quādō habet illā clausulā.] Ideo illa clausula anterferri omnino nulū reddit mandatū, vt supe riū scriptū fuit gl. in forma vbi alias cōscripti formas, ibi eas video. [Quid si collationes fuere resignanti abbatā reseruatae, an grauari hic resignans iterū possit, dicerē posse, quia nunc nouo iure confert. c. 2. de renunc. etiā per renūciatiōnem, & iure, & possessione priuatus fuit. c. inter. vbi gl. & doct. de præb. alioqui fieri posset fraus his mādatariis, & interdum vnas resignatarius nūquam grauaretur, si forte resignas tantū viueret quantum resignari, etiā Papa reseruādo collationes isti resignati cēseretur eas referuasse sine p̄r̄iudicio alicuius. c. quāvis de rescr. in 6. alioqui eset p̄r̄iudicium mandatariis & nominatis, ergo eis non p̄r̄iudicatur.]

a. Habentem.) Verē, non

per fictionē, quia tūc nō habentem a colla dicitur habere, qui verē tionem b decem c non habet. l. qui actionē habet. ff. de reg. iur. l. cum emācipatus. §. 6. ff. de bo. pos. contra tab. Bar. in l. Centurio. in fi. de vulga. gl. & Bar. in l. nemo. ff. de in integ. rest. Vide Bal. in l. r. ff. de statu homi. ideo si collator habet collatio nem nouem beneficiorum verē, & actionē ad collationem decimi, non habebit locum iste tex. vt possit grauari vno mandato, quod est not. Vide tex. & ibi doc. in l. stipulatio ista §. habere. ff. de ver. obl. & quæ scripsi in l. id apud. de ver. sig. & l. nomen. §. fi. ibidem. vbi habere est cum effēctu, quem effēctum non habet litigans, licet actionem habeat. Bal. in c. dudum. 2. in fi. de elec̄t.

b. Collationem.) Idem si presentationem vel aliā prouisionem haberet, quia verbum collatio generaliter accipitur, vt in rub. vt eccl. benef. sine diminut. confer. dixi supra tit. prox. in §. statuimus. 2. in glos. conferantur. Et patet infra in forma mandati gl. in prag. in verbo, collatorem. in §. itē voluit. vers. visum, tex. & ibi doct. in c. p̄senti. circa fi. & c. seq. de of. leg. in 6. Et latē sumpto vocabulo, presentatio dicitur collatio. Barb. in c. abbatem. col. pen. de rescr. Et ista quæstio etiā deciditur in ordin. regia. attic. i. vbi exprimitur nominatio, presentatio, collatio, seu quæuis alia dispositio, vt ibidem cernere est, & in forma mandati infra ista omnia exprimū tur. Inſtitutio tamen non comprehenditur, vt hic vt infra dico in verbo quinquaginta.

c. Decem.) Hic numerus denarius est perfectus, quia est cōplementum & pefectio numerorū: nam usque ad illum possunt numeri crescere, postquam verō denarium attingerint, duplicari quidē possū, & per denarij adjunctionē, vel multiplicacionē augeri; ideo per denarium numerum intelligitur in sacra Scriptura cōplementum legis diuine, quæ in decem mādatis consistit, vt not. Theolo. in p̄fa. ad Psalterium. Pet. Bercho. in i. parte sui dictio narij, & Celius lib. antiq. lectio. 12. c. 14. & licet olim Papa grauare posset habētem collationē duorum

beneficiorum in uno mandato, vt not in c. mādatum. de rescr. tamen si non habebat, nūlū vnius collationem, in eo grauare non erat solitus. Nicol. Mil lius in repert. in verbo, gratia. q. 48. Fel. in c. in nostra. correla. 24 de rescript. Hodie verō instar Dei optimi maximi retinuit sibi collationem decimæ partis, si decem sint beneficia: si quinquaginta vel plura, duorum, & istud fuit statutum in concilio Basiliensi. vt patet in tit. de collar. in §. non tamen intendit. in prag. sanct. & §. item volunt. ibidem, & demum fuit hoc à Papa approbatum.

Quid si quis habeat collationē quinque dignitatū tantū, & collationē vel p̄sentiōnē quinq; beneficiorū curatōrū, vel aliorū, an possit grauari in altero? Videtur q̄ non, per l. si idē cū eodem. ff. de iurisdict. om. iud. vbi non debet fieri cumulatio in odiosis, sed istud videtur odiosum, quia grauatur ordinarij collatores, ergo non fiet coaceruatio. facit. vbi fideiussor. & ibi Bart. ff. de foli. Alex. cōf. 110. in 4. vol. Contrariū teneo per hunc tex. vt tentē verbo, beneficiorū, quod etiam comprehendit dignitates gl. in cle. auditor. de rescrip. vt dixi supra in §. volumus. titu. proximo. in verbo, beneficia. & quia coaceruatio in fauorabilibus fieri potest, se cū in odiosis, vt in iuribus cōtrariis. l. si plures, & l. maiore. ff. de paſt. c. apostolica. & ibi Imol. de donat. Bar. & alij in d. l. fi. idem Fel. in c. 2. col. pen. vers. 9. intellige. de proba. Alex. conf. 113. viso themate. in 5. vol. quod est duplicatum in 6. vol. consil. 97. Sed hoc est fauorable, tum quia seruatur proprium Roma. Pontificis, & conseruatio proprij dicitur fauorabilis. l. fancimus. §. si quis autem. C. de dona. tum etiam quia agitur de conseruanda potestate Papæ: & quando agitur de conseruāda iurisdictio ne principis, etiā si derogetur iurisdictioni inferio ris, sicut hic, tamen illa conseruatio dicitur fauorabilis. l. si qui separatim. §. i. & seq. ff. dc app. Doct. in d. l. si idem. vbi multa referunt.

Quod facit ad audidores castelleti, qui non pos sunt cognoscere vltra summā viginti librarum, tamen de multis summis coadunatis excedentibus possunt. Ego verō contentus ero legē tātum regni adducere, ordina. reg. eo. tit. art. 4. vbi expressè deciditur hæc quæstio, ideo amplius Gallis nō est dubitandum. Intellige collatore grauari posse, siue ha beat in regno beneficia, siue extra: siue partim in regno, partim extra, q̄a Papa vbiq; grauate potest. c. 2. de præb. in 6. Et hoc onus mādati respicit totū episcopatū. Ideo si primō vacet in regno, acceptabitur illud, quod in regno prius vacauit, si mādata riū sit idoneus ad regni beneficia: si extra, vacet, debebitur etiam illud mādatario habili, quia onus respicit totum patrimonium. l. si fideicommissum. §. i. ff. de iud. vbi si mercator est implicitus debit is cōtractis in certo loco, illa debita non respiciunt bona illius loci tantū, sed totū patrimonium mercatoris. Vnde si bona illius loci non sufficiant, bona alibi sita vendi poterūt, quia personalis obligatio fundum nō sequitur. l. §. si hæres ff. ad Trebel.

In nominationib. secus est, quæ nō possunt grauare extra regnū, ideo nō possunt dirigi episcopo habēti tantū duo beneficia in regnō, cū tantū regni benefi

Cumulatio dignitatum & beneficiorum an possit fieri.

Conseruatio iurisdictio nis principis est fauorabilis.

Beneficia extra regnum an compitetur in numero taxarum.

Beneficia extra regnum non comprehenduntur in nomine rationibus.

beneficia respiciant, vt dixi in tracta. nomina. q. 19. vers. 23. facit quod not. Io. de Selua in trac. de beneficio. in 3 parte. q. 66. quod est notandum, quia sepius à me fuit petitum. Si verò vnum tātum haberet in regno, & nouē extra regnum, nō posset dirigi mādatum tali episcopo ad regni beneficia, quia in illo est monoculum, nam vbi genus nō potest verificari, nisi in vna specie habetur pro specie. l. 2. ff. de liber. & posth. & not. in c. quoniā abbas, & c. ex parte. de off. deleg. Roc. Curtius. in tract. iur. patron. in verbo, ipse vel is. q. 23. & quia haberet vim reservationis, & votū captandæ mortis (maximè in Francia exosum) induceret. c. 2. & 3. de conceſ. præb. in 6. & sicut est inutilis impetratio beneficij viuentis. c. 1. de conceſ. præb. ita & istius impetratio mādati ad vnum solum, & sic iudicauit Papa Clemens I V. in facto præpositorū B. Mariæ de Brugis cōrta impenetrantem in genere dignitatem. ibi, cum vna sola esset: sicut etiam declarauit Bonifacius, teste lo. Monach. in c. in generali. col. 3. de reg. iur. in 6. Et sic fuit declaratum per regem anno 1527. die 29. Martij, non valere mandata impetrata ad dignitates tātum, aut ad dignitates & p̄ebendas, si omittatur aliquod verbum infra positum in forma mandati, etiam si omitteretur verbum capellania, propter votum captandæ mortis, & per alias ibidē rationes descriptas. Valeret tamen, si simpliciter impetraretur, cum Papa vbiq; grauare posset, vt per Fel. in c. in nostra. correl. 24. de refcr. Et superius dictum est.

*Mādatus
ad dignitas
tātum
non valeret.*

*Mādatus
vni directi
cum alio: an dirigēdo mandatum vni tantū, com
non cōpre
hendit be
neficiā, que
ad duobus
confer
untur.*

Quid si habeat collationem decem beneficiorū cum alio: an dirigēdo mandatum vni tantū, comprehendantur ista beneficia: Breui resp. quod non, per tex. in c. cum in illis. §. fi. de præb. in 6. Nam laederetur ille contra quem non est impetratū, quod est exequitati contrarium, quia quod commune est, meum non est propriè in odiosis. l. illud. ff. de ritu nup. c. expedit. 12. q. 1. & c. sicut hi. 47. dist. vbi dicitur, nemo dicat propriū quod est cōmune, intellige vt dicitur in l. serui elect. §. 1. ff. de lega. 1. & vnu propter alium grauari non debet. arg. l. si communem. ff. quemad. serui. amit. Multa ibi congesſi, quæ de industria omitto. Vide supra in gl. vnum. Si verò spectaret collatio ad abbatem cum consensu vel consilio capituli, tunc etiam poterit abbatī soli dirigi mandati. c. vno. §. 1. & seq. ne sed. vacand. in 6. & hoc mandatum directum isti, eundem adstringit ad conferendum, quia sufficit impetrati exprimere collatorem, licet cum consensu vel consilio conferat, quamuis hoc non exprimatur. Io. And. & Dom. in d. c. cum illis. §. fi. de præb. Sequitur Fel. in c. eam te. col. 14. vers. fi. Papa. ibi, præterea. de refcr. non tamen sufficeret exprimere in mandato illum, de cuius consensu haberet conferre, vel presentare, quia non grauatur principalis. Collecta in c. nisi effent. col. 2. de præb. Idem in nominationibus declarat. Maletet. in tract. de elect. quest. 12. fol. 79. & quest. seq. vbi decidit, quod quando requiriatur consensus duorum, & illi adinuicem discrepatur, quod ad superiorem deueluat. l. 1. §. 1. ibi Bart. ff. de ventre inscien. tex. in l. 3. in fi. C. finium regun. Fel. in c. proposuisti. col. 3. de probat. vers. 1. conclusio.

beneficiorum à in vno: a Beneficiorum.)
habentem autē collationē quinquaginta b Ecclesiasticorū, nā officia quę laicis da-
riconfuerunt, nō debentur mandata-
riis clericis, nempe

cum Papa mandat prouideri clericō, intelligitur mandare prouideri de beneficio vel officio ecclē-
siastico. c. cum adeo. de refcr. Quia verba mandati debent intelligi secundum qualitatem personæ, cui dantur. l. plenum. §. Equitij. ff. de vſu & habitat. Corſet in singulari incipien. conditio personæ. Vi-
de qua dico in verbo comprehensa §. declarantes.
infra eod. & comprehenduntur sub hoc verbo di-
gnitates, & quæcunque alia beneficia. per gl. in re-
gula 1. de reg. iur. in 6. vt superius fufius scripsi.

b Quinquaginta) Si verò haberet minus, etiam si haberet tantum quadraginta nouem, non posset in duobus grauari, vel si solum nouem, non posset in vno, quia hic numerus statuitur, oportet ergo quod sit completus, sicut dicitur de testibus in testamen-
to requisitis, vt si sex testes sint, noui valeat testa-
mentum, nisi septem de iure requisiti interueniāt.
l. hac consultissima. C. de testa. & non datur annus iubileus, si non sint quinquaginta anni completi.
extra ag. vnigenitus. de pte. & remis. in communi-
bus. sic non mandabit Papa pro duobus, si non sint quinquaginta beneficia, vel ultra: & tenebitur hic secundus mandatarius, qui fundat se in numero, il-
lum numerum probare. arg. l. actor. C. de proba. &
l. cum actum. ff. de neg. gest.

Posset tamen grauari, etiam si haberet tantum præsentationem viginti, & collationē aliorum vi-
ginti, & nominationē in aliis decem, quia hic col-
lationem largè accipimus, vt supra diximus. Et fieri coaceratio omnium, vt in proxima gl. dixi, vide-
licet tam illorum beneficiorū, in quibūs habet præ-
sentationem & nominationē, quam collationem .
liberam: tamen secus si institutionem tantum gl.
in §. non tamen. de collat. in prag. in verbo, collationem. per text. in c. cum in illis. §. cum autem de præben. in 6. quia ad præsentationem patroñi tene-
tur episcopus instituere, aliás est irrita institutio si idoneum postea patronus præsentet. c. decerni-
mus. 16. q. 7. c. pastoralis. de iure patron.

Quārō quid si quinquaginta sint collationes su-
per vna abbatia, tamen ratione cuiusdam compo-
nitionis quidā cōfert tertią partē, vel decem ex illis:
an istis possit mādatus dirigi, & cui resp. posse di-
rigi ambobus, cū ista clausula cōiunctim vel diui-
sim, quia qđ in vna persona hic statuitur, idē in dua-
bus est dicendū. l. singularia. in ff. si ces. per. c. fi. de
præb. in 6. Si tamen haberet collationē decē benefici-
orū iure ordinario, & quinquaginta iure deuolu-
to, non poterit nisi in vno mandato grauari, per ea ria.
quæ nor. doct. in c. 2. de conceſ. præb. Itē si haberet
quinquaginta regularia, & quinquaginta ſecularia,
qđ etiā non poterit grauari nisi in duob. & hoc per
iftum tex. probatur, ibi, quinquaginta & ultra, quæ
cōprehendit etiā si habeat collationē mille benefici-
orū p gl. & no. in auth. nouissima. C. de inof. test.
text. in §. 1. ibi, si verò ultra quatuor habuerit filios,

medianam

*Mādatus
cū diriga-
tur, si duo
habāt col-
lationē be-
neficiorū,
& si iure
deuoluto
habāt, vel
regularia,
et ſecu-
laria.*

medianam eis totius substantiaz relinqui partem, &c. vbi si essent centum filii, & ultra, legitima illorum non esset nisi semis, facit c. ex tuae de cler. nō resid, c. de multa de præb. De hac dictione ultra. not. Benedict. in repe. c. Raynucius. in verbo, alteroche de testa. Dec. in l. filiam. 2. de colla,

* Quæro si vni reseruata sunt omnes collationes, abbas vero nullam habeat, mandatum abbati directum, an valeat? videtur quod non, cum non habeat collationes: contrarium arbitrarer, quia Papa videtur voluisse grauare abbatem in collationibus ad eum iure abbatiae inspectantibus, & potuit Papa grauare, & cum alij reseruata sunt, iure tamen abbatiali confert, ob id grauamen transit ad illum, & si memor fuisset Papa illius conuentionis, hoc ita expressisset. c. ex parte de offi. delega. & hic vice abbatis confert, & subrogatus debet sapere naturam eius in cuius loco subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio, & ista reseruatio cum sua causa transit, l. alienatio. ff. de acq. rerum dom. sic statuit text. in c. fin. de præb. in 6. alioqui fieret fraus & mandataris ac nominatis, nam unus esset abbas, & aliis collator, & nulli confert. Præterea hæc reseruatio ad summo Pôfifice facta & admissa, intelligitur facta sine præjudicio tertij, & respicit tantum abbatem, & alium cui facta est reseruatio, non tertium, ut puta mandararium vel nominatos, facit ad hoc tex. in extra- uag. Joan. 22. de concess. præb.

[Quæro si abbas post collationum reseruacionem contulit mandatario, seu nominato, an valeat collatio? Resp. valere, quia cum mandatum, vel nominationes ei dirigantur, ipse confert tanquam executor concordatorum, & mandatorum ob id valere debet, ne ipsi mandatarij decipiat cōcordatorum beneficio. dicit. l. & 2. C. de his quiveniā actatis impetr. & collatio necessaria datur etiam ei, qui alias non habet collationes, ut in c. illa. ne sede vacant. & Papa reseruando non videtur duo specia- lia inducere, videlicet ut his qui non est abbas, vel collator confert, & quod non confert illis qui- bus tenetur verus abbas. arg. l. pe. C. de promis. nec debet esse melioris conditionis, quam verus collator, & ista sunt notanda: quia hodie in his plus quam contrahitur, tutius est tamquam quod à suo executore collationem recipiat.]

Conferens ratione mā rectum sit mandatum, an conferenti rationem dati an à mandati computetur in suo turno? Resp. opinio- nes esse diuersas: & ideo breui dico sic.

Primus casus est, quando duobus alternis vicibus spectabat collatio, & mandatum vel nominationes diriguntur ambobus coniunctim, vel diuisim: tunc is, qui confert ratione mandati, aut nominationum: non excluditur à suo turno. Ratio, quia impeditus impedimento facti remanere debet illæsus. c. quia diuersitatem de concess. præb. & quia per eum non stat, & ideo eidem non est imputandum, ut in propriis terminis cōcludit Rota. decisi. 190. nota quod vbi in antiquis, quia etiam non appareat, quod Papa voluerit grauare magis unum quam alterum, ergo ista collatio non cōputabitur in turno unius magis quam alteri. Et in nominationibus hoc expressum tenuit gl. in verbo,

facienda. in §. Item quod omnia de colla. in pragma.

Secundus casus est, quâdo ad duos pertinet collatio alternatiue, & mandatum dirigitur vni, tunc ipse conferens vigore mandati perdit suum turnum, quia? 4. voluit enim priuare potestate conferendi semel, & statuit, ut in c. 2. de præb. in 6. & intentio Pontificis est, ut grauet istum cui dirigit mandatum, & non alium, potquam eidem direxit mandatum, ergo intentio Papæ erit seruanda. c. mandatum. de rescrip. Sic concludit Ioan. And. & alij in c. cum in illis. §. fin. de præb. in 6. & Io. de Ana. conf. 43. stante vicissitudine. Collecta. in c. nisi esset, col. 2. de præb.

Tertius casus est, vacante beneficio, cuius collatio spectat alternativam ad duos, si Papa illud cōferat, haec collatio non facit turnum, quo minus possit is ad quæ spectabat collatio, conferre, dum primò vacauerit. Ius enim conferendi vel præsentâdi inter illos est per vices: & ideo si vice sua nihil erit, non fiet cōpensatio. l. cum certus. ff. de tritico, vino, & oleo leg. & ideo si in hac vacatione vices suas non habuit sine sua culpa, sequitur quod in alia vacatione habere debet, alioquin sequeretur, quod unus duas, ut dicunt, vices haberet, contra naturam unionis & societatis. c. cum omnes. de consti. Concludendum est ergo, quod quando Papa hunc turnum meum præoccupat, non videtur mihi præjudicare, & ita iudicauit Amanenus de Casis, auditor sacri palatij, ut refert Collecta. in c. querimoniâ. de iure pat.

Ratio differentia videtur inter secundū casum & istum, quia dum Papa mandat vni, ut conferat, expressim grauat, & ab eo debet fieri præsentatio, vel collatio mandatario, seu nominato. Et ista præsentatio etiâ coacta præsentatio est. arg. l. si mulier. §. si metu. ff. quod met. cauf. ob id cum sit facta etiâ ex necessitate, computatur in turno, secus quâdo Papa confert per resignationem, aut alias, tunc is ad quem spectat præsentatio, vel collatio, nihile legit: ideo non debet ei cōputari, quo minus possit præsentare. Dum primo vacauerit, nempe dum Papa contulit, non intendebat præjudicare turno, quia eius collatio debet intelligi sine præjudicie tertij. c. quamus. de rescr. in 6.

Item collatio facta causa permutationis facit turnum. gl. in §. item quod omnia in verbo, facienda, de colla in prag. sanct. Bertrand. conf. 284. viso. & conf. 323. quicquid in prima parte. Refert Philip. Probus in c. cum in illis. in fi. de præb. Etiâ si is cui fuit facta collatio, non fuerit adeptus possessionem, ita fuit iudicatum inter magistrum Petrum Remey, & Ioannem Jacques, anno 1504 die 17. Augusti, in hoc diuino senatu [Et hoc intelligitur quando per ordinarium, vel de consensu patroni. t. c. us si à Papa sine cōfensus patroni aut collatoris, ut supra ultimo casu dictum fuit, cum hæc collatio causa permutationis sit necessaria quoad collatorem, ut teneatur cōfittere cōpermutantibus. cle. vna. de rerum perm. tamen non est necessaria, ut eam teneatur admittere c. quæ situm, de rerum perm. ideo si eum admittat perdet suum turnum, quia sponte recipit: & ita videtur tenere D. Bertran. d. cōf. 323. secundum antiquam impressionem.] Et an valeat statuta taxantia numerū canonicorum, & prebendarum vel aliorū bene

Arrestum.

Statuta taxantia numerū canonicorum, & prebendarum vel aliorū bene

beneficiorum in prejudicium mandatariorum, & expectantium, videlicet ut in eccl. si non sint deinceps nisi novem prebendae, quod non decidit Old. coen. i. 10. in ecclesia Valentina. & Feli. in c. constitutus. in f. de rescrip. quia in fraudem mandatario rum sunt, & fieri presumuntur.

a. Duobus.) Hoc ultra legatum retinuit sibi Papa) nā duobus a bene-
ficiis duntaxat, tatum beneficium referuare
in vna ecclesia potest. c. praesenti. de offic. leg. in 6.)
vt tantum duo, ne nimium onerentur collatores,
mandata cōcedat. Si vero scriberet etiam cum de-
rogatione istius tituli pro tribus, non valerer tertiu
mandatum, vt patet in rub. infra de firma & irreu-
concor. stab. vbi ponitur decretū irritans. & etiam
quia hic tex. de duobus concedit, ergo de aliis ne-
gare videret. arg. c. nōnne. de pr̄sum. quod est ve-
rum, vt possit compelli ordinarius. collator ad cō-
ferendum tertio. Si tamen veller posset, vt per ca-
mandatum ibi, teneris. de rescri. dummodo nō fie-
ret in praiudicium nominatorum, ne graduatorū.
qā nō dicitur collator grauari quādo vult, Imo di-
cit gl. in l. pen. ff. de cōdīct. cauf. data, eū satis lucra-
ri, qui adimpler volentatē suā, & sic est prima limi-
tatio per quam possunt ultra duo beneficia in vim
mandatorū conferri: nā posset conferre ordinarius
collator sine mādato, ergo & cum mandato tertio.

Secundò, fallit quando primus vel secundus im-
petrans esset inhabilis, vel eidem nō fuisset prouisum,
vt pote quia mortutus, tūc tertius poterit pro-
sequi suum mandatum, quod sic probo per cle. j. in
verbo, vexare. de rescri. vbi quis ex sola impetratio-
ne non dicitur vexare alium. sic ex sola mādati im-
petratione nō est grauatus ordinarius, donec prouisum
fuerit duobus. facit c. dispēndia. in verbo, fa-
tigauerit de rescrip. in 6. plenē Feli. in c. ex tenore.
in prin. & c. in nostra. col. 5. vers. de primis, ibidē ver-
ba enim debet intelligi cū effēctu. l. j. ff. quod quisque
iuris. plenē in decisio. Rotæ. 10. Papa. in rub. de
concess. pr̄ab. Collecta. in c. accedēs. illo tit. nec de-
bet pr̄stare impedimentum, quod de iure nō for-
titur eff. cōtum. regula, nō pr̄fstat. de regu. iur. in 6. &
secundum mandatum nullum, non dicitur secun-
dum mandatum sed nullum. c. factus. 7. q. i. in fi. b. i.,
iam non secundus ille, sed nullus est. & literæ, quæ
non valent, non dicuntur priores, sed nullæ glo. in
verbo, de facto. in c. cum nostris. de conceſ. pr̄ben.
not. plenē Fel. & alij in c. ex tenore. de rescript. & si
Papa mandet monachis, vt aliquem recipiant, po-
terū tamē eidem opponere crimina, vel defectus.
Fel. in c. si quando. col. j. de rescri. Item tex. iste dicit
ordinarium grauari posse in duobus beneficiis, &
mandatis nihil dicit, Ideo poterunt etiam centum
mandata impetrari, sed tantū duo beneficia debe-
buntur mandatariis, qui prius pr̄sentauerint eorū
mandata. c. pen. de rescri. in 6. [Si tamē moriatur se-
cundus mādatarius, postquam ei fuerit prouisum,
antequam tamē sententiam obtinuerit, pēdet ex
futuro euentu, vt dicit in simili text. in §. si filiusfa.
quib. modis ius patriæ potesta. sol. in institu. an de-
beat prouideri alteri, nam si is qui in ius defuncti

fuerat subrogatus, obtinuerit. tertius mandatarius
nihil habebit, si vero succubat, tertius poterit pro-
sequi suum mandatum, quia ordinarius nō est gra-
uatus, postquam mandatarius vel subrogatus non
obtinuit, nisi secundus colluderet, vt si p̄p̄ sit, tūc
probata collusione, quod est difficile, tertio prouidebitur,
quia est loco secundi. not. in c. j. & per totū
de collusio. deteg. & l. r. & 2. illo tit.

Idem dicerem in nominato in vim indulti con-
cessi cōsiliariis, vt si nominatus moriatur antequā
obtineat, cum lis adhuc pēdeat, potest petere à Pa-
pa alium in ius subrogari defuncti, qui si obtineat
extinguitur nominatio, sed si succumbat, poterit
alius ibi nominari. qā verba cū effēctu intelligi de-
bet. l. j. ff. q. quisque iuris. c. relatū dē cler. non resi.]

Tertiò, fallit quādo literas executoriales dedis-
set pro primo mandato concessio à pr̄decessore,
vel si confirmasset mandatum à pr̄decessore con-
cessum, vel si concessisset rescriptum in forma ra-
tioni congruit, adhuc in duobus beneficiis grauare
poterit per mandata collatorem habentem quā-
quaginta beneficia in collatione. Car. Pan. & Imo.
in c. literis. de rescri. vbi ponitur ratio in fine, quia fa-
ctum pr̄decessoris nostri potius quām nostrū fui-
mus prosecuti. Nam sicut patris & filij vnū est te-
stamentū. l. patris. ff. de vulga. ita antecessoris & suc-
cessoris est vna gratia, quæ denominatur à suo prin-
cipio Bal. in d. c. literis. Facit l. vnum ex familia. §. j.
ff. de lega. 2. Barb. conf. 39. bene enīm. col. 7. vol. 3. vbi
concludit actum non propriè dici celebratū ab eo,
qui alterius voluntatem exequitur. multa adducit,
quæ ibidem cernere licet. Intellige siue concedan-
tur duo mandata vni. quod potest fieri, si vnum fa-
ciat alterius mentionem. c. in nostra. de rescrip. Nisi
fuerit incerta clausula motus proprij, vel pro ex-
pressis habentes, quæ solent in forma inferius de-
seripta adiici, vt ibi patet. Et tunc si vnum extinctū
fuerit, altero vt poterit. Rota decis. 49. nota q. vbi
aliquis. in antiq. nam qui habet plura remedia, si in
vno succumbat, aliud remanet. l. Aurelius. §. ff. de
libe. leg. l. in delictis. §. si detracta. de noxa. actio. l. eū
qui. C. de inoff. testa. not. doct. in l. j. de furt. & in l.
quod in heredē. §. eligere. ff. de tribu. actio. nā si col-
latero duo beneficia in vim mādatarū cōtulerit vni
vel duobus, nō poterit per aliud mandatū grauari.

Quartò, non procedit in locis in quibus nō est
receptum concordatum, quia hæc iura ibidem nō
seruātur, ideo nec hic tex. per not. in c. i. & c. ecclē-
sia sanctæ Mariæ. de constit. & l. omnes populi. per
Bart. ff. de iusti. & iure.

Quintò, quando Papa in secundo mandato con-
cederet collatori facultatem recipiendi & nō pr̄-
cipiteret, tunc etiam posset aliud mandatum con-
dere, nec istud computatur in numero, quia nō di-
citur ordinarius grauari. c. cum aliquibus. & ibi gl.
de rescrip. in 6. & dico in glo. seq. sed in hoc regno
nō admittetur, cūm certam habeamus formam
intra descriptam, à qua recedere non licet.

Sextò, quando Papa concederet alicui pauperi
clericu literas in forma pauperū, vel cū secundum
Apostolum, directas illi, qui talem ordinavit, nam
adhuc si collationem habuerit quinquaginta bene-

fiorum, in duobus mādatis poterit grauari, cum hic tantum prohibeat grauamen per viam mādati, ergo nō alia ratione, ut supra dixi. & quia iste ordinarius deliquerit ordinando pauperē, ideo debet puniri, ut eidem prouideat c. postulati de rescri. c. episcopus, & ca. cum secundum de præben.

Ad regulas & secularia man- datū dirigi potest.

Vltimō, fallit quando tria mandata dirigerētur abbatī habēti collationes beneficiorū regulariū, & seculariū, & duo regulares impetrassen mandata ad illū, & vnum secularis etiam: quia si vacet primū beneficium regulare, debebitur regulari, si postea vacet seculare, debebitur seculari, excluso secundo mādatario regulari, arg. c. suscep̄tū. & c. si pro te. de rescr. in 6. & c. quia s̄pē. & ibi, no. de præb. illo lib.

Et quia hic intelligitur de duobus primis. l. boves & hoc sermone ff. de verb. sign. vbi scripti. Et sic quousq; nō erigit grauatus ordinarius de duabus beneficiis, mādatarij prosequi poterūt sua mādata;

grauare a posset: ita tamen b quod in ea- dem ecclesia cathedrali, vel collegiata

Grauari quādo dica- tur ordinarii.

a Grauare.) Dicitur grauari ordinarius, quando auferunt eidē libera collatio, quæ est in fructu. glo. sing. in c. cū olim. de majorita. Pan. in c. mā datum. col. de rescri. etiā quia nō potest suis prouidere. c. abbatē. col. 2. de rescri. per Barb. Tamē grauatus nō dicitur, si alter mādatarius sit inhabilis, etiam si illi fuerit prouisum, quia collator ex suo delicto, vel culpa, nō debet cōmodū reportare. Quod intelli- ge quādo crimē huius erat notoriū, vel inhabilitas ex rescripto apparebat, vt pote quia in mādato im- petrans ad beneficia huius regni dicebat se Hispanum, tunc cōferenti imputatur, quia liberè dicitur cōferre, cū nō teneretur. & hoc probatur per ea quæ- t. adit Bart. & aliij in l. 2. col. 2. ff. quis in ius vocatus nō ierit, vbi si cōst̄ iudici per ostēsionē priuilegij aliquē esse exēptum, nō tenetur cōpareare exēptus sic citatus, & si in citatione exprimatur exceptio, seu excusatio cōpetens citato, tūc nō tenebitur cōpareare citatus. Inn. in c. præterea. de dilat. sic nō te- nebitur collator cōferre ei, qui ex mādato suo de-

Inhabili- mandata- riu. ordina- riu. prouide- re non te- netur.

claratur inhabilis. Itē nō succurrunt emptori equi, vel alterius animalis, quādo vitiū erat notoriū, & patēs, sec⁹ si latē. l. j. in prin. ff. de c̄dil. edīt. sic non debet succurrī huic ordinatio cōfērēti notoriē in- habili, si verō inhabilitas esset occulta, grauati dicitur prouidendo illi etiā inhabili, & sic alteri non tenebit prouidere. arg. not. in c. ad probādum. de re iud. & in c. vestra. de cohab. cleri. Henric. Bohic. in c. veritatis. de dolo. [Etiā grauatus dicitur ordinarius, si fortē collatio spectabat ad aliquē ex compo- sitione, si is prouiderit, q̄a licet ex Romani pontif. dispositione resignanti fortē est reseruata collatio aliquorū beneficiorū, tamē illa sunt beneficia ab- batia, vel episcopatus: ideo dicitur grauatio abba- tia, vel epatia, quāvis mādatarius ex collatione al- terius quā abbatia habuerit, quia tanquā pēfōn- riū abbatia ipse contulit, non tanquā extraneus.]

Per collatio- nem pen- sionari abba- tia an cen- seatur ab- bas grau- atus.

Idē si ab executore fuerit inhabili prouisum notoriū, ut supra dictū est, [grauatus non dicitur ordi- narius,] quia reclamare debebat collator, ne isti in-

habili conseretur beneficium, & alteri conferre, q̄ mādatario: si fuerit negligēs, impuret sibi, quia ne- gligētibus iura non solēt subuenire. l. pupili⁹ ff. que in frau. cred. l. si duas §. decet. ibi, & circa operatio- nē, negligēt se non habeat. de excusat tut. Præ- terea si prodesse hæc collatio facta mādatario in- habili, daretur materia delinquēdi, contra l. conue- nire. ff. de paēt. dot. Nā ordinarij procuratē suis in- habili b. mādata concedi, & ipsi hoc modo, prouide- tē illis, quod non est permittendū, sed malitiis est obviandū. l. in fundo. ff. de rei vēd. c. sedes de rescr.

Nec dicitur grauari quando vult, hoc importat huius natura vocabuli, ut si dicam, grauate fero, vel non grauate, & sic volūtariè, nam grauate onerare est. Virg. Nec me labor iste grauabit. & alibi dici- tur, Hoc portat leuiter, quod portat quisq; libēter. gl. in l. 3. ff. de excu. tut. Imo tutelæ affectatē non di- cūtur grauare. §. itē tria. inst. de exc. tut. quāuis alias dicātur grauare. l. diximus. in f. prin. ff. de excu. tut.

Itē quando Papa, imperiāti confert iure præuē- tionis, & non vi mādati duo beneficia, non dicitur grauari ordinari⁹ quo ad hoc, ut non teneatur mā- datario prouidere, quia Papa iure præuētionis omnia beneficia potest conferre, cum totus mūdus sit dicecēsis Papæ. c. cūcta per mūdū. & c. per principa- lem. 9. q. 3. vnde non est mirum si in sua dicecēsi, & sic per totum mūdum, conferre possit, quia omnia beneficia mundi sunt manualia quo ad potestatē Papæ. Bal. in l. rescripta. col. pe. nu. 7. C. de præci. im- pera. off. tamen si reseruare omnia beneficia mun- di suæ collationi, oriuntur scandalum, & ideo non posset. gl. in ca. per principalem. 9. q. 3. hoc expresse tenet Barb. in cap. mandatum. col. 5. de rescr.

Nota tamē quod etiā grauatus dicitur collator, quando contulit beneficium vni super quo litigabatur, ideo pendēte lite non poterit grauari in altero, si decem beneficiorum collationē tātum habebat, & non quinquaginta, quādo is req̄ebat, alia sec⁹, quia c. ausula si pro alio, apponitur in fauore illorū, & quia poterit iste mādatarius illud consequi: ideo alter mādatarius lite pendēte nō admittetur. Card. & Barb. in c. mandatum. de rescr. & sic non requiri- tur pacifica possessio, sicut in eo qui adipiscitur secundum, ut faciat vacare primum beneficium. c. de multa. de præb. c. cōmissa. de elect. in 6. si tamen euincatur à mādatario, tenebitur collator alterum conferre eidem arg. c. inter. de præb. [grauatus etiā dicitur ordinarius, si vni mādatario contulit, qui tamē non obtinuit beneficium, pensionē ex cōpro misso, seu cōpositione, quia imputādum est ei, qui compromisit. l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euic̄tio. Bald. & Iacob. in l. 3. in princ. ff. de transact.]

b Ita tamen.) Sic ponitur in l. J. solet. ff. de tutel. & l. si pluribus. in f. ff. de leg. i. & restringit præcedē- Declaratur dictio ita ta- men.

tia, ut tradit gloss. §. placuit. in eo verbo, de coll. in prag. per l. libertas. ff. de man. testa. quē nil facit. sed tex. est in l. Lucius. §. quē habebat. ff. ad Trebel. l. ita

tamen ibidē. & l. stichum Trito. de statu lib. l. si du- bitet. in princ. de fidei. & l. f. §. finautē quasi. C. de

furt. Guido Papæ sing. 334. dictio. ita tamē. Idem fi-

gnificat dictio sic tamen, ut in l. relegatorū. §. item

potest. ff. de inter. & teleg. Ideo si restator reliquerit

domum

domū vxori sue, ita tamē quod possit in ea habita
re toto tempore vitæ sue, per hoc restringitur legatū
ad habitationē tantū, & nō ad proprietatē. Idē fir-
mat Capi. in dec. Neapol. q. 108. nū. 7. Aliquādō ta-
men facit modū, vel inducit cōditionem, vt plenē
explicat Lucas de pēna. in l. i. C. de col. fundo. fisc.
lib. II. & sic potest hic tex intelligi. [Papa interdum
soler dicere prouiso loco huius verbi, quādo excō-
municatus cōtra formā consilij generalis, petit ab-
solutionem, ei autem conceditur, prouiso, quod si
pro manifesta offensa dicta sentētia sit prolata, nec
ab excōmunicato sufficienter præstetur emendā,
nullatenus relaxetur. c. faci. de senten. excom. pro-
uinciale. fol. 21. dicam. in tit. de verb. sign. in decre.]

*In eadē ec-
clesia plura
habere be-
neficia ma-
xime et pro-
batione ful-
la, si infim.*

Et hoc est introductū, vt qualificationes gradua-
torum in ipsis præbēdis suū valeant sortiri effectū,
vt habetur in prag. §. nō tamē intendit. de col. & li-
cet Papa possit vñū collatorē habentē collationē
so. beneficiorū in duabus grauare per mādata, non
tamē in duabus præbēdis vnius ecclesie, & hoc
vult dicere tex. quia in eadem ecclesia exosum est,
vt duabus mādet cōferri, sicut exosum est, vt quis
duo habeat, tex. & ibi gl. in cle. vlt. de prēb. Ideo di-
citur quod dispēsatus ad duo beneficia, nō cēsetur
dispēsat* vt habeat sub eodē techo, vt dicūt, nisi ex-
presē dicatur in dispensatione, quia magis odiosū
est in eadē ecclesia plura habere, quām in diuersis.
Pan. in c. de multa, col. 2. de prēb. sequitur. Feli. in c.
in nostra. correla. 8. de rescri. quia in dispēsationib.
non sit extentio, etiā ad casum minorem. ideo mo-
nachus dispensatus ad curatum, nō est dispensatus
ad beneficium simplex. Feli. in ca. postulasti. col. II.
nū. 9. vers. regula est. de rescri. vbi plenē prosequi-
tur & Ias. in l. si num. 37. cum seq. ff. de consti. princ.

Item quamvis per adēptionē secundi simplicis
non vacet primū ipso iure. ca. de multa. de præben.
fallit in beneficis simplicibus existētibus in eadē
ecclesia, tex. sing. secundū Car. ibi, in c. literas. in fi.
de cōcēt. prēb. Et quāuis ordinari⁹ possit gratifica-
re in mēsib⁹ graduatorū, nō tamē poterit gratifica-
re ad duo beneficia in eadē ecclesia cōsistentia per
prædicta, & quæ dixi in §. statutū⁹. i. supra de coll.

Episcopus *non dispe-
nit ad pri-
uaria beneficia
conforme.*

Preterea ep̄s non potest dispensare, vt quis ha-
beat plura beneficia conforma in eadem ecclesia,
etiam duo altaria. glo. Pan. & Imo. in d. c. literas. Itē
cria nō valet confuetudo, vt quis habeat duas præ-
bēdas, aut duas capellanas in eadē ecclesia in titu-
lum. c. i. de consuet. in 6. vide quæ dixi supra in tit.
prox. §. volumus. gl. in cathedralibus. Item si māde-
tur prouideri habeti præbēdam in vna ecclesia dē
primo beneficio vacatu, non tamen poterit eidē
prouideri de præbēda altera, licet primo vacet,
quia duas præbēdas sub eodem techo tenere non
potest. d. c. literas. de concess. prēb. & ibi not. & in d.
cle. fi. de prēb. Sed aliud beneficium expectabit. &
si primus mandatarius obtinuerit vñā præbēdā in
vnam sui mādati, nō poterit secundus alteram con-
sequi, etiā si statim vacaret post mensēm à die præ-
sentationis mādati. cōputādū, vt hic describitur.

Nota. at. Et quād sine dispēsatione pōt quis be-
neficiū in eadē ecclesia habere in titulū, & capellā
non curatā, etiā requirentē celebrationē, & potest

esse canonicus & capellanas in eadē ecclesia, licet
nō possit duos canonicatus in eadē habere. L. pp.
allega. 116. testatur, in fi. quē refert & sequitur Feli.
in c. ex parte. 8 col. 1. & seq. de rescri. intellige quod
Papa nō potest grauare prætextu mādati, vt in eadē
ecclesia dux præbēdā mādatarii cōferantur, sed
bene eas iure præventionis conferre poterit, vt se-
quitur, quia hic prohibetur grauamen ratione mā-
datorum. fecus in alio, quod enim nō mutat. cur
stare prohibetur. l. sancim⁹. C. de test. vt sup. dixi
vnum collatorem pro tempore a in duabus
præbēdis, non grauet.

a. Pro tempore.) Ergo successor poterit, quia hic *Dicr. spē-
tifices in
duab. præ-
bēdas, vt duo
bēdū gra-
uare pos-
sunt.*
excluditur, vt idē non grauet in duabus præbēdis,
ergo diuersi sic, & idem in diuersis beneficiis extra
præbēdas, vt duo pōtifices ad duas præbēdas gra-
uare possint eandē ecclesiam, & ad alia duo bene-
ficia, siue pro vno scribatur, siue pro pluribus, quia
non plus grauatur ecclesia quādo mādatur pō vno,
quām pro pluribus, & hic tex. generaliter loquitur,
& indefinitē, & etiam non distinguunt an mandetur
pro vno, vel plurib⁹, igitur nec ego. iuxta l. de pre-
cio. ff. de publiciana in rem actio. & an ille qui ha-
bet duas præbēdas possit dupli suffragio vti in
electionibus, & aliis actibus. tenet Ioan. Fab. in §.
instit. de excus. tut. quod non, tu illum videto.

b. Præbēdis.) Integris appellatione enim præ-
bēda venit integrā. ca. cui de non sacerdotali. de
præb. in 6. Tamen postquam diuīsā sunt præbēdē,
& ex vna facta sunt duæ, dicūt integrā. Io. And.
ibi. Et vide in c. vacante. de præb. nisi retineant no-
men dimidiæ. Et quādo nō habent stallum in cho-
ro, & locum in capitulo, non dicuntur habere inte-
gram præbēdam, cum ista iura sint canonicatus &
præbēda c. pro illorum. de præb. Item non poter-
it grauari duabus præbēdis, etiam si vna sit digni-
tati vel officio annexa, per cle. vlt. de præben. Quia
videtur grauamen in duabus præbēdis, debet tamen
primus mandatarius istā dimidiā præbēdam
acceptare, eo quia est beneficiū. sed collator nō cē-
setur in vna præbēda grauatus, si tō habeat omnia
iura, quæ alij canonici habēt. Et idē secundo pos-
set deberi altera præbēda integrā per prædicta.

§. ET UT OBIUETVR.

Et ut obuietur cōlitibus, quæ occasione
literarum mandatorum huiusmodi oriri

c. Et ut obuietur.) Per hoc dicunt quidam nō esse
formam substantialem datam per hēc concordata
mandatis apostolicis, dicentes, quando aliquid est
introductum ad utilitatem rātum partium, vt hic,
videlicet ut obuietur litibus, tunc non dicitur de
forma, ita in proprii terminis dicit Bald. in l. vni-
uersa. col. j. C. de p̄cib⁹. impera. offeren. Sed respō.
non esse hic tantum introductum ad utilitatem
partium, sed etiam ut sit de forma. demonstratur in
hoc text. supra, iuxta formā & infra sua forma, quæ
est inferius annotata. Et etiā voluit Romanus pōti-
flex formā in quinterno. registrari & ad p̄petuā rej.
memorā, vt infra in forma mandati, & ibi dicam,

possent, mandata huiusmodi sub a forma, quæ est inferius annotata, dari volumus, quam ad perpetuam rei memoriam binā cācellaria apostolica publicari, & in illius cōquinterno registrari mandamus.

Formato- a Sub forma.) Ergo sub alia forma non vult dari, *tis nouis ob* q̄ de uno dicit, de altero negat. c. qualis. 25. dist. c. *seruari de-* nōnne de p̄fūmp. l. cum prætor. ff. de iud. Frustra annotaretur & scriberetur hic, si nō obseruaretur, nec est verisimile quod cōditors dixissent esse de forma, si non esset prout in simili nota. tex. in c. ad audientiā de dec. postquā est de forma, tene quod dicitur. i. ad Timoth. 6 c. Præcipio tibi corā Deo, vt seruēs mandatum sine macula. Et Deute. 12. c. in fi. Quod præcipio tibi hoc tantum facito, nec addas quicquā, nec minuas. l. in conuentionalib. in prin. ibi, nihil immutare licet, neq; addere, neq; detrahe re. ff. de verb. oblig. Et Apo. vlt. c. Si quis apposuerit aliquid super hoc, apponet Deus super ipsum plaga: & si quis diminuerit, auferre teius partem, &c. Et ad Timoth. 5. c. Testor coram Deo, vt hæc custodiā sine p̄fūdicio, nihil faciens in alterā partem declinando, simpliciter enim & pura forma mandati tenēda est. Fel. in c. cum dilecta. col. 9. vers. amplia. i. de rescrip. vbi plus dicit amplia. i. quod forma mutatur sex modis subtrahendo, addendo, interponendo, verbū pro verbo ponendo, verba corrumpendo, & verba transponendo, ibidem vide, & in declaratione regia, de qua infra in princ. formæ mādatarii, orissio formæ etiam in qualibet minima parte vitiat Ant. in c. pisanis. col. 7. no. de resti. spo. Dēc. 11. c. prudentiam 4. not de offic. deleg.

b Ad perpetuā rei memoriam.) Idem dicit tex. in c. l. in fi. de renunc. in 6. c. ad apostolicę. in suprascriptione. de re iud. ibidē. Frustra publicaretur, si nollet obseruari hanc formā. nam leges publicantur, quas perpetuū seruari vult faciēs, in auth. vt factæ nouæ cōst. col. 5. Et perpetuū quot modis accipiantur, tradic. gl. & ibi addidi in l. j. ff. pro soc. Albert. in tract. statu. in 4. parte. q. 62. gl. in §. itē placuit. in verbo, perpetuū de coll. in prag. Bal. conf. 372. in 4. vol. Barb. in c. ad audientiam. col. 1. de reb. eccl. nō alie. & conf. 63. col. 3. in 1. vol. & conf. 44. in 2. vol. & conf. 53. ibid. vide quæ dico infra in forma mandati, &c.

c Et in illi⁹ cōquinterno registrari.) Frustra registratur, si non obseruaretur forma hic descripta, vt obseruaretur mandat hic registrari. & quid si statuto caueatur, quod q̄ libet debeat jurare, & dicere omnia bona sua & debita, vt describantur in registris ciuitatis, aliquis iurauit se debere Titio decē, quæ non debebat; fuit debitum registratum, nunc Titius petet illa decē ratione illius iuramenti an possit? Respon. quod non, quia ex illo iuramento assertorio non oritur actio. l. si quis pro eo, & ibi amplè dixi in repet. illius, ff. de fideiūff. & quod non oriatur actio, ista est communis opinio, quam citati ibidem, vbi tenui contra per iura & rationes patentes, & in hac questione, ita expressè concludit Albert. in tractat. statuto. in prima parte, questione 178. item quarto.

S. DECLARANTES.

Declarantes d, prosequentes e huius-
d. Declarantes.) Est cōsūltatio declaratoria, quia Apostoli-
apostolicus de iure omnibus est præferēdus, etiam *cus ejus om-*
antea receptis autoritate legati, seu ordinarij. c. eū *nihil præfe-*
rebat. & c. hi qui de præb. in 6. quia magis priuilegia-
tus præfertur minus priuilegiato. l. verum. §. fi. ff. de
min. not. in auth. quas actiones. C. de sacro. eccl. sic
doctor creatus a papa præcedit alios docto. creatos
ab vniuersitatib⁹, & dicitur esse dignior. c. per tuas
& ea. statuimus. & ibi not. de maiorit. facit. l. j. ff. de
albo sc̄ib. Iaf. & alij in l. cū quid. ff. si cert. per. Barb.
& Dec. in c. clerici, de iudi. & miles creatus ab im-
peratore maiori gauder prærogatiua, quām si à du-
ce esset creatus. Pan. in c. postulastis. col. 3. de con-
cess. præbēn. sequitur Feli. in rub. de maiorit. col. 3.

Notandum est tamē quod dicit Rota dec. 55. not. Mandata-
quod vbi. in antiqu. vbi dicit, quod si q̄ s ex rescripto *vñ nominā*
papæ vel priuilegio possit nominare ad vacatē, seu *ii à rege*
ad præbēdas vacatēs, vt Rex Franciæ senatū Parisi. *preferūtur.*
tunc nominatus per talem priuilegiatū, nō præfer-
tur impenetranti apostolico, sed apostolic⁹ præfertur.
sic dico in nominatis per vniuersitates, vt mādatari-
tus apostolicus præferatur illis, & huic nominato
à rege, vt hic dicitur. Hoc exp̄resse tenerit etiā glo. in
§. nō tamē intēdit, in verbo, effectū. de coll. in prag.
e Prosequētes.) Iure tex. egregius in 3. ibi, qui iure
dati sunt. ff. de test. tut. lab. executore, in prin. de
app. l. j. C. de vestiga. c. faciat homo, 22. q. 2. & ibi gl.
condemnatū eū accipere debemus, qui iure & ritē
condemnatus est. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.
alioqui melius faceret mādatarius, si expensis ina-
nibus se non vexaret, cum obtinere spēm non la-
boret. l. j. ff. de inoffi. test. & emancipatos. inst. de ex-
hāred. lib. supra dixi. in §. fin. de colla.

Quārō quando dicatur non prosequi, & sic tūc *Quot mo-*
finietur mandatum? Resp. duobus modis. Primò si *dis finitur*
expressè iuri suo renunciaerit, & literis mādati. c.
sollicitè. & c. audita de resti. spol. data pensione, vel
non. c. ad audientiam. 2. de rescript. Secundò tacitè
dicitur renunciare & non prosequi, quando cōtra
eum est lata sententia, à qua non appellauit, sed illi
acquieciit. glo. in c. j. de concess. præbend. Domi. in
ca. j. de liti contest. in 6.

Tertiò si aliud beneficium incōpatibile adeptus
fit, quia tunc suā gratiā videtur tacitè renunciare.
cle. gratiæ. de rescrip. Vide tamen glo. in §. quod si
quis ex dictis. in verbo, tēpote. in fi. de coll. in prag.
vbi videtur renunciare, si vacet incompatibile, ta-
men si vacet simplex, nou, vt ibi dicitur. vel si obti-
neat dispensationem ad aliud.

Quartò, finitur si mādatarius duxerit vxorem,
c. j. de cleri. coniuga. etiā si contraxerit tantū spon-
salia de præsenti. gl. & doct. in c. vno. de cleri. con-
iug. in 6. Barb. conf. 11. scripsit. col. pen. in 1. volu.

Quintò. non minus tacitè renunciauit, qui ieicit
habitum clericalem. c. j. de apost. 1.

Sextò, qui factus est miles. at. c. i. & 2. dist. 51. & c.
eos. 20. q. 3. c. clericum 50. distin. Collecta. in c. fi. de
cleric. non refid. Vel aliud fecit contra clericatum.
arg. l. professio. C. de muneri. patrimo. lib. 10.

Sestimò,

Septimò finitur & perditur mandatum, quādō forma infra descripta non est seruata, quia omissio forma facit actum corruere. I.j. ff. de lib. & posthu. & l. cum hi. §. si prætor. de transact.

Octauò, quando mandatarius facit sibi scienter conferre beneficium alteri debitum incompatibile, vel illud occupat c. eum qui de præb. in 6. Perus. expressim in c. si clericus. col. i. ibidem.

Nondò, quando mandatum erat subreptitum. c. ad aures. de rescr. quod raro evenit in hoc regno, propter multas clausulas in mandato descriptas, & quando conditio in eo requisita non potuit verificari. Ancha. conf. 58. & cap. si prote. de rescr. in 6. vide fusius in tract. nomi. in quæst. vlt.

Negligens mandata- riū quan- do dicatur. Vltimò finitur mandatum, si mādatarius fuerit negligēs. c. tibi qui de rescr. in 6. c. si clericus. de præb. eo. lib. Et quādō dicatur negligēs, relinquitur arbitrio iudicis secundū. gl. ibi, & bonus iudex arbitrabitur, vt saltē intra sex menses petere debeat. c. 2. de cōces. præb. gl. in. §. item quod omnia in verbo, scilicet. de coll. in prag. plenē Feli in c. capitulum. col. 3. vers. fallit primo. de rescr. possem allegare Ioan. de Selua in tract. de benef. in 3. parte. q. 12. in fi. & q. 15. ac. q. 14. Et D. Ruse. in tract. de māda. apost. in 4. parte, & in tracta. regalio. in 4. priuile. aliosque multos adducerem, nisi putarem istos sufficere.

Primus mā- datarius re- nūcians suo mādato, quādo ex- cludat se- cundum. Nota tamē quod si collator in fraudē secūdi modi cū dederit primo mādatario, vt renūciaret suo mādato, & is renūciauit, quia etiā eo nō dato volebat dimittere clericatū, tunc talis titulus pro non titulo habetur, arg. l. etiā. §. j. ff. de peti. hær. & sic nō excludetur secundus, etiam in habente collationē decem tantum beneficiorū eo easū alioqui contra. Idem si primus mādatarius cōpuslus miseria, & fatigatus laboribus & expēs cēsīt, & modicū quid accepit, arg. c. f. de rescr. c. 2. de arb. Compostella. & Barb. in d. c. mandatum. col. 10. vide quæ dixi in tract. nomi. in q. v. vbi latē dico. quot modis pdātur nominationes, & mādata iisdē plenē modis amittūt. Et octo modis quibꝫ expirat gratia. scribit Io. Staphil. in trac. de literis gratie. ī 5. parte. fo. 108. & seq.

Mandata- riū an pro- bei manda- tum se ami- fife. Quod si mandatarius in his casibus velit pbatio quod nō renūciauit suo mādato, an possit? videtur quod sic, qā cōtra præsumptionē poteſt pbatio admitti. l. f. ff. quod me. cauf. c. is qui. de spōsa. Contra rium videtur tutius, quia ista præsumptionē dicitur iure, & de iure, cōtra quā nō admittitur pbatio in contrariū. l. vna. in prin. C. de rei vxor. actio. l. antiqua, ad velleia. fecus si esset præsumptio iuris tātū, cōtra quā probatio admittitur, vt supra diſtū extitit. Vel est fictio, ponderādo verbū videris. in d. cle. gratia. & cōtra fictiōne nō admittitur probatio in contrariū. gl. in verbo, quoniam creditur, in l. conficiuntur. ff. de iure codicillo. Bonif. in d. cle. gratia. Et an executor possit conferre beneficium sine acceptatione mādatarij? quod sic, tenet Collect. in c. in p. ter. in fi. de præb. per not. in cle. vna de cōces. præb.

Executori apofolio no ei p- fuit tem- ad confi- dum. Nota vltimò quod si mandatarius semel req. se- tit ordinatiū qui recusauerit eidem cōferre, si postea habuerit recursum ad suum executorem qui di- stulit conferre per annum, nō per hoc excluditur, quo minus possit prouidere, quia executori aposto-

lico non est certum tempus p̄fixum, intra quādō debeat prouidere, sicut aliis collatoribus, vt dixi in c. 2. de cōces. præb. ita in propriis terminis tenet gl. & Card. in cle. si de beneficio. de præb. Perus. in ca. gratia. in fi. de rescr. in 6. gl. in §. vilsum. in verbo, respectiū de col. in prag. vbi ista limitātur. Scripti in verbo, intra. in §. j. de regia ad præla. no. superius.

Que bene- ficia nō sint cōprehenſa.) Que ſunt omnia, niſi ſint ex- cepta. c. mādatū. de re- ſcri. doſt. in c. dilectus. in 2. de præb. Que ergo ſunt non cōprehenſa?

modi mandata, quo ad beneficia sub il- lis comprehensa a, in 2. de præb. Que ergo ſunt non cōprehenſa? Resp. Primò, regularē non cōprehēditur sub mandato secularis, & secularē beneficium nō compre- hēditur, etiā sub mandato regularis. [etiam p̄textu dispensationis. vide gl. in §. volumus. in verb. reli- giosis. de coll. in prag. & causā. in tract. de mand. in 2. parte, nu. 30. & se.] §. volumus. ſupra tit. prox. c. ſu- per eo. de re. & ibi pulchri Panor. Archid. & alij in c. ſi poſquam. de præben. in 6.

Secundò, religiosus sancti Aug. nō poteſt im- petrare mandatum, vt prouideatur illi in ecclesia S. Be- nedicti. ſed tātū poteſt impetrare in illo ordine, in quo est professus. extat lex regia in eo. tit. art. 6. not. in c. Deus. de vit. & honest. cleri. c. in nona. 16. q. 7.

Tertiò, beneficium generaliter vel ſpecialiter referratum dicitur, non comprehenſum. Auffr. in decif. Tholosa. q. 434. vbi dicit ſuper hoc extare re- gulam cancellia. Sed parum prodeſt in Francia, cū reſeruationes ſint in ea ſublate, vt ſaperius dictum fuit in rubric. de reſerua.

Beneficium litigiosum, an debeat probatur in §. ſupra eod. vbi beneficium ſpectans tur manda- tario. Quartò, non est comprehenſum beneficium li- tigiosum, vt mādatarius teneatur illud acceptare. ad collationē ordinarij, deber conferri mādatario, ſed litigiosum non ſpectat ad collationē ordinarij, quia nō vacat, ideo illud nō poteſt altero collitigāte mortuo alteri cōferti. c. f. vt lite pēd. in 6. & cle. 1. illo tit. regula cancel. 27. ne litigia in ecclesiarum diſpendiū prorogari cōtingat, vt ibidem dicetur

grauari ordinarius illud cōferēdo, quia forte alteri collitigāti primo cōtulit, probatur in forma mādati. ibi, cum plenitudine iuris conferatis: & ibi iuriūque & pertinētiū vniuersitū, &c. nō poteſt conferri cū plenitudine iuris, vel cū vniuersis iuri- bus, quod in mādato p̄cipitur, ſed cōferretur cū diminutione, quod eſt prohibitum. c. vno. vt ecclē- ſiasticī benef. ſine dimissu. cōfert. Præterea alienās rem litigiosam punitur. l. f. C. de lit. ergo nō poteſt alienari, minus cōferti, facit quia ſicut nō valet im- petratio beneficij litigiosi, niſi fiat mentio de lite. Feli. in c. cōterum. col. 1. & in c. in noſtra. correla. 15. derescri. Ita mandatum non compreheſit beneficium litigiosum, quia ſicut expreſſe papa conferēdo ta- le beneficium, ſi non exprimat litē, nil facit, ita nec executor vigore mandati, ſeu aliarū literarū, nam veriſimile eſt, quādō ſi papa item ſciuiflet, alij non contuliflet, vel de eo nō mādatiflet, qā nolit litigāti plares dare adueſarios. d. c. 1. vt lite pēd. in 6. Ägi. bella mera, conf. 35. vtrum. in fi. ita fuit decisum in hoc reuerendo ſenatu, hoc anno 1537. pro nobili Arrestum.

Francisco de Caluimont contra nobilem Hug. de Mauria.sic expressè tenet Dom. de Rota, deci. 608. si aliquis in antiquo quia forte mandatarius non habet unde litigem prosequatur, & possit multa litigando incurare pericula, vel est bonus vir, qui exercitat lites. item. §. f. ff. de alien. iudi. nec dicitur simpliciter vacare, postquam non vacat de facto. c. cu nostris. de cōcess. præb. Gomes. q. 19. super reg. cācel. de subrog. collitgā. [& si papa impetranti cōferret beneficium vacans non facta mentio e litis, non valeret impetratio, d. c. f. vt lite pendente in 6. multo minus debetur mandatario, vt scripsi in prag. bene. in forma sing. in 1. parte. in verb. aut litigiorum.]

Fallit quando mandatū esset impetratum ante litem inceptā, quia tunc deberetur, nam mandatarius habebat ius acceptandi quodcumque beneficiū, ergo & istud. Item quocumq; modo vacaret, nec debet eidem obesse, si forte primus mandatarius acceptaverit ante eum, & postea mortuus est, nam beneficiū istius primi poterit secundus acceptare, & eidē prouideri, de hoc debebit, licet sit litigiosum cū alio, nec per litis pendentiā debet impediri ut iure suo antiquiori. c. 1. vt lite pend. Ista est decisio Bonifac. in cle. 1. nu. 60. & seq. in 8. cōclu. vt lite pendente. cū res inter alios acta, aliis non debeat præjudicare. rub. C. res inter alios acta, tamen hēc collatio facta mandatario, non præjudicabit superstiti, sed per eventū litis declarabitur, an valuerit pūfisi. & acceptatio per gl. in d. cle. 1. & sic consuluit Aegid. bella mera. d. conf. 35. vtrum. vbi dicit non esse aliquam constitutionem prohibitam in contrarium, ista tamen limitatio est dubia per supradicta, nec eam firmo. si tamē mandatarius sine p̄tatione acceptaret collationē beneficij litigiosi. Ab ordinario sibi factā, grauari, tunc censetur ordinarius: quia fecit quod voluit mandatarius, & quod is ipse potuit, quia cōtulit ad mandatarij requisitionē. vt dixi in gl. grauare. §. j. supra eo. vide Rotā deci. 588. vtrū. c. f. hi. in anti.

Vniuersitatis, an possit beneficiū cū in iusto mandatario, vt mandatario debeatur beneficiū quod ordinarius vniuit ex iusta causa ante vacationē, quia ante vacationē mandatarij non habebat ius in re, & sicut de illo beneficio poterat fieri permutatio. c. vno de ter. permu. in 6. ita & vnio, non tamē post vacationē, vel incōtinēti ante, ratione fraudis vitādæ, quā ordinarij facere possent. no. in cle. vlt. de reb. eccl. non alie. hoc expressè tenet Collecta. in c. cōstitut. col. de rescr. Pro hoc est gl. sing. in cle. vlt. gl. f. de rescr.

Sextō, non est comprehensum beneficium paternum, si vacet ne videatur esse successio in beneficialibus, siue filius sit legitimus, siue illegitimus, sed aliud expectabit mandatarius. c. 2. & c. ex transmissa de filiis presbyt. dixi infra in forma mandat. in verbo, pro expressis. vers. 3. debet, &c.

Beneficium quo daretur scandalum, si nominato vel mandatario conferretur. c. cum teneamur. de præben. Fel. in decr. librat. c. 2. de præscript. Et sic esset comprehensum, tamen illi non debet conferri. Feli. in c. nihil. de præscript. Octauō, si non excedat valorē decē libratū turō. nō tenetur mandatarius illud acceptare, seu capellaniā minoris valoris. vt declarauit Martinus papa,

ann. 1426. die 1. Septēbris, quæ declaratio satis equa videtur, nescio tamē an iudicio fore. obseruaretur.

Nonō, beneficium vacans causa permutationis, q; a aliis extra permutatēs non debetur. c. vno, de rerum permut. lib. 6. glo. pen. in c. 2. de præben. eo. lib.

Decimō, beneficium non liberū, vt pote si collatum fuerit absenti, qui non accepit, licet ante declarationē voluntatis vacet. c. si tibi absenti. de præb. in 6. tamen mandatario conferri non potest, vt ibi. Imō si recusetur post mensem, non debetur mandatario, si vacauerit ante mensem, quia beneficia ante mensem vacantia post præsentationem mandati non debentur illis, vt patet infra in forma mandata. nec dicitur de nouo vacare, quādo absens recusat, vt habetur in dicto c. si tibi. per docto.

Vndecimō, nec præbēda quæ per mortē episcopi præbēdarij vacat. c. cum in ecclesia. de præb. in 6.

Duodecimō, nec etiā est comprehensa præbēda in eadē ecclesia, si alterū habeat mandatarius, vel alij erat collata, vt dixi in gl. ita tamen. §. j. supra eo.

Decimotertio, non comprehenditur beneficium primo vacaturum, vbi est consuetudo optandi. ca. fi. de consuet. in 6.

Decimoquarto, nec beneficiū de nouo fundatū. cle. f. de rescr. vide gl. solēnē. in c. q. a. sepe. de pb. i. 6. *Beneficiū si in villis muratis nō debentur mandatarii*

Decimoquinto, si beneficium vacet in curia non debetur mandatario. c. 2. de præb. in 6. nisi ordinarius post mēsem illud cōferret, q; a tūc de nouo in partibus incipit vacare. Lappus allega. 84. dominus pa. pa. col. 2. per c. statutum. & ibi not. de præben. in 6.

Decimosexto, non debetur beneficium sub iure patronatus laicorū existens, vt dixi in gl. patroni. §. præfatiq; ordinarij supra de collat. Et iā si clericū ratione patrimonij præsentaret. gl. præsentari. & ibi doct. in cle. vlt. de iure patron. Quia præsentans ratione patrimonij habetur vt laicū. teste Io. Staphyl. in tract. de literis gra. fol. 55. vers. Sed dubium est.

Decimoseptimo, non debetur beneficium sub iure regaliorum vacas, vt plenē prosequitur Rus. in suo tracta. regal.

Decimoctauō, sub mandatis apostolicis non comprehendit beneficium villæ muratæ parochiale, si non sit mandatarij qualitatis requisitæ, videlicet graduatus, per c. quia sepe. de præb. in 6. & c. ei cui. ibidem Domi. in c. f. eo tēpore. col. vlt. de rescr. eo. lib. quia non videtur fuisse de mēte cōcedētis, quod probatur hic in vers. declaratēs, ibi, sub illis cōphēsa, vbi vul mandatarios præferri graduatis & nominatis in beneficiis cōprehensis in mandatis. ergo sūt aliqua, quæ non cōprehenduntur, vt villæ muratæ, & præbēde theologales, quāvis cōtrarij dicat Boer. in decis. Burdaga. q. 225. apostolic⁹. nā in mandatis cōprehēdūtur beneficia secundū qualitatē personarū, quib; dātur mandata. c. sup eo. de rescr. in 6. l. plenū. §. equitij. ff. de vſu & habit. ideo dicitur in tex. sub illis cōprehēsa Ncc duo specialia hic videt papa voluisse inducere, videlicet & q; mandatarius nominatis & graduatis præferatur, & quod habere debeat beneficia, quorū nō est capax, saltē per cōcordata, nā hoc prohibetur in 1. c. de dotis promis. cum hæc specialia sint de iure speciali concordatorum introducta, non de iure cōmuni, expressissimè si voluiscet.

set,c.ad audiētiā.de deci.& quia in §. statuimus,p-hibui ne parochiales cōferātur aliis quām ibidē expressis,inter quos mādatarius nō est, & si his da-rentur, peruerteretur status ecclesiārū parochia-liū regni,quod est prohibendū.[Et si comprehēde-retur in mādatis hāc beneficia,pari ratione & p-rēcōmēnse hic erunt.]

*Executor
mandatorū
villa mura
te beneficiū
nō graduat
tū confere
non posseſt.*

Itē infra eodē Papa retinuit sibi & successoribus, vt possint conferre beneficia quomodo cūque qua-tū confere lificata,ergo alius extra eū cōferre non poterit,et iā si sit executor datus ab eo in mandato,quia sibi tā-tū retinuit,vt cōferret,non autē vt mādaret cōfer-re,ideo quando in mādatis scribitur executor,vt cōferat,non videtur mādatū vt cōferat has ecclē-sias parochiales in villis muratis sitas,& si māda-ret,non recipere tur in regno,vt aliquis beneficia qualificatis affecta conferret,et iā si esset legatus,vt alibi dixi.Et nō est mirandū de hoc,quia lōgē aliud est cōferre,aliud mādare cōferre,gl.in c.eū cui.&c. si postquā de præb.in 6.&c.duob⁹ de rescr. illo.li.l. aliud ff. de reg.iur.& ibi Dec. Bal. expressum in c.in literis de of. dele[. Paul. Paris. cōf. 79. aduertēdū.co. 1. in 4.vol. [& ita declarauit rex,vt infra dico.& no. Collecta. in c. significatū. i. fi. de præb. & Papa vt di-xi in d. § statuim⁹. sic ut aliud est ordinare ecclēsiā, aliud pronūciare ordinādam gl.& doct. i. c. sup eo. de offi. dele. [Nec obest q. executor nomine Papā cōfert. Resp. & si Papa cōfert nō facta mētione, nō valeret collatio tāquā subreptitia, multo minus in executor,vt est in tit.de firma & irrevoc.infra.]

Itē maiore postatē sibi retinuit pontifex , quām cōmiserit.c.dudū. de præb.in 6. ergo nō cōmisit,vt executor nō qualificato cōferat has ecclēsias qua-lificatis affectas, qā nō potuissest maiore potestatē super illis beneficiis habere,& quādo duo sunt im-pedimenta, uno sublatō remanet reliquā.c.ex tua-rum. de vsu & authori.pallij Pan.in c.ad aures.col. pen. de rescr.sic consuluit Anch. consi.364.vigso.

Per prag..nō erat sic prohibitū,quia Papa nō sic se astrinxerat,vt in his concordatis est videre. & quia Papa debet facere mētione quādo confert, vt dixi in gl.ac etiā,infra.eo.ergo etiā si mādaret conferre, sed non videtur fuisse huius intēctionis,vt executor cōferat in vim mandati postquā ipse Papa hoc nō faceret sine expressione.Nec me mouet, qđ nō ex-e-cutor cōfert,Papa videret cōferte,qđ est verū fidē, sed nō verē:& ideo hic retinuit Papa iure prēcētio-nis sibi,& successorib⁹ suis collationē,nō executo-ri,& si hoc Papa cōcederet executori, posset etiā le-gato eadē ratione cōcedere,qđ nō admitterēt Gal-li, nec est verū dicere,qđ oīa vacātia extra curia, ex-ecutor possit cōferre,quia vacātia iure regali nō, nec alia nō cōprehēnſia in mādatis,& quāvis Papa voluerit mādatarios h̄sc tri graduatis& nominatis, nō tamē in villis muratis,vt declaratur infra.ibi,rā n̄mēsibus graduatis simplicibus & nominatis, q. &c. Ergo nō in beneficiis parochialib⁹ villarū mu-ratarū,alioquin expressissit sicut expressit residuū.c. ad audiētiā,de decimis.Nec est hoc modo intelli-gēdo restringere mādatū, sed cōtrariū dicere esset extendere ad casum in mādato non cōprehēnſum,

quod nō est faciendū,putarē tamē qđ si mandata-rius studierit trienniū,licet nō sit graduatus,quod illi deberetur beneficiū villa murata,et qđ si habili-s per. §. statuimus.2.supra.tit. proximo.tū qđ cef-sant rationes supradictæ,aliās secund⁹ mādatarius qualificat⁹ præferetur primo nō qualificato in his beneficiis, & etiā alij graduati non mādatarij per supradicta,& in aliis non cōprehēnſis in mādatis.

Nisi illa duo mādata dirigenter collatori ha-benti collationem decem beneficiorū tantū, quia tunc mādatarius secundus non excluderet primū, aliās prioritas nil operareret contra.c.eum qui. de præb.in 6. Et hoc casu putarem sufficere,quod mā-datarū esset qualitatīs requisitē tempore vacatio-nis.per c.ei cui.de præb.in 6.

[Decimonond⁹ si ex fundatione erat statutū, qđ nō cōferretur beneficiū,nisi sacerdoti,& is māda-tarius nō esset sacerdos,nec in mādato esset illi de-rogarū fundationi,illī nō deberetur,vt concludūt Sacerdota-le beneficiū
an debeat
tur manda-tario.
D.de Rot. dec.466.nota,quod statuta. i. atiq. sed cū hodie in mādatis sint clausulæ derogatoriz,debe-retur si mādatarij essent in ea ztate, in qua possent promoueri ista annū.per tex.in c.si pro clericis.de præb in 6.& ibi doct. sic fuit decisū in Rota. vt pa-tet in decis.3.si statutū. in no.] [Tamē si beneficiū sit affectū ministris ecclēsiā ex fundatione,nō de-betur mādatariis,vt declarauit senatus hoc anno 1556.in vigilia nativitatis, virginis Marię, pro māda-to directo thesaurario sacri facelli Bituricensi. quia is mādatarius non acceptauerat duo prima bene-ficia ministris ecclēsiā affecta, sed tertīū nō affec-tum,& illud fuit dicto mādatario adjudicatum.]

Vltimō,triginta quatuor,qua nō debētur nomi-natis,ferē in his mādatis non sunt cōprehēnſa,qua scripti in tract. nomi.q.15.ibi videre licet, ne plura.

a Ordinariis col-ordinariis a collatori-latoribus.)Sensus est bus & graduatis,b sim- quōd mādatarius plicibus & nominatis cēbet præferri in be-neficio primo vaca-turo,sive vacet in mēsibus in quibus ordinarii li-be-rē confert,sive in mēsibus nominatorū,vel gra-duatorū,& dicitur ordinari⁹ collator , vt declarauit in gl.ordinarij. §. præfatiq; ordinarij. supra.tit. pro-ximo.Si fuerit duo mādatarij,præferetur primus: c.ē.cui.de præb.in 6. Fallit in casib⁹ positis per gl. magistrā.in c.quia ſepe.de præb. in 6. & per tex. in c.ei cui.eo.tit. & c.fi.de cōfuet.in 6.& cle.fi.de rescr. no.Philip. Perus.in c. suscep-tum.col.2.de rescr. in 6. vide gl.in verbo,præferēdos.infra.eo.[Et quamuis hic tex.loquatur in ordinario collatore, tamen cō-prehēndit omnem ecclēsiasticum collatorem , qui authoritate juris confert vel hominis,& ideo pote rit etiam grauariis,qui sibi retinuit collationem,li-cet nō sit episcopus,vel abbas,& quo ad hoc dice-tur ordinarius,vt scripti in §.1.supra.eo.]

b Graduates simplicibus.)Hi dicūtur,qui nō ha-bent nominationē , sed tantū gradū.dixi supratit. proximo. §.præterea.glo. graduates simplicibus.

c Nominatis.)Etiam anterioribus tēpore,& qui-buscunque præfertur, etiā graduatis & nominatis simul, cum non sit habilis nominatus sine gradu.

etiam præfertur illis, qui studuerunt per trienium, de quibus in §. statuimus. 2. supra tit. proximo. Etia si essent doctores in theologia, extra tamē præbēdā theologalē, vt infra dico, quia hic indefinite loquitur, qua æquipollit vniuersali, cap. vt circa. de ele. in 6. Etiam præfertur nominatis, qui prius acceptauerunt, quām mandatarius, etiam si vacaret in mēsibus deputatis nominatis, ne fiat fraus istis mādatarij. & hoc p̄bat in hoc §. & sic differunt mādatarij à nominatis, vt hic. Ideo si nominat⁹ acceptauerit beneficium in mēse Iulio vacans, postea aliquis impetraverit, demum mādatarius collationē ab executo habuerit, quod hic preferatur, per regulam si vñico vincēt te, à fortiori vincote. c. au-thoritate. de conceſ. præb. in 6. nā Papa iure præuen-tionis nō poterat cōferre, quia iā erat prævētus per nominatū, mandatarius vincit hūc nominatū, no-minatus impetrātem, ergo mādatarius etiā vincet impetrātē quāuis cōtrariū tenuerit D. Aurio. in d. c. au-thoritate, in add. ad Guillel. de mōte lauduno.

Mandata-
rii in quib-
differant à
nominatis.

Secūdū, differunt, quia mādatarius tenet paucis casibus exceptis acceptare primum beneficiū va-cans, alioqui suo priuatū mandato. ca. tibi qui, de rescr. in 6. c. si clericus. de præb. illo lib. etiā si in mādato non dicatur de primo beneficio. gl. & doct. in c. si postquam de præb. in 6. gl. & doct. in cle. vna. in verbo, notitia. de conceſ. præb. Imol. & Fel. in c. cō-stitutus de rescr. secus in nominatis & graduatis, vt dixi in gl. prosequentibus. §. si. de colla supra.

Tertiō, in mandatis requiritur habilitas tempo-re data. c. si eo tempore. de rescri. in 6. secus in no-minationibus. §. volumus. ibi, vacationis tempore. & ibi declarauit supra tit. prox.

Quaridū, extinguitur mādatū per adeptionē be-neficij quānūcunque modici in vim mādati colla-ti. c. si motu. &c. non potest de præb. in 6. Secus in nominationib. quā nō extinguitur per adeptionē beneficij, nisi illud ascēdat usque ad ducētos flo-re nos auri de camera. d. §. volum⁹. & dixi in tract. no-mina. q. vlt. quot modis perdantur nominationes.

Quintō semel mandatū est præsentādū. c. tibi. & c. pe. de rescr. in 6. c. si ca. de conceſ. præb. illo lib. Itē nominati literas nominationum etiam semel insi-nuāt, sed nomina & cognomina in singulos annos, donec eis plenē fuerit prouisū. §. teneātur. de coll. sup. a. & quare hoc fiat, dixi in tract. nomi. q. 14.

Sextō, duo mādata nō possūt dirigi vni collato-ri, nisi habeat collationē q̄nq̄inta beneficiorū, vt in hoc tit. dicitur. secus in nominationib. proba-tur in §. p̄fati que ordinarij supr. tit. prox. & ob id cōquerūtur ordinarij collatores, cur nominationū numerus nō est taxatus, sicut mādatorū, q̄ difficile esset facere. Cū non taxetur per hēc cōcordata, sed permittat tot nominare, quot habiles reperiētur, & si numerus esset taxatus & diuites nominarētur, & pauperes nō, sā vniuersitatis vēderēt nominationes

Mandata-
& no-mina-
tions cur-
inuenienta.

Septimō, nominationes non conceduntur, nisi graduatis §. p̄fati que ordinarij. supra. de coll. mā-data vero quibusq̄cunque idoneis, etiam non graduatis, vt dixi in gl. dare pos sit. supra. eod.

Octauō, different, quia nominationes inuentae sunt in fauore literatorum, & ecclesiārum Franciæ,

vt melius regātur per literis honestatos, quam per ignaros, vt dixi. q̄ 3 tract. nomina. mandata vero in fauorem pontificis, vt dixi supra in gl. dare possit. & sic magis fauorabiles sunt nominationes quam mandata: ideo magis sunt ampliandæ, & extendē-dæ, quam mandata, nisi in casibus expressis.

Nonō, non cōferens nominato requirēti priuatur iure conferendi per octo mēses, quos habet li-beros. §. si. de colla. supra in mandatis. non punitur collator non conferens, sed executor confert, si ordinariorū conferre recusat. c. si capitulo. & c. si soli. de concess. præb. in 6. & c. tibi. de rescript. co. lib. nisi vt dixi in q. 19. tract. nominatio.

Decimō, in nominationibus non sunt exprimēda, nisi illa quā traduntur in §. volumus. de coll. & quā dixi in tract. nomin. q. 9. In mandatis secus, vt no. Feli. in c. in nostra. de rescri. & ego dixi infra in gl. pro expressis, in forma mandati apostolici.

Vndecimō, exemplum nominationū, seu literæ duplicitæ expensis nominati debet dari collatori. §. teneantur, supra. tit. prox. & ibi dixi. in mandat. secus, quia non inuenitur expressum. no. doct. in c. pe. de rescr. in 6. inferius expressius dicetur. idem in vtriusque putarem.

Duodecimō, literē nominationū gradus. ac alię necessarię tempore quadragesimę sunt insinuan-dæ, ac nomina & cognomina. §. teneantur de colla. suprā. mandata vero quolibet tempore præsentari poterunt, cum contrarium non exprimatur. tex. & ibi doct. in c. si capitulo. de concess. præb. in 6.

Decimotertiō, nominatus non tenetur probare collatorē habere tria beneficia sub sua collatione, quia habet regulā pro se, videlicet quod omnia be-neficia vacantia certo tēpore sunt illis affecta. ergo sufficit quod p̄bet vacasse illo tēpore statuto. & q̄ excipit nō debeti, debet hoe p̄bare Bal. in c. i. col. 2. de alie. iud. & qui habet regulā p̄ se, habet intētio-nē suam fundatā. gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Bart. in l. quoties ff. si quis caut. Dec. in reg. i. no. ff. de reg. iur. ideo is qui allegat non habere, debet hoc probare. l. quoties. §. q. dolo. ff. de proba. secus in mandatario, qui tenetur probare collatorē, cui est directū mādatum, habere decē, vel quinquagin-ta beneficiorū collationes, quia fūdat se in nutrie-rio, illū ergo probare debet arg. l. cū. ff. de neg. gest.

Decimoquartō, mandatariis debentur beneficia vacātia etiā per resignationem. c. dudum. de præb. in 6. in nominationibus secus. §. volumus. supra. de coll. dixi in 15. q. tract. nominationum plenius.

Decimoquintō, de cōsuetudine nominationes cōceduntur tantū tēpore quadragesimę, vt dico in q. 7. tract. nom. mādata quolibet tēpore. §. i. supr. eo.

Decimosextō, à Papa mādatū cōceditur. c. mā-data. c. literis. c. capitulū. de rescr. nominationes ab vniuersitatibus Fraciæ. §. volumus supra. tit. prox.

Decimoseptimō, mādatario potest cōferri bene-ficiū ratione mandati regulate, si sit dispensatus. fe-cus in nominato. §. volumus. supr. tit. pximo. quod tamen non firmo, quia ibi prohibetur simpliciter.

Decimoctauō, mādatarij nō possunt obtinere beneficia curata in ciuitatib. vel villis muratis sita. si nō sūt graduati, vel qualitatis requisite, vt in ver-bo,

bo, comprehensa dictum extitit, secus in nominatis, & graduatis, quibus sunt reseratae dictae ecclesiæ parochiales. §. statuimus. 2. suprà. tit. proxii.

Decimononò, nominatus molestans ordinarii priuati debet suis nominationibus. §. si supra. titul. proxii. secus in mandatario, in quo non est expressum. no. in c. dilectus. 2. de præb.

Vigesimò, nominationes, quâdo cunq; etiâ post viginti annos insinuari possunt. vt dixi in q. 14. trac. nomi. nu. 20. dic vt ibi, secus in mandatis. c. tibi de rescr. in 6. c. si clericus. de præb. ibidem.

Vigesimoprimò, nominationes ad beneficia extra regnum non danfur, secus in mandatis, vt supra in verbo, decem dictum extitit.

Vigesimosecundò, simulatq; insinuatæ sunt nominationes, si vacer beneficium debetur nominatio, vt dixi per illum tex. in verbo, capacē. §. teneantur de coll. suprà. mandatario verò non, nisi post mensem à die presentationis. vt infra in forma mādati patet, in verbo, post mensem.
Nona, qd nullus debet missam illius audire, alioquia audiens peccat. c. præter. 32. dist. Nec ab eodē sacramenta recipere, nisi sacramentū baptismi, pœnitentia, & Eucharistia, in mortis necessitate. Inno. & alij in c. fraternitatis. col. 2. de hære. tum quianō sunt digni confidere, & si confiant, nō sunt digni audiri, tum vt confuside culpa ad gratiam redeat. Adhac vt alij retrahantur ab illorū imitatione. Bonac. in 4. sen. dist. 13. q. 4. & Tho status vbi supra, conclu. 4. in addit. Imò plus peccat secundum eū cōmunicans cum isto notorio fornicatore, quā cū excōmunicato, in conclu. 13. & conclu. seq. dicitur, qui accedit ad videndā Eucharistiam inter manus publici cōcubinarij sc̄iter, peccat mortaliter, quia est in fraudem legis. secus si non ex proposito, hoc faceret. hæc sūt verba illius, quia benedictiones illorū vertuntur in maledictiones. c. si qui sunt presbyteri. 81. dist. Fugiendi ergo sunt isti, sicut pestis. c. negotiatorem. 88. dist. & eo casu missam parochiani audire possunt in aliena parochia contēpto suo presbyter. c. 2. de parr. licet alias regulariter cōtra.

Decima, q̄ non solum est exclusus à potestate celebrandi missam, sed etiam stadii in choro tempore celebrationis diuinorum, & sic nō poterit habere distributiones, sed accrescūt alii bonis. Præpo. per illum tex. in d.c. præter. 32. dis. quia cōcubinarij bona ecclesiæ comedere non debent. glo. in c. hāc consuetudinē. 10. quæst. i. nec electionib. interesse. Inn. in c. sicut de coha. cleri. sed sicut leprosus ab omnib. vitari debet, vt si timore peccati nō arceatur, saltem bonorum metu, ne fame pereat, quia hoc genus homines plus amissionem bonorum. quām animæ timent. & vide tex. in ca. eos. 81. dist. vbi sunt priuati beneficio.

Vnde **decima**, quia sicut rusticus vtitur suo iumento, ita diabolus & cōcubina & concubinario, vt in simili dicit gl. in c. audi deniq; ii. q. 3. & in c. dilectis. de appell. dicit eos habere membrum diaboli & requiescere cum diabolo dicuntur, & non super dominū, nam is requiescere super dominū dicitur, qui obtenuit sacerdotij vel prophetiæ, nō vivit luxuriosè. gl. in c. iudices. i. q. i. Vnde dicit Aug. mallem sustinere poenam Caiphæ, Herodis, & Pilati, quām poenam sacerdotis indignè celebrantis, sci- cet concubinarij.

Duodecima, q̄ si impenitent rescripta post suspē-
sionem, vel depositionem hoc tacito, illa non vale-
bunt. c. super eo, de coha. cle. & ibi Card. & Anch.

Decimatercia est, quia concubinarius pauper &
miser est, etiā si diuitias Midæ, aut Croci ante con-
cubinatum haberet. Prover. 14. in fi. Iustitia eleuat
gētem, miseros autem facit populos peccatum, &
maximè hoc peccatum. Eccl. 9. Ne des fornicariis
animam tuam in vlo, ne perdas te, & hæreditatē
tuam. hoc etiam nos doceat experientia, quæ est re-
rum magistra. c. quām sit de elect. in 6.

Decimaquarta, quia cito moritur, nec permitti-
tur longo tempore viuere ratione scandalis super
terram. Vnde dicit diuus Pau. i. ad Cor. 10. neq; for-
nicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sūt, & ce-
ciderunt vna die viginti tria millia. Legimus de
Cao Cælare, qui adeo libidine & inuidia flagrant, vt om̄nem v̄lum scientiæ iurisconsultorum le-
abolitum non semel iactauerit, ne quid præter equū
respondere possent, liberam magistratibus iurisdi-
ctionem, & hinc appellatione cōcessit, cum omni-
bus suis fororibus stupri cōsuetudinem fecit. ideo
triennie & decem mēsibus tātum imperavit, te-
ste Ayma. Riual. in historia iuris civilis, fol. 102. lib.
4. Idē dicitur ibi paulo post de Galba, qui septimo
mēs postquam imperium suscepserat, occisus fuit.
Idem dicitur de Ant. Bassiano. de Carolo 8. tradit
Gag. in eius vita. & Leui. i. 5. c. in fi. dicitur, Docebitis ergo filios Israel, vt caueat inmunditas & non
moriatur in lōrdibus suis, & animalia multum co-
euntia citò moriuntur. Aristo. lib. 2. de natura ani-
mal. quod bene nouit D. Probus in addit. ad Ioan.
Monac. in rub. de vita & honest. cleri. in 6. & de no-
cumentis coitus tradit Auic. Fen. 21. rub. de nocu-
mentis coitus, & plenè D. Tiraq. in tract. de legib.
conubial. fol. 130. & seq.

Decimaquinta, omnes cōcubinarij sunt surdi, nō
audientes dicta. Sapientum, sed & referentes cor-

ripientes illos. Eccl. 21. Auduit luxuriosus, & dis-
plicebit illi, & proiciet illud post dorsum suum.

Decimasexta, semper sunt in fixa & in clamore domi cōcubinarius cū cōcubina, & tenebras in horas dicunt, maledictiones das Abiō. Ille cōcubinæ imprecatur, hēc omnia mala in illū retrorquet, satis experientia probantur ista. non alias probo, quod aliquando coniugatis contingit, si habeat vxorem zelotypam. Sed concordantia matrimonia turbari non debent. l. i. in fi. ff. liber exhib.

Decimaseptima, ab omnibus amicis reliqui moriūt, & omnibus destituti, ac nudi sicut venerūt, reuertuntur. Psalm. 87. Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria.

Decimaoctava, q̄ subdit nō tenetur eis soluere **Decima nō**
decimas voluntarias, seu personales, aut oblationes, sum concu-
cū ab officiis eorū liceat abstineere. Præp. in c. præ-
ter. 32. dist. sed authoritate episcopi in ecclesiæ vi-
tūlitarē cōverti debet. Card. in c. tua. i. q. 6. de deci. &
si episcopus esset notorius fornicator, posset parro-
chianus sine episcopi authoritate in vilitatem ec-
clesiæ, vel pauperum, sua authoritate convertere. Thosta. conclu. 10. vbi supra. Imò subditī prælatum
fornicatori notorium cuitare possunt, etiā ante
sententiam. gl. & doct. in c. cum non licet. de præ-
scri. Ideo non debet confiteri parochiani his cō-
cubinarij, alioqui peccat illis confitens, & iterum
tenetur confiteri, cum concubinarius nullam ha-
beat iurisdictionem, quia est suspensus, vt supra di-
xi. Henric. Boh. in c. omnis. de pen. & remis.

Decimanona, semper tristes incedūt, ac tribulati
sicut hæretici Apo. 2. c. Dedit illi tempus, vt peni-
tentiam ageret, & nō vult penitente à fornicatione
fua; & ecce mittā in eam luctum; & qui mœchātūr
cū ea, in tribulatione maxima erit, & 17. c. [Et vbi
est reatus, ibi non potest esse gaudiū. Bal. in c. irre-
fragabili. de offi. ord. & Dauid, nō gaudebit inimi-
cūs meus super me.] Tristes con-
cubinarij et
bareatu.

Vigesima, experti sunt omniū casuum, & infor-
tuniorum, vt dicit Leonard. de vtino, in sermo. 43.
de legibus. Foemina, corpus, opes, anima, vim, lumi-
na, vocē polluit, annihilat, necat, eripit, orbat, acer-
bat. Corpus, opus, animam, consortia, foedera, fa-
mam, debilitat, perdit, necat, odit, destruit, aufert.

Vigesimaprima, desperati moriuntur, vel subi-
tanea morte. Legitur Iudi. 16. quod Samson à Dali-
da deceptus, leplum & plures Philistinorum ho-
mines interfecit.

Vigesimasecunda, dānati cū dāmonibus semper Subitā con-
cubinarij
ardent. David in Ptal. Omnes qui elongant se a te,
peribūt. Perdis omnes qui fornicātur. Diuus Paul. morti de-
cedunt, &
ad Ephes. 5. Hoc autē scitote intelligētes, q̄ omnis dānati ca-
reni sepul-
ture.
fornicator, aut immūdus, aut avarus, quod est ido-
lorum seruitus, nō habet hæreditatē in regno Dei.

& ad Gala. 5. idē dicitur. & i. ad Cor. 6. neque forni-
carij regnū Dei possidebunt. Et debet carere ec-
clesiasticā sepultura, si impenitentes decadant, te-
ste Leonard. in dicto sermo. quadragesima. 43. in
primo testimonio legis euangeli. in fi. per c. quibus.
13. q. 2. Apo. 21. Timidis autem & incredulis, & ex-
ercratis, & homicidis, & fornicatoribus, pars illorum
erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est

mors secunda.arg.c.quia in omnibus de vñuris.[Et dicitur, ipsa Venus campos non dabit Elysios.]

*Cauel. p
vxore cōcū-
binarii.*

Vigesimatercia,potest vxor procurare ne mari-
tus accipiat concubinā,& impide, & prohibere
ingressum concubinā,vel eam expellere,arg.l.nō
aliter.& ibi gl.ff.de vñu.& habi. & si non possit pro-
hibere,poterit agere cōtra maritum,vt concubinā
dimitat,& eam accusare ciuiliter & criminaliter.
Salic.in l.i.in 4.opp.Cad.ad l.Iuliam,de adult.Imō
potest discedere a suo viro, si vir habeat concubi-
nam nec erit restituēda, nisi vir præster cautionē
de expellenda concubina,& nō tenenda vel reaf-
sumēda,etiam per pñcz appositionem.arg.ca.ex
trāmissa,de restit. ipol.quia non bene cōueniunt,
nec in vno lecto morātur vxor & concubina,qua
vitæ vxoris insidiatur.Bald.in c.i.col.2.vt lite non
conclata.Card.Alex.in c.ex parte,in fi.de sponsa..

*Arrestum
contra nobis
lēm concu-
binariorum.*

Ethoc anno 1543, die 3. Aprilis ante Paschafuit
pronunciatum in hoc senatu cōtra quendā nobilē
Andeg.vocatū des Hommes, eo q̄ concubinā habe-
ret,vt personaliter in senatu cōpariturus esset, re-
sponsurus petitionibus procuratoris regis, nisi cō-
pareret tempore præstituto, quod caperetur vbi-
cunque etiā intra loca sacra, si non posset præhen-
di,qd ad tres breues dies citaretur,in sequēdo for-
man.l.inter.ff.de publi.judi. Et intetim voluit il-
lius bona capienda & saisienda cum aliis pñnis.
Vtinam omnes adulteri sic punirentur. & Zaleuci
lex,de qua in prin.concordato.scripsi, seruaretur.

*Ludibrio
suum concu-
binarij.*

Vigesimaquarta, omnibus ludibrio sunt & scan-
dalo.Naum.3.c.dicitur,Væ ciuitas sanguinum, nō
est finis cadauerum in te,propter multitudinē for-
nicationum meretricis speciosa,& grata,&c.ecce
ego reuelabo pudenda in facie tua,& ostendā gē-
tibus nuditatē tuam, & regnis ignominiam tuā,
& proiciam super te abominationes tuas, & con-
tumeliis te afficiam,& ponam te in exemplū ,&c.

*Concubina
rius eligi-
tut. c.i. & c.laici. & ibi Præpos.no.33. dist. Et episco-
ordinari. p-
bus eligi non pōt,nec nominari. c. si q̄ seipscopus.
34. dist.Bertach.tra.de epis.in 1. parte l.i.q.6.quod
vtinā seruaretur, & ij cōcubinarij extra Herculis
colinas proiceretur, ne foetore illorū alij corrū-
pantur.Nempe Tibullus Poëta Ethnicus sic ait,*

Casti placent superis, pura cum ueste venite,

Et manibus puris sumite fontis aquas.

Et Grapali.lib.2. de partibus ædium inquit,

Christi casta placent, manibus purissima puris.

Frangite liba manu, si procul omnis odor.

*Curati non
debent per-
mittere, vt
bi, in suis
celebrent ec-
clesias.*

Et ideo curati debet interdicere,ne in suis ecclē
debiunt celebrent,ne foetore illorum alij inficiantur.&
episcopi,qui illos sic tollerant, pro ipñis Deo opti-
maxi.respondebunt.quia nō caret scrupulo socie-
tatis occulte , qui manifesto facinori definit obti-
nere.c.error.83.dist.[& vtinā hi omnes eunuchati
esent sicut olim erant sacerdotes Berecythiae
matris,& ob memoriam Atys.]

*Concubina
rius furioso
cōparatur.*

Vigesimasexta,qd concubinarius furioso com-
paratur.Valer.lib.4.ti.3.sic ait, Sophocles ætate iā
senior,cum ab eo quidam quereret,an etiānum
rebus teretur venereis,inquit,dij meliora,libēter
enim isthinc tanquam à furiosa quadam domina-

tione profugi.Melius probat tex.in §.illud. in aut.
quib.mod.nat. effi.leg.vbi dicitur,nihil furore amo-
ris vehementius.& ibi glo.dicit.

Non frater fratri, cum furor ille venit.

Ignitus ille furor nefit habere modum.

Facit fil.in §.hæc autem.in auth.quomodo oport.
epif.coll.i. & tex.in l.2. §.initium ff.de orig.iur. vbi
in tex.habeb, qd capt⁹ amore virginis omne phas
atq; nephas cōmitteret.& pl⁹ dicit ibi Bal.qd amor
puellarū peruerit sensum.vide gl.in l.vna.C.de
senatus.Clau.Itē ebrio cōquiparatur.inst.de succes.
subl.nā vt vino quis capit, ita & amore mulieris.

Vt Venus enerunt vites, sic copia vini.

Vno nanque modo vina Venisque nocent.

Hæc Vergil.in paruis operibus. Et sicut ebrius
nō posset se dissoluere statim à vino,sic nec fatuus
concubinarius à sua ganea.

Vigesimaseptima poena est,quia etiam tria mala
oriūtūr præter supradicta.Primū qd propter istum
cōcubinatū publicū corda aliorū maximè laicorū
scandalizatūr.Secūdo vituperatur officiū ecclesiasticū.
Tertiū p̄bet aliis materia peccādi.c.si mala.
2.q.5.c.significati.de adult.& c.magnē.de voto.gl.
eo.ti.in prag.si sacerdos peccauerit,qs orabit p eo:

Itē per vitia luxuriæ dæmones coluntur, & tem-
plum Dei violatur.c.in eo.32.q.4. & 1.ad Cor. c.3.

Vigesimoctaua est,isti cōcubinario potest bonis
interdici,sicut mulieri luxuriosæ.l.& mulieri.ff.de
cura.fur.quia est prodigus morū,glo.in l.si quis cū
sciret.ff.de vñu.pro emp.Bal.in l.ea lege.in fi.C.de
cōdi.ob cau.& maior est prodigalitas morū quam
rerum,vt probat tex.ibi.Famæ suæ prodigos.C.de
his qui potentio.no.Bened.in repet.c.Raynuri⁹.in
verbo,mortuo,in 1.num.3ii.de testa.& expresse d.
Aurio.in addi.ad Guillel.de mōte laud.in c.gradi.
de suppl.neg.præl.li.6.plene Tho.Ferrar.cautele.6.
quāquā meretrix.vbi dicit notabilē hāc esse caute-
lam cōtra meretricē, vt nō posset de bonis suis di-
sponere.no.in c.pastoralis.de iud.& quādo episco-
pus habet plures in suo episcopatu tales furiosos
concubinarios,nō debet eos omnes suspēdere,vel
excōmunicare, sed debet à maioribus incipere, vt
alij exēplo illorū terreātur.tex.& ibi Pan.3 not.in
c.clericos.de coha.cle.Hodie sicut tela aranearū
capit parvas muscas,& magnas dimittit, ita & offi-
ciales,& sic delicta magnorū celātur,& nō puniū-
tur.gl.in l.ad splēdidiōres.C.de diuersis offi.lib.12.
dicā ergo cū pphera.Exurg.e domine,cur obdormis
& finis eos vivere super terrā:potest dici,quia
es iustus,fortis & patiēs, vt alibi idem David dicit.
Possem hic etiam alias pñnas cōgerere, sed has ti-
meant cōcubinarij, qui plura,dāna toti ecclēsię vi-
uetibus,scilicet, & morietibus inferūt. imo maior
est metuēda locis illis calamitas,vbi tales interces-
sores ad locū regiminiis adducūtur , qui Deimagis
in se iracundiā prouocat,quām per seipso placare
debuerant.Greg.in c.Fertur. §.vulnerato.1.q.i.

Vigesimanona, igne zelotypiæ torquentur, &
desiccantur.Spe.in tit.de sponfa. §.postremo.vers.
forma ab isto die. vbi dicit clericos plus laicis igne
zelotypiæ vñi,sicut capo in pullos.

Trigesima, is qui habet concubina, & procreat
filios,

Mala oriū
tur ex cōcu-
binam.

Concubina
rius potest
bonis inter-
dicti.

Cautela cō
tra meretri-
cem.

Zelotypiæ
igne torque-
tur concubi-
narij.

De publicis concubinariis.

761

Matri-
nū an p-
sunt de-
beat.
filios cēfetur cōtraxisse matrimoniu ex cohabita-
tione, & filii erūt legitimi, nisi protestetur, q nō in-
tendat cōtrahere matrimoniu.tex. & ibi gl.in libe-
re.ff.de ritu nuptia,q pcedit de iure ciuili,quādo
non erat magna inter eos disparitas. secus de iure
canonico.gl.in c.is qui.34.dist.Curtius in l.pe.in fi.
ff.de iuris.om.iud.Ig:itur deleātur isti concubinarij
iuxta Dauidis sententiam) de libro viuentium, &
cum iustis non scriban:ur.Psalm.68.vbi octo pœnæ
concubinariorum intueri possunt.

Sed istæ poena locum non habent in eo, qui v-
xorem habet sine solēnitate, tamen ecclesiæ, vt
apud Baion.& Biér.interdum fit,nempe illi monē-
di erunt,& cogendi, vt solēnitatem ecclesiæ reci-
piant,& tūc vocabitur vxor, quæ antea vocabatur
cōcubina.c.omnib. 34.dist.& supra in rub.scripsi.

Puniri vult negligentes prælatos, qui hocce non puniunt concubi-
narios, vi in hoc texti continetur.

§. Quod a si ij ad quos talium correctio
pertinet, eos (vt prædictum est) punire ne-
glexerint : eorum superiores tam in ipso de
neglectu , quām in illos pro concubinatu
modis omnibus digna punitione animad-
uertant in conciliis etiam prouincialibus &
synodalibus aduersus tales punire negligen-
tes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per
suspensionem à collatione beneficiorum,
vel alia condigna pena seueriter proceda-
tur. Et si ij quorum destitutio ad nos & sedē
prædictam spectat, per cōcilia prouincialia,
aut suos superiores propter concubinatum
publicum reperiantur priuatione digni, sta-
tim cum processu inquisitionis ad nos defen-
rantur. Et eadem diligentia & inquisitio in
quibusunque generalibus capitulis, etiam
prouincialibus , quo ad eos seruetur:pœnis
aliis contra prædictos, & alios non publicos
concubinarios à iure statutis , in suo robore
permansuris.

Prælati me-
glantes pu-
re concu-
biniariorum
magis pec-
contra quan-
cocubinaria-
a §. Quod si ij.) Hic patet quomodo prælati negli-
gētes punire concubinarios puniūt. Peccāt etiā
mortaliter, maximè si pēporali cōmodo hoc tol-
lerēt, & pari pena puniri debet.c.vt clericorū.ver.
prælati, devit.& hone.cl.Præp.in c.præter.¶.fi.col.
7.dist.32.vide tex.in c.ex multis.l.q.3.& ibi gl. Imo
magis peccāt, quācōcubinarij,cū auditoritatē & de
fensionē delictis præstet.c. qui aliorum.24.q.3.c.q
consentit.ii.q.3. Et episcopus qui taliū criminā nō
corrigit, magis dicēdus est canis impudicus, quām
episcopus.c.nemo.83.dist.& suspēdi debet.c.si quis
episcop⁹.ibidē. quod facit cōtra bailliū Mōtispes-
sul. quāstū à mere:ricib⁹ & cōcubinis intra ciuitatē
degētibus recipientē.vide tex.in c.negligere.c.
2.q.7.Aufre.in repe.cle.i.no.de offi.ord.deberent
ergo prælati animaduertere ī istos facinorosos cō
cubinarios, sed fortē posset illis dici, Clodius accu-
sat mœchos, & per hoc dicit Io.And.in c.fi.de rer.

eccles. non alien. Pontifices muti, de iure suo malē
tuti. Cum sint cornuti, non audent cornibus vti.

Publici concubinarij quatuor modis dicuntur, primo qd per
sententiam sibi conderantur, vel in iudicio confessi, vel de quibus
constat per res evidentiam, & qui tenet mulieres suspectas, & dif-
famatas, post admonitionem.

§. Publici autem intelligendi sunt non so-
lum hi quorū concubinatus per sententiam,
aut confessionem in iure factam, sed per rei
evidēntiam, quæ nulla possit tergiuersatio-
ne celari, notorius est, sed etiam qui mulie-
rem de incontinentia suspectam & diffama-
tam tenent, & per suum superiorem admo-
niti, ipsam cum effectu non dimittunt.

a Publici.) Quatuor modis publici dicuntur, vt hic,
& in c.velstra.& c.tua nos.de coha.cl.vide etiā per
tex.& docto.in l.i.ff.de iust.& iur. Alia licet videre
per gl.prag.fanct.co.ti.& per hunc tex.declaratur,
quis dicatur vsurarius publicus, seu manifestus.de
quo in c.i.& in c.quanquā.de vsur.in 6. & ibi multa
addidi.vide Ang.in d:sp: inci. vsurarij manifesti.

Notandum est q clerici retinētes in domo fe-
minas prohibitas, peccāt mortaliter.tex.in c.inter
dixit 32.dist.Ratio est, quia malū exēplum dant lai-
cis,& omnibus cū evidentibus.vnde dicit Augu.de
singularitate cler. Quale præmiū fœlicitatis expe-
ctat, qui nō solū blasphemia sanctitatis ab infidelib-
us prouocat, sed fidelib. perniciosū præbet exē-
plum, vt infirmi sub prætextu dilectionis subtiliter
fornicentur , & pudicus impudicissimæ castitatis
præbeat magisteriū:& abbas qui nō verbis & exē-
plis mandata domini ostendērit, deponi potest.c.si
quis abbas.8.q.2.fed hodie si ille tex.seruatetur, be-
ne multi deponerentur, vnde prælati tot mortibus
digni sūt, quot ad suos subditos perditionis exem-
pla transmitunt.c.præcipue.ii.q.3.

Item propter custodiā castitatis, quā difficilē ser-
uat clericus cohabitādo cū mulieribus.c.hospitio-
lum.32.dist.& Prouer.6.c.dicitur, Nunquid potest
homo abscondere ignē in sinu suo, vt vestimenta illi
nō ardeāt? aut ambulare super prunas, vt nō cōbu-
ratur plāta eius? Itē ob perfectionē virtutis, ad quā
cū difficultate ascēdit, q cōsortio fœminarū dele-
ctatur, vt dicit beatus Hieronymus ad Oceanum.

Præterea conuenit institutioni clericali nō tene-
re mulierem, vt Augu.vbi supra dicit, Vt quid sibi
adhibuit mulierē, qui ducere contempnit vxorem?
omnis qui non manducat carnem vt quid habita-
tionē suā carnem apparatus replet:& qui nō bi-
berit vīnū, vt quid vīni oblatione perfruiſ, &c.

Vnde scribit Cyprian. in lib.de singularitate cle-
ricorum sibi fuisse à domino reuelatū, ne sacerdo-
tes cum fœminis cōmune habeat cōtubernium,
per scripturarū testimonia etiam antea prohibitū
fuisse afferit, & per hoc cōfūluit Bertr.conf.5.mul-
ta sunt.col.3.vol.2.ex noua impressione. Plus dices
quod sacerdos non tenetur habitare in domo illius
coniugati, qui titulum eidem assignauit, sed potest
cōpellere eū, vt extra domum eidem alimēta pre-
beat. Si mulier in domo illius habitabat, ibidē vide.
¶. Sacerdos habens vīlē
lī an tō a
tur morari
in domo cū
mulierib.

Insuper, propter excellētiā ministerij sacerdotalis nam dicitur, Mūdamini, qui fertis vasa domini. c. neceſſe. i. q. i. Et Hiero. ad Oceanū, Quid tibi clerice, cū fœminis, qui cū domino ad altare familiariſ: Præpo. in d. c. interdicit. Et q. nō liceat regularibus tam monachis quā canonici habere cōcubinas, nec a'ias mulieres in dominib' eorū, patet p totū titulum de cohab. cleri, & sic fuit conclusum Tholosę, teste Auffrero in decif. Tholos. q. 4.48,

Prelati quæſtus à concubinarijs recipere non debent, & si receperint, duplum restituere, sed condemnationes ad pios vſus applicare debent.

§. Quia a verò in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictionem ecclesiasticam habentes, pecuniarios quæſtus à concubinariis percipere non erubescunt patientes eos in tali foeditate lordescere, sub poena maledictionis æternæ, præcipimus, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alterius quæſtus talia quoquismodo tolleret, aut dissimulent. Alioquin ultra præmissam negligentiam poenam, duplum eius quod propter ea accepserint, restituere, & ad pios vſus omnino convertere teneantur & compellantur.

§. Quia verò,) Ex hoc tex. patet q. pro hoc dilectio non potest episcopus, vel officialis imponere poenam pecuniariam clericis, cōuerterendā in vſum episcopi, sed debet conuerti in vſus pios. l. 2. C. de episcopo. aud. & ibi pulchrè Bal. Pan. & Fel. in c. irrefragabili. §. cæterū. de offi. ord. vbi traditur regula cū limitationibus, q. episcopus potest imponere poenam pecuniariā si magis timeatur, & debet cō-

Episcopu uerti, vt hic. Henri. in c. presbyteri, in 2. dist. de poenam pofſu. i. a. nis, per c. dilectus. de offi. ord. Barb. in rub. de connam pecuniarū, col. pen. Auffrero. in repet. cle. i. col. 98. in paruo maria mponere, & an valeat statuum. vol. de offi. ord. ip. Et præsumitur facere cauſa quæſtus, quando imponit poenam pecuniariā, & in suum conuertit. Henri. Boic. in d. c. irrefragabili. Imò si episcopus vel officialis non exprimat, ad quē vſum cōuertatur pium, videlicet ad dāndum tali pauperi, vel ad reparandam talem ecclesiam, licet dicat ad vſus pios conuertendam pecuniariam, tamē solet ab eis appellari ab abusu ad senatum, qui hūc abusum reformat per hunc tex. etiam in aliis casibus. nam vult senatus, vt exprimatur ad quem vſum piu ne fiat fraus huic constitutioni.

Idem si præcipiat sub poena decem, vel alia pecuniaria, nam hoc vidi à tenatu reformari, tanquam abusuum, ann. 1533. die secunda Decembris, contra officialem Cabillonem, vnde dicit glo. in c. cum ri. ab eccl. multe. i. q. vlt. quod ecclesia perdidit ius exigēdi poenam pecuniariam pro sacrilegio impositam, in c. quisquis. 17. q. 4. Sequitur Benedict. in repetit. ca. Raynutiq. in verbo, mortuo, in 1. num. 32. de testa. licet Pan. & alij illam gl. reprobent in cap. cum sit generale, col. 5. nu. 14. & seq. de foro compet. Et intelligite eum, vt hic scribitur, quod poena pecuniaria imponi possit ad vſum certum, pium & exprefsum, non alias.

Valeret tamen statutum episcopi imponens pœnam pecuniariam ultra poenam iuri, si non procedat à radice cupiditatis, dummodo nō imponeret pro quolibet criminē. Hoft. in summa, rub. de offi. ordin. §. quid pertinet. 2. vers. nō ramen. Pan. in c. li. cet. col. 2. de poenis. & c. de causis. de offi. dele. col. 3. sequitur Héri. Bote. in tract. de synodo episcopi, in 3. parte. art. 1. num. 120. & seq. amplia. 8. quia tunc statutum secundum eos punit, non episcopus. ideo episcopi accessat suspicio cupiditatis. vide ibidem fuisus, quia per breuitatem temporis nō possum alia scribere, die 7. mensis Ianuar. anno 1537. fuit causa posita in consilio contra episcopum Ambianen. qui recipiebat sextam partem beneficiorum, pro non refrendo, & dando licentiam non residēdi, & fuit factū præceptū eidē, vt seruaret hæc sancta cōcordata, quia episcopus nō debet recipere nisi cathedraticū. c. conquerēte. de offi. ord. alias punitur in quadruplici. c. quoniā. 18. dist. c. constitutum, & c. nulli. 16. q. i. pro cathedrali o tamē, vt ultra duos solidos soluat, valet præscriptio. c. olim, de censib.

Alias fuit prolatum arrestum in curia parlamenti Paris. per q. fuit factū præceptum episcopis, & archiepiscopis, ac aliis collatoribus huius sehati, ne ultra apertū sumere haberent pro collatione vnius beneficij inter Guylegier, & Anthonium more, anno 1522. die 12. Martij, vel si bene recolo, anno 1523. die verò octaua Februarij. Et nē pro iucūdo adūtu aliquid exigant, Anno 1521. die 4. Iunij, nec etiā pro charitatuo subſidio, vt fuit iudicatum contra episcopum Maleacensem, eo. anno, die 14. Maij: & quando possit imponi, & ex quibus causis, scribit plenē D. Boer. in deci. Burdega. q. 133. iuxta pollicitationem, cum multis. q. seq. etiam anno 1538. cōtra officialem Ambianen. reqūrēte regis procuratore, fuit dictum officiale nō posse laicos condemnare in emēdam pro crimine adulterij, fortè quia ferè omnes sic possent cōdemnari, nempe adulteria sunt in hoc regno frequentia, eo quod non puniūtur. Notandum tamē est, quod licet curati nil debeant recipere pro sepultura. c. abolēdā. de fe. pulturis, nec pro exequis mortuorū, benedictiōnibus nubentium, & aliis spiritualibus, tamē laudabilis confuetudo est obiteruāda. c. ad apostolicā. de simo. & fuit permīſſum à senatu, vt laici cōpelle rētur à iudicibus ecclesiasticis contra aliquos laicos, quia appellauerant, tanquam ab abusu, Anno 1528. die 4. Martij. Alioqui non possent curati uiere, cū quidam nil habeat certi, nec decimas, nec alia bona, & postquam ministrant spiritualia, dignū est vt metant carnalia, secundū doctrinā D. Pauli ad Cor. 9. & c. cum ex officij. de præscrip. maximē cōpelli debent, hoc infelici tempore, in quo omnis deuotio perit circa Deū, & ei' ecclesiastis, de quo scribit Rom. conf. 344. in casu. [& c. consuluit Pano. conf. 7. in 3. q. in 2. volu. quod singulæ ecclesiæ debent conferre quando opus vadit ad Papam, regē, vel ad synodus vniuersalem, quod intelligerem verum quando episcopus tenues haberet redditus, alias non.]

Pecuniariam
pro non refi
dendo, an
statutum secundum eos punit, non episcopus. ideo
episcopi ac-
cessat suspicio cupiditatis. vide ibidem fuisus, quia
per finē & pro
collationib.
sepulcris, &
alij, &
quam.

Aureus tan
tum pro col
lationib. be
neficij solue
debet colla
toribus, &
nil pro tu
cundo adū
te.

Arresta.

Curati pra
sepulcris,
& alijs quā
do recipere
pojjint.

Arrestum.

Prelati

De publicis concubinariis.

763

Prelatis concubinas à suis subditis, etiam per brachij secularis auxi iuri si opus sit, irre debent, & filios apud patres concubinarios cohabitare non permittant. hoc dicit.

§. Ipsas a autem concubinas, aut suspe-
ctas prælati omnibus modis curen̄t à suis
subditis per auxilium, & brachij secularis
inuocationem, si opus fuerit, penitus arce-
re, quia etiam filios ex tali cōcubinatu pro-
creatos, apud patres suos cōhabitare non
permittant.

a §. Ipsas.) Et sic concubinae clericorum possunt
puniri per prælatos ecclesiastarum, quibz. subditz sunt
clericzi illis adhaerentes, quia sunt de foro ecclesiæ.
gl. in c. eos. 32. dist. & quia peccat in ecclesiastam tur-
piter adhaerendo clero. Pan. in c. li concubinæ de-
sent. exc. Itē quia laicus delinq̄uit cū clero, effi-
citur de foro ecclesiæ. c. 2. de coh. b. cle. Et sic infer-
tur, quod si quinque committat homicidium, inter
quos unus sit clericus, ratione cōnexitatis remitti
omnes debent ad iudicē ecclesiasticū: tū ne cause
continetia diuidatur. l. nulli. C. de iud. tum ne se-
quātur diuersæ & forte contraria sententiae, ad hæc
vt priuilegio clerici gaudeat nō priuilegiatus, vt in
l. si cōmunem. ff. quē ad ser. ami. Itā cautelā tradit
Tho. Fer. cautela 10. si cōtingat quē seq̄tur Hip. in
sing. 18 Ias. in l. si emācipati. col. 3. yesf. nota tu dilige-
tēter. C. de coll. vbi adducit sexdecim similia hoc
nō patiuntur regales obseruari, sed quilibet in suo
punitur foro, vt vidi seruari in pract. vt alibi scripti.

Quero, an cōcubina clerici possit puniri per iu-
dicem secularē. Videtur q̄ non, quia cōcubinatus
de iure ciuilis est permisus, per totū tū. de cōcū ff. &
C. & sup. dixi, & ita tenet Aret. in l. ex parte. § mu-
lier ff. de verb. oblig.

Contrarium teneo, tum quia hic concubinatus
prohibetur, & est lex regni, facta à Papa & Rege, tū
quia ad officium iudicis secularis pertinet cōpellere
remedii secularibz. vt homines honestè viuāt.
l. iustitia, & ibi Albe. ff. de iustit. & iur. §. iuris prece-
pta. inst. illo tit. ita tenet Paul. in d. §. mulier. Et hoc
intelligi debet in cōcubina publica, secus in secre-
ta. Anch. cōf. 196 magnificē. 2. q. vbi dicit nō valere
statutum laicorū editum contra concubinas cle-
ricorum, quia ob hoc perciūtūr mala fama cor-
da clericorum, & vituperatur ministeriū ecclesiasti-
cum, & in mentibus fidelium scandalum gene-
ratūr. c. presbyter. 2. q. 5. & c. si mala fama. ibidē. Ias.
in l. cum quēdam. in prim. col. vlt ff. de iuris d. omn.
jud. Et plenē Fel. in c. ecclesia. nu. 102. q. 16. de cōsti.
Hic non dubitatur, cum lex sit facta à duobus ma-
gnis dominis, quin valeat, sed per hoc non posset
iudex secularis ex officio inquirere contra concu-
binam clerici secretam, & eam punire, vt conclu-
dit Anch. d. cons. 196 col. 3. ibi, vide fufus.

Hodie tamen nō prohiberetur, & bonum esset
quod inquireret, postquā iudices ecclesiastici sunt
negligentes, & iudices secularēs in hoc regno solēt
tale concubinas, & clericos illas habētes punire,
maximē parlamenta Franciæ, vt vidi seruari s̄p̄ius

in hoc parlamento, & debet vigilare maximē con-
tra abbates, & episcopos concubinas habentes, vt
Senatus Burdeg. fecit, de quo refert Boer. in decis.
suis. q. 72. quæstio fuit.

Quid si p̄alati s̄in negligentes & non inuocēt
brachium seculari contra h̄oc furentes concubi-
narios, an iudices regi possint cōpellere ipsos cō-
cubinarios clericos, vt dimittant suas concubinas,
& eas punire? Resp. sic, quia regales efficiuntur cō-
servatores istorum concordatorum per Papam, in
rub. de protectio. chcoinda. infia. & sic autoritate
& Apostolica & regia hoc faciūt, quia honesta vi-
uendi est de præceptis iuris ciuilis quæ pertinet ad
præcepta iuris, vt honeste viuatur, quorum iudex
est executor. Paul. & Claud. de Seicello, in l. iusti-
tia. ff. de iust. & iur. per tex. in l. cōsensu §. i. C. de re-
pud. & ideo in hoc sacratissimo Senatu, die vlt.
Aprilis, anno 1538. fuit dictum contra sacerdotes
Melden. quatuor vel quinque, de quibus cōstabat
curiæ per informationes esse concubinarios, quod
caperentur, & omnes concubinæ expellerentur à
domibus illorum, & præcipiteret eisdem cōcubi-
nis sub pena fustigationis, ne ad domos dictorum
sacerdotum amplius accedere, vel commorari au-
derent, & quod D. Melden. episcopus crearet vi-
carium qui istos concubinarios puniret.

Audiui etiam iudicati abusiū concessum, si of-
ficialis requisitus à iudice laico, moneat clericum
sub pena excommunicationis, vt soluat, si inserat
clausulam, nisi coram nobis causam allegare vo-
luerit, quia illa clausula non debet (vt regales di-
cunt) ponī, alijs semper haberet causæ cognitio-
nem rei iudicatæ, & alterius cuiuslibet rei ad iudi-
cem laicum pertinente, quod non permittrunt
regales, vt fuit pronunciatum in Senatu, anno 1542.
die 25. Septemb. nisi assignaretur oppositio in par-
lamento, vel coram eo qui sententiam proculit, [&
per cōstitutiones Sabaudia statutū est, vt ipse cō-
cubinæ clericorum virgis cōdantur, & in exilium
per septennium mittantur. in lib. 3 tit. de concubi-
nis virorum ecclesiast. & prohibet ne procedatur
contra ecclasiasticos à secularibus : & bonum
esset semper procedere contra concubinas, & eas
sic expellere : & qui eis abutri vellet sic abesse.]

*Episcopi in suis synodis statua isti a publicare, & monere subdi-
tos debent, vt concubinas dimittant.*

§. Iubemus h̄i insit ut quod in prædictis
Synodis & Capitulis præmissa publicen-
tur, & vt quilibet suos subditos ad ipsa-
rum concubinarum dimissionem moneant
diligenter.

a §. Iubemus.) Vult hanc constitutionem publi-
cati in Synodis, & Capitulis & moneri omnes sub-
ditos in illis Synodis, vt concubinas, si quas habēt
dimittant, alijs sunt comminandæ pœnæ in eos,
sed hodie cum episcopi tantum curen̄t pecuniam,
& valorem episcopatus habere, non animarum cu-
ram, hoc ferē negligitur ob defectū superiorum,

De publicis concubinariis.

Iniungit secularibus, ne aliquod impedimentum prælatis procedentibus aduersus suos subditos pro concubinatu. & alijs casibus à iure permisssis inferant.

Habes duas vxores, qua
mittere dicitur, & sacrilegium, & stuprum. Alex. pænapunia
conf. 165 vñis. in 7. vol. per l. §. ff. de extraord. cri. iur.
& l. quamvis. C. ad leg. Iol. de adult. Bald. conf. 429.

super eo. in 5. vol. Imò etiam contra illum qui habet duas vxores, potest inquiri de hæresi, quia male videtur sentire de sacramento matrimonij. Domini. & Perus. in c. accusatus. de hære. in 6. & videtur taliter contrahendo, committente contra vñum de sacramentis ecclesiaz, & sic est hæreticus. c. ad abo-
lendam. de hære. d.c. accusatus. §. i.

Qui hodie remissus ad iudicem seculariem non
solet puniri, nisi iudex secularis videat processum
iudicis Ecclesiastici, & sic seruatur opinio Bar. in l.
diuus. 2. ff. de cust. reo. [Per tex. in §. si verò crimen,
in auth. de sanctiss. Epis. coll. 9. Idem Batt. & alij in
l. magistratib. in s. ff. de iurisd. omn. iud. vbi addidi
ad Bar.] & ita fuit iudicatum in causa Berquin hæ-
retici, & plurimorum aliorum, quod est contra c.
vt inquisitionis. de hære. in 6.

Item est infamis, & à testimonio repellere debet, si
quis habeat vxorem cum concubina, vel duas cō-
cubinas. Bal. in l. neminem. & ibi Barb. in add. C. de
incest. nupt. Pan. in c. 2. de spons. duo. & c. cum qui-
dam. col. 2. de iureiu. vbi dicit de religioso, qui ac-
cepit vxorem, an possit inquisitor contra eum in-
quirere. Idem si habeat sponsam, & alteram cōcu-
binam. §. si verò effusa. in auth. quib. mod. nat. effi-
sui. vel duas sponsas. l. i. in s. ff. de his qui not. infi.
Et interdum vidi eos à testimonio reiectos, vt scri-
bo in tract. de reprobatio. & salua. testimoniū.

Si tamen quis primò illicitas cōtraxerit nuptias,
& postea licitas sine iudicio Ecclesiæ, nō est punie-
dus. secus si contra: tum quia legitimè factum non
meretur peccatum, tum quia magnæ sapientiæ est re-
uocare quod malè egeris. c. magnæ. 22. q. 4. Bar. cōf.
118. in 2. incipiente, verba matrimonij. in l. vol. Tu-
tius est, q. iudicio Ecclesiæ fiant secundæ nuptiæ.

Notandum est, quod subtili ingenio sunt ista
concubina expellenda à domib. istorum canonici-
corum, & aliorum clericorū, vt in simili dicit text. & spoliade
in l. 2. C. de commer. merca. An possint expelli ex-
tra ciuitatem, dixi in ordina. S. Ludo. olim Regis
Franciæ, in rub. que les ribaudes communes, &c. vbi
etiam dixi. an & quomodo debeant spoliari, & an
sint restituenda post spoliationem. Quod nō, quia
authoritate iuris vel iudicis spoliatus non restitu-
tur. gl. in summa. 3. q. 1. vbi limitat, quando non ser-
uaretur ordo iuris. & gl. in e. arguta. 2. q. 6. Itē quan-
do à non suo iudice esset spoliatus, vel extra iudi-
cium, etiam à suo iudice. Host. in summa, de restit.
spol. §. quando. in prin. & Spec. in tit. de petitor. §.
quoniam. vide in add. ad Pan. in c. dilectus. 1. de re-
scrip. Domin. conf. 136. dominus. col. 2. & Iaf. conf. 9.
facti feries. in 3. vol.

Itē nō restituitur quis qñ immineret scādalum.
Iaf. conf. 38. in causa. col. 1. in 3. vol. gl. sing. 1. in c. in
primis. 2. q. 1. secundū Barb. in tract. de præst. Card.
in 1. q. primæ partis. nu. 48. col. 12. est tamen altera
in c. ad petitionē, in verbo, restituēdus. de accus. &
3. q. 1. in summa. vide 50. limitationes ad regulā spo-
liatus,

Iurisdictio
nem impe-
diens ec-
clesiasticā
sum excom-
municati.

§. Iniungimus a præterea omnibus secularibus viris, etiam si regali præfulgeant dignitate, ne vilum qualecumque inferant impedimentum, quo cumque quæsito colore prælati, qui ratione officij sui aduersus subditos suos pro huiusmodi concubinatu & aliis casibus sibi à iure permisssis procedunt. a. §. Iniungimus.) Principes vel alij quietūque sint, non debet impedire iurisdictionē ecclesiasticam ut hic probatur, & in c. fi. de reb. eccl. non alij. alias ipso facto sunt excommunicati. c. quoniam de immunitate eccl. in 6. Sed hodie proh dolor! nō minuitur tantum, sed in totum tolli procuratur exquisitum. subtilitatibus quibusdam: sed vñ illis, nesciunt quid faciūt dedit enim eos Deus in reprobū sensum, quamobrem plangit ecclesia, vt plenè licet videre in tract. de planctu ecclesie, per Aluar. Plura hic nō dico, sed in ordinationibus regiis multa scripti de his, vbi quandoque videre licebit. & in bulla cœnæ Domini. Vide Aegid. Bella mera. conf. 40. factum est tale.

Monet omnes laicos, vt à concubinatu abstineant, & bi ad quos pertinet omni studio pro obseruatione huīus præcepti laborare debent.

§. Et cum b. omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum sit, & sub poena peccati mortalis necessariò evitādum, monemus omnes laicos tam vxoratos quam solutos, vt similiter à concubinatu abstineant. Nimis enim reprehensibilis est, qui vxorem habet, & ad aliam vxorem, seu mulierem accedit. Qui verò solitus est, si continere nolit, iuxta Apostoli consilium, vxorem ducat. Pro huiusmodi autem diuini obseruationis præcepti, ij ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quam aliis canonicis remediis omni studio laborent.

b. Et cum omne. Iure prohibitum est habere duas vxores, vt probatur in definitione matrimonij. ibi, viri & mulieris, non dicit mulierum, sed viri. non virorum & mulieris & his qui duas habet, est infamis. l. eum qui duas. C. ad leg. Iuliam de adult. solebatque olim fastibus cædi. dicit tamen Theoph. in §. affinitatis. de nupt. in inst. capitalem poenam statutam esse contra accipiētem duas uxores eodem tempore, & hodie solet ad mortem cōdemnari per senatum [& sic fuit condemnatus ad furcas quidam Chambon ann. 1535. die 17. Aprilis. Itum ratio-
neraptus, quia mulier. confessit in eum tanquam in maritum, & non aliás, & sic cōtra suam rapitur voluntatem, & plus videtur peccare, qui velamine matrimonij peccat, & clam facit. arg. l. i. C. de ma-
lef. l. s. ff. derit. nup. facit. l. i. C. de delat. l. i. o. Iaf. in l. singulatia. n. 18. ff. si cer. pe. tum quia fallum com-

liatus,&c. per Corset. in tract. de potest. regia. q. 72.

Cautela pro uxore contra manus concubinatum.

Cautela singularis est pro uxore, que habet maritum concubinariū, ut uxor suadeat illi marito, q̄ promittat mille aureos cuidam amico, vel uxori, si redierit ad concubinam: & si promiserit, talis stipulatio valebit; rex sing. in l. ex parte. § mulier. ff. de verb. obl. quamvis stipulatio penal is ad contrahendum matrimonium non valeat. l. Titia. ff. de verb.

obl. c. gemma. de spōs. Tamen propter bonos mores, coleruandos in matrimonio hēc valebit, ut ibi dem Bart. & alij dicunt. & Bald. in l. vlt. in f. C. de spons. nam etsi matrimonium liberum debet esse, tamē executio matrimonij debet esse honesta, nec

Promissio penne ne quis ludatur.

quicquam debet alter committere, laedens pudore matrimonij, & sic cōsului in Montepessulano. Imō fortius valet stipulatio penal is facta amico, quod Titius si ludat, promittit cētum aureos, & per hoc extrahitur à ludo: & ita consului apud Bituriges pro quodam mercatore, qui sic promiserat, & tenet Paulus Aret. & alij in d. § mulier.

Tutor tradens puerū nupciis ob pecuniam, an puniatur. Ante illum.

Si tamen tutori, vel consanguineo pupillae data fuerit pecunia, ut pupillam daret nupciis. Titio, illa pecunia non poterit repeti. gl. sing. in l. qui sine. in verbo, accepit. ff. de negotiis gestis quām sing. notat Bart. in c. Raynati. col. 25. de testa. nec est simonia sic recipere pecuniam, ut cōtrahi matrimonium suadetur. Bal. in rub. C. de spons. tamen si tutor dolo versatus fuerit, ut quia dedit pupillam indigno, tenetur ad interesse pupillae: teste Angel. in d. l. qui sine. & nota quia s̄pē corrūpuntur tutores propter pecuniā, & consanguinei in pueris nuptiis tradendis. teste Cy. & Bald. in l. si pater, per illum tex. C. de sponsa. & anno 1538 die 7. Ianuarij, quidā emendam honorabilem fecit in palatio, qui suaferrat & induixerat iuuenem ad contrahendum matrimonium cum sua consanguinea In aliis licet videre gl. prag. quā plenius tractant materiā [Et novissimē insignis Ecclesiæ Viuarien. canonicus D. Bermond. chouero. qui singula tex. verba prosequitur, ac materiam fusius explicat in suo tract. de public. concubina.] [Nota sequentia auth. hic titulus locum habeat.]

Prīmō quod ciuitas, locus, aut dominus deliquerit, seu culpam, vel causam commiserit in iudicem ecclesiasticum, vel personam seu rem ecclesiasticam, ibi: nisi ex causa vel culpa.

Secundō quod ista causa seu culpa tangat iudicem ecclesiasticum: alioqui si secularem multa imponeretur: ob id dicitur hic ecclesiasticum interdictum.

Tertiō quod hēc culpa proueniat à domino illius loci seurectoris vel officialium.

Quartō si culpa ex priuara persona emanauerit, oportet q̄ prius excōmunicetur, & publicè nūcietur à iudice ecclesiastico & in ecclesia publicetur.

Quinto quod domini locorum requirantur, ut ex templo illum excommunicatum expellat.

Sextō quod domini requisiti intra biduum non eilicant cum effectu, scilicet, ut si semel ab ecclesia expulsus fuerit, interum non ingrediatur.

Septimō quod illā personam excōmunicatam non cōpulerit ad satisfaciēdum: quia si eam com-

pulerit cum effectu, videlicet eam incacerando, tunc non subincetur interdicto: alioqui secus.

Otāud quod si post interdictum persona satisficerit, sine alia absoluzione vel reconciliatione, mox diu na reassumi poterunt.]

De excommunicatis non vitandis.

Nullus tenetur vitare excommunicatos, aut suspensos, nisi specialiter publicati & denunciati fuerint, aut notorie constiterint, in sententiā excommunicacionis incidisse, per hoc tamen non relevantur in aliquo excommunicati, sed ut timoratis conscientiis prouideantur, hoc statutur.



Tatuimus a insuper quod ad vitandum scandala & multa pericula, subueniendūmque conscientiis timoratis, quod ne modeinceps à communicatione alicuius in sacramentorum administratione vel receptione, aut aliis quibuscumque diuinis, vel extra, prætextu cuiuscumque sententiæ aut censuræ Ecclesiasticae, seu suspensionis, aut priuationis, ab homine vel à iure generaliter promulgatae, teneantur abstinere, vel aliquem vitare, vel interdictum ecclesiasticum obseruare: nisi sententia, prohibitio, suspensio vel censura huiusmodi fuerit, vel contra personam, collegium, vniuersitatem & ecclesiam, aut locum certum, aut certam, à iudice publicata, & denunciata specialiter & expressè, aut notoriè in excommunicacionis sententiā constiterit incidisse, quod nulla possit tergiversatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, eum à communicatione illius abstinere volumus, iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendimus in aliquo relevare, neque eis quomodolibet suffragari.



Tatuimus.) Poteſt in tres diuidi partes, in prima ponitur ratio cōstitutionis edenda, in secunda ponitur constitutio, ibi, q̄ nemo deinceps, in tertia, ibi, per hoc declarat nolle per hāc cōstitutionē releuare excōmunicatos, suspēsos, vel interdictos.

Notandum est dictū ſolenne in practica, q̄ licet excōmunicatio liget abſentē & ignorante quo ad vinculum, nō tñ quo ad p̄tinam ante scientiā, gl. in c. q̄to. 2. q. 5. & in c. Apostolicae de except. & c. illud. de cler. exc. mi. Ro. cōf. 336. circa. facit quod no. Ias. in l. f. col. 8. nu. 46. & seq. ff. de confi. prin. & ideo si excōmunicatus iuste ignorans excōmunicationē celebauerit, vel alios actus fecerit, nō est irregula ris. Anch. in c. i. not. 6. de cōcef. præb. in 6. & ibi etiā dicunt doct. non posse ob hoc priuati beneficio. Quid si

Excōmunicatus ignoranter celebris an sit irregularis.

Quid si fuerit eidem factum præceptū, ut soluat intra mēsem ratione instrumenti facti per notarium, post mēsem celebrat, quid juris quæst̄ pen-
det. confuloi quod nō est irregularis aut notifi-
cationē, quia potest probabiliter ignorare an pars
requisierit, & episcopus concederit excommuni-
cationem, initia eorum, quæ notantur supra in gl.
vacantia. §. volumus. de colla. & dixi in rep. vnicę.
no. i. n. 54. C. de sent. quæ pro eo quod intet, vide
Fel. in c. 2. nu. 7. col. 2. & seq. de spons. & lo. Dayma.
in verbo, de cætero. rub. de elec. regia. fol. 176.

Imperans beneficium ob irregularitate quædā quædā exprimere habet.

Vnde notandum est, quod si quis velit impetrare, quod ille regularis priuetur debet declarare Pa-
pa, & sciēs se excommunicatū celebravit, & quod declaratus publicè nūciatus erat, alias nondabitur priuatio. Pan. per illum tex. in c. illud de cler. excō. mi. Staphyl. in trac. de literis gratia. fol. 166. vers. sed aduertēdū. Is tamen, qui est excommunicatus post appellationem, nō tenetur defistere à diuinis, quia excommunicatio est nulla. c. dilecti. de app. c. per tuas. de sent. exc. Nec efficitur irregularis, qui sic excommunicatus celebrat, & in quibus casib. ex-
nem, an sit cōmunicatio est nulla. per gl. in c. præsent. de sent. irregularis. excom. in 6. Pan. & Dec. per illum tex. in c. ad præ-
sentia. de app. Fel. in c. Rodulphus. col. pe. de reser.

Tutius est tamē à diuinis cessare ante absolutionē.

Collatio facta excommunicato non tenet.

Aduertendū est, quod collatio beneficij facta excō-
municato nō tenet. c. postulatis. & ibi dixi. de cle.
excom. mi. quia iura spiritualia in eum non cadūt,
c. cum dilectis. de confuet. c. decernimus. & ibi Bal.
per illū tex. de iudi. etiā si collatio fieret motu pro-
prio. Car. in cle. i. §. i. q. 4 de reli. dom. siue sit excō-
municatus à iure, siue ab homine. Do. de Rota deci.
563. nota quod excommunicato. in antiquo. In mol. in c.
cū dilectus. in gl. magna. de consue. circa finē, etiā
post absolutionem nō valebit, quia ab initio nulla
erat. ideo nō cōualescit. reg. nō firmatur. de reg. iur.
in 6. c. dudu. i. de ele. Arch. in c. null. 63. dist. Anch.
in d. c. postulatis. nisi fieret ei de novo collatio
post absolutionem, siue esset excommunicatus ab
episcopo, qui eidem cōtulit, siue ab alio, siue in ea-
dem diœcesi, siue in alia: quia excommunicatus in
vna ecclesia, est etiam iuri adūs in aliis. c. quisquis,
& ibi gl. 4. q. 5. gl. in c. pastoralis. §. verū. de ap. Card.
in c. i. col. 4. de prob. & cle. i. verl. ipsius. de pœnis.

Excommunicatus facta de excommunicato non tenet,
& eligentes peccant. c. cōstitutis. i. & ibi gl. de app.
pœni. eligi. c. cum inter R. & c. illa. de elec. etiam si minori ex-
communicatione fudite in nodatus non debet eli-
gi. c. si celebrat de cler. excō. mi. Card. in cle. i. q. 5. de
relig. dom. Fel. in c. dilecti. c. 2. & seq. & Deci. in c.
dilecti. col. i. de excep.

Ad hæc nō potest excommunicatus postulari ad dignitates. c. i. de postu. pī. gl. in c. fi. de excess. præl.
quia iura loquétia in electione, habent locū in po-
stulatio. ne gl. in c. i. de postu. præl. in gl. pe. iirc. fi. de
ele. in 6. Præterea excommunicatus nō potest præ-
sentari per patronū ad beneficia. Arch. per illū tex.
in c. i. col. 3. de excep. in 6. Lappus alleg. 8. præsen-
tus. Nā & iura loquétia in electione, pcedūt in pſen-
tatione. gl. in c. scīt. & c. fi. de ele. in 6. Barb. in add.
ad Bal. in i. C. de interd. & pſentatio largē dicitur

elec. tex. & ibi no. doct. in c. 2. de iur. pat. Si tamē quis fuerit absolutus cū reincidentia ad mēsem, si *Abſolutio* potest mensem hiat isti coll. itio valbit, si alia litera *cum reinci* reincidentia nō fuerint concessa, quia postquā est demia post literatoriæ absolutus, literatoriæ debet reincidente. *mensem, si*

Nec ipso facto reincidente in excommunicacionē, sed *potest* *collatio an* opus est qd. de nouo in illā reducatur. tex. folēnis in *valeat.* c. ad noīt. 3. i. fi. de iure. vbi plenē. Fel. post. alios,

Contrariū tñ consuluit Dec. cons. 145. queritur, & c. apostolicz. not. i. de excep. Vbi excōmunicata
tus à iure, qn non implet, quod promisit, ipso iure
reincidente. c. eo. de sen. excō. in 6. secus si fuerit ali-
quis excōmunicatus ab homine, & ab eo absolu-
tus, qd tunc opus est, vt ab homine in excōmunicata
tionē reducatur. per d. c. ad nostrā & de Rota deci.
490. si excommunicatus in no. & deci. 524. nota quod
excōmunicatus in antiquo, nec interim efficitur irreg-
ularis, si celebret, vt firmat Domi. & Perus. in c. 2.
in fi. de sen. excō. in 6. Feli. in c. veniens. 2. de testib.
Pan. & Dec. in c. quæstion. de app. nec ista litera
absolutionis cū reincidentia, debet operari effectū
absolutionis & excōmunicacionis, qd inducta ad
vnū effectū, nō debet contrariū effectū operari. l. le
gata inutiliter. ff. de le. i. nā licet qd nō soluat in ter-
mino, ad quē se obligauit sub pœna excōmunicati-
onis, tñ nō est excōmunicat⁹ nisi feratur sentētia,
qis pœna pecuniaria cōmitteret. ipso iure. l. rescri-
ptū. §. si pacū. ff. de pac. qd vincula cēsura sunt à
cæteris pœnis diuersæ nature. hæc sūt verba Bal. in
c. P. & G. col. pe. de of. del. vide Ro. cōf. 33. in casu.

Nec valet etiam permutatione beneficiorum facta *Permuta-*
cum excōmunicatis, vel si alter eorū sit excōmu-*tio nō valet*
nicatus, qd per permutationē de nouo acquiritur *cum excō-*
titulus beneficij cuius est incapax excōmunicatus, *municato*
procūratorum fecit tā p̄ cursore mēsulario, q; pro aliis. per l. quidā, vbi Bar. ff. de dolo. & expressi. Bal. in

in d.l.si mandassem.in rep.ff.mād.& in l.mandatū. C.illo tit.facit l.fī ff.de eo, per quē factū erit Barb. cons.15.præclarē.col.3.in 2.vol.Rom.sing.284.procurator.[Alioqui dolus & fraus parti intimatē pro desset.contra c.ex tenore de iefcr.& postquā certa est persona:cui fieri debet intimatio, illi intimatio fieri potest, sicut dixi in permutatione, nec minor ratio videtur in hac resignatione in fauorem, sed qā olim nō siebat.c.episcopo.& seq ac pertotū. 8. q.r.l.ideo fuit introducū, vt collatori vel procuratori fieret, quia certi sunt, sed cū pars in resignatione in fauore, & causa permutationis certa sit, intimatio illi parti fieri potest, nec refragatur qđ cle.loquatur generaliter, verū est, sed ex aliis iurib.restrinquitur, sicut dē pmutatione, & in aliis casib.& in isto in fauore,& sic fuit nouissimē iudicatū in Senatu.]

Quintō,notificatio facta sekretē à parte negata, quā probari nō potest, perinde erit, ac si facta non esset,nam paria sunt non esse, & nō apparere.l.duo sunt Titij. ff.de testa.tut.gl.in verbo, deductā.in d. cle. non negarē tamen intimationē fieri posse verbo, coram testib.dum notificata sit ei cui debet scripsi, cum in d.cle.non dicatur scripturam necessariā. Et actus tātum valet sine scriptura, quantum cum scriptura.l.pactum. quod bona fide. C. de pact. & parem vim habent testes & instrumenta.l.in exercendis.C.de fide instr. Nec iste casus est de requirētibus scripturam, quos scribit gl.in c.r.de cēlib. in 6.alio qui, si non inueniretur notarius reuocatio conquiesceret, quod non videtur verum.

Cursori in-
tuita re-
necatio non
valeat.
Reuocatio
in preudi-
cione re-
necatio cu-
li.

Sextō,non sufficit si notificaretur cursori, quia non est satisfactū dictē cle.volenti.notificari debere procuratori, vel collatori.hoc docet Feli.in d.c. ex parte. col.8. nec refragatur, si dicitur cursorem esse in dolo, quia verū tacuit.Resp.nō esse in dolo, quia tacēs verū non peccat, nisi sit in testē producētus.Inn.in c.r.de crim.falsi.Iaf.in l.r.C.si cōtra ius. Nec tenebatur credere hic cursus alteri, cū sēpius vñus alium decipiat, etiā cōductus erat à domino. Ideo domino suo prodesse debebat, & d.cle.dicit reuocationem debere venire in notitiam collatoris, vel procuratoris, & cursor non est talis,&c.

Septimō,vbi agitur de præjudicio solius reuocātis, valet reuocatio, etiā nō intimata, & gesta per procuratōrē postea sunt nulla.Card.in d.cle.vnica.vn de procurator cōstitutus ad acceptādū, si fuerit reuocatus exp̄sē, vel tacitē, nō poterit acceptare, etiā si reuocatio nō fuerit notificata.Doct.in c.fī p illū tex.de procur.lib.6.Bal.in rep.d.l.si mādassem. ff.mand.l.sed & socius. §.si absenti.pro socio.

Octauō,fallit in nuncio, per gl.in d.cle.vna.& in c.tibi domino.63.dist.quia verba in personā domini concipit, & est pica, & organū ipsius domini. gl. in l.multū.C.si quis alteri vel sibi.Bald.in c.audita col.2.de refit.spol.tñ putarem renunciationē beneficij valere, si reuocatio non perueniret ad notitiā ipsius nuncij, quia ratio habet etiā locū in eo,

scilicet illusio & variatio, ergo & dispositio, & ita docto.ibi,& Fel.in d.c.ex parte.col.10.asserunt.

Nonō,limitatur quādō reuocatio esset intimationa post resignationē, ante quam tamen procurator cōfenserit, quia tunc notificatio valet, nec poterit

postea procurator consentire, quia à consensu dependet omnis actus, nec sine illo valet aliquid.l.si per errorem ff.de iurisd.omni.iudi.l.in negotiis.de reg.iur.sed postquā procurator inuenitur reuocatus, non potest consentire, quia nō est procurator, ergo postea gestū non valet.c.mandato.de procur. Nec refragatur, quod omnia nō erāt integra, quia respon quo ad resignationem, in qua interuenire debet consensus resignantis, adhuc omnia esse integra, quia à suo consensu pendebat cessio beneficij, ergo post reuocationem consensus præstari nō debet, si reuocatio perueniat ad eius notitiam.Imō dicit gl.fī.in c.quamuis.de procur.in 6.Quod si de mandato nō fuit facta fides procuratori,tunc tenet reuocatio etiam non notificata, quod etiam approbat Io.de Ana.conf.25.vtrum præsentatio, & hoc est vtile:nam cum in curia Roma sub spe procuratōrī mittendi interdum beneficium resignet procurator, antequam tamē recipiat mandatum, valebit reuocatio, etiam non intimata procuratori, si non constet de alio mandato, sic docet Alex.conf.83.in causa.col.2.& 3.in 7.vol.Idō cauti non mitiunt procuratoria, nisi quando opus est.

Decimō,non valēt reuocatio procuratoris inti- mati vni collatori, sed omnib. oportet notificare, qui cōferte possunt, si quilibet in solidum hoc poterat. gl.in verbo, facienda.in d.cle.vnica.scripti in tractatu nominationum, quæst.14.nu.80.Et ideo si reuocatio sit facta & intimata in cancellaria, & expeditio sit facta postea in camera, valebit dicta expeditio, vt plenē scripti pro domino Guillelmo Fab. & obtinuit in magno Regis consilio, vnde intimatione vtrique cameræ fieri debet, affigendo ibidem saltem pro foribus dictam reuocationem, & vt vtrique collatori notificatio fiat, prout notat Ioann.Monach.in cap.cupientes.num.22.de elect. in 6.notificatio tamen facta episcopo sufficit ad hoc vt vicarius eius iure postea non conferre posse, vt scripti in d.q.14. Nam postquam reuocatus est episcopus, & eius vicarius reuocatus censemper, à quo dependet potestas, vt in praxi, benefic. scripti.

Vndecimō, non procedit in eo, qui constituit procuratorem ad consentendum recrēdēt, seu parti quen- sentientiæ manutenentia, habendæ coram tali iu- dice, quia tunc sufficit reuocationem parti intimati, per c.ex parte decani.de rescrip.vbi in iudicialebus sufficit reuocationem parti intimari, quod ibi Fel.limitat, qui videri potest. & doct.in c.2.de procurat.in 6.Bald.in l.r.C de satisfando.Nec refragatur quod agatur de beneficio, & ferē de renūciatiōne beneficij, ergo debet seruari dispositio illius clem.Respon.coram laicis fieri non potest iure resignatio, si iure fiat, illis oportet intimare, quia collatores sunt an procuratori, sed iudex non poterat conferre, licet sententiam proferte posset, ergo illi non est intimanda reuocatio, sed sufficit parti factam esse, & ita fertur in magno consilio iudicatum.

Duodecimō,sufficit reuocationis intimatio parti, quādō est procuratoriū generale, nō nominato tisficiatio faciat procuratore vel factū ad resignandū corā quolibet ita valer.

Reuocatio
nō intimata
valeat, quan-
do fides non
est facta p-
curatori.

Nō sufficit
vni collato-
ri notificare

ad reuoca-

tionem.

In generali

procurato -

rio parti no

nominato

tisficiatio fa-

potestatem habente, quia per partem stare quodammodo viderur q̄ reuocatio non possit peruenire ad collatorem, vel procuratorem, & tunc sufficit intimatio etiā partis facta d.cle.vna. & ibi doct. Sic fieri D. Probus in d.rub.de renunciatio in fi. quamvis procuratorum non valeat, si aliquis non fuerit procurator nominatus, quia est de substātia. vt saltem unus procurator nominatus sit l.2.ff. de procur. & tunc poterunt postea addi alij, vt dicit scribant Boet. vt scripsi in gl. etiam cessionem. §.l. de nomina, regia, in addi. & sicut constitutus procurator debet esse certus & specialis, ita & reuocatio procuratoris ad resignandū deit et esse specialis. tex. in lāctione. lāctione, ibi, nisi prohibuerit eū Dominus specialiter renunciare. ff. pro socio. Plus dicit D. Probus, vbi supra, cautelā tunc esse, quādō procuratorum est generale, vt expediatur proualit in fauore alterius, quām illius cui fuit notificatio reuocationis facta, sed si ista cautela haberet locum, sequeretur, q̄ si procurator esset constitutus ad resignandum in meum fauorē, si mihi notificaretur, quod ego possem expedire in fauorem alterius, quod non est dicēdum, quia solet apponi clausula, nō aliter, nec alias, nec alio modo, de qua alias scripsi, ergo non poterit fieri propria in alterius fauorem, & notificatio iure vni facta afficit alios. vt in d.cle.vnica. & supra dixi.

Dee imotertiō, quando staret per partem quominus intimaret procuratori, aut collatori, tuac valebit reuocatio. tex. in d.cle.l. in fi. vt si constitutum procuratorem ad resignandum in fauore cuiusdam nobilis, & postea cum vellem reuocare, & intimare procuratori, vel collatori, detrusit me in carcere, vel dolo fecit, vt se absentaret collator, & procurator, tūc valebit hoc probato reuocatio, etiam secerē facta, vel parti intimata. Bonif. in d.cle. facit l. quod te. vbi plenē docto. ff. si cert. per.

Procurator constitutus ad presentandū, vt valeat reuocatio etiā nō intima ta, quia cle. loquitur de procuratore ad cedendum, ergo in alio locū nō habebit, vt cōsuluit Paul. cōf. 361. venerabilis. vlt. dub. vol. r. ex nouiter impressis, reuocatione quē sequitur Aymo Cravette. in cōf. 76. pponit. & etiam non Casar Lābert. in tract. magno iuris patro. in 14. art. 4. q. principia partis 2. lib. sed ego nunc nō dis scutio, alibi, dum operā pretium fuerit, scripturus.

[Et contrarium tenni in praxi beneficia. cū non inueniatur ratio diversa inter constitutum ad cōferendum, vel ad presentandū, & tamen valet collatio facta antequam facit reuocatio intimata vicario: per l. si forte. ff. de o. prāsi. Lud. Rom. sing. 57. fuit quæstio. alia plenius ibi tractauit.

Vltimō sufficeret intimatio facta notario, antequam procuratorum esset expeditū: quia tunc nō est q̄ parti intime debet cum nihil habeat, sicut de contractu, qui nondū est perfectus dicit Paulus in l. cōtractus C. de fide instr. & si notarius post reuocationē illi intimatam expediret, procuratorū non valeret, & puniri deberet tanquam fallarius, quia procuratorum reuocatum habetur, ac si non esset. arg. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. si ipse ex pediret cōtractum, qui nunquam fuit factus, falsi

puniretur sic, & hic facit c. ex parte decani. de resc. & c. in nostra de procura. & ibi doct.]

Quomodo debeat ista intimatio fieri? ex his quæ scripsi in tracta. nomi. q. 14. decidere poteritis. Ista prācor boni consulite, quia utilissima, & non bene hactenus elucidata.

De firma & irreuocabili Concordia- torum stabilitate.

Hec conuenta Bononia facta vnlī in uiolabilitate obseruari, vim contractas, & obligacionis inter convenientes habere, & non posse in aliquo etiam per Papam his derogari, & in contrarium facta irrita decernit.



T quia a ad supradictā concordiā cum prāfato Francisco rege ob illius synceram deuotionē, quam erga nos & sedem prādictam habet, quā ad prāstandam nobis reuerentia, & filiale obedientiam, ad ciuitatem nostram Bononiam personaliter venire dignatus est, consentimus, illānique in uiolabilitate obseruari desideramus: Illam verò contractus & obligacionis inter nos & sedem apostolicam prādictam ex una; & prāfatum Regem & regnum suum ex altera partibus, legitimè inniti, vim & robur obtinere, ac illi & prāsentibus in aliqua sui parte, per quascunque litteras, & gratias per nos & successores nostros desuper concedendas derogari, clausulāmque, cum earūdem derogatione prāsentū tenore latissimè extendēda, ad quod exdē prāsentes literæ & earū tenor, pro expressis habeantur in quibusuis supplicationibus pro tempore signatis appositam, nihil penitus operari, & illius vigore in literis apostolicis super ipsius supplicationibus conficiendis, quicquā per quod prāsentibus, aut alicui particulæ de contentis in eis derogatur, seu derogari videtur, narrari non possit. Et sic per quoscunque iudices & cōmis-

a T quia.) Quatuor dicta ponit, ideo quatuor habet partes. secunda, ibi, volumus, tertia, ibi, & cum omnium. quarta, ibi, & nihilominus.

In 1. parte propter synceram Franciae Regis deuotionem ad sedem Apostolicam, quia venire dignatus est Bononiā personaliter, ad prāstandam reuerentiam Papæ, concedit idem ut cōcordatum in uiolabilitate obseruetur, id est, sine violatione & corruptione exponit glo. in §. item sacramenta. de pace tenēda & iuramento firman. adeo ut hoc verbum in uiolabilitate tollat dispensationem in contrariū, videlicet vt Papa non possit dispensare, nec Rex. gl. & doct. in auth. sacramenta. C. si aduer. en. alioqui in uiolabilitate non obseruarentur.

fatos

*De verbo
in uiolabi-
liter.*

sarios, etiam causarum dicti palatij Apostolici auditores, & p̄fatae Romanæ Ecclesiæ cardinales, in quibusuis causis super præmissis, vel eorum aliquo pro tempore motis iudicari, definiri, & sententiari debere, sublata eis aliter sententiandi & definiendi omnimoda facultate & auct. oritate. Necnon irritum & inane quicquid fecus super his, vel eorum aliquo à quamquam quavis authoritate etiam per nos & successores nostros p̄fatos, scienter, vel ignoranter cōtigerit attentari, decernimus.

Secundò, in vers. illam verò, vult istam concordiam habere vim contractus, & obligationis vide-
licet, ut vtraque pars etiam obligetur, videlicet Papa & Rex ad obseruandū cōtentra in dictis cōcordatis, & sedes Apostolica & regnū Fraciæ, & quādo cōstitutiones transfeunt in contractū, reuocari non possunt. teste Bar. in l. hi qui. C. de excus. mun. lib. io. Roma. cons. 352. quæritur. col. 3. dixi plenè in p̄fata. ad rub. de colla. supra. [Et sic fecit Deus, vt patet Exodi. 24. c. videlicet promissiones suas subiacere cōtractui ut sic certiores redderet homines, quod ipse promissa adimpleret, & ut ipsi arctius se obligatos ad exequendū p̄cepta eius agnosceret.]

Tertiò, concordia ista facta est ibi inter Papam & sedem Apostolicam ex una, & p̄fatu regem & regnum Franciæ ex altera, ergo una pars sine alia non potest contra hanc concordiam venire, sicut facta vēditione inter quatuor, unus, sine tribus, nec quidē duo vel tres sine cōmuni cōcordia à vēditio ne resilire possunt. l. i. & seq. C. quando lic. ab emp. disced. & ex hoc tex. sumpti initiū cōcordatorum.

[Quarto, vis ac robur p̄fuit Papa is concordatis, ut legislator solet suis legibus. §. pe. in proce. insti. ibi, & plenissimum nostratū constitutionum robur eis accommodauimus, & constitutiones de rebus ecclesiæ factæ, quamvis utiles, nullam obtinuerit roboris firmitatem, nisi à Papa, vel à sede fuerint approbatæ. c. i. dist. 19. c. ecclesia. de consti. ideo hic Papa his conuentis robur p̄fuit.]

Quintò, statuit, ut illis nō possit derogari, etiā in aliqua sui parte, & sic nec in toto, nec in minimo quidem, hoc significat verbū aliqua. per gl. in cle. vna. de foro compet. ut plenè scripti in interpretat. auth. habita. C. ne filius pro patre, post scholastic. priuilegia. nec exprestè, nec tacitè, nec per quascunq; literas, siue gratiæ, siue iustitiæ, & sic nec per indulta, erū concedantur, non debet verificari, seu ut dicunt practici interimari, quia non valent. [Nec per eas potest derogari his concordatis, siue ut nominati excludantur, siue ut alij impletantes p̄fereantur ipsi, nisi sint mādatarij, qui in rub. de māda. supra excepti sunt, & ideo vides annullari omnes literas cōtra hic statuta impletatas, & impletadas.] ut hic dicitur: & ideo literæ, quæ dantur ut causæ aliquorū in magno confilio decidantur, & non ali bi, periclitantur per istum tex. quia contra hæc cō-

cordata, & maximè contra rubr. de caus. in dō fuit Littera im quadā ordinatio publicata in parlamento 1389. dic p̄etrat. cō-
is. Augusti. per quā rex prohibebat aduocatis, & pro tra ordinaturibus, & aliis, ne literas impletarēt regias in tiones & cō
præiudiciū ordinationū regiarū, & si impletarent, cordata nō
voluit, quod curia illis literis non obtēperaret, sal-
t. in à partibus impletatis, & clausis, ut refert Io.
Gallus in quæst. per arresta. q. us. vers. item fuit pu-
blicata, & in stylo parlamen. arresto. 84.

Sextò, hic tex. clausulam derrogationis annullat, & nihil penitus operati voluit, ut habeatur pro expressis ista, quæ in his concordatis requiruntur, & ideo istis cōuentis non potest derogari, p̄era quæ tradit Bart. in l. si quis, in principio, ff. de leg. 3.

Septimò, vult non posse quicquam narrari, per quod his concordatis derogatum velt, seu alicui particulæ, & sic tollit facultatem partibus, & ideo narratum in contrarium nil operabitur, nec valebit. l. non dubium. C. de legib. vbi doctor.

Ottauo, vult iudices quoscunque auditores etiā Rotæ & commissarios, & p̄fatae Romanæ curiæ cardinales in quibuscūque causis iudicare, & definire secundū hæc cōcordata, sublata facultate eis aliter definiendi & iudicādi, & sic patet quā graui pena afficiēdi sunt iudices, qui cōtra conuēta hic iudicāt, tanq; enim priuati sunt, nullā habētes iuris dictionē, cū sit eis remota facultas, & ideo tanq; falsarij sunt puniēdi, puniūtur etiā aliis poenis descripsitis in c. i. & p. doct. de re iud. in 6. & in l. si filius fa. ff. de iud. & in rub. C. de p̄ena iudicis q. malè iudi.

Vtimò, notāda est clausula decreti derogatoria, *De clausula* ibi, necnō irritū & inane, vbi omnia cōtra hæc cō- la deerei cordata attentata, & facta à quoquā vult irrita esse, irruamis, siue scienter, siue ignorāter fuerit attētatū. Et ideo quid operatur. hæc clausula in omnib. articulis cōcordatorū censetur repetita, quare nō bene dicūt quidā dicētes valere aliqua in cōtrariū gesta, cū hæc clausula decreti respiciat omnia, & singula, ut patet ibi super his, vel eorū aliquo. aerf. necnō. & qñ clausula decreti in cōstitutione, vel actu apponitur, si cōtrariū fiat, pro infecto habet. c. ad petitionē. de accusa. gl. in cle. i. de immu. eccl. facit l. ibi, nullius momēti. ff. de feriis. tex. in §. vlt. in fi. 4. dist. qā hæc clausula etiā ligat manus Papæ. Domi. p. illū tex. in c. quodā. in fi. de p̄eb. in 6. Et si superior cōfirmat statuta, vel cōsuetudines inferioris, apponēdo clausulā decreti, quod inferior postea nō potest illa declarare, dicit Bald. in c. ea quæ. de re iud. Imo. in l. ex facto. ff. de vulg. vide plenè Barba. in cle. i. col. 8. de elect. dixi multa in c. dilecto. de p̄b. per illū tex. vbi etiā doct. tractant de hac clausula decreti, qñ est posita in cōmodum parriū, an partes possint eam tollere. Fel. in c. cū accessissent. nu. 7. de constit. Ange. in §. do cōsuetudini. triplici. col. 3. insti. de actio. Ias. in l. nō dubiū. col. 4. do non ori- de legib. C. Plus dicit Barba. in cle. i. col. 9. de elect. tur nec p̄- qđ si Papa cōcesserit. q. abbas nō possit cōferre be- neficiū regulare clericis secularib. & apposuit de- cretu, si postea abbas cōferat secularib. tēpore lon- gissimo, nō orietur cōsuetudo, nec p̄scriptio p̄pter appositionē decreti, licet alias orieretur, ut est casus sing. in c. cum de beneficio, de p̄eb. in 6. vbi Arch. quot not. ad limitationem illius tex.

Nota quā

do cōsuetudini

triplici. col. 3. insti. de actio. Ias. in l. nō dubiū. col. 4. do non ori-

de legib. C. Plus dicit Barba. in cle. i. col. 9. de elect. tur nec p̄-

qđ si Papa cōcesserit. q. abbas nō possit cōferre be-

neficiū regulare clericis secularib. & apposuit de-

cretu, si postea abbas cōferat secularib. tēpore lon-

gissimo, nō orietur cōsuetudo, nec p̄scriptio p̄pter

appositionē decreti, licet alias orieretur, ut est

casus sing. in c. cum de beneficio, de p̄eb. in 6. vbi

Arch. quot not. ad limitationem illius tex.

Statutis

Statutū ut si rex ista concordata non approbauerit intra sex menses, & a prælatis curia que parlamentorum acceptari, legi, & publi cari non fecerit, acceptationem, publicationemque ad Papam non transmiserit, ac legi & obseruari inuiolabiliter in regno non fecerit, cassa, & irrua fieri.

Volumus a autem quod si præfatus Rex præsentes literas, ac omnia & singula in eis contenta, quæ in prima futura sessione præsentis concilij Lateranen. approbari & confirmari facere promittimus, infra sex menses à die approbationis & confirmationis huiusmodi computandos non approbauerit, & ratificauerit, & ea perpetuis futuris temporibus in regno suo, & omnibus aliis locis & dominiis dicti regni per omnes prælatos, & alias etiam ecclesiasticas personas, ac curias Parlamenti, acceptari, legi, publicari, iurari, & registrari, ad instar aliarum constitutionum regiarum, & de acceptatione, lectione, publicatione, iuramento & registratione prædictis, infra prædictum tempus per omnium & singulorum supradictorum patentes literas, aut authenticas scripturas nobis non transmiserit, aut nuncio nostro apud regem existenti per eum ad nos mittendas non consignauerit, & deinde singulis annnis etiam legi (prout aliae ipsius Francisci Regis constitutiones, & ordinationes, quæ in viridisunt obseruantia, obseruari debent) inuiolabiliter obseruari cum effectu non fecerit præsentes literæ, & inde secuta quæcunque sint cassa & nulla, nulliusque roboris vel momenti.

a § Volumus.) Notandum est q̄ lex, constitutione, sive edictum debet legi, recitari, & publicari, acceptari & registrari in Senatu, alioqui nō ligat, vt hic, & l. cum hi. in prin. ibi, in Senatu recitata. ff. de trās. a. t. facit. Lecta in auditorio. si cer. pet. dixi plenè in repet. l. vnicæ, not. vlt. C. de sent. quæ pro eo quod interest profer. & in l. in rebus. in f. C. de iure dor. scribitur q̄ sepius fuit recitata in novo consistorio palati iusti. etiam constitutio debet in scholis publice legi. §. hac autem, in procēsio digestorum.

*Quo rēpo-
re fuerunt
terpreta.* Ideo his commotus, has constitutiones publice in concordata scholis Parisi. decretorum magnis interpretari hoc Parisijs in anno 133 cœpi, & volanti calamo hæc scripti, quæ longa digestione decocta fuissent, forsitan utilia morent, at cum nostris auditorib. nihil negare possem, nec vellem, ista (etsi abortiu) illis euulgare non erubui, in posteram subtiliora, & (vt spero) meliora quotidie mihi occurrentia, iis addenda decreui. Interim tam voluntatem synecoram, quam operam grañer oblatam quo animo suscipere, & hos voluntarios labores ex tempore editos excusatos facite.

Si voluissim materias dilatare, in immensum creuisset opus nostrum, ob id coarctare illud cum his volui, quæso vos boni & equi que consulite, & in eo in quo ista concordata intra sex menses debent ratificari derogatur, in tub. seq. videte ibi.

Statuta, & consuetudines regni Francie contra ecclesiasticam libertatem, vel sedis apostolice autoritatem papa non approbat, cum illorum notiam non habeat.

Et quum omnium a quæ in regno Delphinatu, & comitatu prædictis agatur, notitiam non habeamus, consuetudines, statuta, seu usus, libertati ecclesiastica & authoritati sedis Apostolicæ, quomodolibet præiudicacia, si qua in regno, Delphinatu, & Comitatu prædictis alias quæ in præmissis existant, non intendimus nobis & eiusdem fedi in aliquo præiudicare, seu illa tacite vel expressè quomodolibet approbare.

Mandat regi Francorum, vi hec concordata per se, vel alios publicari & inuiolabiliter obseruari faciat, contradictores compescendo, non obstante quibuscunque in contrarium adductis.

Et nihilominus præfato Francisco, & pro tempore existenti Francorum Regi, in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus per se vel per alium, seu alios in dignitate ecclesiastica constitutos, præsentes literas, ac omnia & singula in eis contenta, quando & quoties opus fuerit, publicari, & ea inuiolabiliter obseruari faciat. Contradictores, cuiuscunque dignitatis & præminentiaæ fuerint, per censuras ecclesiasticas, & pecuniarias poenas, aliisque iuris & facti quævis opportuna remedia (appellatione qualibet omnino postposita) compescendo. Non obstantibus omnibus supradictis, aut si aliquibus communiter vel diuissim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint: per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

a §. Et cum omnium.) Not. non valere consuetudines seu ordinationes, vel statuta libertati ecclesiastica & authoritatibus sedis Apostolicæ quomodolibet præiudicantia. auth. cassa. C. de sacro. eccl. & infra dicam, nec Papa intendit illa approbare expressè, nec tacite, licet quandoque patientia habeat vim approbationis. c. literas, de suppl. neglig. præla. Tamen ad tollendum istud dubium, Papa hic protestatur, quod non intendit approbare: imò etiam si hoc nō protestaretur Papa, tñ adhuc cōfirmando omnia

De conclu. Lateranen. concilij.

779

omnia statuta, non videtur confirmare ea, quæ sunt contra libertatem Ecclesiæ. Bald. & Ias. in I. omnes. col. 8. nu. 36. ff. de iust. & iure. posset tamen si vellet ea confirmare. secundum Ias. ibi, allegando Innoc. in c. 1. de trâfact. Bal. in I. ius ciuile. in f. ff. de iusti & iure. Alex. conf. 209. statutis. col. 2. vol. 2. quod non firmo per multa quæ alibi scripsi.

*Quæ sunt
statuta
contra
libertatem
Ecclesiæ,
seu
consuetudines,
vel
vñsus?
Resp. illa
statuta
contra
privilegia
concessa
ecclesiis,
vel
ecclesiasticis
personis,
à quoque
fuerint
concessa,
sive tollant
ea, sive
diminuant,
sive timidiores
clericos
reddant.
nota in c. ecclesia. de constit
authen. cassa. & ibi doct. C. de sacro fact. eccl. Inn.
& alij in c. nouerint. & c. grauem. de sent. exc. Bart.
in l. cunctos. col. 8. & seq. G. de summa Trini. plenè
Barba. in rep. rub. de reb. eccl. non alienan. col. 39.
Vñsus aufer
vers. 3 hæstatio. nu. 167. cum seq. plenè prosequitur
prius.
Roch. Cur. in rep. c. fi. col. 74. cum seq. vers. 5. sit cō-
clusio. de consuet. Et qui Romana Ecclesia priu-
legium ab ipso summo omnium Ecclesiastum ca-
pite traditum auferre conatur, hic proculdubio in-
hæresim labitur. tex. in c. omnes. 22. dist. multa tra-
dit Io. Luppus in tract. de libertate ecclesiastica. in
2. parte. q. 10. Ego ipse addidi plura ad authen. cassa.
& alibi plena manu scripsi, quæ referuo alio, & tem-
pore & loco euulganda.*

Nulli a ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostrorum statuti, ordina-
tionis, suspensionis, astrictionis, declaratio-
nis, præcepti, iniunctionis, monitionis, in-
nouationis, consensus, decreti, voluntatis,
permissionis, & mandati infringere, vel ei
ausu temerario contaire. Si quis autem hoc
attentare præsumperit, indignatione omni-
nipotentiis Dei, ac beatorum Petri & Pauli
Apostolorum eius se nouerit incursum.
Dat. Romæ apud S. Petrum, anno incarnati.
Dominicæ 1516. 15. Calend. Septemb. pon tifi.
n ostri anno quarto.

a Nulli.) De materia huius §. dicetur infra de protectione concordatorum.

De conclusione Lateranen. concilij.

[Concordata edita fuerunt, ut in sancta ecclesia perpetua charitas & pax inuiolata perdurerent, & si qua membra dissentiant, reuniantur corpori, ob id illa Papa cum matura concilio Lateranen. deliberatione approbatæ etiam lege, ut intra sex menses: approbentur a prefatis regni, in eoque publicentur, legantur, acceptentur, & obseruentur, alias irrita ea decernit.

N Os igitur a, vt literæ ipsæ, quæ ob id præcipue editæ fuerunt, vt in corpore mystico, sancta videlicet Ecclesia, perpetua charitas & pax inuiolata perdurerent, & si qua membra dissentiant, ea cōmodè suo reuniantur corpori, eo ma-

gis obseruentur quo clarius cōstiterit ipsas literas, ea matura & salubri deliberatione, à nobis (dicto sacrū Lateranen. approban- te concilio) approbatas, & innouatas, quæ statutæ & ordinatæ fuerunt, licet ad earundem literarum subsistentiam & validitatē, alia approbatione non indigerent. Ad abundantiorem tamen cautelam, vt eo tenacius obseruentur, & difficilius tollantur, quo tantorum Patrum fuerint maiore approbatione munitæ, literas prædictas, cum omni bus & singulis statutis, ordinationibus, decretis b. diffinitionibus, pactis, conuentionibus, promissione, voluntate ac pœnis, inhibitione, aliisque omnibus, & singulis clausulis in eo conten- tis, illa præsentim qua voluimus, quod si

N Os igitur.) Notandum est q. sicut in corpore physico vnum corpus habet plura membra, sic & in corpore mystico. refū myltura. ff. de vñca. Et bonū est argumentū de hoc corpore ad physicū. c. quoniam de offi. ordi. Nam hoc imitatur physicū. 1. Duplex cor
adoption. quæ membra capiti subsunt tanquam nobiliori. l. cum in diuersis. ff. de relig. & sump. fun. pia mysti-
& non licet membris à capite discedere. c. cum nō scum.
licet de præser. quod fabulosè loquē ostēdit Li-
tius de Po. Rom. cui Agrippa proposuit fabulā de membris à capite discedentibus, vt videre licet lib.
2. ab vrbe condit. Ita in corpore mystico vnum est corpus, cuius caput est Christus, & Christi vicarius Petrus, Petri quæ successores. extrauag. vnam san-
ctam. de maior. & obed. in communib. quicunque ergo non subest Rom. pontifici, nō est de isto cor-
pore mystico, nec de ouibus Christi, dicente eo vnum esse ouile, & vnum pastorem. & alibi dicit idem Christus, non potest palmas facere fructum, nisi manserit in vite. Qui in me manet, multū fructum affert: & si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes: & arescit; & colligent eum, & mittent in ignem. c. fi Petrus. 24. q. 1. multa hic possem addere, quæ licet videre in d. extrauag. vnam sanctam. & per theologos, ac per Io. de terra rubea in tracta. contra rebelles regum. art. 3. tracta. tertij. [Colligere tamen ex hoc tex. possumus, quare edita sint concordata, & responderet text. vt in sancta Ecclesia perpetua charitas, & pax inuiolata per-
durent, & si qua membra dissentiant reuniantur corpori, & ideo hæc dicit, quia regnolæ seruabant ea, quæ erant statuta in concil. Basiliæ. & cōscripta in pragm. quod valde pontificibus futuris displicebat, vt scripti supra in præfa. ad rub. de col-
lat. ob id vt reunirentur & pax duraret, ista con-
uenta facta sunt, & Gallis hominibus tradita.]

b Decretis.) Quæro quot modis accipiatur, Se-
cundò, in quibus casibus interponatur. Tertiò,
quomodo annuletur.

Præfa

præfatus Franciscus Rex, supradictas literas, ac omnia & singula in eis contenta, intra sex menses à data præsentium computandos non approbaret, & ratificaret, & ea perpetuis futuris temporibus in regno suo, & aliis locis & dominiis dicti regni, per omnes prælatos, & alias ecclesiasticas personas, ac curias parlamentorum acceptari, legi, publicari, iurari & registrari, ad instar aliarum constitutionum regiarum, & de acceptatione, lectione, publicatione, iuramento, & registratione prædictis intra prædictum tempus per omnium & singulorum supradictorum patentes literas, aut authenticas scripturas, nobis non transmitteret: aut nuncio nostro apud ipsum regem existenti, per eum ad nos destinandas non consignaret, & deinde singulis annis etiam legi (prout aliæ ipsius Francisci Regis constitutiones & ordinationes, quæ in viridi sunt obseruantia, obseruari debent) inuiolabiliter obseruari cum effectu nō fecerit, literæ ipsæ, & inde secura quæcunque essent, cassa & nulla, nulliusque roboris vel momenti (sacro Lateranensi Concilio approbante) Apostolica autoritate, & potestatis plenitudine approbamus, & innouamus: eásque inuiolabiliter & irrefragabili- ter obseruari & custodiri mandamus: roburque perpetuæ firmitatis in euentum dictarum approbationis, & ratificationis, & non aliter nec alio modo obtinere, omnésque in dictis literis comprehensos ad ipsarum literarum, ac omnium & singulorum in eis expressorum obseruationem, sub censuris & poenis ac aliis in eis contentis, iuxta earundem literarum tenorem & formam teneri, & obligatos esse decernimus, & declaramus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quæ in dictis literis voluimus non obstat, cæterisque contrariis quibus- cunque.

scoporum.c.si quis de maio.& obedien. Suntque decreta Cæsaris.c.17.actor. Apostolo.ibi,hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt. Alia sunt regum, Daniel.3.c.post princip. Tu Rex posuisti decre-
tum,&c.&c.i.Esdra c.6. A me ergo positum est de-
cretum.& paulo post , Ego Darius statui decretū.
Alia decreta decurionum. ff. de decret.ab ordine
facien.Item sunt decreta iudicium.r.Reg.17.c.Qui
autem superbierit, nollens obedire sacerdotis im-
perio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo,
ex decreto iudicis morietur homo ille. c.absit.u.q.
3.alia sunt decreta prætorum. l.si prætor.in prin.ff.
de iudi. Aliquando accipitur generaliter pro qua-
cunque ordinatione, seu statuto superioris.l.item
eorum. §.sed si sita.ff.quod cuiuscq; vni.nomi. Quan-
doque pro sententia seu authoritate, qua iudex
contractum iustum fore decernit , authoritatem
suam interponendo , vt in rub.ff.de reb.eorum.&
'de præb.minor.sine de creto non alie.& pro decre-
to iudicis aduersus contumaces, vt quando inter-
ponit authoritatem mittendo aliquem in posses-
sionem ex primo, velex secundo decreto.l.si finita.
§ si plures. & ibi gl & §.Iulianus. & §.si fortè.ff.de
damno. infest.gl.in c.i.de reb.eccl.non alie.lib.6.
Et est propriè institutum Papæ, à decernendo, ani-
mi interiora di&ctum. Præceptum verò regū à præ-
cipiendo, teste Luca de Penna in rub. C.de præd.
curial.sine decret.non alienan.lib.10. Vel strictè ca-
piendo , est deliberata iudicis commissio, ab eo fa-
cta cum causæ cognitione citra condemnationem
vel absolutionem. Alisque multis modis sumitur,
vt per Spec.in tit.de primo & secundo decreto. Et
Rebuff.in rub.C.de decret.decur.lib 10. & Guido
Papæ in suo tract.de primo & secundo decreto,in
prin.Bald.& Ias.& alios in d.lne quicquam. §.vbi
decreto. Vide differētias inter decretum & sen-
tentia per Alex.in Liuste.col.3 & seq.ff.de acq.pos.

Verum enim iuxta quia haec materia decreti est
tam frequens, ut quilibet alia totius iuris, ideo hic
paucissima verba instar imperatoris, in l. antiqui-
tas. C. de usu frumentorum inferenda, videlicet in qui-
bus casibus interponatur decretum, item quomo-
do annulletur.

Primò, interponitur secundum quosdam decretum in alienatione rerum ecclesiæ. auth. hoc ius porrectum. C. de sacro san. eccl. Tamen communis opinio fletit alio ut authoritas episcopi, siue consensus requiratur loco illius decreti. c. i. de reb. eccl. non alien. Ad euitandas opiniones solent notarij in instrumentis alienationum rerum ecclesiæ apponere hac verba, talis episcopus dedit licentiam, authoritatem, consensum ac decretum suum interposuit super alienatione talis rei. Spec. in tit. de emptio. §. nunc dicendum. vers. cæterum. dixi in compendio alienationum rorum ecclesiæ, in verbo ne quis episcopus pag. 25.

Secundò, in venditione rerum ciuitatis decre-
tum interponi solet. l.f.i.C.de venditio.rerum ciui-
ta.lib.ii.vbi Rebuff.

Tertiò in venditione prædiorum decurionum, & curialium.l.i.& per totum. C.de præd.curial.sine decreto non alienan.lib.10.

Quartò,

Decretum. Primo, quædam sunt Dei decreta, quæ si non cunctis modis stodiantur, famæ, siccitates, & alia mala nos circumcidunt. Reg. c. 18. Sit quoque cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis eius. Itē decreta Patrū. c. quāto. de transla. episc. Alia legatorum. c. præfenti. de of. leg. lib. 6. c. 1. de loca. Quædam sunt sedis Apostolice decreta. c. nulli. &c. omnia. 25. q. i. Decreta sunt epi-

Quartò, in alienatione bonorū immobiliū minoris. l. lex quę tutores. C. de administratio. tut. l. & per totum. de præd. minor. sine decre. non alie.

Quintò, decernūtur pupillo alimenta pro modo facultatū. l. i. 2. & 3. & ff. vbi pupill⁹ educati debeat.

Sexto, vel in turore curatore dando pupillis illustriū personarum. l. vna. vers. & si ibi per prætorē interponatur decretū. C. de tutor. & cura. illustriū persona. Idem in aliis personis tenet Bart. in l. legi timos. ff. de legit. tutor. idem in auctore dando tuto ribus impeditis. §. fi. inst. de curat.

Septimo, in reuocando tutore vel curatore, quia eadem solēnitas requiritur in dissoluendo, sicut in faciendo. authen. ecōtra. C. de repud. l. fi. vt proposi. i. 2. de nup. l. nihil tā naturale. ff. de reg. iur. ideo vbi in cōtractū regritur decretū, & in distractu, & sic in transactione. Bal. in l. præses. q. i. C. de trāsa. t.

Octauo, in manumissionē feruorū per minores ex causa faciēda. l. etiam. ff. de manu. vindict. §. ea dem. & seq. quibus ex causis. ma. licet. in inst.

Neno, in diuisione bonorum minoris. glo. & ibi Bart. in l. inter pupilos. ff. de autho. præstan.

Decimo, in inventario tutoris. Bal. expressē in l. si tutor. C. in quibus causis in integrum restit. non est necessaria allegat. l. fin. C. de arbitr. tute.

Vndecimo, propter famē confanguineorum pu pilli. potest tutor cum decreto alimenta eis ex bonis pupilli dare. l. i. §. sed nonnullos. ff. de tutel. & ratio. distraher.

Duodecimo, idem in procuratore dando furio so. l. de creationibus. C. de epis. audien.

Decimotertio, super transactionibus alimentorum solet decretum siue authoritas prætoris interponi. l. cum hi. & l. de alimentis. ff. & C. de transact.

Decimoquarto, olim in bonorum possessione decernenda, & vocabatur bonorum possessio decretali. l. i. §. decretalis. ff. de succēd. edict. hodie tene quod traditur in l. fi. C. qui admitti ad bono. poss. possunt.

Decimoquinto, in venditione facta per substationem. l. i. C. de fide instrum. lib. 10. & l. fi. quos, de rescindē. vend.

Decimosexto, interponitur decretum in rem tēda parte debiti facta per maiorem partē disse 1- tiēte minore parte. l. & suū hæredē. §. fi. ff. de pa. t.

Decimoseptimo, in cōtractū filiifamilias, cuius pater est furiosus, vel mēte captus. Bal. in l. si furio si. per illum textum. C. de nupt.

Decimoctauo, in dominij adiudicatione faciēda contra cōtumacem, & vocatur secundū decretum, de quo in l. fi. finita. §. Julianus. & §. fi. plures. & ibi multa dicūt doct. ff. de damno infect. Spe. in tit. de primo & secundo decreto, & Guido Papæ in tract de primo & secundo decreto.

Decimonono, vbi iudicis officium impleratur. l. nec quicquam. §. vbidecretum. ff. de offi. procōsul.

Vltimo, in omnicontractū debet interponi decretum iudicis, seu peti, vt contractus cōfirmetur, text. & ibi Bart. in l. fi. quos. C. de decur. lib. 10. Ant. de Burgos. in c. cum causa. col. 9. cum seq. de empt. Pantha. Cald. in repet. l. 2. col. 26. C. de rescin. vend. Lucas de Penna. in l. fi. C. de decre. decurio. lib. 10.

Tamē aliquādo is nō interponit decretū, cui⁹ au thoritate bona licitātur: vt pote si ex cōmissione ca meræ cōputorū bona venūdantur, ipsi de oppositionib. cognoscēt, sed decretū interponetur ab illo iudice, q. iurisdictionē & imperiū habēt in illo loco vbi bona sita sit. vt vidi seruari in forē iudicio.

Tertio, quæritur quomodo annulletur decretū. Resp. primō qn̄ ex falsa causa est interpositū, vt pote allegatum est as alienū pupilli, quod nō erat, & vēdita est ob eā causam res, tūc decretū est nullū. l. magis puto. §. si as alienum. ff. de reb. eorum. l. quibus cau Seiæ. de tutori. & curatori. datis ab his. l. iusta. & ibi si annule. Benedict. plumb. de manu vindic. & l. cum verō. §. tur. subuentū. de fideicom. libert. l. & si præses. C. de præd. minor. Jacob. in l. hoc edicto. in l. i. est. ff. quod quāq; iuris. Corne. cōf. 132. fundata. col. vlt. in 2. vol. & cōf. 132. licet in præfeti. col. 2. in 4. vol. & cōf. 185. super duobus. col. 3. ibidem. Alexan. cōf. 69. in causa. col. 1. in 3. vol. & cōf. 147. vito themate. col. 1. in 7. vol. Ias. in l. si is ad quem. col. 4. ff. de acquir. hæred.

Amplia, siue causa esset falsa ipso iure, siue per exceptionem. ideo decretum interpositū propter debitum quod potest excludi per exceptionem, non valet. Rom. conf. 454. in re præsentī. col. 2. In no. in c. præterea. col. vlt. de dilatio.

Secundo, etiam procedit, siue causa falsa sit ex pressa in decreto, siue nō, dūmodo ex actis cōstet, gl. in l. 2. C. quando prouoca. nō est necesse. Bar. & alij in l. seiæ. ff. de tutor. & curat. datis ab his. Alex. conf. 107. Domine Alexan. circa finem. in 7. volu. Cum. conf. 14. Antonius Benedicto. col. 4.

Tertio, extende etiā si causa sit pro parte falsa, quia tunc in totū vitiatur decretū. Bart. & alij in l. fi. nō fortē. §. si centū. ff. de condit. indebit. Bal. in marg. in verbo. decretum. q. 2. Rō. conf. 454. in re præsentī. col. 2. Dec. cōf. 403. quāuis in casu. col. 5. n. 20. Capiti in decis. Neap. q. 5. t. quia sentētia indiuidua est vnius capituli. l. in hoc iudicio. ff. fami. hercif. & in diuiduis inutile vit. tvtile. l. i. §. itē quero. & §. itē Trebatius. ff. de aqua quotid. & æst. l. Gre ce. §. illud. de fideiussor. Et sic adiudicatio rei pro maiori debito, quam sit, nō tenet in alio, quādo fit à iudice. l. i. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. Bald. in l. certi cōdīctio. §. quoniam col. 3. si cert. peta. secus § à parte. d. §. si centū. Alex. in l. iusta. ff. de acq. poss. Bal. conf. 223. proponitur. col. 1. in 2. vol. & sic fuit iudicatum. Neapol. vt refert Matth. de afflict. in decisio. Neapolita. 218. petita. quod etiā nō procedit quando res esset mihi adiudicata, tam ratione mei debiti, quam debiti frātris, cuius mandatum non habeo, quia tūc pro parte meatenebit. Bal. in l. ordo col. fi. C. de execu. rei iud.

Quarto, amplia vt per Paul. castrē. consil. 20. vīfis. col. 1. vol. 1.

Primo fallit quando ius & iustitia deficerent ex parte cōuenti, seu rationē rei in quā facta est mis sio, vt pote si verē sim creditor Titij, & missus sim in possessionem rei Caij, tanquam esset Titij, tunc si facta sit missio ex primo decreto, poterit Caius cō parere, & ostēdere summatim de iure suo, & reuocari facere missionem. l. à diuō Pio. §. si super. ff. de rei iudica. Si verō cōpareat post secundū decretū,

non poterit summarie petere reuocatione missio-
nis, sed ordinariis sic offere a dolo libellum, & alia fa-
ciendo necessaria. d.l. à diuo Pio. §. si post addictum.
& Bart. in l. si is ad quem. ff. de acquir. hæred.

Item si fuerit facta missio rei, in qua tertius ha-
bet ius, quia intra annum summatim discutetur,
postea verò ordinariis. Bar. & alij in d.l. iustè. ff. de
acqui. posses. Secus si deficeret ius ex parte agētis,
vt si peto centū, quā falso dico mihi esse debita, &
quia nō cōpares, sum missus in possessionē tuorum
bonorū, tunc nō valet decretū interpositum, quia
deficit ius ex parte agētis, cum nihil mihi debeat-
tur. l.i. ff. ne vis fiat ei. §. hæc verba.

Secundū, fallit quando inter consentientes esset
interpositū. l. sed si hac. §. patronū. ff. de in ius vocā.
vbi si libertus tanquam ingenuus fuerit adoptatus, &
decretem adoptionis interpositum, illud decre-
tum tenet secundum Bal. ibidem. & Iac. in l. cum
hi. §. si prætor. in secunda lectura. ff. de transactio-

Decretum
motu proprio
interpositū
ex falsacan
sa valer.

Tertiū, fallit quando motu proprio iudicis esset
interpositum, vt si motu proprio decernat quē ex
falsa causa tutorē, valebit. secus si ad partis postula-
tionem. not. in l. si vt proponis. C. de confirmād. tu-
tor. Bart. in l. tutor. col. 1. ff. de tutor. & cura datis ab
his. Et sic est differētia quādo ad petitionē vel mo-
tu proprio, quia tunc nō est nullum ipso iure, licet
per sententiam fortē possit annullari, sed quādo ad
postulationē est interpositum, est ipso iure nullum,
quia dolo partis videtur concessum. Dixi supra in
forma mandati apostolici, in glo. motu proprio. &
hodie solent impetrati literæ regiæ ad annullan-
dum illud decretum ex causis allegatis in literis.

Praxis an-
nullandi de
cretum.

Quarto, limita quando veritas vel falsitas causæ
ex iudicis declaratione pēdebat, vt si iudex inter-
dixit administrationem alicui tanquam prodigo,
qui nō est, valet tamē decretum, vel si decreuit ei
dē tutorē. l. is cui. & ibi Bar. & alij. ff. de verb. oblig.
secus si dederit tutorem vel curatorem ei qui non
est minor, quia cum ætatis declaratio fiat à natura,
prodigalitatis à iudice, non valebit prima, secus in
secunda, qā suæ declarationi stari debet. Bart. & alij
in l. Seiæ per illum tex. ff. de tut. & curato, datis ab
his. tex. in l. tutor. si petitus. ibidem.

Quintū, modera quādo decretum interponere-
tur ex causa erronea, vt si iudex ignorās interpo-
suerit decretum super cōtraṭū, dolo, vel metu ini-
to, tunc decretum non est nullum, sed poterit peti-
re sc̄iūtio. l. 2. & ibi Bal. & Iaco. C. de fidei. minor.
& oportet impetrare literas à rege, vel à cācellaria
super iūtis contractū rescissione nō obstante de-
creto, quod si decretum esset nullum, non indige-
ret rescissione. l. in causæ. in secund. in princi. ff. de
sum decre-
to impetrar-
nos etiam in vitroque casu impetrare solemus literas
regiæ in hoc regno, vt plenē scripsi in tracta. de
rescīsio. contract. & intra quod tēr̄ us pēti debeat.
in constit. reg. in 2. tomo.

Vltime, limita quando fuisset cognitum de ve-
ritate aut falsitate causæ ante decreti interpositio-
nē. gl. vi. ibi Bal. in l. si putas. C. de peti hære. arg. l. fi.
de editio diui Adria. tol. Bal. in l. 2. C. quando pro-
vo. nō est neceſſe, etiam si summarie fuerit cogni-

tum, quia in decreto nō requiritur plena causæ co-
gnitio. gl. in l. cum propinas. in verbo, cōstat. C. de
bonis aucto. iudi. possi. c. fi. §. vlt. in ver. summatim.
vt lite non cōtest. doct. in d.l. iuste. & in d. §. si præ-
tor: alijs tradunt limitationes. ibi vide.

Secundo, annullatur decretum, si iudex interpo-
nēdō illud, nō se date. l. naturali, in fi. de confirman-
tutor. Spe. in tit. de feriis. §. sequitur. vers. fin. Lucas
de Penna. in l. vlt. C. de decre. decurio. lib. 10. Cor-
nel. conf. 98. Videtur prima. col. 1. cum seq. vol. 1.

Tertio, annullatur quando fuit interpositum sine *Decretū in*
causæ cognitione. l. magis puto. §. ne passim. ff. de
terposū si-
reb. eorum. l. fi. de curat. furio. & facil. c. cum hi. §. si
ne causa co-
gnitione, eff-
nullum,
prætor. ff. de transact. Bar. in l. prolatam. C. de sen-
ten. & interlo. omnium iudi. & ibi declarat quādo
dicatur fieri sine causæ cognitione, quia quando
iudex sine causæ cognitione procedit, cēsetur tā-
quam priuatus procedere, ideo ei nō est obedi-
endum. c. conquerente. de resti. spolia. Card. in cle. 1.
in fi. de celebra. missa. Feli. in c. eccles. col. 7. & seq.
de constit. & quia ius noluit iudici committere
rem negligendam. Paul. in d.l. cum hi. §. si prætor.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam nostræ approbationis, innouatio-
nis, mandati, decreti, & declarationis infrin-
gere, vele iausu temerario contraire. Si quis
autem hoc attentare præsumperit, indi-
gnationem omnipotentis Dei, ac beato-
rum Petri & Pauli Apostolorum eius se no-
uerit incursum. Darum Romæ in publica
fessione, in Lateranen. sacrosancta Basilica
solenniter celebrata. Anno incarnationis
Dominicæ Millesimo quingentesimo sex-
todecimo, quartodecimo Calendas Ianua-
rij, pontificatus nostri anno quarto. Sicsi-
gnatum, Vifa. Ie. Salut. Bembus. Ioannes
de Madrigal. Et dorso registrata apud me
Bembum.

Ex quo infertur singulariter non valere decretū
interpositū super alienatione bonorū minoris, vel
alio actu eidē necessario, qā fuit interpositum eo
momēto téporis, quo fuit peritū, quia ex breuitate
téporis p̄sumitur causæ cognitionē nō interueni-
fe. l. si finita. §. si fortē. ff. de dam. infec. c. 1. de reb. ec-
cle. nō alie. lib. 6. Anch. c. 1. 36. vifa quadam. col. 1. &
c. 1. 36. vifa diligēter. arg. tex. in c. tum ex literis. de
resti. in integ. Alex. c. 1. 217. vifa verbis. col. 1. in 2.
vol. & c. 1. 163. alijs consultus. in fi. in 5. volu. Cumā.
c. 1. 180. videtur. Barb. c. 1. col. 35. in 1. vol. & consi.
40. præclare. col. 4. ibidē. & c. 1. 6. illud in medium.
col. 3. in 4. vol. & consi. 41. immortalē. col. 3. ibidem.
Iaf. in l. 2. col. 4. C. de edend. l. sed si hac. §. prætor. ff.
de in ius vocand. l. sciendum. col. 3. de verbo. oblig.
Hippoly. in l. staruliber. nu. 15. ff. de quæſio. & l. qui
cadem. n. 18. ad leg. Cornel. de sica. & conf. 48. non
confundetur. n. 31. Dēc. c. 1. 403. quānis. col. 5. Nec
missus in possessionē ex secūdo decreto sine causæ
cognitione, facit fructus suos. Inno. in c. cōsultatio-
nibus.

non poterit summarie petere reuocatione missio-nis,led ordinari sic,offerendo libellum,& alia fa-ciendo necessaria.d.l.à diuo Pio. §.si post addictu- & Bart.in l.si is ad quem.ff.de acquir.hæred.

Item si fuerit facta missio rei, in qua tertius ha-bet ius, quia intra annum summatum discutietur, poste a verò ordinari Bar.& alijs in d.l.iustè ff. de acqui.possel.Secus si deficeret ius ex parte agētis, vt si peto centū,quæ falso dico mihi esse debita,& quia nō cōpares,tum missus in possessione tuorum bonorū,tunc nō valet decretū interpositū,quia deficit ius ex parte agētis, cum nihil mihi debeatur.l.i.ff.ne visfia ei. §.hæc verba.

Secundò,fallit quando inter consentientes esset interpositū,l.sed si hac. §.patronū ff.de in ius vocā. vbi si libertus tanquam ingenuus fuerit adoptatus,& decretū adoptionis interpositū, illud decre-tum tener secundum Bal. ibidem. & Iac.in l.cum hi. §.si prætor.in secunda lectura.ff.de transactio.

*Decretum
motu proprio
interpositū
ex falso faciat
sa valere.*

